TERTIVM VOLVMEN.

# ARISTOTELIS
STAGIRITAE
LIBRI
MORALEM TOTAM PHILOSOPHIAM
COMPLECTENTES,
CVM
# AVERROIS
CORDVBENSIS
IN MORALIA NICOMACHIA
EXPOSITIONE,

ET IN PLATONIS LIBROS DE REPVBLICA
PARAPHRASI:

Quorum indicem versa pagina explanat.

*Cum summi Pontificis, Gallorum Regis,*
*Senatusq; Veneti decretis.*

VENETIIS APVD IVNTAS .M D L.

IN HOC TERTIO VOLVMINE HÆC CONTINENTVR.


ARISTOTELIS Moralium Nicomachiorum libri Decem, Ioanne Bernardo Feliciano interprete. fo.1.

Magnorũ Moraliũ libri Duo, Georgio Valla Placentino interprete. 79.

Moralium Eudemiorum libri Quatuor: Primus, Secundus, Tertius, & Septimus, incerto interprete. Quartum vero, Quintum, & Sextum in Quinto, Sexto, & Septimo Nicomachiorum reperies, cum idem ad verbum hi cum illis sint. .97.

De virtutibus libellus, Alexandro chamaillardo interprete. .114.

Politicorum libri Octo, Leonardo Aretino interprete. .116.

Oeconomicorum libri Duo, seu vnus in duas diuisus partes, Aretino interprete. .161.

Eorundem Oeconomicorum libri Duo, Bernardino Donato Veronensi interprete. Primi quidem dimidium e Græco ab ipso translatum: reliquum vero, cum Græcum codicem non haberet, paraphrasi expressum. .167.

Secundus vero, qui in Latinis alijs codicibus non nisi paucis legebatur, e Græco translatus. .169.

Libri quidem omnes diligentissime castigati, ac in summas collecti, & in capita diuisi,

AVERROIS in libros Decem Moralium Nicomachiorum Expositio diligentissime castigata, ac singulis ipsius textus capitibus aptissime subordinata: cum prius transpolite multis in locis legeretur. .1.

Paraphrasis in libros Platonis de Republica, Iacob Mantino interprete. .174.

LEONARDI Aretini in libros Oeconomicorum explanatio. .162.

Ante singula vero opera appositæ sunt ipsorum translatorum præfationes, & in Moralia Eudemia ipsius Aretini: doctissimæ quidẽ, ac non parum ad eorum, quæ in ipsis tractantur, intelligentiam conferentes.

Summarum, ac Capitum index in voluminis initio.


*Quæ omnia ex præfatione exquisitius comprehendes.*

# IOANNIS BERNARDI FELICIANI IN MORALIA ARISTOTELIS PRAEFATIO.

De duplici hominis felicitate, duplicique eius vita, actiua & contemplatiua: ad quas nos præcipue in hoc opere instruit Philosophus.

VNiuscuiusque rei substantia consideratur, quatenus ab efficiente causa producitur, ex eaq; procedit: perfectio uero, quatenus ad causam res producta conuertitur, eamq; imitatur. unde cum à Deo summo opifice omnia quæ uniuersum hunc mundi uisibilis ornatum constituunt, in lucem fuerint producta: cæteris datum est, ut in sua quidque natura persistens, sibiq; insitum à principio statum conseruans tacito quodam naturæ ordine ad auctorem suum referretur, atque ita perfectionem consequeretur suam: solus homo ita creatus est, ut & in perfectione sua permanere, & ab ea exturbari pro arbitrio suo posset. Nam primum ex materia quatuor simplicia corpora producta suas sedes & qualitates non præter naturam suam immutata perpetuo retinent: & ubi in commistionem uenerint, primum concretorum genus producunt: quod quamuis uita careat, uitarum tamen subiectum primum esse incipit. Commistum enim deinde ex elementis corpus ad animam uegetabilem suscipiendam idoneum fit: unde plantarum ac stirpium genus existit, quæ suam naturalem perfectionem, nisi materiæ aliquo defectu impeditæ nunquam deserunt. His succedunt brutæ animantes, quæ præter uegetandi uitam & alendi, sentiendi iam quoque adeptæ sunt. hæ simili modo naturali tenore progredientes bonum à natura sibi inditum depranare non possunt. Quæ omnia sane dum id quod a summo opifice acceperunt, perpetuo conseruant: ad eum conuerti quantum in ipsis est, eumq; imitari ac laudare quodam modo dicenda sunt. ut si quis quemadmodum Stoicis & Epicuro placebat, siue bene uiuere, siue conuenienter naturæ uiuere, siue bene esse affectum, felicitatem esse dicat: ad omnia hæc felicitas quoque peruentura sit. At homo post omnia, siue ut rectius dicam, ante omnia: quippe cum causa eius omnia effecta fuerint: quasi perfectio uniuersi constitutus est: qui præter alias omnes uitas rationali anima præditus sensum intellectui connecteret, omniaq; alia quæ subipso sunt, in se haberet: quo omnia ad primam illam causam conuerteret, ac re uera perficeret. Perfectus enim ipse à principio creatus nullo habitu caruit: sed sapientia etiam ipsa præditus non cogitando solum, sed intelligendo etiam uniuersales res ipsas sine ullo medio simplici intellectus appulsione percipiebat: ut non immerito fortasse Platonici species rerum ante sensibilia in animis ei inditas fuisse censuerint: quippe cum nondum ad intelligendum sensibus indigeret. Quia uero non sicut reliqua, naturali incitatione ferebatur, sed uoluntaria electione motus suos dirigebat: effectum est, ut ab inferioribus illectus, quæ ratione sursum debebat attrahere, uitam sensualem concupierit: legemq; acceptam transgressus de fructu scientiæ boni & mali, id est malum sub specie boni degustarit: atque ita ad degustationem ligni uitæ deuenire non potuerit. Nam si sensus prima illa operatione superius attraxisset, uegetabilem postea, quæ in infimo loco est, ita affecisset, ut in rationis obedientia ipsa quoque confirmata, immortale hominis corpus in perpetuum conseruasset. hoc enim ligni uitæ significare degustatio potest. Vegetabilem enim obedientem rationi tum habuisse hominem, quippe qui à ratione totus regeretur, consentaneum est. Vbi autem anima sponte recedendo à Deo uitam amisit, eam corpori impertiri, sicut uoluit, amplius non potuit. sed sicut non obediens Deo homo euasit, ita obedientiam totam sui amisit, & sensitiuæ partis uidelicet, & uegetatiuæ: sed ita tamen, ut sensitiuæ, quæ nobilior est, & cognitione prædita, recuperare per uirtutis exercitationem aliquantulum possit: uegetatiuæ, quæ post delapsum rationis in materiæ profundum sese demersit, nullo modo possit, quoad materiæ huius crassitudine non fuerit liberatus, unde mors subsequuta est. Ita enim crassitudine mortalis corporis obnubilante in sensum delapsus quasi è centro ad circumferentiam diffusus, exterior ex interiore fuit effectus, in potentiamq; ex actu incidit. Postea enim habitibus omnibus extorbatus nihil in se habuit, nisi ut pro uitarum studio & exercitatione in eius naturam pene transformaretur, in quod uoluisset. Nam si ut etiam in nono horum moralium libro inquit Aristoteles, singuli ea in re cum amicis uersari uolunt, idq; exercere in quo essentia sua consistit: qui uegetationi & nutritioni nullius alterius sensum habens totus natat: is licet faciem hominis circunferat, planta potius esse & arbor, quàm homo est existimandus. Qui sensibus item, ita deditus est, ut ex ipsis tantummodo uitam traducat: eum credendum est etiam si erectam hominis formam adhuc habeat, in brutum aliquod animal abiisse. Quemadmodum si ex ratione & sensibus uiuat, homo: si ex ratione sola seposito sensibus, uerus homo efficitur. Duplicem enim hominem in his moralium libris intelligit atque agnoscit Aristoteles: alterum, qui ex anima constat & corpore, quem hominem tantum appellat, qui uidelicet sensus & irrationales facultates moderando ciuilis euadit: quem nos exteriorem nuncupamus: alterum, quem non hominem solummodo, sed cum additione uerum hominem, & diuinum quid uocat: quem interiorem dicimus & perfectum. Perfectio siquidem in mundi huius fabrica, eiusmodi est, ut inferius semper cum superiore connectatur, ut rerum productiones à prima causa conne-

xa quadam serie progrediantur, omnia enim etiam bruta ut ipse in septimo inquit, diuinum quid in se insitum habent, id est diuinam quandam illustrationem, quandamq; rationis & intellectus notam, quia operationem ex uirtute summam atque optimam iucunditatem esse sentiunt: licet postea defectu naturæ uoto frustrentur, in suaq; natura perstiterint. Nam quæ in homine sunt irrationales facultates, excepta uegetatiua, quæ, ut dictum est, obedientia omni priuata prorsus remansit: non ea sunt natura, ut ratione penitus careant, ut ipse in primo manifeste declarat: sed quamuis rationem ex se non habeant: rationales tamen in eo sunt, quòd rationi subijci, eiq; possint obtemperare. Atque ita fit, ut irrationales hæ facultates dum in brutis sunt, perfectionem adipiscantur suam, si in sua natura perstiterint, ad uestigium, illud rationis & illustrationis quod institum habent, peruenerint: dum uero sunt in homine, tunc perficiantur, cum rationi obtemperarint. Nam ratio etiam ipsa non contenta esse debet si inferiora tantummodo rexerit, sed ascendere etiam ipsam ad intellectum necesse est. Sicut enim irrationales facultates in nobis si in sua irrationalitate permanent, imperfectæ sunt, & tunc perficiuntur cum subditæ fiunt rationi: ita ratio si in se maneat, & non ascendat, imperfecta est. Neque audiendi illi sunt, qui unumquodque in sua natura conseruandum censent: & quemadmodum si equum aut boucm quis e natura sua deiceret, equum & boucm non perficeret, sed corrumperet: ita si homo uel corpus suum negligat & castiget, uel animam suam ad superiora attollat, non seruare eum naturam hominis asserunt, sed depranare: id quod & primæ hominis fabricæ, & Aristoteli etiam ipsi manifeste repugnat. natura enim uera hominis non hæc est, in quam est delapsus, sed ea quam amisit, in quam est restituendus: ut si corpus, cuius, ut in octauo ipse affirmat, amicitia ad animam est, ut seruus ad herum, instrumenti ad artificem, animæ contumaciter restiterit: coercendum sit ac castigandum, contumeliaq; afficiendum. Sicut D. Paulus, & alij multi sancti uiri fecisse conspiciuntur. Animam uero non in humanitate hac relinquendam esse, sed ad diuinitatem attollendam, ut in intellectus naturam per habitum euadat, contra horum uanas suasiones Aristoteles quoque ipse in decimo his uerbis manifestissime ostendit. Neque uero, inquit, oportet quemadmodum nonnulli monent, unumquenque cum sit homo, humana, & cum sit mortalis, mortalia cogitare: sed quatenus licet, immortalem se reddere: omniaq; efficere, ut ex præstantissimo omnium quæ in ipso sunt, uitam traducat. id autem esse etiam unusquisque uideretur, siquidem præcipuum & melius est. quocirca absurdum esset, si non suam quisque, sed alicuius alterius uitam expeteret. & paulo superius: non enim quatenus homo ita uiuit, sed quatenus diuinum quid in ipso inest: quanto autem id præstat composito, tanto quoque eius operatio ab operatione distat, quæ ex alia uirtute existit. Quod cum inquit, quid aliud facit, quam ueri hominis uitam eam esse declarat, non quæ humana est, id est compositi hominis & exterioris, qui aliquantulum moderatis sensibus utitur: sed eam quæ à mortalis animalis contagione nos ita nititur separare, ut immortalibus similes efficiamur, Deiq; similitudinem amissam adipiscamur. Nam cum homo duplex sit, exterior & interior, id est alter ex ratione & sensibus, alter ex ratione sola constans: & in composito fieri possit, ut uel ratio, sicut naturale ipsi est, in sensus principatum obtineat: uel sensus præter naturam rationem sibi obsequentem habeant: fit, ut tres præcipuæ uitæ inter homines cuadant, quæ in primo libro ab ipso commemorantur: uoluptaria, ciuilis, & contemplatiua: seu ut D. Paulus appellat, carnalis, animalis, & spiritualis. Sed quia uoluptaria & carnalis Sardanapali & pecudum, non hominis propria est: & cum perturbationibus tota dedita sit, ordinem paruit huius mundi disturbat ac permit: omittenda est: inter pecudesq; qui ea utuntur, potius quàm inter homines sunt reijcienda. De duabus reliquis quæ homini conueniunt, ad perfectionemq; eius spectant, nonnulla, quæ non ab re futura esse existimo, in præsentia differenda nobis sunt. Duplices hæ uitæ duplicem quoque hominis felicitatem constituunt, alteraq; alterius præparatio, & quasi fundamentum est. Nam cum homo primum diffusus extra sit, sensibusq; & corpori immersus, ciuili uirtute & actiua indiget: quæ, ne in bestiam abeat penitus, sensusq; totus efficiatur, moderationem ei inyciat, quodq; rationis est, rationi, quod sensuum, sensibus tribuat: ita uidelicet, ut brutis affectibus aliquantulum indulgeat, cum modo tamen, & regula rationis: ut ea liberam habeat potestatem, dominatrixq; sit, affectibusq; omnibus quasi ministris imperet, eisq; utatur quomodocunque uoluerit.
Deinde uero ubi ita præparatus homo est, ad alteram suscipiendam euadit idoneus: quæ cum uera hominis uirtus sit, quod rationis est, rationi tribuens, quod sensuum & corporis est, in naturam animæ purificat, & a brutis affectibus penitus liberat: ita ut perturbationum omni sorde expurgata ad contemplationem flectinet, penetrataq; materia ac carnali hac nebula ad diuinam naturam ascendat. Vnde etiam priorem illam uirtutem humanam in primo appellat, eo quod hæc diuina sit: & illa homo diffusus ad exteriora permaneat, hac ad interiora se retrahat ac colligat. Neque tamen in utrisque rationis idem munus esse censendum est. in actiua enim ratio deorsum ad affectus moderandos ac regendos, sibiq; subijciendos spectat. in contemplatiua sursum attollitur. Cum enim rationalis anima, ut ipse in sexto inquit, duas habeat facultates, alteram qua scit & circa necessaria atque ea uersatur, quæ semper eodem modo sese habent: alteram, qua consultat & ratiocinatur circa ea quæ contingunt, & aliter atque aliter euenire consueuerunt: illa superiore, quem contemplatiuum etiam intellectum uocat, in contemplatiua, altera in actiua utitur. qui actiuus intellectus nuncupatur. Neque uero hic contemplatiuam uitam seu uirtutem eam intelligendam uelim, quæ cognitioni & speculationi cuilibet operam dat omissis moralibus actionibus, ac negligentis: sed eam ut Eustratius quoque in primo significat, quæ bonas morales actiones subsequens sopitis ac pene sublatis affectibus cogitationes omnes ac speculationes in eum finem dirigit, ut in Dei cognitionem & amorem ueniamus, ibiq; acquiescamus: adeoque operantem habet uoluntatem, ut nonnulli grauissimi illi quidem theologi beatitudinem non in intellectu, sed in uoluntate etiam primo esse contendant: & duo semper respicit, inferiora,

feriora, ut nos ab illis mundos ac puros conseruet, magisque ac magis abstrahat: superiora, ut nos illis similes reddat, atque ita perficiat: quippe cum intellectus eorum sit, quæ sunt ad aliquid, perfectionemq; tunc assequatur suam, cum attingitur, intelligibilibusq; rebus applicatur. Nam cum actiua tanquam fundamentum sit, contemplatiua ut tectum: absurdum esset, si uel tectum sine fundamento, uel fundamentum sine tecto constitueremus: uel ita utrunque locaremus, ut neque tectum fundamento, neque fundamentum tecto corresponderet. id quod illi profecto faciunt, qui uel nulla cura morum habita, uel depranatam morum rationem sequuti scientiæ alicui rerum & speculationi incumbunt contemplatiuam uitam exercere se existimantes: qui sane ridiculi sunt: cum enim principium nondum attigerint, ad finem se peruenisse opinantur: à quo tamen longius abesse sunt existimandi, quàm rudes aliqui cerdones qui moribus tamen aliquantulum studeant: quòd illi quotidianis uitæ flagitijs ab ingressu semper, & primo gradu sese arcent: hi cum fundamentum iacere nitantur, in graduq; iam sint, aptiores proculdubio ad contemplationem sunt, quàm quiuis alioqui uel celeberrimus philosophus moribus destitutus. Licet enim contemplationis cognitio natura actionem præcedat, sicut tecti consideratio fundamentum: quantum ad nos tamen spectat, actio ipsa & operatio moralis principium omnium est, quin ipsam quoque actionis cognitionem antecedit. Nam si ut in primo libro ostendit, neque pueri, neque qui sicut pueri perturbati affectionibus sunt, & principia non habent, ut intemperantes, idonei ad moralem disciplinam percipiendam non sunt, nisi prius in morali aliqua actione assueuerint, quo assentiri rationibus ualeant: nisi prius operentur homines, docceri nullo modo possunt: quippe cum rationes omnes quæ ad finem tendunt, fine peruerso partim non percipiantur, partim falsæ esse uideantur. Sicut enim in decimo docet, oratio & doctrina non in omnibus uim habet, sed oportet ut præcultus auditoris animus sit ad recte & gaudendum & odio prosequendum, non secus ac terra quæ semen sit nutritura: si enim præculta sit, fructum fert: sin minus, & spinas producit, & frumenti semen iniectum corrumpit. ac perdit. sic animus noster nisi prius curatus fuerit, falsaq; opinione expurgatus, ueritatem uel nullo pacto admittet, uel si admodo id aliquando contingat, frustra admittet. prauus enim non rationi, sed uiolentiæ & necessitati cedere consuenit. Quocirca quia prauus & puer neque scire nisi operaretur prius, neque operari nisi sciret quid sibi faciendum esset, poterat, nisi cogeretur: & qui cogere uolebat quasi inuidus & maligmus odio ab omnibus habebatur: inuentæ sunt leges, ut ipse item in fine decimi inquit, quæ licet hominibus in unam ciuitatem collectis bene agendi necessitatem imponerent, odiosæ tamen ac molestæ minime essent futuræ: quo sub bonis institutionibus assueti homines idonei ad morales disciplinas fungalitatemq; discendam efficerentur, qua præculti & præparati recte omnia ad contemplationem tendentia intelligere ualerent. Temperantia siquidem seu frugalitas, quam σωφροσύνην uocant, ut in sexto ait, ea præcipue est, quæ prudentiam & eam opinionem in animis nostris conseruat, quæ ad agendas res spectat, id est finales rerum agendarum causas, ut honestum & bonum unumquodque nobis esse uideatur. qui enim dolore uel uoluptate perturbatus est, nihil huiusmodi recte percipit. Adde quòd ea quoque peruerse in contemplatione intelligit, quæ huiusmodi morum institutioni respondent: ut est, de creatione mundi, de immortalitate animæ, de prouidentia Dei, de resurrectione, atque alijs huiusmodi. quæ moribus uitæ recte institutæ ita annexa sunt, ut quanto quis moribus magis est depranatus, sensibusq; inuolutus, tanto minus ea probabilia existimet. Vt cur pueri cum esse mathematici possint, naturales aut sapientes non possint, ut in eodem hoc sexto inquit, inde etiam causa sumi ualeat, non tam quòd experientia careant, qua in huiusmodi disciplinis opus est, quàm quod ex perturbationibus uitam traducere consueuerint: perturbatio autem ut ipse etiam in eodem hoc libro asserit, non de circulo aut triangulo atque huiusmodi mathematicis, sed alias in nobis opiniones corrumpat. Pro certo enim habendum illud est, duas has uitas actiuam & contemplatiuam ita inter sese correspondere, sesèq; ita mutuo consequi: ut si altera sit prana, prauam quoque esse alteram: si altera sit bona, alteram quoque esse bonam necesse sit. Nam si quis hominem esse natum existimet, ut cum iumentis saginetur, ueneriq; indulgeat: is quid de immortalitate sua cogitare unquam poterit? Quid de mundi creatione in mentem eius cadere & intelligentiam posse credendum est, qui sine ulla consideratione uirtutis quasi perpetuo quodam torrente delatus ita uiuit, ut quo quis modo uitam traduxerit, non laborandum esse censeat? Qui uero rapienda sibi esse aliena, & adulterium, altaq; flagitia committenda in uita existimat: rationes de Dei prouidentia nullo modo admittet. At qui animo neque unquam à uitijs resurrexit, neque esse resurgendum ad contemplatiuam opinatur, resurrectionem corporis capere quo pacto queat, non uideo. Actiuæ siquidem uitæ perfectio contemplatiuæ perfectionem nobis manifestat: Vt regula morum puritatisq; atque integritatis uitæ siquis uti ad dignoscendam speculationis ueritatem in unaquaque philosophorum secta uoluerit, minus erraturus sit, quàm si ea neglecta ad rationis examen deueniat. Vnde non immerito adcognoscendam ueritatem uita amoris, quàm intellectus longe esse compendiosior dicitur, quippe cum amor rectus & uoluntas bona non nisi à uera intellectione posit existere. intellectio siquidem ueri uoluntatem ad uolendum bonum magis inducit, quàm falsi cognitio. Quæ igitur ita afficit uoluntatem cognitio, ut eam attrahat, & Deo maxime uniat, uerior censenda est: id quod creationis mundi, immortalitatis animæ, prouidentiæ Dei, & resurrectionis nostræ cognitionem facere nemini dubium est. nam cum omnia creasse Deum animo concipimus nostri causa, ut beatitudinem consequamur, nos immortalibus animis creasse prorsus cognoscimus, atque ob id nobis prouidere ipsum sine dubio credimus, ac propterea ut beatitudo hæc toti homini conueniat, resurrecturos speramus. hæ enim omnes quæstiones connexæ ita inter se sunt, ut qui unam peruerit, omnes necessario cæteras depruet ac destruat, qui unam statuit, cæteras omnes concedat, necesse sit. Horum itaque cognitio maxime attrahere uoluntatem nostram ad Dei dilectionem bonamq; actionem uidetur. Reliquæ uero omnes intellectiones deprimunt hominem, & uel brutum efficiunt & carnalem, uel animalem. atque ita fit ut intellectus affectum, & affectus intellectum mutuo sese perficiant, id quod ueritas ipsa etiam declarat, cum inquit, de uera contemplationis cognitione,

& recto proposito ueri cognoscendi intelligens, nemo uenire ad me potest, nisi pater meus traxerit ipsum. & alibi, bonæ actionis perfectionem, quam solus ipse tradidit Dominus, significans, nemo uenit ad patrem, nisi per me. Nihil enim aliud omnes philosophorum scholæ mihi uidentur studuisse, quàm ut hominem ad perfectionem utriusque huius uitæ institutionibus reducerent. Sed id sanè humanum non erat. Et si enim, quantum ad sensitiuam partem spectat, restituere aliquantulum hominem humana institutio poterat: uegetatiuam tamen in sua inobedientia prorsus relinquebat: ut si homo & perfecte, & totus esset restituendus, Diuino auxilio supranaturali opus omnino fuerit: concedendaque omnino resurrectio sit, qua uegetatiua sub rationis obedientiam meliori quodam, atq; ineffabili modo restituitur. Quocirca quantus illi multum diuq; per tot secula, totque nationes laborauerint: nihil unquam tamen efficere potuerunt. Præter enim quam quod in uia plerique aberrabant: adeo difficilia dogmata & laboriosa inueniebant, ut & ea percipere ingenij non mediocris esset, & assequi labor is non exigui. nam uix unus atque alter reperiebatur, qui toto æuo laborans eam perfectionem licet humanam atque imperfectam consequi posset: miraculumque esse uidebatur, si in toto orbe unus per singulas ætates claruisset, qui philosophi uitam traduceret. Posteaquam uero Christi Dei nostri benignitas nos illustrauit, sapientiaq; sua ad exteriora diffusos quasi erraticas pecudes ad interiora reduxit: effectum est, ut omnes euaserimus docibles Deo: omnesque tam pueri quàm senes, tam fœminæ quàm uiri, tam serui quàm liberi fieri perfecti philosophi brevi ualeamus. duobus enim charitatis præceptis & fide instructus quilibet tam ad actiuam quam ad contemplatiuam bonitate & ueritate paratissimus euadit. ut gloriandum ne mihi amplius sit, id quod sapientes nonnullos fecisse memoriæ proditum est, quòd uir natus sit, & non mulier: quod Græcus & non barbarus. quòd Atheniensis & non ex alia Græciæ ciuitate: cum neque uiri neque mulieris, neque Græci neque barbari, neque Atheniensis neque alterius cuiuspiam ullum discrimen sit ad felicitatem hanc religionis nostræ quæ sola uera est, capessendam: sed omnes in Christo unum simus: ad philosophiam cuius omnes, modo uelimus, admittimur. Cum enim charitatis præcepta explicata sint, ut licet finem & perfectionem non includant, qua ad inimicos etiam amandos, & relinquenda omnia, id est ad omnia mundana contemnenda inducimur, quod in affectu est, sed actu tantum & opere præfiniantur, id quod Dominus etiam ipse declarat: nam cum dixisset diligite inimicos uestros, operatam statim subiungit, & benefacite, inquit, his qui oderunt uos: non solum tamen opera exteriora requirunt, ut sine affectu simus, & corde arido solas manus ad opera moueamus: Quin in eo etiam quòd pœna & præmium proponitur, affectus aliquos internos comprehendunt, ut si quis sine pœnæ timore, siue spe præmij ea seruauerit, uel non sine charitate aliqua esse possit, uel ad charitatem certe tendat, eamq; introducat: pluresq; sint, quos timor, & spes corrigat, quàm amor dirigat: quippe cum qui perfectionem, id est salutem suam, quæ gloria Dei est, gloria enim Dei omnes indigemus, inquit diuus Paulus, cupit, & causa eius damnationis pœnam timet, is Deum sicut serui more odisse nullo pacto potest, ita amet etiam necesse sit, cum eum salutis suæ causa fecisse omnia cognoscat. Cumq; tribus præcipue rebus eruditi homines consueuerint, timore, spe, & uirtutum exercitatione: in hac communi omnium ciuitate quæ est ecclesia, ne intercluso ullo etiam imbecillo atque imperfecto uiæ salutis existimetur, tribus quoque his dispensationis nominibus Deus in sacris eloquijs nobis sese manifestauit. nam & ultionum Deus dicitur, ut terrore nos pœnæ coerceat: & salutis Deus, ut spe gloriæ nos erigat: & Deus uirtutum quoque appellatur, ut per exercitationem uirtutum quasi in nobis habere Deum existimantes ad perfectionem nostram festinemus, quæ uera philosophia est. Sed enim quia uideo apud nonnullos ex nostris philosophiæ nomen adeo male audire, ut & ex eius contemplatione non solum utilitatem aliquam ad uitam hominum peruenire non opinentur: sed nocere etiam, & religioni nostræ, id est ueritati repugnare eam existiment: & actionem eius ita contemnendam censeant, ut non modo inanem omnem eam esse dicant, uerum etiam peccatum esse eam affirmare non uereantur: quippe cum nihil prosit, si quis eam uel exactissime exequatus fide tamen caruerit: non secus ac qui uel peritissimus sit gubernator, & nauim in scopulum dirigat, portum eum esse ratus, uel celerrimus cursor cum sit, præter curriculum, illac se ad metam peruenturum opinatus excurrat: uenia ab his mihi impetranda est, paceq; ipsorum dicendum: primum fidem nostram, sicut iustitiæ humanæ quicquam non derogat, qui enim potestati, diuus Paulus inquit, resistit, Dei ordinationi resistit, ita scientiam humanam & uirtutem non tollere, sed perficere: Deinde me hic philosophiam appellare non eam quæ falsa præcipiat, quæq; fallacibus tantum captionibus discipulos exerceat suos, ut tanto magis in ea profecisse uideatur, quanto magis quis & promptius ad ueritatem impugnandam fuerit instructus: ab hac siquidem cauendum D. Paulus etiam monet, ne per philosophiam seducamur: sed eam, quæ recte & in cognitione, rerum uerum & falsum indagat: & in actionibus uitæ bonum & malum inquirit & docet. hæc enim quantum rerum creatarum, & naturæ perscrutatione illustrare animum nostrum possit, si morum moderatio non negligatur. D. Paulus idem testatur, cum inquit: qui cum Deum cognouissent, non sicut Deum glorificauerunt, sed euanuerunt in cogitationibus suis. & paulopost, repleti omni iniquitate, malitia, fornicatione, auaritia, nequitia, inuidia, homicidio, &c. quasi declaret manifeste non modo non repugnare diuinæ illuminationi philosophiam: uerum efficere etiam posse, ut in Dei cognitionem aliquatenus ueniamus, si recte eam & sincere fuerimus persequuti: id est non tam uerbis & disputatione, quàm actionibus & uita eam tractauerimus. Neque enim referre multum existimarim, modo sciat quispiam, certissimq; rationibus persuasam habeat ueritatem, si quas in se habet quodammodo inuolutas, explicare aliis rationes non potuerit: quippe cum id infacundiæ non ignorantiæ attribuendum sit. Hi enim rationes intelligunt sibi tantum, cum re non uerbis bene & operanter & contemplantur. qui uero in rationibus sunt exercitati, plerunque cum traductionem uitæ negligant, in earum ostentatione euanescunt, cumq; aliis nitantur suadere, seipsos imperfuasos semper relinquunt: tantoq; magore digni reprehensione sunt, quod negligentia & uitio proprio rei præclarissimæ, id est philosophiæ infamiam apud omnes conciliant. Cum autem actionem calumniantur, me hic intelligant, uelim, non de ea loqui quæ uel ignorantia aliqua, uel inani quadam gloria

gloria, uel huiuscemodi aliquo uitio fuerit depraua, sine ulla Dei cognitione, sed de sincera ac pura, de qua hic agit Aristoteles: ut si caligine discussa uel meta, uel portus apparuerit, facilius eò perueniamus putem, qui & proiectus aliquantulum sit, & uel in naui gubernanda, uel in celeritate acquirenda sese exercuerit. Nauim enim in scopulum dirigit, & currit extra stadium, & portum, aut metam illic sibi uidetur uidere, qui uel sibi quod non debet, arrogat, uel inani gloria intumescit, aut aliquo alio uitio peruersum finem habet: ita, ut eius quoque opera quæ uidentur bona, peccata sint, & ad perniciem deducant. Qui uero uirtutis causa & honestatis, id est cognoscendi Dei desiderio uel ex uirtute operatur, uel conatur operari, is licet metam adhuc non uideat, extra curriculum tamen non uagatur: quippe cum omne homen, atque omne bonum, quamuis naturale id sit, atq; adhuc imperfectum, non nisi ad fontem tamen omnis luminis, omnisq; boni, à quo emanauit, ideſt ad Deum ipsum nos dirigat. Currit ergo is intra stadium, nec finem peruersum habet, sed imperfectum, donec ei sol iustitiæ oriatur, qui currenti & satagenti, quamuis neque currentis, neque satagentis id sit, multi exortum non currenti, & ocioso diuina scriptura inclamat, surge qui dormis, & illuminabit te Christus. Unusquisque enim, ut inquit diuus Petrus, qui iustitiam operatur, in omni gente acceptus Deo est. Licet enim sine fide charitate inuiolata rectum opus agi non possit, actio bona tamen, hoc est non depraua, quamuis adhuc sit imperfecta, ad charitatem ita animos nostros præparat, sicut frequentati actus ad habitum uirtutis consequendum faciunt: quamuis non nisi ex habitu bonum opus queat existere. Nam si recte aduertamus, homo cum quatenus homo operatur, in lumine, et lege etiam sola naturali, ita agit, ut sicut ratione carentibus animalibus superiorem, ita intelligibilibus naturis, & Deo inferiorem se esse agnoscat. Cumq; ut supertus dictum est, comparatum natura ita sit, ut in perfectione adipiscenda inferius cum superiore connectatur: si in statu suo permaneat homo, et non depraue tur, actiones omnes suas ad Deum dirigeret: neque siquid perfectionis fuerit aliquatus, id sibi ita arrogabit, ut à superiore natura id habere non agnoscat, cuius bonitatis participatione perficitur. Id quod ad gratiam Dei consequendam plurimum facere censendum est: non quod actiones hæ causam accedendi ullam gratiæ exhibeant, sed quòd efficiant, ne nos à gratia refugamus, eiq; resistamus. Sicut enim male agendo a Deo auertimur, & recedimus, ita ad Deum si non prorsus bene agendo, saltem minus male agendo accedimus, & quantum in nobis est à nouo timur, ut illustrationem eius gratis omnibus exhibitam non repudiemus. Etsi enim non claudere oculos non est in causa ut sol nos radijs suis illuminet, non claudere tamen oculos, ut à sole illuminemur facit. tanta enim benignitate erga nos uti uoluit Deus, ut imperti se non nisi nobis non nolentibus uelit. Nam qui omnia nulla Dei habita ratione ijs attribuit, uel eam beneficiorum Dei in se esse existimat, quod Pelagius faciendum sentiebat, corruptæ naturæ est. de cuius philosophia breuem loquitur: cuius sane actiones, quia à lumine naturali etiam deuiare, & qualibet gratia destitutæ sunt tales. Itaque contra Pelagianos disputant, actiones hominis sine Dei gratia appellare merito consueuerunt. Nonnulla uero eorum philosophica hæc sunt. sed Christiani, & pij animi est, nullum diuinum auxilium siue naturale id sit, siue supernaturale, negligere, sed cum omnia fecerimus, experti; pro uiribus fuerimus, omnia Deo ferre accepta, ac dicere serui inutiles sumus. Veruntamen ut in præsentia reliqua philosophorum qui subinde inuare genus humanum ope haud æquis pro uiribus conati sunt, documenta prætermittam: hæc doctrina Aristotelica quàm integra, quàm absoluta, quam exquisita, quàm sincera, quàm sancta sit, dubitare neminem existimo, qui modo in ea non temere & indiligenter fuerit exercitatus. Si enim moralis huius operis perfectionem consideremus: omittamusq; candidissimum uerborum ornatum, acutissimam argumentorum collectionem, grauissimam sententiarum declarationem quibus omnibus cum alibi consuerit, tum hic potissimum utitur Aristoteles: ultimusq; integritatis tantum actiuæ & contemplatiuæ uitæ quas hic instituit, animum aduertere: nihil inueniemus, quod expurgandarum animæ sordium diligentia æque ad Christianum apicem deducere homines possit: non ut eum quidem consequantur, tantum tamen ab eo absint, quantum in eo rendum constituti sint: nihilq; quod animum nostrum humana uidelicet ratione ita attollat, hominemq; exterius constitutum ita moderetur, ut ad sufficiendam supremi intellectus, Deiq; illustrationem, nisi ipse repudiet, aptissimus reddatur. Cum enim duplicem hominem, sicut diximus, intelligat: alterum, qui ex anima & corpore constat, qui exterior homo est: alterum, interiorem solum: uocat autem intellectum, rationalem uitam, qua homo interior euadit, quem uere & prime & maxime hominem esse statuit: duplicem quoque felicitatem eius inuenit, unam intellectualem & perfectam, quam contemplatiuam nominat, de qua in decimo libro qui finis huius operis est, utpote summam omnium uirtutum circumscripturus, tractaturus est: alteram actiuam, quæ cum externis rebus existit, quam in primo libro quænam sit, inquirit: atque eam operationem ex uirtute in uita perfecta esse diffinit. quæ quidem operatio, quia licet non ex se, sed ratione materiæ circa quam uersatur, & corpore indiget & externis, id est uegetatione sensuum, sanitate, robore, pulchritudine, nobilitate, diuitijs, amicis, & cæteris fortunæ bonis: unde acquiratur, considerat. & licet præclarissimum Dei donum absolute non sit, sed studium etiam nostrum requirat, disciplina tamen & diligentia acquiri ab omnibus posse, eo quod in uirtute præcipue consistit, uirtusq; stabilissima felicitatis causa est: ut donec permanserit id quod dominum obtinet, id est operatio uirtutis, nunquam effici ullis calamitatibus miser quispiam possit: licet beatus dicendus non sit. Tum quia uirtutes morales in irrationali parte existunt, de animæ diuisione nonnulla agit, uirtutesq; alias intellectuas quæ in ratione prædita parte sunt, alias morales quæ in irrationali existunt, esse inquit. irrationalemq; partem in ratione carentem, & rationis aliquatenus capacem diuidit. Quia uero felicitas hæc licet & corporis bona & fortuna etiam indigeat, in uirtute tamen potissimum consistit: in secundo de uirtutibus moralibus prius tractare incipit, easque a more & assuetudine duci asserit, eo quòd non natura nobis insunt, sed exercitatione comparantur: quippe cum naturalibus facultates præcedere operationem soleant: in uirtutibus econtrario habitus operationem subsequantur. nec secus ac circa uoluptatem & dolorem præcipue: efficeque habitus diffinit, quibus homo & bonus ipse efficitur, & bene opus suum reddit. duplicemque esse mediocritatem quantum ad rem, & quantum ad nos attinet, uirtutesq; in

 mediocri-

mediocritate quantum ad nos consistere. easq; omnes cum extremis suis descriptione facta enumerat. Postea docet quo modo ad mediocritatem hanc reduci ualeamus: à uoluptateq; præcipue cauendum esse monet: mediocritatesq; quantum ad nos uidelicet spectat, inter duo uitiorum extrema esse demonstrat. Deinde quia uirtus & uitium electionem requirebat, quæ in nostra est potestate: quid spontaneum esset existimandum, quid item inuitum in tertio prius considerans, ut uirtutem & uitium in nostra sita esse potestate ostendat, ad uirtutum tractationem postmodum descendit: de fortitudineq; & temperantia agit, earumq; extremis: diffinitionibus, & diuisionibus, proprietatibusq; & uirtutum & uitiorum diligenter assignatis. Tum in quarto de reliquis plerisque, id est liberalitate, magnificentia, magnanimitate, de moderato honoris studio, de comitate, de urbanitate, reliquisq; quæ in societate hominum exercere necesse est, pertractat.

In quinto absolutam de iustitia disputationem persequitur: & alteram uniuersalem, alteram particularem esse ostendit. uniuersalemq; omnes uirtutes in se complecti: particularem alteram distributiuam, alteram commutatiuam & emendatiuam esse, quarum altera arithmetica, altera geometrica proportione constet. ubi de iure & iniuria, de iure naturali, legitimo, ciuili, bellico, de æquo & bono diligenter disserit. Postea quia uirtutes hæ actiuæ quæ in parte appetitiua & sensuali existunt, recta prudentiæ ratione quæ intellectiua uirtus est, moderamen accipiunt, perq; eas ad intellectuas ascensus præparatur: sextus uirtutibus intellectiuis totus dicatur. & sicut in primo irrationalem animæ partem diuisit, quia de moralibus uirtutibus erat acturus, quæ in ea existebant: sic hic rationem distinguit, intellectumq;, id est animam rationalem in duas facultates diuidit, consultatiuam, & scientificam, seu in opinatiuam & cogitatiuam: cumq; alteram, id est consultatiuam in intellectum actiuum distribuat, & effectiuum: actiui prudentiam esse, effectiui artem declarat: quas inter se in eo multum distare docet, quòd qui in arte sponte peccat, melior sit, quàm qui inuitus: in prudentia econtrario, qui inuitus peccat, quàm qui sponte, melior multo existimetur. scientificam partem contemplatiuum seu speculatiuum intellectum appellat. sed cùm is uel principia tantum percipiat, uel ea quæ ex principijs existunt tantum, uel utraque: cum principiorum est capax, intellectus: cum conclusarum rerum ex principijs, scientia: cum utrorunque, sapientia nuncupatur. ita ut sapientiam esse nihil aliud quàm scientiam & intellectum simul asserat. prudentiam uero esse eam quæ cum moralis uirtus scopum idoneum proposuerit, ea quæ ad scopum ipsum tendunt, rectà perducit. Cuius partes omnes examinando diligenter quid bona consultatio, quid solertia, quid sententia, & reliqua huiusmodi sint, pertractat. Posthæc autem, ut nihil quod ad rem facere uideretur, inexcussum reliqueret: quia nonnulla esse inuentebantur, quæ uel supra uirtutem moralem, uel infra eandem esse uiderentur: in septimo ea persequutus est. nam cum quis supra omnes iustos iustitia, supra omnes fortes fortitudine, supra omnes temperantes temperantia, & ceteris huiusmodi excellit: hunc non uirtute absoluta, sed heroica & diuina uirtute præditum esse affirmat. quemadmodum contra si quis immanis adeo sit, ut uitijs omnibus omnes superet, non uitio sed feritate & immanitate institutum esse aiat. Cui uero quis temperanter agit cum pugna tamen, & appetitus resistentia, eum non proprie uirtutem habere, sed esse continentem ostendit: quippe cum uera uirtus nullam in se repugnantiam irrationalium facultatum patiatur. sicuti eum prauum & uitiosum proprie non dicit, sed incontinentem, qui cum sciat quid agendum sibi sit in uniuersali, in particularibus ipsi ignoratione ex affectuum perturbatione oborta intemperanter tamen agit. unde bestias quia uniuersalium existimationem nullam habent, minime esse incontinentes. hic autem quoniam non ex eo quod persuasus sit, uoluptates sectatur, pœnitentia etiam ducitur: atque iccirco intemperante qui persuasus est, longe melior est. neque incontinentia cum principium corruptum non habeat, uitium esse existimatur. Quia uero continens & incontinens uoluptate maxime & dolore moueri consueuit, uirtutesq; omnes morales ut in secundo ostendit, circa duos hos affectus uidentur existere: uoluptasq; & dolor duo quasi consultores, ut aiebat Plato, uitæ hominis sunt: atque iccirco ab adolescentia ita institutos esse oportet homines, ut his gaudeant & doleant quibus gaudere & dolere debent: uoluptasq; præterea spectare ad felicitatem actiuam & humanam uidetur: de uoluptate nonnulla agit, quot eius sint genera, prauus alias, alias honestas, alias neutras esse declarans. Vbi uero de uirtutibus moralibus, & ijs quæ subsequuntur, id est intellectiuis, tum de ijs quæ uel supra uel infra morales esse uidebantur, satis explicauit: quia ad felicitatem hominis qui ex anima & corpore constabat, primum animæ, quæ ad essentiam eius spectant, deinde corporis, quæ sunt necessaria, tum fortunæ bona requirebantur, quæ utilia sunt, atque adiutricia, & externa appellantur: atque inter externa amicitia maximum erat, ita ut aut uirtus quædam esse, aut cum uirtute existere ut ipse inquit, uideretur: nonnullisq; iustitiæ eam distributiuæ partem existimarent: de amicitia in octauo & nono exactissime pertractat. In octauo quæ sit amicitia: tresq; eius esse species utilem, iucundam, honestam ostendit: ut in honestate inter similes, in utilitate & iucunditate inter dissimiles existat. honestaq; amicitia sola proprie amicitia dicatur. atque amicitia perfecta non posse fieri, ut quispiam amicus multis sit, quemadmodum neque ut amore multorum simul aliquis capiatur, quippe cum id natura spectare ad unum soleat. Sed cum hæ inter æquales personas sint, de alia agit quæ inter inæquales reperitur: quo modoq; ea seruanda sit, docet: tum de ciuili, de domestica, de naturali quæ inter consanguineos est: de sodalitia, aliisq; huiusmodi diligentissime omnia indagat. postea de querelis quæ contingere in amicitijs soleant: plurimasq; in utili amicitia, nullas in honesta contingere ait. In nono postea reliqua de amicitia persequitur, quæ uidelicet in dubium uenire poterant. querelæ amicitiarum quo pacto tollendæ sint: quando dissoluendæ amicitiæ: utrum amicitia sit benevolentia, utrum concordia: cur qui beneficia contulerunt, magis ament: quia scilicet opera sua amant, & honeste factum quod in affecto est: & quia laboriosius est dare quàm accipere. utrum sui amor sit laudabilis: esse quidem in probo uiro qui uere se amat, & non corpus & sensum: atque ita, ut mensura amoris erga alios etiam sit. unde quia scelesti manifeste se non amant, eos neque aliorum amicos esse posse: quærere tamen consuetudines aliorum quoniam conscientia scelerum molestantur,

molestantur, ut seipsos fugiant. At felicem amicis indigere tantum probis & honestis non utilibus & iucundis: primum, ut operationes eorum uidens, quia sua inspicere non ita potest, perinde oblectetur ac suis: secundo, ut iucunde semper uiuat assidua operatione tum sua, tum amici: tertio, ut amici operatione inspecta magis excitetur. Postea utrum amici plurimi faciendi sint, quærit: docetq; in utili amicitia & uoluptuosa id non posse, in honesta satis esse si uel paucos, id est duos aut tres habuerimus. qui enim multorum sunt amici, eos nemini esse amicos nisi ciuiliter posse. tum in aduersa ne an in prospera fortuna opus magis amicus sit, considerat: in aduersaq; necessariam esse, in prospera honestam magis amicorum præsentiam esse declarat. Sequebatur de contemplatiua uirtute agere: sed quia ea summam in se uoluptatem habet, de uoluptate prius in principio decimi nonnulla considerat, ueterumq; de ea opiniones persequitur. uoluptatesq; esse diuersas tum pro ratione operationum statuit, ut sensuum aliæ, aliæ intellectus sint: & quæ sunt sensuum quoq; inter se esse diuersas, ita ut altera alteram corrumpat. tum pro ratione bonitatis aut improbitatis: quæ enim malam operationem sequitur, est mala, quæ bonam, bona: quæ item à mala cupiditate prouenit, prana, quæ à bona, bona censenda est. tum pro ratione purioris instrumenti, aut impurioris: nam quæ ex uisu fit, est purior, quàm quæ ex odoratu: quæ ex odoratu, quàm quæ ex gustu & tactu, quæ intemperantium est. tum pro ratione subiectorum: alia siquidem bominis, alia canis uoluptas est. cumq; in homine diuersæ sint huiusmodi uoluptates, ea propria eius est, quæ & intellectu & affectu bene instituti hominis est. Posteaquam hæc absoluit, ad tractationem de felicitate ueri hominis & interioris descendit, cui præsidet sapientia, eamq; esse operationem ex uirtute quæ præstantissima in homine est, quæ est contemplatiui intellectus, eamq; esse actiua longe præstantiorem octo causis ostendit: quia eius partis hominis est, qui proprie est homo, & circa sua obiecta quæ sunt intelligibilia retrahitur: actiua uero circa exteriora diffunditur. quia est assidua quia iucundior multo est, magisq; sinceras & minus interruptas habet uoluptates. quia ex se sufficit, paucisq; admodum extrinsecus indiget. quia est tanquàm finis, & ex sese diligitur: actiua uero propter contemplatiuam appetitur quia in otio & quiete consistit, actiua in turbatione & negocio: bellum uero ob pacem, & negocium ob otium fit. quia est sublimior & diuina: actiua uero humana. quia est ex intellectu qui est solius hominis: actiua uero etiam brutorum aduncitas facultates habet: quibus nonam Christiana nostra perfectio adiungit, quia in futurum etiam perseuerabit, neque auferetur. Postremo de actiua nonnulla resumit, ut & eam ex comparatione longe inferiorem esse ostendat: & ad ciuilem doctrinam tradendam transitum idoneum faciat. cum enim qui imbutus prius non est bona uitæ institutione, aptus ad disciplinam moralem intelligendam esse non possit, ut in superioribus libris & in primo præsertim sæpius docuit: atque iccirco assuetudine prius aliqua indigeat, assuetudinemq; hanc non nisi leges ualeant afferre, quæ pœnis propositis à uitijs deterreant, præmijs ad uirtutem ciues incitent atque inducant: quo pacto idoneus aliquis ad condendas leges efficiatur, declaraturum se in sequentibus rerum publicarum libris pollicetur. Atque hæc totius huius doctrinæ summa est. Quia uero nonnullos esse scio, qui non tam doctrinam quàm suasionem in huiusmodi negocio requirendam censent: monitiones eius quasdam & incitationes castigationesq; subiungam: quas, sicut pium magistrum decebat, inter docendum opportune locis suis inseruit. Primum enim ut ad studium & industriam auditorem incitet, qualis huius disciplinæ esse idoneus auditor debeat, monet: nihil interesse inquiens iuuenis ne aliquis ætate sit, an moribus. huiusmodi enim hominibus inutilem esse hanc cognitionem non secus atque incontinentibus: quippe cum huius disciplinæ finis non cognitio, sed acto sit. Ad aliasq; artes consequendas non solere electionem aut stabilitatem requiri, sed ipsam solam cognitionem sufficere: ad uirtutes uero cognitionem parum, uel nihil ualere: reliqua id est electionem & agendi perseuerantiam multum ac totum conferre. non agendo enim non modo non effici quempiam bonum, sed ne in eo quidem statu esse, ut effici possit. Cognoscere item iusta & iniusta nullam sapientiam esse existimare homines quia à legibus ea præscribuntur: cum tamen quæ leges statuunt, minus iusta sint, quàm medicamenta, salubria, difficiliora enim cognitu iusta, quàm salubria sunt. salubria uero non ex libris cognosci, sed experientia & habitu ab artifice qui artem exerceat: sic iusta, ab eo qui operetur. atque hæc inquit, quo subinde uidelicet inculcet, non esse negligendum, neque cognitioni tantum acquiescendum: quippe cum cognitio in huiusmodi moralibus ex actione ipsa eueniat. neque legis periti magis iusta sciant, quàm qui, licet nunquàm uiderint leges, iustitiæ habitum sibi agendo contraxerint. non enim satis esse si uirtutem cognouerimus, id quod subinde repetit, sed ut eam habeamus, eaq; utamur, esse enitendum. nam si uerba ad reddendos homines probos sufficerent, multas sanè & magnas mercedes acciperent: quippe cum qui discit hæc tantum, similis ægrotanti sit, qui libenter quidem medicum audiat & percipiat, nihil tamen agat. Orationemq; non in omnibus uim habere, sed opus esse, ut præcultus sit auditoris animus, non secus ac terra, quæ nutritura semen sit. Satisq; esse si quamuis omnia adsint, omniq; faciamus quæ debemus, quibus probi effici uidemur: euadere uirtutis participes posse nos. Contentos enim esse nos non debere quòd apti ad operandum simus, sed operandum omnino esse. sicut enim in olympijs certaminibus non pulcherrimos & robustissimos, sed qui decertant & uincunt, coronari: sic in uita non qui sunt idonei, sed qui operantur, felicitatem consequi. felicitatem enim licet diuinitus detur, esse tamen eiusmodi, ut laborem nostrum etiam, nostramq; electionem requirat, atque adeo esse communem, ut disciplina & diligentia comparari ab omnibus possit. quo alacritatem omnibus exhibeat ad bonum consequendum, nisi ignaui admodum esse ac desides uoluerimus. Postea ut non tantùm ad operandi diligentiam homines inciteret, sed à uoluptuosa uita etiam auocet ac deterreat: seruiles prorsus ac pecudes appellat eos qui uoluptariam uitam sectantur, & principes Sardanapalos: quo fugillatione hac atque infamia notati erubescant, atque ad temperantem uitam redeant. Resolutisq; membris corporis similes esse incontinentes. Ac uoluptates quidem turpes, non esse nisi corruptis hominibus dicendas uoluptates: quibus uidelicet uoluptates uidentur. sicut non esse dulcia neque amara ea quæ uidentur ægrotis. corporisq; uoluptates, quia sæpe in ipsas incidunt homines, cuilibetq; facile occurrunt, nonnullis huius hæreditatem fuisse adeptas, atque iccirco intemperantiam merito esse uituperabilem quia nobis ineft non

quales

quatenus homines, sed quatenus animalia sumus: ut ferinum sit talibus oblectari. Neque uenereorum tantummodo uoluptates hoc modo carpit, quo ab eis unumquenque qui hominem se agnoscit, deterreat: sed leuiores etiam, quæ tamen cum à seriis homines auocant, tum nimia relaxatione ad libidines reddunt propensiores. lusiones enim uoluptuosas damnat, in quibus propterea positam esse felicitatem homines opinantur, quia tyrannos & in potestate constitutos eis uti uident. Neque enim, inquit, si isti principes & tyranni, quia sincere & liberalis uoluptatis gustum non habent, ad corporis uoluptates confugiunt, propterea eas magis expetendas esse existimandum est. nam & pueri quæ apud se in precio sunt, præstantissima esse opinantur. Quod cum inquit, quàm ullipendit & grauiter castigat horum uitam, quam beatam ipsi arbitrantur. philosophiam enim habere in se mirabiles & puritate & stabilitate uoluptates: iocum & lusum ut negotiari postea posumus, admitti solere, non ut dissoluamur. Sed fortasse, inquit, eiusmodi aliquis est, ut diligentiam non adhibeat: at ut eiusmodi sint homines, & intemperantes efficiantur, ipsi in causa sunt, dum remisse & dissolute uiuunt, & in continua uitiorum operatione uersantur. habitum enim sponte acquirunt, à quo postea liberari non possunt, cùm uolunt. nam neque qui ægrotant, sanos effici cum uolunt, posse: licet uel intemperanter agendo, uel medicis non obtemperando sponte in morbum inciderint. nam si iucunda & molesta uiolenta esse quispiam opinatur, omnia sibi uiolenta esse existimabit. sed ridiculum esse in externa potius causam referre, quàm in nosmetipsos, quòd huiusce modi rebus facile mouemur: & honesta nobis, turpia iucunda ascribere. Quocirca quia uitia & uirtutes in nostra potestate sunt, ut ad mediocritatem reducamur, monet. qua in re spectandum esse inquit ad quæ nos simus procliuiores, atque in contrarium, eorum more qui ligna distorta dirigunt, nos ipsos abstrahendum, quò peruenire ad medium uirtutis ualeamus: uoluptatemq; præcipue utandam, quippe quæ corrumpere iudicium soleat, & sicut Troianorum proceres Helenam, licet pulchra esse uideretur, dimiserunt, ita à nobis uoluptatem ob pulchritudinem ne nos corrumpat, esse repudiandam. Quid cum ebrium duplici pœna dignum esse ait, eo quod & se priuarit sponte ratione, & ebriosa praue agat: Vel qui se occiderit, ignominia quadam affici dum indignus ciuium sepultura iudicatur: nonne hominem à læsione sibi tam animæ quàm corporis inferenda deterret? Quàm cupiditates hominum moderatur, cum non debere optare à Dijs homines inquit diuitias, honores, famitatem, & cætera quæ simpliciter bona appellantur: quæ ex sua natura quidem & bene affectis bona cum sint, non omnibus bona euadunt. Ideo esse optandum non ut quæ simpliciter sunt bona, consequamur, sed ut ea nobis bene uertat, ac bona sint. quæ autem nobis bona sunt, esse eligendum. Quàm ad tolerantiam confirmat, cum molles carpit qui pallium per terram trahunt, ne scilicet si ipsum tollant, laborent: qui cum ægrotantes imitentur, miseros se esse non existimant: cum miseris similes sint. Quàm ab amore uano abducit, cum amatores deridet: qui sicut amant, ita se esse amandos censent. nam si simili modo essent amabiles, fortasse censere ita deberet: Quàm in amicitia sinceritatẽ seruãdã monet, cũ amicos qui simulãt se esse ueros, & nõ sunt, magis esse accusandos aut q̃ qui monetã adulterãt, eo q, circa rẽ pretiosiorẽ peccãt. Cum uero orationes de ijs quæ in affectibus & actionibus consistunt, minorẽ q̃ operã ipsa habere probabilitatẽ, inquit: cumq; discrepant ab ijs quæ sensu percipiũtur, contẽptas ueritatẽ quoq; ipsam perimere: ita ut ueræ orationes nõ solũ ad cognoscendũ, sed ad uitam quoq; ipsam instituendam utilissimæ sint. quid aliud facit, quam consulit, ut tam ueritatem in oratione, quàm probitatem in moribus semper conseruemus? Morum autem institutioni quanta adhiberi diligentia debeat, ostendit, cum monet ut quamuis leges bene institutæ sint, debere unumquemque tamen priuatam & liberorum & amicorum suorũ curam habere: magis enim uideri singula absoluisi priuata cura adhibeatur. Vt uero stimulos etiam aliquos ad contemplationem hominibus adhibeat, sui amatorem esse eum inquit qui se proprie amat, id est præcipuã sui partem: sicut enim ciuitas maxime id uidetur esse, quod in ipsa præstantissimum est, ita & homo: quasi incitans omnes ad honesta sectanda, partemq; suam intellectualem præcipue excolendam quod efficacius persequitur quasi uotum suum manifestans, cum inquit: si omnes ad honesta consequenda certarent: & pulchre omnibus, & priuatim singulis maxima bona euenirent: siquidem uirtus tale quid est, ut quo perfectius fuerit exculta, eo maiores utilitates semper afferat. neque enim debere nos cum simus mortales mortalia cogitare, sed extolli & immortales quatenus fieri potest, redde: absurdumq; esse si non suam quisque, sed alienam uitam expetat: quasi in erubescentiam inducens, si intellectualem & rationalem uitam negligamus: quippe cum nõ homines, sed alterius naturæ animalia futuri simus. Nam cum eũ qui ex intellectu operatur, eumq; excolit atque optime afficit, Deo esse carissimum uiderit ait: Consentaneum enim esse Deum re illa quæ optima est, ipsiq; est cognata, & intellectu delectari: eosq; qui eam maxime amant & honorant, remunerari. pie admodum & prouidentiæ Dei & immortalitatis nostræ significatione ad amplectendam cõtemplationis puritatem inuitat. Sed de his hactenus. Satis enim esse hæc ad perfectionem moralis huius institutionis declarãdam unicuiq; possunt. Cum igitur hæc Aristotelis actiua adeo sincera sit, ut à nostra Christiana nihil planè dissentire uideatur: nisi quatenus illa paulo perfectius ac sublimius adhuc hominem prouehit: ita ut non solum uitia omnia, ut ipsa hæc faciat, tradicet: uerum etiam exiguas omnes radicum fibras unde timeri pullulatio aliqua possit, diligenter perscrutandas euellendasq; censeat. Cumq; actiua, ut diximus fundamentum contemplatiuæ sit, eiq; correspondeat: simili modo contemplatiuã quoq, & rationalem, quam philosophus hic tradit, non differre à Christianorũ speculatione, nisi in eademhac perfectione cre ledum est, si moralis huic fabricæ consentanea esse eã debere existimamus. Nam quæ de æternitate mũdi, de anima, nonnullisq, alijs huiusmodi disputat, magis ad morem ipsius quo uti in rebus omnibus pertractandis consueuit, q̃ ad impietatẽ aliquã referenda sunt. A natura enim non solet recedere Aristoteles: ut etiã quæ supra naturã sunt, sicut etiã nonnulli philosophiæ eius Graci interpretes asserũt, eo modo consideret, quo naturã respiciunt, quatenusq; in natura cõstituta sunt: contrario modo q̃ D. Thomas consueuerit, qui naturalia quoq; paulũ à natura subleuãdo indagat. ut propterea quoq; in multis dissentire inter se philosophi uideatur, cũ tamẽ in uia & modo cõsiderãdarũ rerũ plerũq; magis, q̃ in rebus ipsis discrepẽt. Si enim de Dei prouidentia interdum ita loquitur, ut eam, cum intra uniuersalia tantum contineat, nimis parcam statuere uideatur, ac propterea a nonnullis ex nostris Epicuro, qui eam penitus tollebat, inferior iudicetur: ita dicere ipsum censendum est,

dum est, non q, eam ad particularia quoq; uel exactissime diffundi non putaret, sed q, ordinarie particularibus ita prouidere animaduerteret, ut modum & ordinem naturalem non impediret, ad quem ipse respiciendo, ut diximus, omnia pertractat. Si de anima mortales aliquas rationes affert, ut quibusdam uidetur, eæ uerissimæ ac certissimæ sunt existimandæ, si de anima ea intelliguntur, quæ materiam respicit, corpusq; mortale informat, ac perficit. Si uero de æternitate motus nonnulla dicit, quibus mundum non esse genitum demonstret, contra religionem nostram ea esse minime sunt existimanda. uerum enim esse id constat, si ad naturalem hunc ordinem quem ipse spectat, consideremus. non enim ex hac alterationum serie ac uicissitudine à principio creatum esse mundum assertmus, sed ex creatione eius alterationum seriem postea successisse. Aliquin enim absurdum esset, si uel ea nũquam incepisse assereremus, quæ quotidie incipere uidemus, uel infinitum actis concederemus. quod quo pacto effugere possimus, si infinitos numero homines, id quod in æternitate mundi omnino dãdum est, præcessisse confiteamur, non intelligo. Quippe cum infinitum eandem uim tam si sit, q̃ si fuerit, habere uideatur. utrobiq; enim excludi à potestate uidetur, sine qua esse nullo pacto potest. Adde q, ipse etiam Aristoteles tantũ abest, ut quæ de æternitate mundi disputat, certa esse & uera existimet, ut in libris dialecticis problema de æternitate mundi pro neutra parte certas habere rationes asserat. Nam si mortalem quoq; animam dixerimus, multa absurda sequantur, necesse est. primum uel non esse creatum mundum, quod absurdum esse ostendimus, uel si sit creatus, frustra esse: deinde nullam Dei esse prouidentiam, quippe cum hominis res, quæ in hac uita finirentur, temere, & non pro merito cuiusq; succedant. Quod si sit, uel Deum non esse, uel non intelligere, quæ aut creauit, aut inferiora ipso sunt, censendum est. At si docendi uitam qua humana hæc sensuq; exposita ad clariorem demonstrationem respicit hic Philosophus, animaduertamus: facile intelligemus eius rationalem tractationem etiam si uerbis aliquando uideatur, sententia tamen à morali quæ sanctissima est, nusquam discrepare: si modo sibi eum constare existimemus: gradumq; uitæ actiuæ, ut uerisimile est, ita supposuisse, ut ad contemplatiuam ad amussim respondeat. Moralis enim hæc & actiua non tam agendi & operandi, q̃ discendi etiam principium est. sicut iidem Græci auctores monent: qui in disciplina Aristotelica ac philosophica, qua animus noster ad bonum agendum & uerum intelligendum instruitur, principium à morali institutione sumi oportere eam ob causam affirmant, quia instrumenta, cuiusmodi sunt dialecticæ rationes, ea sunt natura, ut bene & male uti eis quispiam possit, nisi animum prius bona morum institutione recte præparatum habuerit. Quia tamen hæc Aristoteles dialecticis demonstrationibus quatenus rei materia patitur, satis exquisite pertractat: ideo oportere, ut qui discipulus eius esse uult, simplici primum aliqua morum institutione imbutus, deinde logica eius disciplina percepta, qua intelligere argumentandi rationes ualeat, ad hoc opus audiendum sese ante omnia conferat: ut stabili hoc fundamento iacto superextruere cætera quæ ad contemplationem spectant, firmiter possit. Qui enim hoc uel non subijcit, uel ineptum ac labans subijcit, cum non habeat, ubi insistat, euanescit in cogitationibus, ut inquit D. Paulus, contemplationisq; totam ædificationem ruinosam efficit. Quapropter cum plerique hodie hac uia minime ingrediantur, neq; fundamentis his tactis ædificent, quippe cum opus hoc quod exordium & uiuendi & discendi esse tam ostendimus neq; in gymnasijs publicis locum ullum præcipuum habeat, neq; priuatim à quoquam nisi disputandi tantũ aliquando causa non agendi consideretur: mirandum nihil esse existimo, si nonnulli inueniantur, qui cum peripateticos se esse dicerent, uel philosophum hunc ipsum, uel nostra condemnent. nam cum in euoluendis eius libris non id studeant, ut consentanea ratio actioni cuadat, cõstansq, utraq; doctrina seruetur: in multa absurda necessario incidunt: ut & impia nonnulla eius dogmata cogantur fateri: & philosophiam etiam ipsam adeo à religione nostra discrepare asserant, ut qui ea fuerit imbutus, si eam sequi uelit, esse bonus Christianus non possit. quasi fieri ullo modo queat, ut nos uel rerum uerarum cognitio à ueritate, uel creaturarum scientia à creatore alienet. Cum præterea neq; Aristotelicæ uirtutis & felicitatis uerum sensum perceperint, si quem uiderint aut audierint ex nostris pium ac sanctum uirum, qui uel uoluptatibus adeo se abdicarit, ut delectare sensus omni ex parte refugiat: uel posthabitis omnibus & corporis & fortunæ bonis in solitudinem aliquam secesserit, ibiq; à cõmercio hominum separatam uitam traduxerit sola uirtute contentus: uel honorem ab hominibus & gloriam contempserit: uel iocosam loquutionem prorsus è consuetudine sua reiecerit: uel mori potius aliquando proposuerit, q̃ quippiam de perfectione sua relaxare uoluerit: non quasi perfectorem admirantur, sed modo rusticum, modo stupidum, modo ineptum, modo humilem & abiectũ, modo agrestem esse dicunt. Hominem enim sociabile esse animal tacitant: ut cõsortio hominum se priuare non solum ab utilitate publica, uerum etiam ob omni prorsus humanitate alienum sit. Felicitatemq; bona etiam reliqua non ea tantum quæ animæ sunt, requirere, neq; uirtute sola esse contentam: ut priuet se felicitate, qui uel corpus negligit, uel fortunas: similisq; esse artifici censeatur, qui ut melius operetur, instrumenta abiciat. Virtutem item in mediocritate consistere asserunt: unde non eum esse uirtute præditum qui uoluptates corporis, uel honorem, uel iocum cuitasti bi penitus circũciderit, sed qui hæc omnia moderari sciat. Virtum uero ita facile negligere cum felicitas uitam etiam perfectam & longam requirat, esse eius qui felicitatem etiam ipsam contemnat. Atq; hæc dum dicunt, felices se esse opinantur, dum & semper quod perfectius se esse uident, damnant: & huiusmodi rationibus & sibi et plerisq; alijs nũquam perfectiorem & puriorem uitam esse inquirendam, sed genio & curandæ cuti iucunde semper indulgendum esse persuadent. Cum tamen si studio cognoscendæ ueritatis, & non affectibus suis patrocinandi hæc dicerent, Aristotelem ipsum habeant, qui felicitatem hanc quam dicunt, non esse ueram hominis manifeste declarat, sed humanam & ciuilem, quæ homini tantum exteriori conueniat, non interiorem & uerum hominem perficiat: ad quam nostri illi festinandum censent. sicut enim prior hæc humana felicitas & actiua plurimis: ita illa paucissimis indiget: solaq; uirtute est contenta, nisi quatenus corporis necessitas postulat. Quæ enim Alexander in libello de felicitate contra Stoicos disputat, eam sola uirtute non esse contentam asserens: de felicitate tantum hac humana & imperfecta dicuntur: ut Eustratius quoq; in decimo ostendit: in illa autem quæ ueri boni nis est, nullam uim habent. Nam ut ipse Aristoteles in decimo inquit, contemplanti nulla huiusmodi rerum ad operationem quidem indigentia est, quin ferè contemplationi esse impedimento consueuerint, quatenus tamen homo est, cum pluribusq, uitam

tusq; uitam degit, ex uirtute agere proponit. talibus igitur ad humane se gerendum indigebit. Vbi etiam illud animaduertendum, asserere Aristotelem hominem uerum & contemplatiuum non esse sociabilem, neq; cum pluribus uitam traducere: ut uana etiam istorum hac ex parte tactatio euadat. Nam cum nonnulla ob necessitatem indita in natura hominis sint, si sublata ea necessitas fuerit, summæ uirtutis esse censendum est, si omne studium, omnisq; labor nostra adhibeatur, ut ea quoque penitus auferantur. ubi enim incidit in potentiam homo, extrinsecusq; excessit, auxilio aliorum statim indiguit: utq; & ipse aleretur assidue, & genus suum in posterum propagaret, opus habuit uoluptate quæ subinde ipsum instigaret. Vnde cum se recolligit, et ab exteriore hac diffusione retrahit, nullius auxilio, nullaq; propagatione indigere incipit, nullaq; item alitione, nisi quatenus ad sustentandum corpus sufficiat: ad quam adeo paucis contentus est, ut ea quia uitæ exteriori necessaria tantum sunt, uana etiam esse existimet. uanitatis enim, id est huiusmodi necessariis inquit D. Paulus subiectam esse creaturam propter eum qui eam subiecit in spe: quasi si uel hac corporis uita ad uirtutum exercitationem opus non esset, uel aliqñ non speraremus fore, ut hac etiam sublata, qñ uidelicet uegetatiua ad obedientiam rõnis per resurrectionem licet diuiniore quodã modo fuerit restituta, sola contẽplatiua in nobis perpetuo confirmaretur: nulla prorsus corporis cura habenda nobis esset, ut non immerito quatenus fieri põt, qui perfectionẽ hanc affectant, ab his se abstrahãt: laudatiq; summopere nonnulli fuerint, q, adeo ab his mundanis sese subduxerint, ut per multos annos hominem ullum, cuius consortium esse aliis iucundissimum solet, non uiderint: quippe cum qui ob uirtutem eò prouecti sunt, ut humana societate non indigeant, Deo uniti iam esse intelligantur. Adde quod si contemplatiuam felicitatem quoque omittere in præsentia uelimus, istis nihilominus respondere ex Aristotelis sententia possemus: si ea quæ in nostris damnant, tum ad Heroicam uirtutem referremus, quæ ut in septimo docet, omnia excellentius ac sublimius quàm moralis exequitur: tum ad moralem ipsam: nam cum semper donec uiuimus, uti prudentia opus sit, ut propterea prudentiæ non possit esse obliuio, ut ipse in sexto inquit, quippe cum eius subiecta semper nobis sint obuia, neque ullus locus, ullum tempus,ulla actio, ullus affectus reperiatur, in quibus non requiratur prudentia, quæ uirtutum moralium recta ratio est: extra uero tempus, aut locum, aut actionem, aut affectum esse nemo possit, dum uiuit: fit, ut moralis, id est actiua uirtute semper aliquatenus uti unusquisque etiam contemplatiuus debeat. Quapropter quia felicitas in uirtutis operatione consistit, operatio uero alicuius in qualibet occasione semper existit: ex uirtute aliqua semper operari unusquisque potest, dum uiuit. neque abiecere operandi instrumenta censendus est, qui ea abiicit, quæ ad operandum sibi sunt impedimento. quippe cum & diuitiæ & sanitas & reliqua externa ancipitis naturæ sint, ut sicut prodesse, ita obesse aliquibus ad uirtutem exequendam ualeant: ut ea reijcere à se quisque debeat, quæ sibi esse impedimento sentit. quemadmodum neque faber, si malleum reijceret, qui cusonem semper ei soleret deprauare, utpote ratione esset dignus, neque priuare se instrumentis magis quàm aptare diceretur. Præterea in primo felicitatem hanc esse eiusmodi inquit, ut a quocunq; possit comparari. quasi si adsit uirtus, cum Dei præclarissimum donum sit felicitas, cætera facile subsequantur: si non adsit, nulla eiusmodi externa prosperitas contingere queat, quæ felicem hominem, uel potius non infelicem efficiat. Quærite primum regnum Dei & cætera adijcientur uobis, inquit ueritas. Sed sunt qui se ridiculo quodam modo decipiunt: nam cum felicitatem in operatione ex uirtute consistere iactent, operationem uero hanc corporis bonis & externis indigere tanquam instrumentis: prius instrumentis conquirendis sibi uacandum censent. quasi ubi uoluerint, uirtutem postea comparare sibi facile possint. atque ita dum posthabita uirtute uel corpori curando uacant, intemperantia & audacia: uel pecunijs colligendis student, auaritia & inuestitia eos præoccupat. ut siquis esset qui dum instrumenta ad extruendam domum hinc inde conquireret, lateres & ligna, cæteraq; quibus domus extruitur, nulla cura habita dissipanda ac perdenda curaret: similis his omnino esse uideretur. Tam et si dicere etiam possumus ex accidenti felicitatem rebus externis indigere, non ex se, & sui causa, alioqui fortuna in diffinitione eius assumeretur: sed ob subiectas res, in quibus ciuilis uersari cõsuescit. Non secus ac faber malleo indiget, non ut opus suum absolute efficiat, quod sine malleo ẽt ex ui artis potest efficere, sed ut id in ferro, quod tractari nequit, nisi malleus adhibeatur, efficiat. Temperantia uero, licet quantum ad habitum tam acquisitum spectat, repugnantia irrationalis facultatis careat, quia insurgere in eũ non ita uehementer solet: dum uiuimus tamen in continua acquisitione consistere ob id dici quodam modo potest, quod infirmitatem carnis non tollit, & affectus ac præcipue cupiditates circa quas uersatur temperantia, ea semper sunt natura, ut si liberæ aliquantulum sinantur, et assidua frenatione non cohibeantur, profundi petulanter consueuerint. ut retrahere nos ad contrarium sæpenumero necesse sit, dum in uita sumus: in uita autẽ tantisper sumus, quandiu uixerimus: fugereq; uel mediocrem uoluptatem non quia mala sit, sed quia fallax, latenterq; sese instinuet. adde quod ut ipse in tertio inquit, merito esse utuperabilis corporis uoluptas propterea debet, quia nobis inest, non quatenus homines, sed quatenus sumus animalia: ut talibus oblectari & acquiescere ferinũ sit. Quæ sanè uoluptas quàm perniciosam uim habeat, inde perspicere uel manifestissime possumus, quod tyranni cum iuuenes & puellas martyres à uera religione tormentis & cruciatibus amouere nõ possent, sed prius ipsi nouis supplicijorum generibus excogitandis, quàm martyres tolerandis essent defatigati, postremo ad uoluptatem non tam mere tristem, q; coniugalem etiam tanquam ad utolentissimam machinam confugiebant: & quos igne & ferro non potuerant, uoluptate se expugnaturos cõfidebant. eo quod uoluptas animum hominis adeo turbet, ut eum leui qualibet de causa in idololatriam, & profundissimam uitiorum uoraginem sit præcipitatura. Cum igitur in appetitu cibi & potus, & amoris moderando temperantia consistat, & amor exuperationi similis sit, sicut in octauo inquit, ut nisi unum amare uehementer non ualeamus. Deum uero amare supra omnia debeamus: sit, ut coniugio etiam sese homo abdicare debeat, si amoris affectu erga Deum uti præcipue uult. Velle autem omnino eum necesse est, qui ad contemplatiuam felicitatem festinat. minus enim, ut ex sanctis nostris quidam ait, Deũ amat, qui cum Deo amat aliquid, quod non propter Deum amet. Sed insurgent hoc loco uideo aliqui ex ijs qui homines se esse uolunt, neque diuinas increpationes illas timent: sicut homines morientem: & , uade retro satbana: quia sapis quæ sunt hominum, non quæ sunt Dei: insurgent inquam, & dicent, amicitiam erga

naturam

naturam dissimilem, & in nimia excellentia nullam esse posse, atq; iccirco erga Deum cum homine non posse esse amicitiam, ut ipse inquit in octauo. qui tamen si intelligerent, de quo amicitiæ genere loquatur, nihil haberent, opinor, quod dicerent de ea enim amicitia agit, in qua homo adhuc homo & humilis permanet, non attollitur et Deus efficitur. nam cum altera illa perfectiore uita & contemplatiua ita transformemur, ut similes Deo euadamus: Deusq; nos ut cognatos efficies amet, ut in decimo ait: non uideo cur non amare Deum etiã uehementissimo amore debeamus. ubi enim maior transmutatio, maior adhæsio, ubi maior adhæsio, maior quoq; amor sit, necesse est maior aũt transmutatio specie & natura est, qua in Deũ immutamur, Deoq; similes efficimur: licet per participationẽ id fiat: q; induidui, qua cum hominibus unimur. Adde q, summa ipsa ueritas sponsum se animarum nostrarum appellat: ut cõiugali etiam hoc amore aliò distrahi eum, qui ad perfectionem tendit, non debere significet. Id quod D. Paulus etiam declarat, cum coniugium mysterium Christianis interpretatur, cũ ait, erunt duo in carne una, magnum mysterium dico uobis, id est Christus cum ecclesia. quippe cum affectus tam potissimam perficiatur, cum ad intellectum & Deum uehementia etiam sua sedata attrahitur. Sicut enim quanto uehementior fuerit, cum rationem detrahit, maiorem animo turbationem inducit: ita quanto uehemẽtius incitatus à ratione attrahitur, eo tranquiliorem animũ reddere censendus est. & sicut ille magis distrahit, ita hic magis retrahit, atq; unit. Cæterum præterea cibi & potus uoluptas medicinæ causa nobis data sit, ne famis & sitis morbo interimamur. adeoq; dolose turrepat, ut sub specie necessitatis in lasciuiam desumet: & peccata cum sint lapsus in præcipitium imprudentes sæpenumero inducant: ni si quis irretitus aliquo uel leuissimo est, periculum sit, ne mole eius in grauissimum detrahatur. perinde ac si gais e summa rupe uestigijs delabatur, nisi statim sese contineat, id quod in uitijs & peccatis pœnitenti præstatum profundissimam nullem præceps feratur, necesse est: danda opera est, ut omnibus expurgemur, & quæ ex se etiam conceduntur, aliquando uacemus: id quod timor efficit, quem nostri perficientem timorem appellant, qui sanctos omnes utros semper comitatur, quem custodem uirtutum esse aiunt: uoluptates q; alioqui non malas, ne malæ nobis in occasione efficiantur, seuerissime custodiamus: præsertim cum ipse & in secundo uoluptatem etiam si sit pulchra & decora, esse dimittendam non secus ac Helenam, ne mali alicuius nobis occasionem præbeat: & in septimo fraudes nectere eam, & insidias contra nos uti: non secus ac Verus cẽsto suo, quo uel prudentes decipit ipsos. ut qui uel leuissimas uoluptates hac de causa fugit, non stupidus, sed temperantissimus esse censeatur. Quin illi qui ciborũ condimenta uaria & suauitates inquirunt, ut diuturniore & ampliore cibi potus medicina sibi opus sit, non secus præter naturam facere sunt existimandi, quàm si quis daret operam, ut uino statim semper se conseruaret, ut ueratrum, aut aliquod aliud huiusmodi medicamentum timere cogeretur. medicina enim moderate & quando opus est, sumpta prodest: immoderate & non suo tempore, depraua ac perdit. Qui uero borem contemnit & glortam: si hac eadem cautione facit, ut sibi ad superbiam occasionem præcidat, prudens potius est existimandus, quàm utuperandus: si propterea facit, quia res humanas parui æstimat: magnanimus potius quàm nobis prædicandus est. magnanimus siquidem, ut in quarto inquit, cum ornamento omnium uirtutum præditus sit, honores qui à Deo exhibentur, est contentus, ultaq; omnia & abiecta hæc humana esse opinatur. De loco sane phara minime dicenda mihi esse arbitror, cum superuacaneum quoddam esse uideatur. quippe cum ipse quoq; Aristoteles in decimo eum admodum uili loco habeat. & non nisi ut remedium admittendum: & quia, ut in septimo inquit, semp laborat animal, siue audiat, siue uideat, relaxationis tantam causa adhibendum cẽseat: ita ut si relaxationem quispiam ullam non requirat, uel quia perfectior ẽ tam est consequutus, uel quia timet, ne cum relaxatione permiciosa aliqua uoluptas surrepat: eum penitus tollere longe melius sit. Nam lusus qui contentionem aliquam in se habent, relinquendi pueris sunt. præter enim quàm quod nulla alia re nisi uana aliqua excellentiæ opinione delectant: id quod sicut puerile est, ita à probo uiro esse alienum debet: adeo turbare interdum animum hominum solent, ut unde petere relaxationem uolunt, inde contractionem maiorem, et afflictationem consequantur. atq; id quod potius est, ex turbatione ea idonei fiant, ut in grauia aliqua uitia delabantur. Consortio uero hominum se prorsus tantum abest ut alienum uel ab humanitate uel ab utilitate sit, sicut isti dictitant, ut qui id facit, & multo magis amicus omnibus sit: & prodesse etiam multo magis possit. nam si amor probi uiri erga se ipsum regula est erga alium amicitiæ, ut in nono manifestissime declarat: qui sese uere amat, id quod qui in solitudinem sese retrahit, potissimum facit: is etiam in solitudine probis omnium est amicus, eisq;, si non secus ac sibi bona uult atq; optat. Si enim esset ciuis unius ciuitatis: pacciores amas et ut quod ex eo consequitur, benefacere pacioribus posset, cum etiam ipse Aristoteles in quinto innuere uideatur, cum qui bonus ciuis sit: bonum uirum interdum esse non posse: quippe cum multæ ciuitates contraria inter se habeant instituta, ut necesse quasi omnino sit, si quis pluribus & omnibus esse debeat amicus sit solitarius, id est sit communis ciuitatis. id est Christianæ ciuis. quippe cum nisi eis quos amat quispiam, benefaciat. benefaciat autẽ non nisi cum occasio contingat. at qui plures amat, plures præcul dubio cum occasio se offert, beneficio afficiat. Si uero dicant solitarii. sibi occasionem benefaciendi præcidere, dum refugit à societate aliorum: scire illud debent fugere occasionem cum non potest quispiam. ut possit, ubi occasio se obtulerit, nihil aliud esse, quàm occasionem summopere quærere. Accedit q, consuetudinem habere posse probum uirum unius uidelicet aut alterius, in nono declarat: cũ & pauci admodũ reperiantur boni uiri, & ipse eos uestigaret. ut ut oblectetur, operariq; iucundius uidendo possit: quasi id imbecillitati etiam potius naturæ q, perfectioni aptabat. Nam cum felicitatem utam perfectam requirere aiunt, ut negligenda ita temere uita non sit: Aristotelem ipsum audiant, qui moralem ẽ lucem in nono asserit breui tempore lætari uehementer magis electurum esse, q, longo leuiter. & uiuere honeste uno anno, q, multis quomodolibet. ut uita perfecta non tam longa, q, absoluta & integra intelligẽdum esse declaret. Atq; hæc in præsentia mihi dicenda existimaui, nõ quod moralem nostrorum uitam & actiuam multo esse hac peripatetica exquisitiore eam, perfectioremq; non putem: id enim ex se satis constat: sed ut Aristotelicam hanc & actiuam felicitatem longe sanctiorem ac puriorem, q, prima fronte præ se ferre philosophia uideatur, si perpendere diligentius rem uoluerit, inueniet eamque; posse demonstrem: hocq; Aristotelis opus esse eiusmodi, ut si non exacte perficere, præparare tamen, & deducere ad perfectionem hominem mirifice ualeat.

INDEX

# INDEX SVMMARVM, AC CAPITVM LIBRORVM, QVI IN HOC VOLVMINE CONTINENTVR.

## *Summa, ac Capita Primi libri Moralium Nicomachiorum.*

SVMMA LIBRI.


DE finium diuersitate. De felicitate, fine ac summo bono ipsius felicis. De animæ duplici parte, ac uirtutis diuisione. fo.1.

De uniuersali boni appetitu, ac finiũ diuersitate, Cap.1. .1.

Quòd unus agibilium finis, qui ciuilis sit facultatis. Cap.2. .1.

De modo procedendi, & auditore moralii. Cap.3. .1.

De summo bono, et recta auditoris educatiõe. Ca.4.2.

Quòd felicitas non sit uoluptas, bonor, uirtus, aut diuitiæ. Cap.5. .2.

Quòd bonum sit uiuere. Cap.6. .3.

De felicitatis subiecto, subiectis, et præceptis in unaquaq; scientia obseruandis. Cap.7. .3.

De dictorum antiquorũ cum uera felicitate consensu, ac de triplici bono ad felicitatẽ necessario. Ca.8.5.

De modo assequendæ felicitatis. Cap.9. .6.

Quis in hac uita dicendus sit felix. Cap.10. .6.

Quod posterorũ fortunæ ad defunctos pertineãt. C.11.7.

Quòd felicitas honum sit honorabile potius, quã laudabile. Cap.12. .8.

De duplici animæ parte, ac uirtutis diuisione. Cap. 13.8.


## *Summa, ac Capita Secundi libri Moralium Nicomachiorum.*

SVMMA LIBRI.


DE Virtute in genere ac eius essentia. Quo pacto medietates inter extrema disponantur, uitia, ac uirtutes opponantur, & quibus præceptis ad medium ducamur. fo.9.

De productione uirtutis intellectiuæ, ac moralis. Ca.1.9.

Quòd uirtus ac excessu & defectu corrumpatur, ad mediocres inclinans operationes. Cap.2. .10.

Virtutem moralem esse circa uoluptates. Cap.3. .12.

Quod iterum iuste agere, et iuste agere diuersa sit. Ca.4.11.

De affectu, facultate, et habitum esse genus uirtutis. Cap.5. .11.

De duabus medietatibus, & uirtutis subiecto. Cap.6.12.

Medietatem uitiorum duorum extremorum dispositio. Ca.7.13

De uirtutis actionumq; humanarum oppositione. Ca.8.14.

De præceptis, quæ ad uirtutem, cum medium ducãt. Cap.9.14.


## *Summa, ac Capita Tertij libri Moralium Nicomachiorum.*

SVMMA LIBRI.


DE uoluntario, ac de his, quæ ad uoluntarium pertinent. De fortitudine, et eius extremis, ipsarum speciebus, atque extremis. fo.15.

De spontaneo, & inuito. Cap.1. .15.

De electione. Cap. 2. .16.

De consultatione. Cap.3. .17.

De uolũtate, et eo qđ est uolũtate appetibile. C.4.18.

De his, quæ in nostra sunt potestate. Cap. 5. .18.

De fortitudine, & forti. Cap.6. .19.

De terribilium diuersitate, & fortitudinis extremis. Cap.7. .20.

De quinque modis fortitudinis non ueræ. Cap.8. 20.

De proprietatibus fortitudinis. Cap.9. .21.

De temperantia, & eius extremis. Cap.10. .22.

Diuersas cupiditatum species esse. Cap.11. .22

De temperantiæ extremis. Cap. 12. .23.


## *Summa, ac Capita Quarti libri Moralium Nicomachiorum.*

SVMMA LIBRI.


DE liberalitate. De magnificentia. De magnanimitate. De moderato honoris studio. De mansuetudine. De comitate. De ueracitate. De facetudine: ipsarũq; oium extremis. De uerecundia. fo.23.

De liberalitate, & eius extremis. Cap. 1. .23.

De magnificentia, & eius extremis. Cap. 2. .27.

De maganimitate, & eius extremis. Cap. 3. .20.

De moderato honoris studio, et eius extremis. Ca.4.28

De mansuetudine, eius q; extremis. Cap.5. .29.

De comitate, & eius extremis. Cap.6. .29.

De ueracitate, & eius extremis. Cap.7. .30.

De facetudine, & eius extremis. Cap.8. .30.

De uerecundia. Cap.9. .31.


## *Summa, ac Capita Quinti libri Moralium Nicomachiorum.*

SVMMA LIBRI.


DE iustitia, et iniustitia, de uiro, et iniuria, ac ipsorum speciebus. De æquitate & æquo.

De iustitia & iniustitia, et modis iniusti. Cap.1. fo.31.

Quod iustitia particularis & quotuplex. Cap. 2. 31.

De iure distributiuo. Cap.3. .33.

De iure commutatiuo, & emendatiuo. Cap.4. 34.

De retaliatione, nummo, & indigentia. Cap.5. .35.

De nummo, et iure emendi, uendi, & iamdiuti. Ca.6. 36.

De iure naturali & legitimo. Cap.7. .36.

De triplici nocumento, quod alteri infertur. Ca.8. 37.

De eo quod est pati iniuriam. Cap.9. .37.

De æquitate, æquo, et bono. Cap.10. .38.

De eo quod est facere iniuriam sibi ipsi. Cap.11. .39.


## *Summa, ac Capita Sexti libri Moralium Nicomachiorum.*

SVMMA LIBRI.


DE principijs agendi, et melioribus habitibus, scientia, arte, melioribus, sapientia & prudentia. De prudentia partibus, his, quæ ad eam cõsequuntur. De sapientia, ac ratione inter utilitatem, & uirtutẽ, ac uirtutũ et prudentiæ cõnexione. fo.40.







De recta ratione, duplici uirtute & partibus animæ. Cap.1. .40.

De principijs agendi. Cap. 2. .40.

Habituum intellectualium enumeratio: quod scientiæ obiectum, & quæ proprietates. Cap.3. .41.

De arte. Cap.4. .41.

De prudentia. Cap. 5. .41.

De intellectu. Cap.6. .42.

De sapientia. Cap.7. .42.

De partibus prudentiæ. Cap.8. .43.

De bona consultatione. Cap. 9. .43.

De perspicacia. Cap.10. .44.

De sententia. Cap.11. .44.

De utilitate sapientiæ, & prudentiæ. Cap.12. .44.

De naturali uirtute, & de uirtutum, & prudentiæ connexione, Cap.13. .45.


## *Summa, ac Capita Septimi libri Moralium Nicomachiorum.*

SVMMA LIBRI.


DE heroica uirtute. De continentia, & earũ oppositis. De continente, & incontinente. De uoluptate, & ipsius speciebus, ac de dolore. fo. 46.

De heroica uirtute, continentia, & earum oppositis. Cap.1. .46.

De Continente, & incontinente. Cap. 2. .47.

Quonam pacto incontinentes agant. Cap. 3. .48.

Circa quæ cõtinens, et incõtinens uersetur. Cap.4.48.

Circa iucunda præter naturã non esse incõtinentiam, eiusq; duas esse species. Cap. 5. .49.

De incontinentia iræ, & uoluptatum differentijs, et ritio humano. Cap. 6. .50.

De continẽte, incõtinente, tolerãte, et molli. Ca. 7. 50.

Quæ incontinẽtis et intẽperãtis differẽtia sit. Ca. 8. 51.

De continentis & pertinacis conuenientia, & differentia. Cap. 9. .52.

Prudentiam & incontinentiam simul in eodem non esse. Cap. 10. .52.

De uoluptate. Cap. 11. .53.

Improbatio rationum de uoluptate. Cap. 12. .53.

De uoluptatum speciebus. Cap. 13. .53.

De corporis uoluptatibus. Cap. 14. .53.


## *Summa, ac Capita Octaui libri Moralium Nicomachiorum.*

SVMMA LIBRI.


DE amicitia, & eius speciebus. De amicis: ac de multis, quæ circa amicitiam & amicos sunt consyderanda. fo.54.

De amicitia. Cap. 1. .54.

De amabili. Cap. 2. .55.

De speciebus amicitiæ. Cap. 3. .55.

Honestam amicitiam proprie dici amicitiam, alias uero ex accidenti. Cap. 4. .56.

Qui dicendi amici, & qui apti ad amicitiã. Ca. 5. 56

In qua amicitia plures possint esse amici. Cap. 6. 57.

De amicitia in supereminentia. Cap. 7. .57.

Amicitiam magis consistere in eo, quod amet, quàm ut ametur. Cap. 8. .58.

De ciuili amicitia. Cap. 9. .58.

De speciebus ciuilitatis. Cap. 10. .59.

De amicitia regia, paterna, familiari, et fraterna. Cap. 11. .60.

De amicitia sodalitia, & filiali. Cap. 12. .60.

De duplici iure, et de compensanda amicitia. Caput 13. .61.

De querelis in amicitia per supereminentiam, & de abdicatione. Cap. 14. .62.


## *Summa, ac Capita Noni libri Moralium Nicomachiorum.*

SVMMA LIBRI.


DE amicitiæ conseruatione, ac ipsius operibus. De benevolentia, cõcordia, beneficentia, amore sui. De amicis felicis, amicorũ numero, in qua fortuna sint habẽdi, et ipsorũ præcipuo munere. fo.62.

Quæ conseruent amicitiam. Cap. 1. .62.

Singulis pro dignitate beneficia esse rependenda. Cap. 2. 63.

Quando seruanda amicitia. Cap. 3. .64.

Quæ opera amicitiæ, & quòd non sint prauorum. Cap. 4. .65.

De benevolentia. Cap. 5. .66.

De concordia. Cap. 6. .66.

De beneficentia. Cap. 7. .66.

De amore sui. Cap. 8. .67.

De amicis felicis, & quibus indigeat. Cap. 9. .68.

De numero amicorum, multi'ne an pauci habẽdi sint. Cap. 10. .68.

Vtra in fortuna habendi sint amici. Cap. 11. .69.

De præcipuo numero amicorum, & bonorum & malorum amicitia. Cap. 12. .69.


## *Summa, ac Capita Decimi libri Moralium Nicomachiorum.*

SVMMA LIBRI.


DE uoluptate, ac eius speciebus. De felicitate, et contemplatiua & actiua: præparatione, ac sermonis continuatio ad libros de Republica. fo.70.

De uoluptate. Cap. 1. .70.

Opinio Eudoxi de uoluptate. Cap. 2. .70.

Dicentium uoluptatem non esse bonum confutatio, et si non omnis expetibilis sit. Cap. 3. .71.

Quid nam sit uoluptas, & quomodo operatione perficiat. Cap. 4. .72.

Voluptates inter se specie differre. Cap. 5. .73.

De felicitate. Cap. 6. .74.

De felicitate contemplatiua. Cap. 7. .75.

De felicitate actiua, & præcipuo munere operantis. Cap. 8. .75.

Peroratio operis. Cap. 9. .77.

## *Summa, ac Capita Primi libri maiorum Moralium.*

SVMMA LIBRI.


De bono. De uirtute in genere. De ultroneo, ac aliis, quæ ad ipsum spectãt. De uirtutũ spẽbus. De uentate, ac iis, quibus ipsam conectamur. fo. 79.
De uirtute agẽdum esse: & antiquorum de ea afferuntur opiniones. Cap 1. .79.
De bono in commun. Cap. 2. .79.
Quot modis dicatur bonum. Cap. 3. .80.
Virtutem in anima esse, feliciterq; uero in actione consistere, & in ætate perfecta. Cap. 4. .80.
De animæ altrice portione quædã: et in ipsa uirtutem non esse. Cap 5. .81.
Diuisio animæ & uirtutem ab excessu, defectuq; corrumpi. Cap 6. .81.
Virtutem inter uoluptatem & ægritudinem collocari. Et unde moralis uirtus dicta sit. Cap. 7. .81.
De affectibus, potentijs, & habitibus. Cap. 8. .81.
Quid mediet ut opponatur. Cap. 9. .81.
Prodos & malos esse in nobis existere: ubi redarguitur Socrates aliter opinatus. Cap. 10. .82.
De spontaneo, & tribus appetitus gñibus. Cap. 11. 82.
Socratica argumentatio, quæ ultroneum non esse dicit. Cap. 12. .82.
De ui. Cap 13 .82.
De necessitate. Cap. 14. .82.
Spontaneum animi sententia esse, & quotuplex uirtutum dicitur Cap. 15. .82.
De proposito. Cap. 16. .82.
De animi sententia. Cap. 17. .83.
Cuius nam rei uirtus conectrix sit. Cap. 18. .83.
De fortitudine, & forti. Cap. 19. .83.
De temperantia, & temperante. Cap. 20. .84.
De mansuetudine, & mansueto. Cap. 21. .84.
De liberalitate, liberali, & eorum extremis: ac de pluribus auaritiæ speciebus. Cap. 22. 84.
De magnanimitate, magnanimo, & eorum extremis. Cap 23. .84.
De magnificẽtia, magnanimo, & eor extrẽis. Cap. 24. 84
De idignatiõe, idignabũdo, & eor extremis. Cap. 25. 84
De grauitate, graui, & eorum extremis. Cap. 26. 84.
De uerecundia, uerecundo, et eor extremis. Cap. 27. 84.
De urbanitate, urbano, et eorum extremis. Cap. 28. 84.
De amicitia, amico, & eorum extremis. Cap 29. 84.
De ueritate, uero, & eorum extremis. Cap. 30. .85.
De iustitia, iusto, & eorum oppositis. Cap. 31. .85.
De duplici animi rationalis partibus, & quo pacto se inuicem distinguantur. Cap. 32. 85.
De ueritate, & quomodo ipsam cõtractemus. Cap. 33. 86.


## *Summa, ac Capita Secundi libri maiorum Moralium.*

SVMMA LIBRI.


De æquitate, modestia, & promptitudine, ferenitate, uerecundia, & continentia, uoluptate, prosperaq; fortuna, honesta probitate, recta ratione, ac amicitia.
De æquitate, ac æquo. Cap. 1. fo. 87.
De modestia, & modesto. Cap. 2. .87.
De promptitudine. Cap. 3. .87.
Dubitationes quædam circa iustitiam: prudentiam etiam, necnon & alias uirtutes. Cap. 4. .87.
De continentia, et incontinentia, ac feritate agendum esse. Cap. 5. .88.
De feritate. Cap. 6. .88.
De incontinentia, & continentia. Cap. 7. .88.
De uoluptate. Cap. 8. .90.
De prospera fortuna. Cap. 9. .90.
De honesta probitate, honesto ac bono. Cap. 10. 91.
De recta ratione. Cap. 11. .91.
De amicitia, & amicis. Cap. 12. .91.
De amicitia erga se. Cap. 13. .93.
De affinitate. Cap. 14. .93.
An benenolentia amicitia sit. Cap. 15. .93.
De concordia. Cap. 16. .93.
Quomodo probus sese amabit. Cap. 17. .93.
De eo quod sibi satis. Cap. 18. .93.
De multorum amicitia. Cap. 19. .94.
Quomodo amico utendum sit. Cap. 20. .94.


## *Summa, ac Capita Primi libri moralium Eudemiorum.*

SVMMA LIBRI.


Circa beatam uitam ac felicitatem consyderationes quamplurimæ: Et non dari ipsius bonĩ Ideã. fo. 97.
De beata uita agendum esse: de eoq; in quo consistat, uariæ opiniones. Cap. 1. .97.
Dubitationes de uita excellentissima, & eã secundum diuersos in diuersis poni genenbus. Cap. 2. .98.
Socratis optimo de uirtute ac ipsius redargutio. Cap. 3. 98
Bonorum diuisio: ac in quo membro felicitas sit constituenda. Cap. 4. .99.
Non dari ipsius boni Ideam. Cap. 5. .99.


## *Summa, ac Capita Secundi libri moralium Eudemiorum.*

SVMMA LIBRI.


De uirtute in uniuersum. Quo pacto inter uitia uirtutes constituantur, ac inter se opponantur. De uoluntario, uiolento, ac electione. De fine ac iis, q ad ipsum ducũt: ac qs sit ipsius uirtutis finis. fo. 99
Bonorum diuisio. Virtutem in opere existere: quisq; ipsius opus. Cap 1. .99.
Animæ duas esse partes, ratione participantes, uirtutis item duas esse species. Cap. 2. .100.
Moralem uirtutem circa iucunda ac tristia uersari. Cap. 3. .100.
Quid per hæc nomina, Mos, Affectus, Potẽtia, ac Habitus significetur. Cap. 4. .100.
Morales uirtutes omnes circa medium inter excessum, ac defectum uersari: ipsarumq; omnium per exempla





pla adumbratio. Cap. 5. .100.
Virtutes oĩs morales circa dolores, ac uoluptates uersari, easq; mediocritates esse inter extrema: quæ et ipsis, & sibi inuicem pugnant. Cap. 6. .101.
Quarum actionũ hõ principium sit, et dñs. Ca. 7. 101.
De uoluntario. Cap. 8. .101.
De uiolento. Cap. 9. .102.
De electione. Cap. 10. .102.
De fine, et iis, quæ ad finem ducũt ubi uirtutis assignatur definitio. Cap. 11. .103.
Virtutem actionem non peccabilem, finemq; rectum reddere. Cap. 12. .103.


## *Summa, ac Capita Tertij libri moralium Eudemiorum.*

SVMMA LIBRI.


De uirtutibus moralibus omnibus, iustitia excepta. fo. 104.
De fortitudine, forti, & eorum extremis. Cap. 1. 104.
De quinque speciebus fortitudinis nõ uerę. Ca. 2. 104.
Quæ dicantur horribilia. Cap. 3. .104.
De temperantia, et eius extremis. Cap. 4. .105.
De mansuetudine, & eius extremis. Cap. 5. .105.
De liberalitate, & eius extremis. Cap. 6. .105.
De magnanimitate, & eius extremis. Cap. 7. .105.
De magnifico, & eius extremis. Cap. 8. .106.
De indignatione, uerecundia, amicitia, grauitate, ueracitate, urbanitate. Cap. 9. .106.


Pro Quarto, Quinto, & Sexto sequentibus libris lege Quintum, Sextum, ac Septimum Nicomachiorum. huc. n. ex eo loco translati fuere, nullo penitus mutato uerborum in Græcis exemplaribus uidere licet.

## *Summa, ac Capita Septimi libri moralium Eudemiorum.*

SVMMA LIBRI.


De amicitia, ac eius spẽbus. De amicis, ac multis, quæ circa hæc sunt consyderanda. De benenolentia, concordia, ac probitate. fo. 107.
De amicitia, ubi dubitatur, an sit in similibus uel in contrarijs. Cap. 1. .107.
Quale sit id quod ametur, iucũdũ, an bonũ. C. 2. 107
De tribus amicitiæ speciebus: & quæ ipsarum proprie sit amicitia. Cap. 3. .107.
De amicorum diuersitate, & qui proprie sint dicendi amici. Cap. 4. .108.
De amicitia secundum excessum. Cap. 5. .109.
Quo pacto similium, quóue cõtrariorum dicatur esse amicitia. Cap. 6. .109.
An quisquam sibi ipsi amicus esse queat. Ca. 7. 109.
De benenolentia. Cap. 8. .110.
De concordia. Cap. 9. .110.
Cur magis amantes beneficys afficientes, quàm affecti dicantur. Cap. 10. .110.
Amicitiam omnem in æqualitate quadam consistere: ubi de ciuilitatis speciebus quædam. Cap. 11. 110.
In oĩ amicitia cõpensationem fieri debere. Ca. 12. 110
Vtilem amicitiam, aliam legalem, moralem aliã esse in eaq; accusationes fieri. Cap. 13. .111.
An bono, an retribuẽti p̃stãdũ sit beneficiũ. C. 14. 111.
An sibi in omnibus sufficiens, amico indigeat: de amicorum numero, & interdum nos amatum abesse uelle. Cap. 15. .111.
Quo pacto amico utendum. Et uirtutes non esse scientias. Cap. 16. .112.
An fortunatus, infortunatusue quis natura sit. Capur. 17. .112.
An fortuna causa sit, ut concupiscamus, & quod sit motus in anima principium. Cap. 18. .112.
De probitate: & quis sit animæ præstantissimus terminus. Cap. 19. .113.


## *Capita Libelli de uirtutibus.*


Quæ sint laudabilia, quæue uituperabilia: & cuius aĩæ partis singulæ sint rõnes. fo. 114.
Quid sit unaquæq; uirtus. .114.
Quid sit unumquodq; uitium. .114.
Quæ sint uniuscuiusq; uirtutis propria. .114.
Quæ sint uniuscuiusq; uitio propria. .116.
Quid uirtutis sit in uniuersum. .116.


## *Summa, ac Capita libri Primi Politicorum.*

SVMMA LIBRI.


De ciuitate, domo, pago, re familiari, seruis, dominationibus, ac seruitutibus, possessione, acquisitionibus necessaria, ac numularia, & personarum in re domestica existentium uirtutibus. fo. 116.
De ciuitate, eius gubernatore, partibus, domo, pago. Cap. 1. .116.
Quid ciuitas, quòd homo ciuile sit animal, quèd partibus ciuitas prior sit. Cap. 2. .116.
De re familiari, domino, seruo, re possessa, imperandi ac parendi necessitate, ac utilitate. Cap. 3. .116.
De duplici seruo, potentia gubernandi, dominationis ac gubernationis differentia. Cap. 4. .117.
De possessione, acquisitioneq; secundum naturam, ac necessaria, animalium præsertim hominum uitæ uarijs, ac ueris diuitijs. Cap. 5. .117.
De numularia acquisitione, quòd sit præter naturam, & quòd differat à cura rei familiaris: ubi multa de nummi usu. Cap. 6. .118.
De acquisitione necessaria, numularia, & speciebus eius. Cap. 7. .118.
De partibus rei domesticæ, ac differentia uirtutibus mulieris, serui, pueri, imperantis, parentis & amici. Cap. 8. .119.


## *Summa, ac Capita Secundi libri Politicorum.*

SVMMA LIBRI.


Diuersæ Reipublicæ examinatæ: ac eius commoda, ac incommoda. fo.

Non omnem unionem, ac communitatem in ciuitate quærendam esse, contra Socratis rempublicã apud Platonem. cap.1. .119.
Socraticæ opinionis improbatio, mulierum, ac filiorum communitatem in republica constituentis. Cap.2. .119.
Contra eandem de facultatum communitate, ac magistratuum in republica constitutione, ubi erroris sui causa exponitur. Cap.3. .121.
De ea reipub. Socratis parte, in qua de legibus agit: & eius reiectio. Cap.4. .122.
De Phaleæ, quæ & Carthaginensium est republica. Cap.5. .122.
De Hippodami & Milesiorum republica. Cap.6. 123.
De Lacedæmoniorum republica. Cap.7. .124.
De republica Cretensium. Cap.8. .125.
Superiorum rerumpublicarum comparatio. Cap.9. 125
De republica Solonis, & variis institutionibus rerumpublicarum. Cap.9. .126.

## Summa, ac Capita Tertij libri Politicorum.

SVMMA LIBRI.

DE ciuitate, eiue, rerumpublicarum speciebus dominatu ac ciuitatis, uirisque eam constituentibus, uirtus uirtutum superes cellens, & de gubernatione. .129.
De ciuitate, & ciue, quid sit utrunque, de ciuitatis dominatu magistratibus, de iuste & iniuste ciuibus. Cap.1. .129.
Quo pacto ciuitatem eandem, uel non eandem dicere debeamus. Cap.2. .127.
De uirtute absolute uiri boni, & boni ciuis num sit eadem an altera. De uirtute ciuis qui præest, & qui paret. An opifices sint dicendi ciues. Cap.3. .127.
Quid sit respublica, & ipsius finis. Quot sint ipsorum re familiari modi. Quid respublica recta, quid ab ea lapsa. Cap.4. .128.
De diuisionibus & definitionibus rerumpublicarum, & de earum transgressione. Cap.5. .128.
De iusto paucorum ac popularis gubernationis. De ciuitatis fine, uirtute, ac uitio. Cap.6. .129.
Quem oporteat in ciuitate dominari, & nonnulla de reperundis rationibus. Cap.7. .129.
Ex nobilibus ingeniis, opulentis uiris constituendam esse ciuitatem, usuque uirtute bellica in ea opus esse, & a quibus legislator respicere debeat. Cap. 8. .130.
An unus aut cæteros uirtute excellat, ciuitatis pars sit ponendus, ostracismo, & quid ab optima republica de uirtute agendum sit. Cap. 9. .131.
De republica regnorum regum speciebus. Cap. 10. 131.
De speciebus iterum regiæ potestatis. An ab optimo uiro regi, uel ab optimis legibus gubernari magis expediat. Cum ubi res prouidere non potest, prouidendi danda sit potestas. De permutatione ex una in alteram reipublicæ speciem. Et de custodibus regis. Cap.11. .132.
De Regia unius tantum, & absoluta potestate: & an ipsum, legemne dominari melius sit. Et quæ multitudo à regibus, quæue ab alijs utris apta sit gubernari. Cap.12. .133.

## Summa, ac Capita Quarti libri Politicorum.

SVMMA LIBRI.

DE uarijs rebuspublicis, ac ipsarum speciebus: & tandem de optima. Qui apti sint ad unã rempublicam, quæue ad aliam. De earum mutuis deceptionibus. De reipublicæ partibus, consilijs scilicet, magistratibus, & iudicijs. fo.133.
De optima republica, & alijs etiam à legislatore cognoscendis. Cap.1. .133.
De speciebus rerumpublicarum, transgressionibus, ac de quibus à ciui uiro sint exquirenda. Ca.2. 134.
Quæ sit rerumpublicarum diuersitatis causa: & quæ sint earum species præcipuæ, tum ex alijs, tum ex propria opinione. Cap. 3. .134.
De partium gubernationis, unitatis partibus, speciebus, & finibus, ac popularis gubernationis. Cap. 4. .135.
Quòd quatuor sint species paucorum gubernationis, & de permixtis gubernationibus. Cap.5. .135.
De speciebus popularis, & paucorum potentiæ, & earum finis earum. Cap.6. .136.
In quot species Plato respublicas diuiserit, & de optimatum uarijs speciebus. Cap.7. .136.
De ea quæ nomine generis respublica peculiariter appellatur. Quid sit ea, quam censu potestatem dicunt. De nouis legibus. De finibus optimatis, popularis, & paucorum potentiæ. Cap. 8. .130.
Quo pacto ea, quæ respublica appellatur, constituatur ex paucorum potentia & populari, & de modis mutationis. Cap. 9. .130.
De tyrannide, & modis tyrannidis. Cap.10. .130.
De optima republica, partibus ciuitatis, mediocritate, excessu, atque defectu. Cap.11. .137.
Quæ multitudo apta sit ad popularem, aut paucorũ gubernationem. Et legislatores semper ad medios respicere debere. Cap.12. .137.
De similitudine legibus paucorum, ac popularium contra se inuicem, ac earum temperamento: de gubernationibus, & cui ex regia prius, in alias gubernationes facta sit mutatio. Cap.13. .138.
De partibus reipublicæ, consilijs scilicet, magistratibus, iudicijs, de consultandi potestate, & membris eius. Cap. 14. .138.
De magistratibus propijs, necessarijs, & honestis, & de magistratuum constitutionibus. Caput. 15. .139.
De iudicijs, & eorum speciebus, & de modis iudiciorum. Cap.16. .139.

Summa,



## Summa, ac Capita Quinti libri Politicorum.

SVMMA LIBRI.

DE rerumpublicarum mutationibus, seditionibus, earum causis, ac medelis. De diuersarum specierũ rerumpublicarũ mutationibus, ac ipsarum conseruandarũ modis. De regni, ac tyrannidis mutationibus, ac conseruatione. fo.140.
De causis mutationum rerumpublicarum, & de earum inæqualitate & æqualitate, & iusto & stabilitate. Cap.1. .140.
De seditionibus paucorum, & popularium, pro quibus rebus seditiones oriantur, & quæ sint earum causæ. Cap.2. .140.
Quo pacto ob dictas causas eueniunt seditiones. Caput.3. .140.
De medelis, et documẽtis circa seditiões. Ca.4. .141.
De mutationibus popularis gubernationis, & earum modis. Cap.5. .141.
De mutationibus paucorum potentiæ, & earum modis. Cap.6. .142.
De mutationibus optimatum potẽtiæ, & earum modis. Cap.7. .143.
De conseruatione rerumpublicarum modi uigenti. Cap.8. .143.
Quas cõditiones habere oporteat præcipuos magistratus suscepturos. De præceptis, quibus popularis status, aut paucorũ potẽtia seruẽtur. Cap.9. .144.
De mutationibus regni, & tyrannidis. Cap.10. .144.
Per quæ regna seruantur, & quibus modis retineantur tyrannides. Cap.11. .146.
Quæ gubernationes minimum durant. Quæ fuerit Socratis opinio apud Platonem, & eius reprobatio. Cap.12. .147.

## Summa, ac Capita Sexti libri Politicorum.

SVMMA LIBRI.

DE Popularium ac paucorum gubernationum institutionibus, speciebus, legibus, ac partibus: Nec non de magistratuum speciebus, & eorum officijs. fo.148.
Quòd, quæ rebus publicis, paucorum potentijs & popularibus gubernationibus conueniant, consyderandum sit. Cap.1. .148.
Quis sit finis popularis gubernationis, & de quibusdam popularium gubernationum peculiaribus. Cap.2. .148.
Quo pacto in populari gubernatione census partiendi sint. Cap.3. .148.
De quatuor speciebus populariũ, ad quos pertineãt, de earũ legibus, & uaframentis. Cap.4. .148.
Ad populares institutiones præcepta. Cap.5. .149.
De speciebus paucorum potentiæ, ordinatione census ex populo assumendi, quæ paucorum gubernationes potiores, & quæ deterrima. Cap.6. .149.
Quæ partes multitudinis præcipuæ sint, & quæ: ac totidem sint partes ad bellum & præcepta ad paucorum potentias. Cap.7. .150.
De Magistratibus, & eorum speciebus, & quibus rebus præficiendi sint. Cap.8. .150.

## Summa, ac Capita Septimi libri Politicorum.

SVMMA LIBRI.

DE Optima uita, ac ciuitate beata. De eius conuentu multitudine, rebus maritimis, ciuibus, partibus, distributione, ædificijs, ac locis uarijs. De ciuium institutione. De coniugijs, filiorum procreatione, uictu, ac institutione. fo.151.
De Optima uita, & ciuitate beata. Cap.1. .151.
An eædem sint felicitas, & optima uita. An contemplatiua, an actiua uita sit præferenda. De optima reipublicæ dispositione, placitis aliorum, & officio legislatoris. Cap.2. .151.
De Controuersia in ipsa uitæ cum uirtute, dominatu, & præstantia uitæ cõtemplatiuæ. Cap.3. .152.
Quanta debeat esse multitudo ad conuenientem ciuitatis magnitudinem. Cap.4. .152.
Optimæ regionis, & finis urbis cõditione. Ca.5. .152.
An commodus maris turba nautica, & nauali potentia ciuitatibus recte institutis expediat, ac huius caput.6. .152.
Quales debẽt esse natura ciues, de quo laudãtur Ciues, & quales urbis custodes. Cap.7. .152.
Quòd non omnia, sine quibus ciuitas fieri nequit, sint eius partes, & quæ sint ipsius partes propriæ. Cap.8. .153.
Quæ ciuitatis partes quibus hominũ generibus conueniant. Cap.9. .154.
De distributione ciuitatis, comessationibus, partitione regionis, cultoribus, & agricolis. Cap.10. .154.
De situ urbis, locis in ea ad diuersa accommodatis, priuatis ædibus, mœnijs, et ipsius ornatu. Ca.11. 154.
De ædibus sacris, foris, & locis commessationum. Caput.12. .155.
In quibus bene agere consistat. De felicitate, & de his, quibus homines fiunt studiosi. Cap.13. .155.
Quos oporteat esse imperantes, & parentes, eosdemne an diuersos: pariter & ipsorum disciplinam. Et ad quæ respicere debeat legum positor, ac de quibus ipse non laudatur. Cap.14. .156.
Quibus uirtutibus & pacis, & belli tempore opus sit, & à quo primũ eruditio facienda sit. Ca.15. .156.
Quæ circa coniugia, ac liberorum procreationem conseruanda sint, ac peragenda. Cap.16. .157.
De uictu, & institutione puerorum. Cap.17. .157.

Summa,

## *Summa, ac Capita Octaui libri Politicorum.*

SVMMA LIBRI.


De puerorũ institutione, & de iis, quæ ipsi addiscere consueuerunt. De Musica, eius speciebus, ac musicalibus instrumentis: quæq; quibus conuenant. fo.158.

Quòd faciẽda sit circa pueros institutio: & ea quidem publice. Cap.1. .158.

Qualis, quarumq; rerum, & cuius gratia debeat esse puerorum institutio. Cap.2. .158.

Quatuor esse, quæ pueri discere consueuerunt, quarũ aliis ocu, aliis negocij causa utimur. Cap.3. .158.

De Gymnastica, & puerorum exercendorum disciplina. Cap.4. .158.

De Musica, pulchra disceptatio: de eius effectibus, & eam ad puerorum disciplinam esse adhibendam. Cap.5. .159.

De Musica quid discendum, ac ea utendum, quid'ue minime: nõi de Musicis instrumentis quamplura. Cap.6. .159.

Harmonijs, & rhythmis omnibus utendum esse: diuersis tame ad diuersa, ac secũdum ætates diuersas: nõi de harmoniarũ differẽtijs multa. Ca.7. .160.


## *Summa, ac Capita Primi libri Oeconomicorum, Aretino interprete.*

SVMMA LIBRI.


De iis, quæ ad rem attinẽt familiarem, eiq; sunt propria. De uaris ergo diuersos Oeconomi legibus. fo.161.

Quomodo differant, & cõueniãt inter se Politica, & Oeconomica, & quis earũ sit ordo. Cap.1. .161.

De partibus domus, & unde sit sumenda possessio. Cap.2. .161.

Quòd uiri & mulieris societas secũdum naturam sit necessaria, & quòd multa commoda contineat. Cap 3. .161.

Leges uiri ad uxorem. Cap. 4. .161.

Leges domini ad seruos. Cap.5. .161.

Leges Oeconomi. Cap.6. .161.


## *Summa, ac Capita Secundi libri Oeconomicorum.*

SVMMA LIBRI.


De officijs, & legibus, tum propriis, tum mutuis uiri & mulieris. fo.165.

Leges probæ mulieris. Cap.1. .165.

Leges uiri ad uxorem. Cap.2. .165.

Testimonia superiorum præceptorũ ex Homero. Caput.3. .165.

Communes leges uiri & uxoris. Cap.4. .166.

Hæc eadem capita inuenies in Donati translatione in margine notata.


## *Exemplorum in Secundo Oeconomicorum libro, Donato interprete, elenchus.*


Abydeni.18. fo.171.
Antimenes.34.38. .173.
Antisthenes.6. .170.
Aristoteles Rhodius.15. .171.
Athenienses.5. .170.
Byzantij.3. .170.
Callistratus.22. .172.
Carthaginenses.10. .171.
Chabrias.25.172. .37.173.
Charidemus.30. .173.
Chij.12. .171.
Clazomenij.16. .171.
Cleomenes.33.39. .173.
Condalus.14. .171.
Cotys.27. .172.
Cypsellus.1. .170.
Cyzicenj.11. .171.
Didales.24. .172.
Dionysius.20.171. 41.174.
Ephesij.19. .171.
Euæses.32. .173.
Heraclienses.8. .170.
Hippias.4. .170.
Iphicrates.26. .172.
Lacedæmonij.9. .171.
Lampsacenj.7. .170.
Lygdamis.2. .170.
Mausolus.13. .171.
Memnon.29. .172.
Mendæi.21. .172.
Mentor.28. .172.
Ophelas.35. .173.
Pisuloxenus.31. .173.
Pythocles.30. .173.
Selybriani.17. .171.
Stabelbius.40. .173.
Timotheus.23. .172.

Paraphrasis Auerois in libros de Republica Platonis Tractatus Primus. fo.174.
Tractatus Secundus. .182.
Tractatus Tertius. .186.
Quibus libris Platonis correspondeant, & quæ Auerois pertractet, in margine leges.


ARIST-

# ARISTOTELIS STAGIRITAE,

PERIPATETICORVM PRINCIPIS

MORALIVM NICOMACHIORVM

LIBER PRIMVS,

*Ioanne Bernardo Feliciano interprete:*

*Cum*

AVERROIS CORDVBENSIS EXPOSITIONE.

SVMMA LIBRI.

*De finium diuersitate. De felicitate, fine ac summo bono ipsius felicis. De animæ duplici parte, ac uirtutis diuisione.*

## *De uniuersali boni appetitu ac finium diuersitate.* Cap. I.



Bonũ est, quòd oia appetũt.

Finium differentia.

MNis ars, omnisq; discendi via, actio item, atque electio bonum quoddam expetere videtur. quapropter bene id esse bonum ipsum asseruerunt, quod omnia expetunt. Finium vero quædam videtur esse differentia. alij enim operationes, alij præter has opera quædam sunt. At quorum præter actiones fines aliqui sunt: in his opera ipsa operationibus censentur præstantiora. Cum autẽ multę & actiones & scientię & artes sint, multi etiam fines euadant, necesse est. medicinæ quidem, sanitas: nauium extructricis, nauis: militaris, victoria: domesticæ ac familiaris, diuitiæ ipsæ. Quæcunque vero huiusmodi sunt, sub vnam aliquam facultatem & potentiam reducuntur: quemadmodum sub equestrem frenorum effectrix, aliæq; omnes quæ equestria instrumenta conficiunt: atque hæc, omnisque demum actio bellica sub militarem: atque eodem modo sub alias aliæ. atque in ijs omnibus fines earum quæ architectonicæ habentur, magis quàm reliqui omnes aliarum quæ subiacent, expetendi sunt: nam illos quoque horum causa sectamur. Neque tamen interest quicquam, siue operationes ipsæ fines actionum sint, siue præter ipsas aliud quicpiam, sicut in antedictis scientijs.

DETERMINATIO PRIMI TRACTATVS LIBRI NICOMACHIAE ARISTOTELIS.

DIxit Aristoteles. Quoniam omnis ars, & omnis scientia, & omnis actio, & omnis electio rei est alicuius, per vnamquamque quidem earum bonum aliquod intendi & desyderari videtur: & est finis intentus per artem, aut scientiam, aut actionem, aut electionem. & cùm sit finis istarum cunctarum hoc, quod omnia appetunt: & sit finis earum omnium: & manifestum est quòd omnia appetunt bonum. Et propterea bene dixit qui descripsit bonum per hoc, quòd ipsum est, quòd omnia appetunt. Et diuersitas quidem inter fines intentos per artes esse videtur, non propter diuersitatem artium tantum: licet ex eo quod fines in quibusdam artium sunt actiones ipsæmet, vt in arte saltandi & percutiendi citharam: & in quibusdam earum fines sunt acta & non actiones, vt sanitas in arte medicinæ. In artibus autem, in quibus fines sunt acta non actiones, acta meliora sunt actionibus: cùm actiones, quæ sunt in ipsis, sint gratia actorum. Dixit. Cùm itaque sint artes & scientiæ plures, & erunt fines plures, vt artis medicinæ finis est sanitas: & artis operandi naues, naugium: & artis gubernandi bella, victoria: & artis gubernandi domum, finis est opulentia. Dixit. Artium autem quædam sunt subalternatæ alijs: vt ars frenorum, & reliquæ artes, quibus vtitur equestris, sunt sub arte bellica: & similiter omnis actio bellica est sub arte gubernandi bella. & similiter in alijs generibus rerum, in quibus speculantur artes, sicut inueniuntur in eis artes plures sub arte vna principali in illo genere. & in omnibus istis finis artis principalis dignior est & melior fine artis, q̃ sub ipsa est. fines. n. artis, q̃ sub principali est, nõ quæ ꝙruntur nisi gratia finis artis principalis. et nõ est differentia in his in hoc vt fines earũ sint actiones aut acta.

Benè dixit q̃ descripsit bonum per hoc, quòd oia appetunt.

Inter fines artium quædam sunt actiones, & quædam non actiones.

Vide 2. Metaph. cõ. 44.

*Quòd unus agibilium finis, qui ciuilis sit facultatis.* Cap. II.

SI igitur agendarum rerum finis aliquis est, quem propter ipsum, & propter quem alia volumus, neque omnia ob aliud eligimus (in infinitum enim ita fieret progressus, vanusque & inanis appetitus nostrer esset) perspicuum est eum summum bonum, atque optimum futurum. Non ne igitur magnum ad vitam cognitio ipsius momentum afferet? nam si quemadmodum sagittarij, scopum habeamus, magis bonum & honestum assequi possemus. Quòd si ita est, experiendum quidnam sit, figura comprehendere: cuiusque scientiæ, vel facultatis censeatur. Videretur autem esse eius quę maxime principalis, maximeque architectonica est: cuiusmodi ciuilis apparet. Quippe cùm ea sit, quæ quasnam esse in ciuitatibus scientias opor-

eat: tum quales quémque discere, & quo-usque, constituat. Videamusque vel maxime honorabiles facultates, qualis est militaris, familiaris, & oratoria, sub ea esse collocatas. Cùm enim cæteris actiuis scientijs hæc vtatur, quid item agendum, à quibusq; abstinendum præscribat, ac sanciat: eius finis aliarum omnium fines complectetur: efficietq; turque, vt is bonum ipsum humanum sit. Nam si etiam & vni homini & ciuitati bonum idem sit: bonum tamen ciuitatis & acquirere & conseruare, maius quid ac diuinius videtur. Ac cõtentus quidem esse etiam vnusquisque potest, si vni soli: pulchrius tamen ac diuinius, si gẽti ac ciuitatibus bonum efficiatur. Hæc igitur sunt, quæ discendi hæc via, quæ ciuilis quædam est, appetit.

DIxit. Necesse est autem vt sint in istis rebus, quæ aguntur, res, quas volumus, propter seipsas, & sunt res, quas volumus propter aliud: & vt non sit omnis actio ex actionibus humanis volita propter rem aliam. si enim sic esset, procederetur in infinitum, nec esset finis comprehensus, & esset desyderium inane. Cùm itaque sint hic artes, actionesquarum quæruntur propter aliud & artes, actiones quarum quæruntur propter se: manifestum est quod finis eius, quæ quæritur propter se, est bonum perfectum & optimum rerum, cùm sint reliqua bona quæsita gratia huius boni: et hoc siue sit istud bonum vnum aut multa: aut sit artis vnius, aut artium plurium. Dixit. Et cognitio huius boni est vltima in vita humana: & est grande adiutorium in venustate eius. intelligo per vitam ciuilitates. Cognito nanque fine, determinantur actiones, quæ ducunt ad ipsum, & quę remouent ab ipso, & dirigit intentio versus ipsum. Quemadmodum enim accidit balistarijs, qui præfixo eis signo, dirigunt sagittas suas contra ipsum, & sic certius attingunt ipsum: et taliter se habent homines in adipiscendo id, quod oportet cognito ipso, videlicet dirigunt actiones suas, per quas applicantur ad ipsum. Conandum est igitur nobis hic ad comprehendendum finem istum secundum viam descriptionis & exempli, scilicet sermonem vniuersaliter ad declarandum quid est, & cuius scientiarum & artium est. Videtur autem esse potissime artium, & maxime principantis: et huiusmodi quidem est ars gubernandi ciuitates. Etenim hęc ars principatur omnibus artibus, cùm determinet quas artes & scientias oportet esse in ciuitatibus, & quas artes & scientias oportet exercere vnumquemque hominum, & quas artes & scientias oportet exercere quosdam hominum, & vsque ad quem finem oportet discipulos peruenire in discendo artes. Cùm igitur hæc ars taliter se habeat ad reliquas artium, est principalior earum. Et patet hoc etiam ex eo, quòd honoratiores artium & nobiliores earum supponuntur huic arti: vtpote regitiua belli, & regitiua domus, & rhetorica: scilicet ipsa ordinat has artes, & mettur eas. Si ergo fuerit hæc ars, scilicet regitiua ciuitatum, vtens reliquis artibus & mentiur ins eas, & ponens quid oportet operari, & a quo oportet abstinere de omnibus: necessarium est vt sit finis eius ample tiens reliquos fines artium. Cumq; sit bonum, quod intẽdit hæc ars, illud bonum, quod continet omnia bona, erit necessarium quòd sit finis eius bonum illud, quod appropriatur homini in eo quòd homo. Etsi enim bonum, quod appropriatur homini vni, sit bonum illud in specie, quod appropriatur vniuersitati ciuium maius & perfectius: istud quidem est, posito quòd bonum perfectum possibile est haberi à solitario, sicut possibile est haberi à ciue. si autem hoc non appropriatur, tunc manifestius est quòd hoc bonum necessarium est inquiri, scilicet bonum, quod appropriatur ciuitati. Dixit. Et si fuerit susceptio huius boni, & cõseruatio ipsius ne tollatur, amabilis quidem vni, scilicet vt iuuetur et, & conseruetur, erit inuentio eius ciuibus, & conseruatio sua ipsis melior & honoratior: & hoc est, quòd intẽdimus per hunc librum, scilicet inuentio huius boni, & conseruatio ipsius ciuitatis.

Ars gubernandi ciuitates principatur omnibus artibus.

### *De modo procedendi, & auditore morali.* Cap. III.

SAtis vero hac de re dictum existimetur: si perinde explicatum fuerit, ac subiecta materia postulat. Nam exacta tractatio non simili modo in vnoquoq; genere exquirenda est: quemadmodum neque in artium opificijs. Honesta autem & iusta, de quibus ciuilis consyderat, tantam differentiam, tantumq; errorem in se habent: vt lege, non natura esse videantur. In bonis etiam talem quendam errorem inesse propterea patet, quòd multis damna ex ipsis eueniunt: nonnulli enim ob diuitias, alij ob fortitudinem periere. Cõtenti igitur erimus, si nos, cum de talibus et ex talibus disseramus, pingui quadam minerua, atque adumbrata figuratione verum ostendamus: cumq; de ijs, quæ plerunque eueniunt, atque ex ijs ratiocinemur, similia etiam concluserimus. Eodem modo etiam vnusquisq; debet ea, quæ de aliquo dicũtur, admittere. est enim eruditi eatenus exactam in vnoquoq; genere explicationem requirere, quatenus pati rei ipsius natura potest. Nam & mathematicũ suasionibus vtentem approbare: & ab oratore demonstrationes exigere, simile vitium videtur. Verum vnusquisq; ea recte iudicat, quæ cognoscit: atq; eorum bonus iudex est. vnam quamque igitur rem bene iudicat, qui in ea: absolute vero omnia, qui in omnibus eruditus est. Atque hinc fit, vt iuuenis auditor ciuilis idoneus esse non possit: quippe cùm imperitus actionem vitæ sit, ex quibus, & de quibus rationes conficiuntur. Adde quòd cùm perturbationes sequatur, frustra & inutiliter audiet. finis enim non cognitio, sed actio est. Interest autem nihil, iuuenis ætate, an moribus iuuenilis aliquis sit. non enim defectus penes tempus est: sed quia & viuit, & singula persequitur ex perturbatione. Talibus enim cognitio, perinde atque incontinentibus inutilis euadit. Illis autem esse perquam vtilis potest: qui secundum rationem & appetitiones & actiones suas moderantur.

Exacta tractatio nõ simili mõ in vno quoq; genere exquirenda. 1. Eth. Nic. tex. 15.



derantur. Ac de auditore quidem, & quo modo admitti huiuscemodi rationes debeant, quidq; proponamus, hactenus exorsum sit.

DIxit. Oportet autem vt sufficiatur, quod dicetur in hoc, quando fuerint sermones inducti secundum quòd possibile est in materia subiecta. vult vt sint propositiones inductarum, sicut in pluribus, non autem necessarijs. Dixit. Non enim inquirenda est certitudo in omnibus artibus eodem modo: immo oportet vt requiratur in omni arte secũdũ materiam, in qua speculatur talis ars: quemadmodum neque oportet vt inquiratur certitudo in omnibus, quæ aguntur, vno modo. Dixit. Res autem pulchræ & pertinentes iustitiæ: & sunt illæ, in quibus speculatur hæc ars, scilicet regitiua ciuitatum: tantam habent diuersitatem incidentem eis, & errorem, eò quòd materia sua sit possibilis, quod plures opinati sunt quòd bona & iusta sunt nobis tantum per legem, id est per politionem: et quòd non est hic aliquod bonum & iustum per naturam. Et iam accidit simile huic errori in bonis, quæ in se bona sunt, eò quòd iam accidit pluribus hominum ex ipsis nocumentum: vt quibusdam iam contingit periculum ex parte diuitiarum, & alijs ex parte fortitudinis. Dixit. Et propter hoc intentionis quidem & voluntatis nostræ est vt perueniamus ad veritatem istarum rerum per viam grossam, & exemplarem, scilicet per definitiones & descriptiones, quæ adaptantur rebus existentibus in illa specie, vt in pluribus, sed non omnibus: sicut est dispositio in definitionibus materiæ necessariæ, & per demonstrationes quidem, in quibus sint conclusiones sic in pluribus. Dixit. Etenim prudentis. Intendo instructum in arte Logices vltimate inquisitionem certitudinis in sermone in vno quoque genere, in quo sit speculatio, secundum quòd sustinet natura illius generis. Æquale enim peccatum est, si receperis sufficiẽtiam persuasiuam à domino doctrinalium, aut exegeris demonstrationem à rhetore. Dixit. Et vnusquisque hominum recte dirigit iudicium circa rem, in qua sciens fuerit. Et iudex discretus in re quadam est, qui dirigit iudicium in re illa eadem, & est prudens in illo genere, id est cognitor Logices particularis, quæ appropriatur illi generi. bonus autem iudicator absolute est, qui recte iudicat de omni re, de recto videlicet, & non recto: & iste est prudens absolute: dico eum, qui prudens est in arte Logices communis. Dixit. Et propter hoc doctrina ciuilis non permet auditori puero, nam puer inexpertus est actionum, quæ debent esse in vita, scilicet non discernit rectum à non recto. sermo autem hic non est nisi de his actionibus, & in his. Dixit. Et quoniam ecce puer professor est eorum, ad quæ ducit eum anima sua ex desyderijs, erit auditio eius sermonis nostri frustra & inutiliter: quoniam finis noster in eo, de quo loquimur hic, non est scire, sed agere. Dixit. Et non differt vt sit qui est in hac dispositione puer ætate, aut puer moribus. defectus enim sequens virum desyderijs non est ex breuitate temporis. nam si esset sic, non inueniretur senex professor desyderij. & propter hoc non proficiunt iuuenes per hanc cognitionem: sicut nec proficiunt per eam completi, qui non retinent se à delectationibus. Dixit. Illis autem, qui desyderant & agunt, secundum quòd dictat intellectus, & ratio, peritilis est scientia, quæ hic tractatur. Dixit. Hoc igitur est, ad quod nos oportuit peruenire in procemio nostri sermonis, scilicet qualis debeat esse discipulus huius artis in moribus suis. Et quod est propositum nostrum in hoc sermone, & est gubernatio ciuitatum: & cuius generis sunt ratiocinationes, quibus vtimur in tẽpore, scilicet oportet esse ordinem earum in credulitate, aut formatione.

An adiutores sunt ad inueniendum veritatem, secundum Platonem dicentem.

### *De summo bono, & recta auditoris educatione.* Cap. IIII.

NVnc iam dicamus repetita oratione, quoniam omnis cognitio, omnisq; electio bonum quoddam appetit: quidnam illud sit, quod ciuilem appetere dicimus: quidq; illud, quod omnium agendorum bonorũ summum est. De nomine sane inter omnes ferè constat. nam & plerique & elegantes felicitatem id appellant: et felicem esse idem quod bene viuere, beneq; agere esse opinantur. De felicitate vero, quænam sit, dissentiunt. neque simili modo & vulgus & sapientes eam desiniunt. nonnulli enim aliquid ex ijs, quæ euidentia, manifestaq; sunt, vt voluptatem, vt diuitias, vt honorem: alij aliud eam esse dicunt. sæpe etiam fit, vt idem de ea diuersa opinetur. cùm enim ægrotat, sanitatem: cũ pauper est, diuitias summum bonum putat. qui autem ignorantiæ conscij sibi ipsis sunt, eos admirãtur. qui magnum quid ac supra vires suas referunt. Nonnulli vero præter multa hæc bona aliud quoddam per se bonũ esse existimarunt: quod esset in causa, vt omnia etiam hæc bona sint. Sed omnes velle opiniones exquirere superuacaneum fortasse est: satisq; erit, si eas solummodo inuestigemus, quæ extãt maxime ac supereminent: vel videtur rationem aliquam in se habere. Neque tamen illud nos lateat, differre inter se disputationes, quæ vel à principijs fiunt, vel ad principia. Recte enim etiam Plato de hoc dubitabat: quærebatq;, vtrum ne ab initijs an ad initia via esset: perinde atq; in stadio, à munerarijs ne ad metam, an econtrario. Nam à notis est incipiendum. ea autem duobus modis sunt: alia enim sunt nobis, alia absolute ac simpliciter nota. fortasse igitur ab ijs nobis est incipiendum, quæ nobis nota sunt. Quocirca bene moribus institutus esse debet, qui de honestis & iustis, ac omni denique ciuili re est conuenienter auditurus. principium enim est, quòd sit: atque id si satis cõstiterit: nihil amplius erit opus indagare, cur sit. Et qui eiusmodi est: vel iam habet: vel accipere principia facile potest. Cui vero neutrum horum adest, Hesiodum audiat hæc dicentem.

Optimus ille. põt qui ex se cognoscere cũcta,
Ille bonus, monitis q; aliorũ obtẽperat. at qui
Ex se nec nouit, nec quæ bene consulit alter
Percipit, admittitq; aio: est ignauus, inersq;

DIxit. Nūc autē reuertamur ad id, à quo incœpimus à principio, & dicamus, cùm per omnem cognitionem, et omnem electionem non desyderetur nisi bonum aliquod, quod est bonum, quod ars gubernandi ciuitates habet, & intendit: et est illud, quod appetimus per ipsam, s. bonum excellētius & altius omnium bonorum. Dicimus igitur ꝙ pene ab omnibus concordarum est in esse eius, & in ipsius nominatione. nā plures hominum & peritiores ipsorum opinati sunt ꝙ decor vitæ & decor conuersationis est vt conuersatio acquirere faciat felicitatem. Veruntamen inuenimus eos dissentientes, & in definitione huius felicitatis, t. dissentiunt in hoc quid sit. Quidam enim hominum dixerunt, quòd felicitas est aliquid ex rebus apparentibus: de quibus manifestum est ipsas esse bonum. Quidam ergo dixerunt ipsam esse voluptatem: quidam autem diuitias & opulentiam: quidam vero honorem: alij autem aliud aliquid præter hæc. Et vniuersaliter consyderando in opinionibus hominum circa ipsam, inuenies quamlibet sectam ponētem eam in partem alteram ab ea, i qua ponit ipsam secta alia: ita ꝙ inuenimus vnumeundem variantē dictionē suam circa ipsam sm varietatē status sui. Infirmus aūt dicit sanitatem: depauperatus aūt diuitias. D. Cū aūt plures recognoscūt ignorātiam suam de quiditate ipsius cum hoc ꝙ conuenient in confessione sui esse eam, admirātur dictum eius, qui dixerit de ea dictionem superexcellentē hoc, quod ipsi intelligunt de ea. Dixit. Et iam putauerūt quidam ꝙ hoc est bonum aliquod existens per se extra animam præter bona ista multa: & quòd bonum hoc est causa bonis omnib⁹ vt sint bona, vnde quod ista opinati fuerunt quod cognitio huius boni quod extra, & applicatio ad ipsum est beatitudo: vt dicentes ideas esse. Dixit. Fortassis autem inquisitio de omnibus opinionibus dictis de beatitudine onerosa est & inanis: sufficit enim de famosioribus earum inquirere, aut de quibus putatur quod in ipsis sit argumentum persuasiuum.

Dixit. Et non oportet vt nos lateat quid interest inter demonstrationes, quæ fiunt ex principijs rerum primarum, scilicet s. inter demonstrationes, quæ ducunt ad cognitionem causarum, videlicet quòd inter eas est differentia magna, secundum quòd declaratum est in lib. demonstrationis. Dixit. Et propter hoc recte dubitauit Plato circa hanc intentionem, & dixit, vtrum via, quę ducit ad principia, est sicut via, quę à doctore exercitij in stadio tendit ad postremum stadij, aut econuerso. Veruntamen vniuersaliter oportet vt incipiamus in doctrina a rebus manifestis. Res autem istæ dupliciter sunt, quædam earum sunt manifestæ secundum nos tantum, & sunt illę, ex quibus procedimus ad principia absolute: & quædam earum sunt manifestæ simpliciter, & sunt illæ, quæ manifestæ sunt secundum nos & secundum naturam: et ex his æquidem procedimus à priori & ad posterius. In hoc autem sortassis expediens est vt incipiamus à rebus manifestis apud nos. Vnde oportet eum, qui vult instrui in rebus pulchris & iustis, & vniuersaliter in rebus pertinentibus ciuilitatem ultra fūctionē habiciente vt sint mores eius secundum quòd oportet: Qui enim talis fuerit in moribus, iam habet scientiam huius rerum, quare sunt tantum, quòd est principium scientiæ rei. Si autem hic contentus fuerit, non est inquirens in virtute sua scientiæ, quare res est. & est principium, quod ordinatur post scientiam, quia res est. Qui igitur fuerit talis i moribus, habet principia: & si quę ea non habet: dico principium quare, & principium propter quid. Qui autem neutram adaptationum habuerit, ideo nec esse nec causam, animaduertat sermonem Poetæ dicentis. Optimus est hominum qui à semetipso intelligit quid expedit. qui autem ab altero hoc intelligit, est in via directionis, qui vero neq; à semetipso intelligit nec ab altero recipit, hic vir est inutilis.

Idem 1. Phy. cap. 2.

*Quòd felicitas non sit voluptas, honor, uirtus, aut diuitiæ.* Cap. V.

SEd nos eò redeamus, vnde digressi sum⁹. Bonum enim & felicitatem non absque ratione homines ex varijs viuendi modis videntur existimare. plerique quidem atq; imprudentissimi voluptatem esse putant: vnde etiam fruitioni deditam vitam amant. Tres enim sunt, quæ maxime excellunt vitæ, hæc, quam modo dixi: tum ciuilis: ac contemplatiua tertia. Plerique igitur seruiles prorsus videntur, cùm pecudum vitam eligant: rationem tamen propterea consequuntur, quia multi ex ijs, qui in potestatibus sunt consimiliter, dissolutam perinde ac Sardanapalus vitam traducunt. Elegātes vero et ad agendum idonei honorem esse felicitatem existimant: hic enim ciuilis vitæ ferè finis est. Sed hic tamen remotior aliquantulo esse ab eo ipso quod quærimus, bono videtur: magis enim in his qui honorem exhibent, quàm qui eo afficiuntur, consistit. bonum vero ipsum eiusmodi esse diuinamus: vt proprium quoddā sit, quod auferri facile nequeat. Præterea sectari honorem ob id videntur, vt seipsi bonos esse credant. Quærunt enim à prudentibus, & ab his à quibus cognoscuntur, et ob virtutem honore affici. Perspicuum igitur est, horum etiam ipsorum sententia honore virtutem esse potiorem. vnde fortasse etiam aliquis magis esse eam ciuilis vitæ finem existimaret. sed imperfectior tamen etiam ipsa est. Videtur enim fieri posse, vt qui virtutem habeat, vel dormiat, vel in vita nihil agat: malis præterea affligatur, sitq; maxime infortunatus: cuiusmodi hominem sane felicem appellarit nemo, nisi qui seruare positionem velit. Ac de his quidem hactenus: satis enim etiam in circularibus de ipsis dictum est. Tertia vita est contemplatiua, de qua in sequentibus consyderabimus. Pecuniaria vero violenta q̄dam est: & diuitię neq; ipsę proculdubio sunt id quod quęritur, bonum: sunt enim vtiles, alteriusq; causa cōparantur. Iccirco ea potius, quæ prius dicta sunt, esse fines aliquis existimaret, eò ꝙ propter se expetuntur. sed neq; illa tamen videntur: licet multæ ad ipsa hæc coniectę rationes fuerint. hæc igitur missa faciamus.

Honor magis est in his, qui honorem exhibent, quàm qui eo afficiuntur.

DIxit. Incipimus ergo s. dicēs ꝙ hoīes i opinatione sua de bono & felicitate, qm̄ existimant in vita secundum



secundum ꝙ vident, non deuiauerūt à rectitudine. hæc enim est res inqua conueniunt. Veruntamen vulgares & grossi putant ꝙ hoc bonum sit voluptas: & ꝙ vita ciuilis actiēs lucrari felicitatem, est vita lucrativa voluptatis. & fiunt quidem famosi, propterea ꝙ multi potētes super res regni simulantur Sardanapalo in immergēdo se voluptatibus. Illi autem, qui ducūt vitam bonā, & operatores sunt actionum nobilium, s. qui prę eligūt honestum, æstimant bonum istud esse honorem: & ꝙ vita humana est ad lucrandum hoc bonum, donec ferè putetur ꝙ honor sit finis gubernatorum ciuitatum, dico principes. Cùmq; exquisite consyderatæ fuerint vitæ, videtur ꝙ excellentiores earum & præpollentes sint tres: vita voluptuosa, & vita honoris, & vita contemplatiua. dico secundum illos, qui dignorem iudicant contemplationem & virtutem. Vulgares autem videmus propinquos seruis & eligentes vitam pecudum in dicto suo, quòd finis vitę humane sit voluptas. Dicit. Eorum vero, qui dixerunt quòd finis sit honor, apparet corruptio ex eo, quòd de honoris manifestum est quòd ipse vitior est quæsito bono per actum viuendi humanum. Videtur enim quod honor potius est in honorante quàm in honorato: cùm bonum illud quod est honor. bonum autem, quod est felicitas, non est nisi in actore suo: & propter hoc difficilis est ablatio eius ab ipso. Amplius patens est quòd multi illorum, qui quærunt honorem, maxime quærunt ipsum quatenus per hoc affirment se esse bonos: & ideo quærunt honorem ab intelligētibus, et ab his, qui non sunt à virtute. manifestum est ergo secundū vtam ipsorum quòd virtus melior est honore, quare fortassē ęstimandum est virtutem potius esse finem vitæ ciuilis quàm aliud. Attamen insufficiens videtur esse et hoc. Si enim sic esset, nullum oporteret excusare se à somno. videmus enim te posse dormire hominem, & habere virtutem. Et secundum hanc etiam radicem possibile est et vt sit felix, & nihil operans tota vita sua, aut laborans, vel carens prosperitate in maioribus rerum suarum. Et manifestum est quòd non opinatur aliquis de huiusmodi ipsum esse beatum: neq; dicit hoc de rab, nisi velit per hoc custodire positionem, vel radicem, quam ponit, & crudelitatem quam defendit: dico secundum modum contradictionis lingua sua, non corde. Dicit. Et tam diximus de istis rebus in dictis nostris famosis quātum sufficit. De vita autem tertia, & est vita contemplatiuorum, perscrutabimur in postremo. Dicit. Lucrum autem & diuitiæ manifestum est quòd non sunt bonum, quod quæritur per regimen ciuile. vtilia quidem enim sunt ad aliud, & non quæruntur nisi propter aliud: felicitas autem non quæritur nisi propter se: quare prædicta potius æstimanda sunt fines non esse, cùm non quærantur propter se. & ideo locuti sumus multum de eis in alio loco, & ostendimus fordum esse dictum dicentis eas esse fines. oportet ergo vt relinquamus illa.

Honor potiꝰ est in honorāte q̄m in honorato.

*Quòd non sit idea.* Cap. VI.

MElius vero fortasse est, vt vniuersale consideremus, et quomodo dicatur in quibus, quanq̄ arduam nobis hanc quæstionem futuram esse video: propterea ꝙ amici sunt, qui formas introduxerunt. Sed forsan rectius esse, & oportere videre: vt pro veritatis salute vnusquisq;, & præsertim philosophi sua quoq; propria refutarent. Nam licet amici ambo sint, sanctū est veritatē ipsis in honore anteponere. Qui igitur hāc opinionem attulerunt, in illis ideas nullas faciebāt, in quibus prius & posterius aliquid dicerent. Vnde neq; numerorum speciem, id est ideam constituebant. At bonum dicitur & in eo quod est quid & in quali, & in eo quod est ad aliquid. Quod vero per se est & substantia, prius eo natura est quod est ad aliquid. esse enim hoc appendix quędam videtur atq; accidens eius quod est. Quare communis aliqua in his idea esse non potest. Præterea cùm bonum totidē modis dicatur, quot illud quod est (nam & in substantia dicitur, vt Deus & mens: & in qualitate, virtus: & in quantitate, mediocre: & in eo quod est ad aliquid, vtile: & in tempore, occasio: & in vbi, diuersatio: & alia huiusmodi) perspicuum est commune aliquod vniuersale atq; vnum esse non posse. non enim in omnibus denuncupationibus, id est prędicamentis, sed in vno tantum diceretur. Præterea eorum quæ vnam habent ideam, vna quoq; scientia est: atque ita bonorum omnium vna quædam scientia esset. sed multę sunt scientiæ eorum etiam quæ sub vna denuncupatione cōstituuntur. vt occasionis: in bello, militaris ars: in morbo, medicina. & mediocris: in alimento, medicina: in laboribus, exercitatoria. Dubitaret autem quispiam quid nam velint per se vnumquodq; dicere: si & in per se homine & in homine vna & eadem ratio hominis est. nam quatenus homo, nihil differrent. Quòd si ita est, neque quatenus bonum, quicquā distabunt. Veruntamen neq; qa sempiternum aliquid est, ideo magis bonum erit: siquidem neq; album quod diutius, ęq; quod vno die tantum durat, albius est. Probabilius autem de ipso Pythagorei dicere videntur: cùm vnum in bonorū consortio constituant: quos quidem sequutus videtur etiam Speusippus. Sed de his alia sit dissertatio. In ijs vero quæ dicta sunt, controuersia quędā subest: propterea quòd non de omni bono rationes dictæ sunt: sed secundum vnam speciem ea dicuntur, quæ per se amantur & appetuntur: quę vero hæc conseruant, aut efficiunt quodammodo, aut contraria prohibent: propter hæc alioq; modo bona dicuntur. Perspicuum igitur est bona duobus modis dici: alia per se, alia propter ea quæ per se dicuntur. Seiungamus igitur bona hæc per se ab vtilibus: ac consideremus an ea secundum vnam ideam dicantur. Qualia vero esse per se bona aliqs statuet? an ea quæ vel si sola relinquantur, perequimur: vt sapere: vt videre: vt voluptates non

Rectius est ꝓ vera tatis salute sua ꝓpria refutare ꝓ ferrim philosophum.

Albū. Gratius nō est i suo albo vnius diei.

nullæ,& honores. nã licet hæc ob aliud quippiam perſequamur: eſſe tamẽ ex iis quę ſunt p ſe bona,ſtatuere aliquis poſſet. An ne aliud quidem quippiam præter ideam? Quare vana erit ſpecies. Quod ſi hęc quoq; per ſe bona ſunt,neceſſe erit eandem in omnibus ipſis bonitationem exiſtere: quemadmodum eadẽ i niue & ceruſa albedinis ratio eſt. at honoris, prudentiæ,& voluptatis in eo q bona ſunt,diuerſæ ac differentes rationes reperiũtur. Nõ eſt igitur bonum commune quid in vna idea. Sed quonam modo dicuntur? non enim videntur eſſe æquiuoca à fortuna: nunquid eò q ab vno ſunt,vel ad vnum omnia ipſa conferuntur? An magis ſecũdum proportionem. nam quemadmodum in corpore eſt viſus: ſic in anima eſt mens: & aliud in alio. Sed omittenda in præſentia fortaſſe hæc ſunt. exacte enim de his tractare ad aliam magis philoſophiam ſpectat. Simili modo etiã de idea. Nam etiam ſi vnum aliquod ſit, quod communiter denuncupetur bonum, aut ſeparabile quid ipſum per ſe ſit: manifeſtũ eſt id neq; agi neq; acquiri ab homine poſſe. Nunc autẽ tale quid quæritur. Melius vero fortaſſe alicui videretur eſſe, ſi ipſum cognoſceremus ad ea quę acquiri atq; agi poſſunt, bona. nam quaſi exemplum id habentes magis ea quæ nobis bona ſunt cognoſcere, & ſi cognouerimus conſequi etiam poſſemus. Hæc quidem ratio probabilitatem quandam habet: a ſcientijs tamen videtur diſſentire. omnes enim cùm bonum quoddam appetant, idq; quod ſibi deeſt, inquirant: cognitionem eius prętermittũt. Dubium ſanè etiam eſt, quam vtilitatem cõſequatur textor aut faber in ſua arte: ſi bonũ ipſum cognorit. vel quo modo medicus ad medendum, aut dux ad imperandum peritior redditur: ſi ideam ipſam cõtemplatus fuerit. Nam neq; ita ſpeculari ſanitatem medicus videtur, ſed hominis ſanitatẽ: immo vero fortaſſe huius hominis ſanitatem: quippe cùm ſingulis medeatur. ac de his quidem hactenus.

DIxit. De bono autẽ vniuerſali, quod opinatur quidam beatitudinẽ eſſe, melius viſum eſt nobis vt hoc ſeruemur,& cõſyderemus qualiter ſe habet: quãtus inquiſitio de ipſo grauis ſit nobis, ꝓpter hoc, q quidam amicorum noſtrorum dixerunt ideas eſſe. Verum tamẽ vtium eſt nobis melius eſſe, vt obſeruemus veritatem, & expendamus proprietatem ſermonũ noſtrorum in eius deſcriptione, quando fuerit neceſſarium hoc nobis, etiam ſi non profitemur philoſophiam: quanto magis ipſam profitentes & dignitſimam iudicantes & anteponentes. etenim quando fuerint nobis duo amici diſſidentes, quorũ iter veritas, veritati conſentiendũ. D. Qui autem hanc ſeruerunt optionem, ſ. poſitionẽ idearum, non poſuerũt eas exiſtere in rebus, in quibus eſt prius & poſterius in eſſe: ſed in rebus vnius ordinis in eſſe: et ideo non poſuerunt ideas. Veruntamen ex dictis eorum ſequitur vt ſint ideæ in huiuſmodi rebus, ſ. coordinatis: cùm bonum vniuerſale dicatur de ſubſtantia, et de quali, et de relatione, ſitq; ſubſtantia relatione prior naturaliter, plura nãq; ſunt relationis, quæ videtur non habere eſſe niſi in anima. & de multis eorũ manifeſtũ eſt, q ſunt res accidẽtes alteri, quod ita ſit, neq; horum erunt ideæ cõmunes extra animam. Amplius bonum his modis dicitur, quibus & ens. bonum enim dicitur de ſubſtantia, quemadmodum de Deo & intellectu, q eſt bonus: & dicitur de quali, vt de virtute: & de quãto, vt de æquali: & dicitur de relatione, vt de cõferente: & dicitur de tempore, vt de hora conueniente: & dicitur de loco, vt de habitatione. eodem modo de reliquis rebus, de qbus dicitur nomen ens, videlicet de decem prædicamentis. Cùm igitur nomen boni ſynonyme dicatur nomini entis, dicetur ambigue de decem prædicamentis, ideſt non ſecundum intentionem vnã, quã participent decem prædicamenta: & manifeſtum eſt quòd non eſt hoc bonum vnum commune vniuerſale. Si enim ſic eſſet, non diceretur de omnibus prædicamentis, ſed de vno ipſorum tantum. Nam natura vna communis non eſt niſi in prædicamento vno. & cùm non ſit hæc natura communis omnibus rebus, tunc non eſt hæc idea vniuerſalis, ideſt extra animam vna, ſecundum quòd videbat hic Plato. D. Amplius ſcientia quidem eorum, quæ in vna ſunt idea, vna eſt ſcientia: ſi ergo bonorum omnium vna eſſet idea, eſſet eorum omnium vna ſcientia. non eſt autem hic, ſed nos inuenimus bonis, qę ſunt in vno prædicamento, ſcientias plures, vt horę conuenienti: eſt enim in prædicamento quando. veruntamen ſcientia horæ conuenientis in bello pertinet ad artem bellandi: & conuenientis in medicatione pertinet arti medicinę. ſicq; eſt de ſcientia temperati, quod eſt ad aliquid. ſcientia autem quidem eius in dicta pertinet arti medicinæ: & in labore pertinet ſcientiæ exercitiorum. D. Veruntamen dubitatoris eſt vt dubitet in hoc, & dicat, quoniam non eſt hic bonum niſi bonum particulare, & terminus bonũ particularis,& vniuerſalis eſt vnus: vt terminus hominis particularis & vniuerſalis. & enim ſicut non eſt differentia inter vtrunque in eſſe hominem, ſcilicet inter particulare & vniuerſale, ſic ſe habet in bono vniuerſali & particulari. & cum hoc ſit, non eſt differentia inter bonum & bonum, ſcilicet vniuerſale & particulare, niſi q vnum eorum eſt perpetuum, ſ. vniuerſale, & alterum nõ perpetuum. Et non facit longitudo temporis in vno eorum, & breuitas eius in altero neceſſario diuerſitatem, tm in ſubſtantia eorum in magis et minus, neq; in fortius & debilius. vt in albo longi temporis: ipſum enim non eſt magis album albo breuis temporis. D. Et videtur probabilius eſſe, quod dixerunt in hac intentione Pythagorici, ſ. q eſt idea communis ſeparata, quando poſuerunt q hæc idea, quæ eſt bonum abſolutũ, eſt ipſum vnũ. & ſimiliter ſecutus eſt eos in hoc Speuſippus quidam alius. D. Veruntamen ſpeculatio in eſſe ideæ vniuerſalis alterius eſt ſcientiæ. In hac autem noſtra quæſtione videtur eſſe dubitatio quædam, ex hoc q poteſt quis dicere, quoniam ſermo, in quo arguitis bona eſſe multa, eſt de omni bono: quæſitũ autem hoc non eſt omne bonum, ſed bona quæ ſunt bona per ſe: & hæc dicuntur ſecundum vnam ſpeciem. Illa autem, quæ dicuntur cum his per modum æquiuocationis, ſunt factiua horum, & cuſtoditiua aliquo modorum, aut prohibitiua contrariorum. de his enim non dicitur quòd ſint bona niſi gratia iſtorum, ſcilicet quæ ſunt bona per ſe. D. Sed cùm ſit manifeſtũ quòd bona

Ponẽtes ideas, nõ poſuerunt eas in rebus, in quibus eſt prius & poſterius.

Album longi temporis non eſt magis album albo breuis temporis



bona dicuntur ſecũdum duos modos, ſ. bona per ſe, & bona gratia iſtorum, i. vtilia ad hoc: & ſi quidem perſcrutatio hæc de bonis, quæ ſunt bona per ſe: tũc oportet vt inquiramus de iſtis bonis an ſint in vna idea, an nõ. Dicimus ergo q non credit aliqs q hæc ſint bona per ſe, niſi bona quæ quæruntur ſm ſuã ſingularitatem, & quando in ſe diſtinguitur: vt intellectus & ſpeculatio, & quędam voluptates & honores. has etenim res & ſi quæramus ſm viam dicẽtium ideas gratia rei alterius, ſ. ideæ, tamen poteſt quis ſm modum aliquem ponere in bonis per ſe: niſi ſit ita, q non ponat aliquod bonum prætereaquam ideam. erit ergo ſpecies inanis, dico compoſitum ex materia & forma. Si autẽ fuerint bona hæc ex bonis per ſe, dico compoſita: & ſit bonum in ipſis vnum: oportet vt ſit terminus boni in eis vnus & idẽ, ſicut terminus albi, qui eſt vnus in niue, & in ceruſa, et in aliis rebus albis, ſ. non diuerſificatur terminus albi ex eſſe ſuo i niue & in ceruſa. D. Manifeſtum vero eſt q definitiones iſtorum bonorũ trium, quæ ſunt bona per ſe, dico honorem, intellectum, voluptatem, alteræ ſunt et diuerſę ſm q bona. Et cùm ita ſit, non habẽt bonum cõmune eis idem vnum, ita q dicatur nomen boni de ipſis vniuoce: neq; etiam dicitur de eis pure æquiuoce, ita q nihil habeant communitatis niſi in nomine ſolo. illa enim, quæ ſic ſe habent, non participant niſi ſolam dictionem. Cõuenientius autem eſt vt nomen boni dictum de ipſis ſit ex ſpeciebus participationis, quæ nominantur ambiguitas: ſi ſit vt nomen ambiguum, qđ dicitur de rebus multis: aut quia venit omnino ab intentione vna: aut quia tendunt ad finem vnũ: aut quia dicuntur de rebus multis cõſimilibus, ſicut eſt nomen principij, quod dicitur de corde in animali & de fundamẽto in pariete. eſt enim comparatio cordis ad animal ſicut comparatio fundamenti ad parietem: & ſimiliter nomen perfectionis dictũ de intellectu et ſenſu. etenim habitudo intellectus ad animam eſt ſicut habitudo ſenſus ad corpus. & dignius his tribus bonis eſt vt ſit nomen boni dictum de eis ſm viam, quæ dicitur de proportionalibus. D. Oportet autem vt dimittamus hãc perſcrutationem i hoc loco: alterius enim inquiſitionis eſt, vult q ſint artes Logices vel Philoſophiæ primæ. D. Et ſimiliter ſermo de ideis et inueſtigatio de ipſis in quantum ſunt ideæ pertinet ſcientiæ alteri. vult Philoſophiam primam. D. Quod autem hic apparet, eſt q ſi fuerit bonum quæſitum nominatum, videlicet felicitas, res erit per ſe non commune prædicabile de nobis aut ſeparatum. nam commune illud bonum non eſt in uenibile nec acquiſibile. Nos autem i hoc loco quidem inquirimus bonum potens acquiri à nobis, ſ. operabile per voluntatem: cùm ſit quidem hęc ſcientia ſpeculans in rebus, quarum principium eſt voluntas, i. cuius inuẽtio pertineat nobis. D. Fortaſſis autẽ putabit quis q bonum acquiſibile melius muentetur quidem, quãdo cognitum fuerit bonũ vniuerſale, quod ſe habet ad bonum, quod eſt acquiſibile ad modũ exemplaris, quod habentes erimus in cognitione rei perfectioris. Et quãdo ſciuerimus bonum, quod eſt tãquam exemplar boni, quod eſt poſſibile haberi à nobis, erimus potẽtiores ad eius muentionem. Dico autem q ſi aliquid probabilitatis habet ſermo iſte, verũtamen hęc aſſertio diſſonare videtur et ſm q ſe res habet in omnibus ſcientijs & artibus: dico dictum dicentis q hæc ſunt bona vniuerſalia, quæ ſunt exẽplaria vniuſcuiuſq; exiſtentis bonis: & quando non ſcit res iſtas qui non ſcierit vniuerſale illius rei, ſicut non ſcit rem qui non ſcuit exemplar eius. Videmus enim in omnibus ſcientijs nõ inquiri in totalitate earum, niſi vt ſciatur res ignorata in tali ſcięntia: qua ſcita per demõſtrationes tam perfecte habetur ſcientia eius: & ſi non ſciatur vniuerſale illud, quod eſt exemplar ipſius, & eius idea, ſ. quam dixerunt ponentes ideas. & ſi hic eſſet, tunc conditionaretur in cognitione rerum ſpeculatiuarum. neq; etiam excuſatio omnibus artibus & omnibus ſcientijs ignorantiæ quid cõferat auxilij in noſtra artium & ſcientiarum cognitio ipſius. Etenim de natura artium naturalium & ſcientiarum eſt, vt non occultetur et huiuſmodi auxilij quantitas, & ne ignorent eam, intendo, quòd non oporteret ignorari à textore, & à carpentario quantũ conferat ſcięntia ideæ vtilis artis ſuæ ad diſcendum artem ſuam: neq; à medico, q ſit magis medicus, intẽdendo ad ideam medicinæ vniuerſalem: neq; a duce exercitus, q ſit perfectius tactum eius, quando ſpeculatus fuerit hanc ideã. Sed de notis eſt, q medicus nõ ſpeculat in ſanitate iſto modo, neq; indiget in cognitione ſanitatis v: ſpeculatur formam ſanitatis vniuerſalem: immo certe ſpeculatur in ſanitate hominis compoſiti: intelligo ſpeciem & non in ſpecie tantum, verum in ſanitate hominis particularis ſignati, ſ. Socratis v el Platonis. quoniam certe medetur individuum, non ſpeciem.

Sermo de ideis inquantum ſunt ideę pertinet ad primam Philoſophiam.

Hęc ſcia ſpeculatur res, quarũ principiũ eſt voluntas.

De notis eſt, q medicus nõ ſpeculat in ſanitate ſm ſanitatem vniuerſalem in medendo. Id in proœmio Metaphy.

## De felicitate ſubiecto, ſubſtantia, & præceptis in vnaquaque ſcientia obſeruandis. Cap. VII.

NVnc rurſus redeamus ad id, quod quærimus, bonum: quidq; id ſit intueſtigemus. videtur enim aliud in alia actione, atque arte eſſe. nam aliud in medicina, aliud in re militari, & reliquis ſimiliter. Quid igitur vniuſcuiuſque bonum eſt? An id, cuius gratia certa aguntur. hoc autem eſt in medicina ſanitas: in arte militari victoria: in ędificatoria domus: in omni denique actione & electione finis ipſe, cuius gratia reliqua omnia omnes agunt. Quare ſiquis communiter agendorum omnium finis eſt, id agendum bonum erit. Sin plures, hi ipſi. Iam vero digrediendo in idem deuenit oratio. Quocirca magis conatendum, vt hoc idem declaremus. Quoniam vero plures eſſe fines videntur: & horũ quoſdam ob aliud expetimus, vt diuitias, tibias, inſtrumenta denique omnia: non omnes eſſe perfectos perſpicuum eſt. at optimus finis eſſe quid perfectum videtur. Quare ſi vnum aliquid erit quod perfectum ſit, id erit quod quærimus: ſin plura, id quod perfectiſſimum horum eſt. Id autem, quod per ſe ſectandum eſt, eo perfectius dicimus, quod propter aliud appetimus: quodq; nunquam ob aliud eligẽdum eſt, ijs quæ & per ſe & ob aliud expetuntur. abſolute autem perfectum, quod ſemper per ſe: nunquam ob aliud expetendum eſt. Eiuſmodi autem videtur felicitas maxime eſſe. hanc enim propter ſeipſam ſemper, & nunquam ob aliud expetimus. At honorem, voluptatem, mentem, ac virtutem omnem etiam propter ipſa expetimus: quippe cùm eadem expeteremus, etiam ſi nihil inde nobis eueniret: felicitatis tamen cauſa etiam ipſa eadẽ expetimus, ex his felices nos futuros exiſtimantes.

Bonũ in vno quoq; eſt id, cuius gratia cętera agũt.

Perfectũ eſt p ſe, & quod p alio non eligẽdum eſt.

ſtimantes.horum vero cauſa nullus felicitatẽ, neq; omnino ob aliud quippiam expetit. Idẽ vero etiam e ſufficientia videtur euenire.perfectum enim bonum eſſe ſufficiens apparet. Sufficiens autem dicimus non ipſi ſoli qui vitam ſolitariam agit, ſed parentibus, ſed filijs, ſed vxori,amicis denicq; ac ciuibus: quãdoquidem homo ciuilis natura eſt. Horum tamen terminus aliquis ſtatuendus eſt.nam ſi ad parentes,& nepotes et amicorũ amicos hoc protenderimus: in infinitum res progredietur. Sed de hoc alias conſyderandum. Sufficiens vero id eſſe ſtatuimus, quod ſi ſolũ relinquat, ſufficiẽtem atq; expetibilem vitam, nullius q̃ rei indigam facit. Talem autem eſſe felicitatẽ ipſam exiſtimamus.Quin etiam maxime omnium expetendam, ſi cum alijs non connumeretur: ſi vero connumeretur, perſpicuum eſt eam vel cum minimo quoq; ex bonis magis expetendam fore. ſiquidem bonorum ſu peremineñtia fit id, quod adiungitur. maius vero bonum magis ſemper expetendum eſt. Itaq; felicitas cùm agendorum finis ſit,perfectum quoddam ac ſufficiens videtur.Sed fortaſſe ſi dicamus felicitatem optimum eſſe,conceſſum quoddã ab omnibus videtur: adhuc tamen deſideratur, vt euidentius quid ea ſit, exponamus.Fortaſſe vero hoc fieret,ſi hominis opus ſumeretur.nam quemadmodum tibicini & ſtatuario,alijſq; artificibus,& denicq; omnibus,quorum opus aliquod et actio exiſtit,in opere bonũ ipſum,& id quod bene eſt, videtur conſiſtere:ita homini quoq;,ſi modo eius aliquod opus eſt, eſſe videretur. Vtrum igit fabri & ſutoris opera ſunt aliqua,& actiones:hominis vero opus eſt nullum, ſed natura homo otiosus eſt? An quẽadmodum oculi,pedis,manus,& denicq vniuſcuiuſq; membri opus quoddam extat: ſic etiam hominis præter omnia hęc opus quoddam ſtatuere aliquis poſſet.Quidnam igitur hoc erit? nam viuere commune etiam cum plantis videtur: nunc vero proprium quoddam eſt,quod quęritur.vnde nutriendi augendiq; vita omnis ſeparanda eſt.Sequitur ſentiẽdi vita. ſed ea quoque cum equo & boue & omnibus demum animalibus communis videtur. Reliqua eſt igitur actiua quædam vita, eius quod ratione præditum eſt.Id autem partim rationi obtemperat:partim eam habet,atq; intelligit.Sed cũ duobus modis etiam hæc dicatur, ea quæ eſt in operatione,ſtatuenda eſt.Quod ſi eſt opus hominis animæ operatio ſecundum rationẽ, vel nõ ſine ratione, idemq; genere eſſe opus huius,et huius probi alſeueramus:vt citharœdi,et probi citharœdi:et abſolute in omnibus, ſi excellẽtia virtutis operi fuit adiuncta:citharœdi enim eſt cithara canere: probi citharœdi bene id facere.Quòd ſi,inquam,ita eſt:& hominis opus eſſe vitam quandam ſtatuimus: eamq; animæ operationem et actionem cum rõne eſſe aſſeueramus:ac probi viri bene hęc, rectęq; exequi eſſe cenſemus: ſingula autem bene ex propria virtute perficiũtur. Si ita eſt: operatio animę ex virtute bonũ humanũ effi citur.Si plures ſint virtutes, ex optima & perfectiſſima. Et inſuper in vita pfecta. ver enim neque vna hirundo,neque vnus dies facit:ita quoq; beatum & felicem hominẽ neq; vnus dies,neq; breue aliquod tempus efficiet. Bonum igitur ipſum ita circũſcriptum ſit. oportet enim fortaſſe prius figurare, deide poſtea depigere.Videretur autem cuiuslibet eſſe ea, quæ bene circũſcriptione ſunt comprehenſa, producere ac diſtinguere: & tẽpus talium inuẽtor,vel adiutor bonus eſſe. vnde & artium facta ſunt incremẽta. cuiuslibet enim eſt qđ deeſt,addere. Oportet autem eorũ, quæ ante dicta ſunt, meminiſſe: & exactam tractationẽ non eodem modo in omnibus requirere: ſed in ſingulis, prout ſubiecta materia poſtulat. Atq; id eatenus, quatenus arti vnicuiq; conuenit.faber enim & geometra diuerſo modo rectum angulum vtriq; conſyderant: ille quatenus ſolummodo ad opus vtile eſt: hic cùm veritatis ſpeculator ſit,quid,& quale ſit,indagat. Eodem modo in alijs quoq; faciendum eſt: ne plura ornamenta extrinſecus q̃ ipſum opus euadant.Neq; ſimili modo in omnibus cauſa requirenda eſt:ſed eſt in quibuſdam ſatis,ſi bene demonſtratũ fuerit,q̃ ſint: id quod etiam in principijs ipſis cõtingit. q̃ autem ſit aliquid, primum ac principium quoddam eſt. Ex principijs vero alia ſunt, quæ inductione: alia quæ ſenſu: nõnulla quę aſſuetudine quadam: alia quæ alio quodam modo conſyderãtur.Singula autem ita ſunt tractanda, vt natura eorum poſtulat:dandaq; eſt opera,vt recte definiantur: magnum enim afferre momentum ad ea quæ ſequuntur, cõſueuere.videtur enim principium plus q̃ dimidium totius eſſe: complurag; eorum quæ in quæſtionem veniunt,per ipſum manifeſtantur.

Operatio ex virtute bonã humanũ eſt.

Vna hirũdo nõ facit ver, neque vnus dies.

In ſingulis,p ut ſubiecta materia poſtulat, tractatio faciẽda eſt.

Nõ in oĩbus ſimili modo cauſa requirẽda eſt.

Principiorũ diuerſa eſt cõſyderatio.

Principiũ videtur plus q̃ dimidium totius eſſe.

DIxit. Hoc ergo eſt, quod dicere nos oportuit in cõtradictione huius opinionis.Reuertamur itaq; ad id,in cuius via fuimus,ſ.ad loquendum de bono quæſito in arte gubernandi ciuitates qđ eſt. Dicimus ergo, quoniam patẽs eſt q̃ bonum intentũ per vnumquẽq; actuum et per vnamquanq; artium diuerſificatur à bono intento per artem alteram & actum alterum : bonũ ergo vniuſcuiuſq; artis patet, q̃ eſt illud, gratia cuius agit ars illa vniuerſa, quæ agit. Eſt itaq; in medicina ſanitas:in arte bellica ſuperatio:in ędificatoria domus: & eodem modo in reliquis.& hoc bonũ eſt finis intentus

Opus hoiis ẽ atq; operatio ſm rationẽ.



tus in omni actione & prælectione:etenim omnes homines non agunt quod agunt, niſi propter finem intentum per illam actionem. Vnde neceſſariũ eſt, ſi eſt hic aliquid vnum, quod eſt finis omnium quæ aguntur, vt ſit ipſum bonum quod oportet agi: & vt ſit iſtud bonum felicitas. Si autem ſunt hic bona multa huiuſmodi ſiue duo, ſiue plura, gratia quorum quæruntur aliqua bona reliqua, & ipſa non quæruntur gratia rei alterius:oportet vt ſint bona omnia ſimul ipſa felicitas, quæ quæritur. non eſt enim differentia in hac noſtra inueſtigatione in hoc loco, vt ſit hic bonũ vnum, aut multa: cũ nos quidem inquiramus felicitatẽ communem vniuerſitati hominum.& quando quidem ſic eſt, tunc oportet vt inquiramus declarationem huius boni cõmunis quid eſt, ſiue ſit vnum, ſiue multa. Dicimus igitur q̃,cùm ſit manifeſtum q̃ fines ſunt multi, & q̃ nos eligimus quoſdam eorum cauſa rei alterius : quemadmodum diuitias & citharã et ſimpliciter vniuerſitatem inſtrumentorum omnium:patet q̃ nõ omnes fines ſunt perfecti.oportet autẽ vt illud optimum, quod nos inquirimus,ſit res completa pertecta. Neceſſarium eſt ergo,ſi fuerit hic bonũ completum vnũ tantum, vt hoc ſit bonum illud quod quæritur, ſi autẽ plura, vt illa cum ſint illa bona quæſita propter ſeipſa. Et nos dicimus q̃ res quæſita propter ſeipſam perfectior eſt quæſita propter aliud: quodq; eligimus quandoq; propter ſe perfectius eſt eo, quod eligimus aliquando propter aliud. Et vniuerſaliter, cũ nos credamus q̃ vere perfectum eſt illud, quod ſemp propter ſe eligimus, & nunquam propter aliud: manifeſtum eſt q̃ bonum tale oportet vt ſit felicitas. Honorem autem & delectationem & virtutem patens eſt q̃ eligimus aliquando propter ſe,quando eſtimamus eſſe ea felicitatem:eligimus autem & felicitatis gratia,quãdo eſtimamus quidem per aliquod ipſorum ad felicitatem ſ. ipſorum meditatione. De felicitate autem omnes conuenitũ q̃ nunquam eligitur iſtorum gratia, neq; penitus alterius rei gratia. Et eſt palã q̃ ſequitur ipſam hæc credulitas ab vniuerſitate hominum: cõ q̃ eſt in ſeipſa ſufficiens, & hæc eſt proprietas boni pfecti, ſ. vt ſit ſufficiens in ſe, non egens ſecum alterius à ſe. D. Non intendo autem per dictum meum, quòd bonum quæſitum eſt res ſufficiens per ſe, q̃ ſufficiat homini hoc bonum exiſtenti ſolitario, i. q̃ vita ſua ſit vita hominis ſeparati ſolitarij: immo equidem intendo vt viuat cum alijs, vtputa filijs,parentibus,vxore,& ciuibus.eſt enim natura ciuilis homo,i. non eſt poſſibilis vita abſq; ciuium vicinitate,aut neceſſaria,aut melior. D. Verũramen oportet vt ſit homini quantitas terminata filiorum, parentum, amicorũ:aliter enim procederetur in infinitum. Scrutabimur autem de hac intentione poſt. Ponamus tamen hoc, q̃ ſufficiẽtia in hoc eſt illa , quam cùm ſibi ſegregauerit homo, ponet vitam ſuã exoptatã non indigẽtem re altera præter eam , quam ſibi fecit ſingularem . Videmus itaq; q̃ hæc eſt proprietas felicitatis , neq; connumeratur felicitas bonis tanquam coæqualibus:ſed ſi cõnumeretur,connumerabitur eis tãquam minus dignis, eligibilitore ea exiſtente.nam bona adiuuicem ſeſe ſuperant.& quæ ſunt ipſorum magis bona, minus bonis ſunt eligibilitora : maximumq; bonorum oĩum ſemper præ cęteris eligibiliſſimum. Et ex hoc patet q̃ felicitas eſt res perfecta per ſe ſufficiẽs finis rerum agendarũ. Iſtud aũt fortaſſis eſt, in quo cõcordatũ eſt in re felicitatis, ſ. eſſe eam optimum rerũ : ſed ad quod intẽdimus,ſcitẽdũ hoc de ea eſt ſcire qd eſt. D.Et forte contingit nobis, quando nos nouerimus actũ hominis quid eſt. ſicut enim videmus q̃ bonum vniuſcuiuſq; rei artificialis & naturalis non eſt niſi in illo actu, qui appropriatur ipſi,ſic oportet vt ſit bonũ, quod appropriatur homini in actione ſua. Verbi gratia, in artificibus bonitas citharœdi eſt in citharizatiõe , quę eſt actus eius,& ſimiliter in alijs.inconuenienter enim eſt vt ponamus q̃ carpentarii,& ſtructoris ſtatuarũ ſunt actiones & operationes propriæ,& non ponamus hominis actionem propriam:ſed otioſum ponemus eum. Etenim palam eſt q̃, ſicut oculi,& manus,& pedes,et vniuſcuiuſq; ex membris eſt actus proprius, ſic oportet vt ſit hominis, qui eſt aggregatus ex omnibus his vnus actus pręter oẽs iſtos. De hoc igitur actu perſcrutemur quid eſt. Videmus itaq; in homine actiões multas:agit nanq; actiones crementi,& actiones ſenſus,& actiones rationis . non conuenit autem vt dicamus q̃ ſua hominis actio eſt vt crefcat & nutriatur . eſt enim actio hæc communis et & terræ naſcentibus.ſ.participant et in hoc terræ naſcentia: nos vero quærimus hic certe actum ſuum proprium.oportet itaq; vt relinquamus actum virtutis nutritiuæ in hac inquiſitione. De virtute quoq; ſecunda, quæ ſequitur hãc, & eſt virtus ſenſibilis,palã eſt, q̃ eſt participata ab homine, equo, & leone, boue,& alijs animalibus . Remanet ergo vt ſit ratio actus proprius et , in quo ipſi aliud non participat.ſi enim participaret , tam non eſſet et actus proprius. Et de hac parte animæ, quę attribuit homini, apparet q̃ eſt duæ partes,pars intelligens,i. apprehenſiua imperans : & pars obediens intelligenti, vult per obedientem & obſequentem , partem habẽtem virtutes morales:& per intelligentem,iudicantem de recto. D. Cumq; hęc pars animæ dicta ſit dupliciter,de eo qđ ipſius eſt potentia,& de eo qđ ipſius eſt actu, dicamus de eo quod eſt actu . dignius enim eſt vt de eo fiat ſermo,cùm ſit perfectius. Dicamus ergo q̃, ſi actus hominis equidem eſt ratio aut non ſine ratione , animaq; proficietis in arte, & actũ pertit in ipſa dicimus actum vnũ genere : vtpote proficientis in citharizãdo actum citharizationem dicimus, & pertit eundem pertitum cũ diſtinguimus ab impito,dicentes ipſum hũc actum bene facere:tunc oportet vt ſit actus hominis, ſiue malus ſiue bonus, vita quædam . Et intendo per hanc vitam actionem animæ procedente à deliberatione vel cuſus finem determinatũ. & actio hominis virtuoſi eſt hæc actio, quando fuerit ſm q̃ oportet ex bonitate,et bonificatur quidẽ vniuſcuiuſq; rei actio ſm virtutem ſuam. equitaque bona actio bonificatur ſm virtutem ſuã & ſic eſt in qualibet re ex cæteris eiusdem. Bonum ergo , quod appropriatur homini, eſt actio animæ rationalis, fiẽs ſm quòd virtus exigit. Si vero plures fuerint virtutes, eſt actio fiens ſecundũ quę oportet, melior earum, & cõpletior in bonitate . Inuenitur autem actio hæc in vita cõpleta: in alijs enim nõ vnaquæq; perficitur, nec inuenitur vt in pluribus: ſed ſi fuerit ibi, erit in paucioribus, & raro aut ſemel . Sed per actionẽ vnam ſtudioſam non acquiritur beatitudo : quemadmodum neq; per vnam habitudinem, neq; per vnam diem tẽperati aeris pronoſticatio eſt aeris veris . & ſic autem non facit hominem beatum dies vna vitæ ſuæ, neq; tempus parum,ſed oportet vt operetur vita ſua tota, aut maiorem partem ſui opera beatitudinis . erit itaq; in vita completa. Dixit. Hoc eſt ergo bonũ illud, cuius oportet nos determinate partes & modos.& torſan oportebit nos primitus circũſcribere ipſum, i. deffinitione vniuerſali,deinde determinare poſt hoc partes eius. Videtur enim opportunum eſſe vnicuiq; vt præmittat ſtudium ſuum in determinatione rerum venturarum,& in comprehenſione earum: tempus aute eſt inuentor harum rerum ſua longitudine , aut eſt coadiuuans in hoc magnum adiutorium. vnde fiunt artiũ additamenta cum temporis ſ̃gitudine. & hoc quoq; impertinet vnicuiq; artificum vt addat in arte ſua.Quãdo

politicæ

possibile ei fuerit, quod deficit ex arte, & custodrat quod habuit ab altero ex ipsa. D. Non oportet autem in omni eo quod agimus, inquirere certitudinem vno mõ: sed oportet vt fit certificatio in vnaquaq; artium fm̃ ... rectam materiam in ipsa, & quantum pertinet illam arti. Multæ namq; artes conueniunt in speculatione de rebus eisdem: differunt autem in magis et minus. vt carpentarius & geometer inquirunt cognitionem recti anguli: veritatem carpentarius non inquirit de ipso nisi inquantum vtilis est in illa arte: geometer autem quid est simpliciter, & quæ rerum est: est enim speculator veritatis huius. & similiter est in pluribus eorum, de quibus speculatur ars medicinæ, & scientia naturalis. D. Et fm̃ hanc materiam oportet vt in alijs rebus, ne multiplicet̃ super nos inquisitio cognitionis eius, quod excedit opus negotij de non operandis, cum non sit ei vtilitas in operatione negocij. D. Neq; etiam oportet vt inquiramus cognitionem causarum in vnamquãq; rerum fm̃ modum vnum: sed sufficit in quibusdã scire tantũ quare sunt: sicut est in principijs primis. primum enim principium primorum est scientia nostra rei, quoniam est principiorum. Principiorum autem quædam sunt quæ sciuntur inductione: & quędam quæ sensu, vt prima individualia: quædam quæ assuetudine & vitatione intendo experientiam: & quædam sunt quę sciuntur per vias alias. vult, vt existimo, ex parte sermonũ exponentiũ ea, & ex parte vię diuisionis, & quod simul latur his ex rebus dirigentibus ad comprehensionem certitudinis per aliquid, quod non agit actionem syllogismi. D. Oportet ergo vt requiramus vsum vnuscuiusq; principiorum fm̃ debitum naturæ suæ, vt requiramus cognitionem eius fm̃ modum, quem exigit natura eius: & vt studeamus valde in comprehensione ipsorum, & in eorum terminatione termino, quo oportet. etenim vtilitas cognoscendi ea magna est in his, quæ sequuntur ipsa. Nam putatur de principio rei, ipsum esse plus q̃ medietatem sui vniuersi: cùm plura quæsitorum in vita eadem arte declarẽtur, et appareãt per appartionem principij.

a I. per principia.

*De dictorum antiquorum cum uera felicitate consensu, ac de triplici bono ad felicitatem necessario.* Cap. VIII.

CONsiderandum̃q; est de ipsa nõ solum ex conclusione, exq; ijs quibus rõ constat, verum etiam ex ijs quę de ipsa dicuntur: cùm vero enim consonant omnia, quæ in re insunt: a falso autem cito dissonant ac discrepant. Cùm igitur bona in tres partes distributa sint, & alia externa, alia circa animam, alia circa corpus dicantur: quæ circa animã sunt, maxime proprie, ac maxime bona appellamus: actiones autem & operationes animales circa animã statuimus. Quare ex hac opinione, quæ antiqua est & à philosophis concessa, recte hoc diceretur. Recte etiam constituta sunt, actiones quasdam & operationes finem ipsum dici: ita enim ex bonis aiæ sunt, non externis. Consentit etiam cum ratione hac illud, quod aũt, bene viuere, ac bene agere felicem. fere enim bona quædã vita & bona actio felicit. s dicitur. Videntur autem omnia quæ circa felicitatem inquiruntur, inesse huic, quod a nobis dictum est. alijs enim virtus, alijs prudentia, nonnullis sapientia quædam esse felicitas videtur: quibusdã hæc, aut aliquid ex his cum voluptate, vel nõ sine voluptate. sunt etiam qui simul externam prosperitatem assumant. Atq; ex his alia multi et antiq, alia pauci & illustres viri dicũt: quos sane aberrare tota via vtroq; minime: sed in vno saltem aliquo, vel in pleriscq; assequi veritatem verisimile est. Cùm illis sanè qui dicũt omnem virtutem, vel quandam eam esse nostra consentit oratio: quippe cũ huius sit operatio fm̃ virtutem. interest tamen nõ parum fortasse in possessione ne, an in vsu, & in habitu item, an in operatione esse optimum existimemus. Fieri enim potest vt habitus licet adsit, nullum tamen bonum efficiat: id quod in dormiente, vel alio aliquo modo manente ocioso homine euenit. vt operatio autẽ nihil boni agat, non datur. aget enim necessario, & bene etiam aget. Sicut autẽ in Olympijs non pulcherrimi, & robustissimi coronantur: sed qui decertant: ex his enim nonnulli vincunt: sic ex honestis probisq; hominibus in vita illi qui recte agunt, compotes fiunt. Estq; ipsorum vita suauis actiucũda. lætari enim ex affectionibus animæ est. vnicuiq; autem id est iucundum, ad quod spectando talis rei studiosus quispiam dicitur: vt equus equorum, spectaculum spectaculorum studioso: eodẽ modo & iustitiæ amatori iusta: & in vniuersum virtutis studioso virtus. Apud plerosq; vero iucunda inter se pugnant, propterea q̃ eiusmodi natura minime sunt: sed quæ studiosis honestatis sunt iucunda, ea natura iucunda sunt, ac voluptuosa: tales autẽ sunt actiones, quæ ex virtute proueniunt. Ipsorum autem vita voluptate quasi appendice aliqua minime indiget: sed in se eã habet. Præter ea enim quæ dicta sunt, qui bonis actionibus non delectatur, bonus minime est. neq; enim vel iustum quẽpiam dixeris, qui iuste agendo non delectet: vel liberalem, qui liberalibus actionibus non gaudeat: & in alijs simili modo. Quòd si ita est: actiones fm̃ virtutem per se iucundæ sunt: Quin etiam bonæ & honestę: atq; vnumquodq; horum maxime. si modo de ipsis probus bene iudicat: iudicat autem, vt diximus. Optima igitur, pulcherrima, et iucundissima res est felicitas: neq; distincta hęc sunt: sicut Deliacũ illud epigrãma præscribit: Si valet, optia: si est iust⁹, pulcherrima res est: lucundissima, siquis quod amat potitur. omnia enim hęc operationibus fm̃ virtutem insunt: has autem, aut vnam ex his, quæ optima sit, felicitatem esse affirmamus. Videtur tamen etiã ipsa externis bonis, sicut diximus,

Cõ vero omnia cõsonãt, quæ non recte insunt a falso autẽ cito dissonare. Etenim Protagoras.

Qui actionibus bõis nõ delectat, bonus minime est.

Felicitas optima, pulcherrima, & iucũdissima res est.

,,
,,

indigere.



indigere. fieri enim non potest, vel non facile fit: vt cui necessaria non suppetunt, is bona atq; honesta agat. Multa etenim & per amicos, & diuitias, & ciuilem potẽtiam quasi per instrumenta quædam aguntur. Quibusdam vero priuati nõnulli, vt nobilitate, bona prole, pulchritudine beatitudinem maculãt. non enim felicitatis admodum cõpos ille est, qui vel specie prorsus deformis, vel gñe ignobilis, vel solitarius est, ac prole carẽs. Nec minus ẽt fortasse, si alicui pessimi filij fuerint, aut boni mortui sint. Videt igit, vt diximus, tali ẽt prosperitate felicitas indigere. Vnde nõnulli idẽ eã cum bona fortuna, alij cũ virtute esse dicunt.

DIxit. Perserutandum est autẽ de isto bono, & modum eius fm̃ meritum materiæ subiectæ in hac arte, & fm̃ quantitatem quam meretur hęc ars. neq; contenti simus vt sit inuestigatio nostra de ipso ex propositionibus, sed ex rebus, quæ dicuntur de ipso. vult credulitates antiquorum famosorum in eo, & positiones eorum in ipso, aut plurium ex ipsis, aut famosorum ex eis. etenim quidlibet concordat vero & attestatur ei: à falso autem velociter diuerlificatur verum, & elongatur ab eo. D. Cùm autẽ palam sit q̃ bona trium sunt modorum, videlicet bona extrinseca, bona animæ, & bona corpus: dicimus q̃ principaliora & digniora, vt sint bona, sunt ea, quæ ex ipsis sunt animæ. hæc autem sunt certæ actiones, & operationes, quæ pertinent animæ. D. Et cũ sic sit, bene dictum fuit in determinatione boni humani in opinatione antiqua, in qua cõuenerunt philosophantes, q̃ finis mtẽtus sunt actiones quędam & operationes. Et recte dictum fuit hic de eis: etenim per hunc modum fit finis proprie finis bonorum animæ, nõ finis bonorum, quæ sunt extra. D. Quod autem attestatur huic dicto, & conuenit cum ipso, est hoc, quod habet beatus de honestate vitæ, & venusta te operationũ. Nam omnes Antiqui ferè per hoc determinauerunt felicitatẽ, s. q̃ ipsa est decor vitæ, & venustas opinionum. D. Et iam apparet ex hoc, q̃ omnia, quæ requiruñt in felicitate, necesse habere felicem. Quidam enim opinati sunt felicitatem esse virtutem & prudentiam: alij autem sapientiam quandã: & alius præter hos opinatus est eam esse oẽs has res, aut quasdam earum, intendo oẽs virtutes & oẽs sapientias, aut quasdam earum. et oẽs hi conditionauerũt felicitatem esse hoc, aut cum delectatione, aut non sine delectatione. Et quidam alij aggregauerunt bonis animæ coniunctam bonorum quæ sunt extra: & est q̃ nominatur prosperitas successuum. D. Et quasdam istarũ opinionum dixerunt de felicitate multi antiquorum: & quasdam autem earum dixerunt pauci famosorũ ex sapientibus. D. Et non peccauit aliquis eorum in toto eo, quod credidit de hoc: sed ipsi re se sensérunt, aut in re vna eius de quo dixerũt, aut in pluribus. Qui ergo ex ipsis dixerunt q̃ felicitas est virtus, & qui dixerunt q̃ est actus quidam virtutis, dictum eorũ est conueniens modo quodã. Et enim actus, qui fit fm̃ exigentiã virtutis, virtus est. Quãuis fortasse non sit modica differentia inter creditorem q̃ sit felicitas in possessione & habitu, & creditorem q̃ sit in actu & in vtu. possibile enim est vt sit hõ habitum habens, & nihil boni agens penitus: vt puta in virtuoso dormiente, aut aliter impedito aliquo modorum impedimenti. Quando autẽ inuenitur actus huiusmodi, non est possibile quin ab eo procedat in hac dispositiõe bonum: eò q̃ in hac dispositione agit necessario, & bonum facit actum. Et quẽadmodum in campis duellorum nõ robusti & ad exercitia doctissimi concertantium non agentes, dona præmiorum recipiunt, sed agiles agonizãtes & triumphantes: sic virtuosi & electi ex hominibus in vita sua certissime sunt illi, qui agunt actiones suas fm̃ rectitudinem & æqualitatem, nõ illi quibus existit habitus, à quo fiunt istæ actiones absq; eo q̃ operentur. & est vita illorum delectabilis per se, propter hoc enim delectabilitas est ex rebus pertinentibus aiæ, & sunt amantes has opationes: quod intendo q̃ delectatio quidem est ex bonis animæ. Et vnusquisq; hominum delectatur in re quam amat, verbi gratia, amator equorũ delectatur in aspectu eorum: & amator speculationis delectatur in speculãdo: & similiter amator çquitatis delectat̃ in rebus proportionatis æquitati, intendẽdo res iustas: & vniuersaliter amatores virtutum delectantur in rebus virtutis. D. Res autẽ delectabiles apud plures hominum rebus venustis aduertant, eo quòd res venustæ non sunt nobis delectabiles à principio rei, & fm̃ naturam, sicut est dispositio in delectationibus corporalibus: & res delectabiles fm̃ naturam sunt delectabiles apud amatores bonæ, res autẽ venustæ vel pulchræ sunt actiones, quæ fiunt fm̃ imperium virtutis. Oportet ergo vt hæ actiones delectabiles sint fm̃ ipsas amatoribus pulchræ. Et propter hoc non indigent in vita sua delectatione addita super iuam delectationem, cùm sit in eis existens in tua vita mentpta, etenim non indigentur homo liberalis, nisi qui etiã gaudens in operationibus pulchris: neq; illius dicet hominem iustum, nisi cum qui amat res iustas: neq; dicitur de homine q̃ sit largus, nisi de eo qui amat res proportionis in largitate: & fm̃ hoc se habet in cæteris virtutibus. Et cũ sic sit, tunc actiones, quæ fiunt ad imperium virtutis delectabiles sunt per ipsas: & sunt cum hoc etiam decore pulchræ. & vnaquæq; istarum actionum propriè est talis, cùm iudicauerit de ea studiosus iudicio recto: intendo in genere, & hora, & quãtitate. & iudicio istius dicti de eis est iudicio rectum. Et cũ sic sit, nobilissima & optima rerũ erit felicitas: & delectatio absoluta existit in ea. Dixit. Et non determinata fuit: hæc & diffusa, quemadmodũ in tabula Dehaca. Etenim illi certum est. Optima rerum iustissima earum, & elegantissima desyderatissima earum, ola enim hæc manent actionibus virtutis, intendo q̃ sit melior terram, eo q̃ sit iustior earum, & virtuosior earum, eò q̃ fiunt earum, & delectabiliores earũ, eò q̃ desyderatiores earum. Dixit. Et nos dicimus q̃ felicitas aut est hæc bona: & dico illa, quæ sunt in anima & in corpore & extra: aut vnum horũ, et est melius ipsorum, intendo illud, quod est in anima, fm̃ quòd diximus. Veritatem patens est q̃ beatitudo hic eget bonis exterioribus, vt diximus, de impossibilibus enim est, aut de difficilibus operibo nimem res venustas absq; suffragio illorum, quę sunt extra, multa namq; bona agũtur, & protectas in filios, coadunantibus exterioribus, tanquam instrumentis: vt pecunia in largitate, & amicis et adiutoribus in bello. Amplius quædam, dum deficiunt felici, perturbãt eius felicitatẽ: vt nobilitas generis, & pulchritudo formæ. Non enim videtur felix, qui turpissimus & deterrimus est, & qui fuerit generis vilis, & qui fuerit solus absq; prole. Et fortasis est minoris beatitudinis ille habẽs filios, aut amicos malos: aut cui filij boni & amici boni fuerũt, sed mortui sunt. Verisimile est ergo vt sit res, sicut diximus, q̃ felix eget suffragio exteriorũ.

Actus, qui fit fm̃ exigentiã virtutis, virtus est.

*De modo assequendæ felicitatis.* Cap. IX.

VNde etiam dubitatur, vtrũ disciplina, an assuetudine, an alia quapiam exercitatione

tatione acquiri possit: an ex aliqua diuina sorte, an ex fortuna proueniat. Si ramẽ aliquod aliud est à dijs hominibus exhibitũ donum, verisimile est felicitatem quoq; à dijs exhiberi: ac tanto magis, quãto ipsa omnium humanarum rerum optima est. Sed hoc fortasse ad aliam magis disceptationem spectat. videtur tamen, licet a Dijs nõ mittatur, sed vel ex virtute, vel disciplina aliqua, vel exercitatiõe accedat: ex diuinissimis rebus felicitas esse: quippe cum præmium virtutis & finis optimum quoddam ac diuinum, beatumq; esse videatur. Estq; præterea quoddam longe cõmune. disciplina enim quadam ac diligentia acquiri ab omnibus potest, modo ad virtutem conse quendam læsi ac manci nõ fuerint. Quòd si melius est hoc modo, q̃ ob fortunam felicem vnumquemq; esse: rem ita se habere consentaneũ est. siquidem & ea quæ fm naturã sunt, & ea similiter quæ aut ex arte, aut quapiã alia causa & præcipue optima prouenium: sicut q̃s pulcherrime fieri potest, ita suapte natura se habẽt. Quod vero maximum ac pulcherrimum est, id fortunæ committere, valde prauum est. Immo ex ratione ipsa patet id quod quæritur. esse enim eam animi quãdam operationem fm virtutem definitum est. Ex reliquis vero bonis alia ineſſe ipsi necesse est: alia adiutrica atque vtilia instrumentaria natura sunt. Atq; hæc cum ijs quę in principio diximus, consentirent. finem enim ciuilis facultatis optimũ esse statuebamus. at hæc magnam diligentiam adhibet, vt ciues quodam modo afficiat, bonosq; & ad honesta agenda idoneos reddat. Merito igitur neq; bouem, neq; equum, aut quippiam aliud animal felix appellamus: quippe cùm nullum ex ipsis talis operationis esse particeps possit. Eadẽ etiam de causa neq; puer felix est: nõdum enim est ad tales res agendas per ætatem idoneus. qui vero dicuntur felices, spe dicuntur. Nam, sicut diximus, & perfecta virtute, & vita perfecta opus est. Multæ enim mutationes, & variæ fortunæ in vita cõtingunt: & fieri potest, vt qui maxime prosperitate floruerit, is in senectute in magnas calamitates incidat. sicut in Heroicis de Priamo fabulis proditũ est. At eum qui talibus fortunis vsus, miserabiliterq; mortuus fuerit, felicẽ profecto dicet nemo.

Pueri non sint felices, quia spe.

DIxit. Et propter hoc quidã posuerunt beatitudinem virtutem ex bonitatem fortunæ: & alij posuerunt felicitatem ex virtutem idem esse. Et propter hanc diuersitatem rectè dubitatio circa felicitatem, an fit res discibilis, aut assuetudinibus per assuetudinem, aut alio modo adipiscendi, vel per prouidentiam diuinam circa hominem, aut per fortunam eius. Sed manifestum est q̃, si fuerint hic res aliquę, quas largit Deus hominibus, dignius est vt sit felicitas ab eo donata ipsis, maxime cùm sit præstantior rerum, quæ pertinent hominibus. Verũtamen speculatio in hoc magis videtur pertinere negocio alterri. & manifestũ est, quoniam si nõ fuerit donata à Deo: sed si fuerit per virtutem aut disciplinam, aut per acquisitionem q̃ est eorum, quæ sunt in fine honorabilitatis & excellentiæ. quod enim finis est virtutis, & de quo patens est q̃ est optima rerum, est quid diuinum, & illud per quod gaudet, apparet etiam de eo, quoniam, si fuerit acquisibilis, erit expolita multis hominibus. possibile enim est vt acquirant eam per disciplinam & studium homines, qui non habent naturaliter claudicans ad receptionem virtutis. Si igitur fieri beatitudinis per acquisitionem, melius est fieri suo per casum & fortunam, oportet vt fiãt per acquisitionem. Et quemadmodum res naturales aptę natę sunt fieri meliori modorum & competentiori, sic res artificiales oportet vt fiãt meliori modorum, s. vt sint acquisibiles nõ accidentes nobis à casu, & proprie nobilissima artium, dico eam, quę est regitiua ciuitatum. & intendo vt non sit bonum comprehensibile per ipsum ens ab euentu vel casu, maximum nempe peccatum & concedere esse à casu excellentiorem rerum, felicitatem & à fortuna. Et vniuersaliter tam manifesta est res quęsita ex eo quod præcessit de sermone, s. quid est felicitas, & diximus q̃ est actio quędam animę fm imperium virtutis: reliqua autem bona, quæ sunt extra, quędam sunt necessaria ad esse huius boni, & quędam sunt vtilia ad ipsum, s. ipsum existit propter ea in dispositione melior, & sunt et tanquam loco instrumẽti. Et totus iste sermo est conueniens et, quod præcessit de sermone nostro. nos enim posuimus q̃ finis regiminis ciuitatum est nobilior. & maximum studium in regimine ciuitatum est vt fiant ciues boni, & operatores bonorum. Dixit. Et propter hoc necessario non diximus de boue, neq; de equo, neq; de aliquo alio ex animalibus q̃ sint felicia. non est enim aliquod ex ipsis, quod communicet huiusmodi in hoc actu. Et propter hanc etiam causam non dicimus puerum felicem. nondum enim completus, neq; operatur opa felicitatis propter imbecillitatem ætatis. Qui autem ex pueris nominatus fuerit felix, nomen fertur propter spem futuræ felicitatis: indigetur enim sicut in felicitate virtute perfecta, & vita completa.

*Quis in hac vita dicendus sit felix.* Cap. X.

NVnquid igitur neq; alius quispiam homo quoad viuit, felix dicendus est: sed ex sententia Solonis finem spectare oportet? Sique ita statuendum est, felix ne tũc erit aliquis, vbi mortuus fuerit? An hoc absurdum penitus est, præsertim apud nos, qui felicitatem operationẽ quandã esse dicimus? Quòd si mortuum felicem esse non dicimus, neque Solon id voluit: sed solum modo hominẽ dixit tunc beatum appellari tuto posse, quippe qui extra omnia mala & infortunia iam collocatus sit: hoc quoq; dubitationẽ quandam habet. videtur enim mortuo bonum & malũ adesse, perinde ac viuenti & non sentienti: vt honores, & infamiæ: filiorum & omnino posterorum prosperæ, & aduersæ fortunæ. Dubitationem etiam hæc afferunt. fieri enim potest vt ei qui vsq; ad senectutem beate vixerit, secũdumq; rationem mortuus sit: multæ



multæ mutationes in posteris ac nepotibus contingant: vt alij boni sint, vitamq; pro dignitate consequantur, alij contra, qui sanè in distantijs erga parentes multis modis sese habere possunt. Absurdum igitur esset, si mortuus simul etiam mutaretur: & modo felix, modo miser efficeretur. Absurdũ quoq; est, si nihil neq; ad aliquod tempus posterorũ res ad parentes pertineant. Sed redeundum ad id, de quo prius dubitabamus: ex illo. n. forsitasse etiam id quod nunc quæritur, considerabitur. Si igitur finem spectare oportet, & tũc beatum vnumquemq; dicere, non q̃ sit, sed q̃ prius erat beatus: quomodo absurdum non est, si quando est felix, nõ vere dici potest de ipso id quod ei ineſt: iccirco quia eos qui adhuc viuunt, ob mutationes appellare felices nolumus: felicitatemq; stabile quid esse ac minime mutabile: fortunas vero sæpe circa eosdem reuolui existimamus? Perspicuũ enim est, si sequi fortunas velimus, nos eundem felicem, & rursus miserum sæpe esse dicturos: Chamæleontem quendam, imbecilliterq; stabilitum felicem facientes. An sequi fortunas minime rectum est: quippe cùm in ipsis, vt bene vel male viuamus, nequaquam situm sit: sed ipsis humana vita, sicut diximus, solũmodo indigeat. sed in operationibus fm virtutem felicitatis: in contrarijs contrarij præcipua vis collocata est. Atteſtatur autem huic sententiæ, & id de quo nunc dubitauimus. in nullo enim ex opibus humanis, sicut in operationibus fm virtutem firmitas est. hæ siquidem stabiliores etiam scientijs videntur: atq; ex his ipsis stabiliores, quæ præstantiores: eò q̃ beati in his maxime & assidue viuere consueuerunt. hoc enim simile causæ est, vt in ipsis obliuio nulla cõtingat. Inerit igit id quod quæritur, ipsi felici: eritq; per totam vitam talis. semp enim vel maxime omnium ea aget & cõtemplabitur, quæ sunt fm virtutem: fortunasq; pulcherrime feret, atq; omni ex parte prorsus accurate atq; apte: quippe qui vere bonus & quadratus absq; vituperatiõe sit. Cùm multa autem sint, quæ à fortuna eueniunt, quæ & magnitudine & paruitate inter se differunt, parua tam secunda q̃ aduersa vitæ nullum momentum afferre perspicuũ est: magna vero & multa si bona sint, beatiorem vitam reddent: nã & ipsa sunt ad augendum ornatum idonea, & vsus ipsorũ pulcher honestusq; est. si contra eueniant, premunt, ac lædunt beatitudinem: quippe cùm & molestias afferant, & multis operationibus impedimento sint. Quod si operationes vitæ dominæ sunt, quemadmodum diximus: nullus ex beatis miser efficeretur. nunquam enim odiosum quippiã, ac prauum aget. Nã cum qui re vera bonus est, ac prudens, decore omnem fortunam perferre, & pro facultatibus semper pulcherrima quæq; atq; optima agere existimamus. perinde ac ducem bonum præsenti exercitu maxime bellice vti: & futorem ex datis corijs pulcherrimum calceũ facere: atq; eodem modo reliquos artifices putamus. Quòd si ita est, felix quidẽ miser nunquam efficietur: beatus tamen non erit, si in Priami calamitates incident. Neq; etiam varius quidam erit, ac mutabilis. neq; enim vel facile vel à quibuslibet infortunijs, sed à multis & ingẽtibus à felicitate dimouebitur. Atque ex talibus effici rursus felix in paruo tempore non poterit: sed si modo id licet, in multo quodam ac perfecto tempore continget, si in eo magnas aliquas ac præclaras res fuerit consecutus. Quid igit vetat, quo minus eum felicem dicamus, qui ex perfecta virtute operatur: externisq; bonis abunde fuerit instructus, nõ quolibet tempore, sed perfecto? An addendum qui & victurus ita est, & fm rationem vita defunctus: nam futurum incertum nobis est: felicitatem vero finem, ac perfectum quid oĩno & prorsus constituimus. Si vero ita est: ex ijs qui viuunt, beatos eos dicemus, quibus hæc quæ dicta sunt, & adsunt, & aderunt: ac beatos quidẽ vt homines. Sed de his quidem hactenus definitum sit.

Felix miser nunquã efficietur.

In nullo ex operibus nostris, sicut in operationibus fm virtutem, firmitas est.

DIxit. Potest autem quis dicere, quoniam cõtingere est in vita hominis mutationes multas et casus varios: & est possibile in eo qui est valde abundans in vita, vt tolleret infortunia magna in senectute, sicut perpessi sunt plures hominũ, qui vero tales casus opportunos infortunijs moritur, à nullo nominatur beatus. Et secundum hanc considerationem nullus vtiq; iudicabitur beatus, quousq; vixerit. Et propter hoc dicit Solon, q̃ oportet vt expectentur extremæ vitæ hominis, & tandem iudicetur beatus, aut infelix. Verũ tamen si oporteat hanc credere opinionem, tunc non erit homo felix nisi post mortem. Hic tamen termo est valde inconueniẽs et, quod nos credimus in hac vita: cum nos opinemur q̃ felicitas est proprie actus quidam. Et propter hoc non nominamus mortuum felicem, neq; Solon voluit hãc intentionem, sed q̃ quis confidenter nominare potest mortuũ felicem, ideo quia non est possibile vt accidant ei mala, neq; calamitates. Dicit. Et in hac eadem intentione locus est dubitationis, putatur enim de mortuo q̃ ipse contingat bonum & malum, sicut viuo, quãuis non sentiat ipsa, vt cultus honores corporis sui & comarta, & directio status filiorum, & nepotum & puerilitates ipsorum. Et in rebus istis certum est æstimatio. et ea ideo q̃ possibile est in eis quę sunt vitam vsq; ad tempus felicitatis, & mortem tales dispositione, vt accidat eis tales permutationes in tales, vt sit quidam eorum bonę conuersationis, bonestę in vita: quidam vero contrarię. et enim in nobilitatibus et, q̃ existit inter patres & filios duersitas ex diuersitate, & non oportet vt bonus semper generet bonũ. Verum

Hæc expedit præcedentia.

tamen si posuerimus istud, sequeret ex hoc inconueniens: & est vt transmutetur mortuus transmutatione aliorum à se, erit ergo quandoq; felix, vt cùm fuerit ei filius virtuosus, & quandoq; infelix, vt quando fuerit ei filius peruersus. Si vero posuerimus q̃ non mutatur ex filiorum mutatione, erit etiam inconueniens, non enim erit inter patres & filios pinentia: istud ergo erit quod sequitur ex dubitatione in hac q̃one. D. Sed oportet vt redeamus ad locum, in quo primo incidit dubitatio, s. quando nominatur homo felix. & forte declarabit ex eo, quod ante determinauimus illud, de quo perscrutamur in hoc loco. Dicimus ergo q̃, si est expectandus homo vsq; ad postremum vitæ suæ, & tũc nominandus felix, non ideo q̃ existat felix in illa hora, s. post mortem suam, sed quia ante hoc fuit felix, s. in vita: sequitur ne nominetur quando fuerit felix absq; eo, in quo existit, sed quando perdiderit felicitatem, & hoc est inconueniens. & est manifeste sequens eos, qui dicunt istud, nolunt enim viuos nominare beatos, quandiu durauerint viuentes propter pmutationes possibiles accidere eis. Amplius ipsi concedunt q̃ beatitudo est ex rebus permanentibus & stabilibus. & cum hoc ita sit, est necessarium ne sit felicitas, neq; eius cõtrarium ex rebus accidẽtibus variabilibus vicissitudinarijs frequenter circa aliquos eosdem in vita sua. hæc enim accidentia contingentia sunt à casu. Si ergo ponẽtes ista, sumamus felicitatem & infelicitatem, inueniemus hominem vitam eundem multotiens vita sua felicẽ, multotiens infelicem. Attribuẽtes igitur felicitatem casui, ponemus felicitatem stabilem, humanam, & idem ex speciebus felicitatis victoriæ animalium. huiusmodi. n. casualitates accidunt pluribus animalium, & vniuersaliter attribuere felicitatem ei quod accidit ex casu, penitus est absq; re ꝓtitudine: eo q̃ bonitas & malicia nõ existunt a casu, sed vita hominis indiget in cõplemento sui bonitate e tius. Dominum aũt super felicitatem non est in bonitate casus, immo in actibus fiẽtibus fm exigentiam virtutis, & contrarij horum actuum existunt contingentes. D. Attestatur autem huic sermoni, quod dximus de felicitate, s. q̃ oportet vt sit stabilis & permanens. casum autem nihil casualium inuenitur stabile esse, nisi tantum cum virtute. Etenim isti actus sunt, de quibus putatur q̃ hint firmissimi & permanentissimi, q̃ remadmodum scientiæ: & honorabiliores istorum a casum, & excellentiores eorum sunt, qui fuerint magis permanentes & magis perpetui. perpetuantur autem a casu felicium, eo q̃ isti viuunt per istos actus vitæ durabiles continua tota vita sua. Inuenitur igitur felicitem per res illa, fm quam felix existit, quãdiu felix ipse inuentus fuerit. & hoc est, quoniam virtuosus perfecte virtutis est ille, qui scit res virtutis, & operatur eas semper, fm quòd melius scibiles et operabiles sunt ab aliquo hominum. Et est tamen hic decentissimus hominum in fustinẽdo infortunia absq; eo q̃ in hoc aliquid adhæreat et vituperij. D. Cumq; sint hic multæ res contingentes causaliter, & sint diuersę in magnitudine & paritate: manifestum est q̃ paruæ ex ipsis, siue in bonitate siue in malitia, vitã hominis non mouent, neq; versus felicitatem, neq; versus infelicitatem intendendo q̃ quando ex ipsis cõtingunt felici, non permutãt ipsum ad infelicitatẽ: neq; si bona ei contigerint, permutabunt ipsum ad felicitatem completiorem. Quæ autem ex ipsis grandes fuerint, & multæ, quando fuerint bonæ, ponent vitam hominis amplioris felicitatis, eo q̃ non conterunt ad eius decorem & splendorem, & erit vitus hominis illius in ipsa vsus bonus studiosus. & quando fuerit econuerso, conturbant & corrumpunt felicitatem, hæc enim accidentia inducunt super habentem anxietatem, & impediunt ipsum à multis actibus felicitatis. Verũtamen tolerans hæc aliqualiter propinquus est felici, quãdo tolerauit quod multiplicatur & magnificatur ex infortunijs tolerãtia facili, postquam non fuerit hæc tolerantia propter prius ationem sensus doloris, sed propter nobilitatẽ & magnitudinem animi sui. Cumq; sint, sicut diximus, operationes dominantes rei vitæ, quæ est felicitas fm veritatem, non erit aliquis felicium miser in aliqua horarum ex parte operationum. Nunquam enim operabitur operationes malas vituperabiles. quoniam bonus fm veritatem sapiens est, quem videmus tolerare omne, quod accidit ei ex infortunijs tolerantia decenti. & operabitur semper ex rebus operabilibus melius et decentius, ad similitudinem circũspecti ducis exercitus, qui vtitur exercitu suo in vltionem inimicorum suorum optimo modo bellandi quacunq; hora, qui possibilis fuerit illa hora: et ad similitudinem periti artificis coriarij, qui ex præsentibus corijs optimũ calceum qui possibilis est fieri operatur ex illis corijs: & sic in cęteris artificibus. Et cùm sic sit, tunc non erit beatus in aliqua horarum miser & infelix: sed perseuerabit spectabilis ens, & laudabiliter se habens, quãuis irruãt super ipsum infortunia irruentia: sicut dicitur de Iob, cui sit laus. Neq; etiam erit mutabilis cito. nõ enim est ex illis, qui facile felicitate permutentur. & non solũ non permutant ipsum ab ea infortunia parua: sed neq; immania infortuniorum. D. Neq; beatus sit certissime beatus, quando res virtuosas tempore paruo accepit: sed cùm continuerit tempore longo res decoras. Cùm ergo sic sit, quid prohibet vt dicatur q̃ beatus perfecte beatitudinis est, qui agit actiones suas, fm q̃ oportere facit virtutis perfecta: & cùm hoc suffraganture ei res, quæ extrinsecus sunt non quantolibet tẽpore paruo, sed fm totalitatem vitæ suæ. D. Oportet autẽ vt adiungamus huic dicto q̃ sic viuat, & vsq; dũ moriatur sic perseueret. occultum enim est nobis quid futurum sit de rebus. felicitatem ergo ponimus certissime finem modis omnibus & perfectam. Cùm ita sit, tunc equidem nominamus ex viuis beatos illos, quibus existunt res, quarum fecimus mentionem in tempore suo præsenti, & existent in futuro. non nominamus autem eos beatos, nisi fm q̃ homines tantum, non aliter.

## *Quòd posterorum fortunæ ad defunctos pertineant.* Cap. XI.

FOrtunas vero posterorũ atq; amicorum omnium dicere nihil cõferre, longe esse ab amicitia alienum, quin etiam opinionibus contrarium videtur. Cùm tamen multa sint ea quæ eueniunt, variasq; habeant differentias: & alia magis, alia minus pertineant: sigillatim omnia distinguere prolixum atq; infinitum videtur: si autem vniuersaliter ac figura dixerimus, satis fortasse erit. si videlicet quẽadmodum & ex eius calamitatibus aliæ pondus ac momentum quoddam ad vitam afferunt, aliæ leuiores videntur: sic quoq; ea quæ amicis similiter omnibus accidunt. In singulis vero calamitatibus differentia ea est, viuentibus ne, an mortuis contingant. quæ sanè multo maior est, q̃ si nefarię res ac dirę in Tragœdijs præexistant, an agantur. Consideranda igitur hoc modo etiam differentia est. Magis autem fortasse dubitãdum de vita defuncts, an



**ctis, an boni alicuius vel contrarij possint esse particeps. Videtur. n. ex his etiam si pertingat ad ipsos quippiam, siue bonum siue contrariũ: exile quoddam ac paruum id esse, vel absolute & simpliciter, vel ipsis. Sin minus, tantum saltem ac tale: vt neq; felices eos qui non sunt, facere: neq; eos qui sunt, priuare felicitate possit. Conferre igitur quid defunctis prosperi amicorum successus videtur: simili modo etiam infortunia: ita tamen ac tantum, vt neque felices reddere in felices, neq; quippiam tale efficere valeant.**

DIxit. Hęc est ergo quãtitas eius, quod nõ oportuit determinare in istis rebus. Dicto autẽ de hoc, q̃ infortunia sientia circa filios mortui, & amicos ipsius omnes, nullam habent penitus dependentiã ad ipsum, dictio est irreceptibilis penitus: eò q̃ est contraria ei, quod credunt homines. Cùmq; sint res accidentes ipsis multę, & diuersimodæ, quędamq; earum maiorem & quędam minorem habentes cum mortuo depẽdentiam: erit occupatio circa earum diuisionẽ vsq; ad particularia, & earum enumerationem prolixitatem habens, cui non est finis. Cùm vero dicta fuerit in eis dicto vniuersalis, & fm viam descriptionis comprehendentis plurimum rei: tum forsan sufficiet hoc, quod dicemus in eis. Et est quoniam quemadmodum infortunia contingẽtia mortuo in vita eius, quædam grauius tolerantur ab ipso & aliqua impedimenta vitæ faciũt, alia autem facilius nec impediũt vitam eius in aliquo: sic est quod contingit filijs & amicis omnibus. Dixit. Verũtamen vnumquodq; accidentium, quę vitus accidunt, diuersificantur in malicia ab eis, quæ accidunt eis, quando fuerint mortui ad modum diuersificationis rerum malarum inuentarum in orationibus poetarum ab ipsis existentibus in opere. intendo q̃ operatio istarum est vehementioris malitiæ. i. operatum ex ipsis petius est vehemẽter q̃ dictum. Oportet igitur nos distinguere hanc diuersitatem ad dissoluendum dubitationem accidentem in re mortuorum, & speculari si sint participãtes vitus in aliquo bonorum aut suorum cõtrariorum. Verisimile autem videtur, si cõtinuatur ipsis aliquid ex his rebus, siue bonũ siue malum, parvum quid & exile esse. & hoc, quoniam non est possibile vt contingat vtriq; partiũ, s. viuis & mortuis fm modum vnum: neq; possibile est vt mortuis cõtingat absq; vtus. Iam ergo relinquatur vt sit q̃ mortuis contingit ex his fm quantitatem, quæ non ponit infelices felices, si bonum fuerit: neq; felices infelices, si malum. D. Apparet ergo iam ex hoc dicto q̃ bonitas dispositionis viuorum & malitia dispositionis eorum dependẽtiam habet cum mortuis. intendo q̃ illi, qui sunt ex parte illorum mortuorum, quandam habent cum eis dependentiam fm quantitatẽ, quæ non ponit felicem infelicem, neq; infelicem felicem.

## *Quòd felicitas bonum sit honorabile potius, quàm laudabile.* Cap. XII.

HIs ita definitis de felicitate, considerẽmus vtrum ex ijs sit, quæ laude, an potius quæ honore digna habentur. nam eam non esse inter facultates reponendam manifestum est. Videtur autẽ omne laudabile propterea laudari, q̃ qualitate aliqua prædita est, & ad aliquid quodam modo refertur. iustum enim & fortem, & omnino bonum virum, quinetiam virtutem ob actiones & opera solemus laudare: robustum quoq;, & curiosi habilem, & vnumquemq; ex alijs, non alia de causa, q̃ q̃ qualitate quadam prædita sunt, & ad bonum quoddam, honestumq; quodam modo se habent. Atq; hoc ex Deorum laudibus perspicuum est. nam cũ ad nos referuntur, ridiculi videntur. id autem contingit ex eo q̃ laudes per relationem, vt diximus efficiuntur. At si talium est laus, optimorũm sanè nullam esse laudem constat, sed maius quiddam ac melius, quemadmodũ videtur. Deos enim beatos ac felices dicimus. beatos itẽ dicimus viros eos, qui maxime diuini sunt. Similimodo etiã bona. nemo enim felicitatem laudat, quemadmodum iustitiam: sed vt diuinius quid ac melius, beatam rẽ dicit, ac prędicat. Recte etiã videtur Eudoxus in defensione voluptatis principatum ei attribuere. ex eo enim q̃ non laudatur, cùm bonum sit, indicari existimabat eam rebus laudabilibus esse præstãtiorem. talem autem esse Deum, & bonum ipsum censebat: quippe cùm ad hæc reliqua etiam referantur. Laus enim virtutis est. Idonei enim ad honestas res agẽdas ex ea efficiuntur. Cõmendationes vero operum sunt, tã animæ q̃m corporis simili modo. Verum hæc exacte tractare forsitan eorum magis est, quorũ labor in laudationibus conficiendis versatur. nobis vero satis id esse debet, q̃ ex his quæ diximus, ex honorabilibus perfectisq; rebus esse felicitatem constat. Videtur autem & ex eo ita se habere, quia principium est: huius. n. gratia reliqua omnia oẽs agimus. principiũ vero & causam bonorum honorabile quoddã ac diuinum statuimus.

DIxit. His itaq; determinatis perscrutemur de felicitate, an est ex rebus laudabilibus aut ex rebus sublimibus, quæ sunt excellẽtiores laudatione. & hoc, quoniam manifestum est eam non esse ex potentijs effectuis, quæ relative dicuntur ad aliquid, & sunt quale quoddam. Et omne, quod laudatur, nõ laudatur nisi per quale aliquod, & per relationẽ ad aliquid. Nos etenim nõ laudamus iustitiam, & fortitudinem, & vniuersaliter bonum & virtutem, nisi propter actiones existentes ab eis, aut quod contingit ab eis. & similiter robustum & bonum cursorem, & vnũquodq; quod similatur virtutibus corporalibus, equidem laudamus, eò q̃ sunt cum quali quodam, & cum relatione ad aliquod alterum. Cùmq; fuerint laudes pertinentes huiusmodi rebus: tũc manifestum q̃ res, quæ sunt in fine bonitatis, non habent laudem: sed sunt excellentiores & præstantiores laudatione, quemadmodum patet ex ipsarum: quoniam nos referimus deificatos, & deos hominum ad felicitatem. Et laudat aliquis felicitatem, quemadmodum laudat tristitiam: immo potius magnificat eam & honorat, fm quòd ipsa est res diuina & optima. D. Et putat de Eudoxo Poeta existimationem posuerit in rebus, quæ sunt in fine bonitatis, quo-

tam

niam, cùm sit laudabilium, posuit eam ex rebus bonis, quę sunt meliores rebus laudabilibus. D. Res autem, quæ præstantiores sunt laudatione, Deus est excelsus et bonum absolute. et hoc, quoniam reliqua bonorum virtutis non referuntur nisi ad Deum & ad bonum. Laus autem poetica equidem pertinet virtuti, cũ nos simus operantes res decoras per virtutem: & sint laudes quidem pertinentes actionibus animalibus et corporalibus ſm modum vnum. D. De his autem perscrutari vsq; ad vltimum fortassis magis pertinet ad eos, quorum studium est ad laudum operationem: intẽdo poetas, nobis autem iam manifestum est ex his, quę diximus quod felicitas est ex rebus sublimibus & perfectis. Et videt equidem esse talis, eò q; est principium ſm viam finis, nos enim omnes facimus quidem reliquas res omnes gratia ipsius: & credimus de eo, quod est principium bonorum & causa ipsorum, quoniam est res diuina.

*De duplici animæ parte, ac virtutis diuisione.*
Cap. XIII.

QVoniam igitur felicitas, animæ per virtutem perfectam operatio quædam est: de virtute considerandũ videtur. hoc enim modo fortasse efficietur, vt melius de felicitate etiam contẽplemur. Videtur autem & is qui re vera ciuilis est, circa hanc maxime laborare. propositum.n. eius est, vt ciues bonos, legibusq; obtemperantes efficiat. Atq; huiusce rei argumẽtum tã Cretensium q̃ Lacedæmoniorum legislatores habemus: et si qui alij tales extiterũt. Quòd si ciuilis facultatis hæc consideratio est, patet inquisitionem hanc perinde atq; à principio proposuimus, futuram. De virtute autem humana scilicet considerandum est; nam & de bono humano, & de felicitate humana quærebamus. Virtutem vero humanam dicimus non corporis, sed animæ. felicitatem quoque animæ operationem appellamus. Sed si hæc ita se habent, perspicuum est, ciusdem quæ ad animam spectant, quodãmodo cognoscere oportere: quemadmodum oculum, & totum corpus, eũ qui curaturus est. Atq; eò magis, quo ciuilis facultas honorabilior, melior q; medicina est. Elegantes quoq; medici multa circa cognitionem corporis pertractãt. Contemplandum igitur etiã ciuili homini de anima est: atq; id, horum causa, & quatenus satis est ad ea quæ hic quæruntur. nam exactius absolutiusq; rem hanc excutere laboriosius fortasse est ac difficilius, quàm præsenti negocio conueniat. Dicuntur autem de ipsa in extrarijs etiam disputationibus nõnulla, quę satis sunt: vtendumq; ipsis est. Quemadmodum alteram partem eius esse rationis particeps, alteram expertem. nã vtrum distincte sint, vt corporis partes & oĩa diuisibilia: an ratione tantum duæ sint, re autem separari inter se minime possint, vt in circũferentia convexum & concauum: illud vero nihil ad propositum refert. Irrationalis autem partis, alia cõmuni & vegetali persimilis est. ita appello eam, quæ augendi, & alendi causa est. talem enim animæ facultatẽ in omnibus quæ aluntur, statueret aliquis: & in fœtibus quoq; : qn etiam eandem hanc in perfectis: & cõuenientius etiam, q̃ aliam quampiam. Huius autem cõmunis quædam virtus, non humana apparet quippe cùm pars hæc & facultas in somnis maxime operari videatur: bonus autẽ & malus discerni in somno minime possit. Vnde inquiunt felices in dimidia parte vitæ à miseris nihil distare. Atq; hoc conuenienter euẽnit. ociũ enim aiæ somnus est, quæ vel bonæ vel mala dicit. Nisi quatenus paululum motiones aliquæ ad eam pertingunt: catenus.n. modestorum meliora q̃ quorũlibet visa apparent. Ac de his quidem satis. atq; hæc nũ triẽdi facultas, est enim humanæ virtutis expers, omittenda est. Videtur autem etiam altera quædam natura animæ irrationalis esse: quæ rationis tamen quadam ex parte capax sit. Continentis enim & incontinentis rationem, animæ item id quod rationẽ habet laudamus: quippe cùm recte & ad optima incitet. videtur tamẽ aliud quid etiam in ipsis inesse, quod pugnet, resistatq; rationi. Planè.n. quemadmodum resoluta corporis membra si ad dextram mouere volueris, è contrario in sinistram deferuntur: sic quoq; in anima contingit. in contrarias enim partes incontinentium appetitiones feruntur. Sed in corporibus quidem quod præter propositũ fertur, videmus: in anima non videmus. Fortasse autem nihilominus in anima quoq; esse quippiam præter rationem existimandũ est, quod ei aduersetur ac resistat: quo modo vero diuersum sit, nihil refert. Quod tamẽ etiam ipsum rationis esse particeps videtur, quemadmodum diximus: continentis enim rationi obtemperat. Atq; etiam magis fortasse in temperante ac forti obediens est: omnia enim in his rationi consonant. Esse igitur irrationalis quoq; hæc duplex videtur. nã vegetalis nullo modo cum ratione cõmunicat: cõcupiscibilis autem & omnino appetibilis particeps rationis quodã modo est: quatenus ipsi obedit, imperioq; eius obtemperat. Ita profecto & patris & amicorum habere rationem dicimus, & non sicut mathematicorum. Parere autem quodam modo rationi irrationalem hanc partẽ admonitio, & omnis increpatio, & cohortatio indicat. Quòd si dicendum est hanc quoq; partẽ rationem habere, duplex erit ea quæ rationem habet: altera.n. proprie & in

Felices in dimidia parte vitæ à miseris nihil distare inquit.



& in se eam habebit: altera ita, vt is qui dicto patris audiens est. Virtus quoq; ſm hanc differentiã distinguitur. nã alias ex ipsis intellectiuas, alias morales dicimus: sapiẽtiam, perspicaciam, & prudentiã, intellectiuas: liberalitatem & temperãtiã morales. Cùm.n. de moribus loquimur, non sapientem aut perspicacẽ, sed mansuetum aut tẽperantem aliquem dicimus. Laudamus ẽt sapientẽ ex habitu: habitus vero laudabiles virtutes appellamus.

DIxit. Cũq; ita sit felicitas actus quidam aĩę, fiens ſm virtutẽ perfectam, scrutandũ est de virtute perfecta quid est, & quę sunt spẽs eius. forte etenim erit speculatio nostra in felicitatem, qñ processerimus hac via doctrinę, cõmodior & nobilior. D. videtur aũt de eo, qui est ſm veritatẽ gubernator ciuilis, q̃ studiũ quidem suum est de virtute, propterea q̃ vehemẽtia voluntatis suæ est, vt reddat ciues bonos, & legis obeditores. Et huius exemplũ sunt positores legũ Cretensiũ, & Lacedæmoniũ, & siqui alij sunt huiusmodi. Et qñquidem est propositũ nostrũ in hac perscrutatione ad gubernationẽ ciuitatum: manifestũ est, q̃ quæstio & inuestigatio nostra fiet ſm intentionẽ nostrã, quæ sunt à principio. Oportet ergo, vt pscrutemur de virtute humana. & hoc patet, cũ inquiramus bonũ humanũ, & felicitatem humanã. Non intendo aũt per virtutẽ humanam virtutẽ corporis, sed virtutem aĩæ: cùm dixerimus q̃ felicitas est actus aĩæ, & cũ sit res ſm hoc, necessarium est ciuili vt speculẽt in re habitum aĩæ, cùm dixerimus q̃ est actus eius. Scitendũ est igitur à ciuili dispositiones aĩæ qualiter sunt, & quot sunt: sicut est scitendũ medico curatori oculorum, & curatori corporis & dispositiones oculorum, & corporis omnes, & quot sunt. Immo istud magis necessarium est, eò q̃ gubernatio ciuitatum honoratior & melior est arte medicinę: cũ sit ciuitas honorabilior corpore. Periti aũt medicorum valde subtiliant inquisitionẽ de dispositionibus corporis: gubernatorẽ ergo ciuitatum speculari oportet in dispositionibus animæ: speculari aũt inquantũ sufficit ad hęc quæsita. Subtiliatio perscrutationis vltra hanc quantitatem fortassis laboriosa sit, & egrediens ab eo, quod intendimus in hoc libro. D. Et tã dictum est in sententia Naturali de dispositionibus animæ, in quo est sufficientia: & oportet vt quibusdam illorum vtamur hic, id est quibus indigerimus. Diximus ergo quòd quiddam animæ est irrationale, & quiddam eius rationale. D. non indigemus autem in hac perscrutatione, in cuius via sumus, inq̃sitione, an sint distincta, vt membra corporis, & vt omnis res diuisibilis: aut sint rationale, id est definitione duo & indistincta natura, vt subtecto: vt conuexum & gibbosum in arcu circulari. hæc enim perscrutatio propria est scientiæ Naturalis: & rationabile est quod est vegetatiuũ, scilicet plãtatiuum. Et intelligo per plantatiuum, partem animæ, quæ est causa nutrimenti & cremẽti. & hæc vis ex viribus animæ est in omnibus, quæ nutriuntur. & est inuenta in embryonibus & in animalibus perfectis. & hoc quidem est ita, eò q̃ hęc vis primitus est in his rebus absq; alijs. Dixit. Apparet autem q̃ huic potentiæ est virtus cõis, quam participant plãtę, & aĩalia. & propter hoc non est humana, & de membro animalitũ, in quo est hæc vis, & quod operatur per hanc vim quòd operetur per ipsam in hora somni & vigilię. partis autem animæ, qua bonum operatur & malum, ferè non manifestatur actio hora somni, vt illius. Et ideo dicitur quòd non est differentia inter felices & infelices in dimidio vitæ ipsorum. & hoc rectum est, propterea quòd somnus est otium animæ illius, de qua dicitur q̃ est virtuosa aut virtuosa, nisi sint quidam motuum eius pertranseũtes in corpore paulatim ad vim rationalem vel remenorationem partis nutritiuæ animæ, & fiant propter hoc phantasmata bonorum hora somni melliora phantasmatibus malorum. Dixit. Et iam locuti sumus de istis rebus quãtum sufficit. & oportet vt relinquamus potentiam animę nutritiuam: expers enim est virtutis humanæ. Dixit. Videtur autem quòd sit animæ hominis natura alia quædam irrationalis, participans tamen rationem aliquo modorum. & hoc, eò quòd exaudibilis est rationis & obedibilis ei. & propter hoc laudatur qui continet animam suam à voluptatibus: quemadmodum laudatur qui continet rationem suam & partem animæ suæ rationalem, qui enim talis est, directus est, et inquisitor est rerum pertinẽtiũ virtuti. Et apparet, quòd in nobis est aliquid aliud præter partem rationalem contrarians rationi, & ducens ad diuersum partis, ad quam ducit rationalis. Et accidit animæ in hac dispositione simile eius, quod accidit membris paralyticis, quando volumus ea mouere ad aliquam partem, & ipsa inclinantur ad alham: talis.n. est dispositio istius animæ cũ anima rationali. Rationalis nanq; qñ voluerit mouere versus rem aliquam, & inerit vis contraria ei, vincens mouebit ad contrarium illius rei. & propter hoc erunt motus eorum, qui non continent animas suas à voluptatibus ad contrarium rectitudinis, sicut est dispositio in membro paralytico, nisi q̃ motus membri inordinati motu in corpore est res mota. videmus enim eum oculatim: in anima autem non videmus oculatim sensu. Verũtamen fortassis oportet vt sciamus q̃ in anima est aliquid diuersum rationi, contrarians ei, & contradicens nõ minus q̃ in corpore credimus esse motiones contrariãtes motionibus naturalibus. etenim vt æque res sensibiles sunt, & hæc eadem pars est illa, de cuius natura est vt obediat rationi ducenti ipsam: & fortassis in calto, & forti facilius consentit, & obedit rationi, in eo q̃ operationes eius & omnes conuenientes sunt rationi. Cùm sic se habeat res, tunc palam est q̃ illa, quæ est non rationalis ex partibus animæ, est duobus modis: plantatiua, quæ non participat ratione aliquo modorum: & concupiscibilis, quę participat ratione, ſm quod obedibilis est et naturaliter, & ex his quæ significant super hoc, q̃ obedibilis est ei naturaliter. Et ex his, q̃ significant super hoc, q̃ obedibilis est rationi, est impressio, quam facit in nobis redargutio: & cũ est effectus in nobis redargutionis & exhortationis & amonitõis & reprehensionis & castigationis. & propter hoc manifestum est q̃, quando attribuimus rationem animę, hoc est ſm duos modos: quorum vnus dicitur vere & per se, & est pars apprehẽsiua iudicatiua: & altera est pars obediens huic, & est illa pars, cui accidit ex parte tactus simile ei, quod accidit filio de obediendo patri, & obeditõi ei nisi fuerit, neq; naturaliter, & est filius rebellis. D. Virtus ergo primo diuidẽ in duas virtutes, quarũ vna est intellectualis, et est apprehensiua: altera vero obedientialis, & est virtus moralis. & sapientia, & prudentia, & intelligẽtia species sunt intellectualis: liberalitas vero & castitas, & quæ his similantur, species sunt moralis. Et hmõi signum est, quia quando dicimus de moribus hominis, nõ dicimus de eo, quòd sapiens aut intelligens: sed quòd humilis, aut castus. sapiens aũt laudatur ſm industriã scientialem, quã habet. & videtur q̃ fuerit ex habitibus aĩalibus laudabile nominamus virtutes. Et hic terminat intentio huius tractatus, & est primus istius libri. & sint grates Deo donatori sapientiæ, & largitori felicitatis.

Gubernatio ciuitatũ honoratior & melior est arte medicinæ.

# ARISTOTELIS MORALIVM NICOMACHIORVM LIBER SECVNDVS, cum Auer. Exposit.

SVMMA LIBRI.

*De virtute in genere, ac eius essentia. Quo pacto mediocritates inter extrema disponantur: vitiaq; ac virtutes opponantur. Et quibus præceptis ad medium ducamur.*

*De productione virtutis intellectiuæ, ac moralis. Cap. 1.*

VM duplex igitur virtus sit, quẽadmodũ diximus, intellectiua & moralis: intellectiua vt plurimum ex doctrina habet & generationẽ & incremẽtũ: vnde & experiẽtia & tpe indiget: moralis vero ex more, id est assuetudine acgrit: vnde ẽt nomẽ habuit, parua in more imutatione facta. Ex quo ẽt patet, nullã ex moralibus virtutibus natura in nobis acgri. Nihil enim ex ijs, quæ natura fiunt, assuescere aliter potest. vt lapis, cùm natura deorsum feratur, nunquam sursum ferri assuescet: neq; si millies q spiã eum sursum proijciendo velit assuefacere. neque ignis deorsum ferri: neq; aliud quippiam aliter quàm natura comparatum sit, vnquam assuescet. neq; igitur natura, neq; præter naturam virtutes hæ in nobis acgruntur: sed cùm idonei ad ipsas suscipiendas natura simus, assuetudine perficimur. Præterea eorũ quę natura nobis eueniunt, facultates prius accipimus, deinde reddimus operationes: id quod in sensibus pspicuũ est. non.n. ex eo quod sæpe vel vidimus, vel audiuimus, sensus & videndi & audiendi accepimus: sed econtrario, habentes vsi sumus, & nõ vsi habuimus. sed virtutes accipimus, vbi prius fuerimus operati: quemadmodum ẽt in alijs artibus. quæ.n. vbi didicerimus, facere oportet: ea faciendo discimus. sicut.n. ædificando ædificatores, cithara canendo citharœdi efficiuntur: ita quoq; iusta agendo iusti, temperantia temperantes, fortia fortes euadimus. Huic rei attestatur id, quod in ciuitatibus fieri cõsueuit. legum latores enim ciues assuefaciendo bonos reddunt: hæcq; est vniuscuiusque legum latoris voluntas. qui vero id bene non efficiunt, peccant. atque in hoc bona respublica à mala differt. Accedit q ex ijsdem & per eadem omnis virtus & acquiritur, & corrumpitur. simili modo etiam ars. ex eo enim q̃ citharam pulsant, & boni & mali citharistę euadunt. eadem ratione quoque ædificatores, & reliqui omnes. nam ex eo q̃ ædificant bene, boni: ex eo quòd male, mali efficiuntur. nisi enim ita esset, nullo opus esset doctore, sed omnes vel boni fierent, vel mali. Ita igitur in virtutibus quoque est: agendo enim quæ ad cõmercia hominum spectant, alij iusti, alij iniusti efficimur: agendo quæ in terribilibus rebus consistunt, assuescendoq; vel confidere vel timere, alij fortes, alij ignaui euadimus. pari modo in ijs quæ ad cupiditates & iras pertinent, temperantes alij, & mansueti, alij iracundi & intemperantes fieri conspiciuntur: illi, quòd hoc: hi, q̃ illo modo in illis se gerunt. et vt vno verbo dicam, ex similibus operationibus habitus fiunt. vnde operationes qualitate quadam præditas oportet reddere, quippe cũ ex earum differẽtijs habitus quoque consequantur. non igitur parum refert, sic ne an sic statim ab adolescentia consuescat aliquis: sed quàmplurimum: immo totum in eo penitus consistit.

DETERMINATIO SECVNDI TRACTATVS LIBRI NICOMACHIÆ ARISTOTELIS.

VM itaq; virtutes sint duorum modorum, intellectualis videlicet, & moralis: intellectualis plerũq; & fit & auget in nobis per doctrinam: & ideo indigemus in cõprehẽsione eius exercitatione multa & spacio tẽporis longi: moralis vero comprehenditur per assuefactionem. & propter hoc Græci derivant nomen moris à nomine consuetudinis elitterantes ipsum de literatione notitiam faciente, sm q̃ currit consuetudo in nominibus derivativis. D. Et fieri autem virtutum acquisitione per cõsuetudinem, s. per exercitationem in actionibus earum apparet: quoniam nulla virtutum moralium inuenitur in nobis per naturam. Nullius enim rei per naturam existentis contrarium acquiretur per assuetudinẽ. lapis enim, qui naturaliter deorsum descendit, quãuis qs ,prjciat ipsum sursum vicibus innumerabilibus, quarum non comprehenditur multitudo, volens per hoc assuefacere ipsum moueri sursum, nunquam habebit possibilitatem in hoc. & similiter ignis non est possibile vt recipiat per assuetudinem diuersum motionis situ. & vniuersaliter nihil eorum, quæ naturaliter habent actum aliquem, possibile est per consuetudinem recipere dispositionem, a qua procedit actus alius ab illo actu naturali, qui est ei. et si esset nobis aliquid virtutum vel vitiorum naturaliter, tunc non esset nobis possibile aegrere oppositũ per assuefactionem. cumq; sic sit, tunc virtutes nõ sunt in nobis sm naturam neq; præter naturam, scilicet inuoluntarie vel coacte: sed nos naturati sumus ad earum receptionem, & comprehensionem earum in nobis per assuetudinẽ. Amplius omne, quod in nobis existit naturaliter, primitus existit in nobis per potentiam, deinde erit in nobis ad postremum per seipsum existens per actum non ex parte nostræ electionis. intẽdo q̃ non erit in nobis, eò quòd nos



nos assuefacimus ipsum, sicut se habet in virtutibus. & hoc manifestum est in sensibus. etenim ipsi fiũt primitus in nobis potentia, & tandem conuertũtur in nobis ad actum ex se. huiusmodi exemplum est, q̃ homo primitus videns est potentia: deinde fit videns actu, non eò q̃ viderit multotiens. & similiter simus audientes actu, postquam fuimus audientes potentia: non eò q̃ assueuerimus auditum, s. q̃ audiuerimus multotiens, sed res est ecõuerso. intẽdo q̃ nos vtimur eis, eò q̃ existunt in nobis, non q̃ existant in nobis ex vsu earum. Virtutes autem inueniuntur nobis, postquam nos fecerimus eas multotiens, sicut est in reliqs artibus operatiuis. intendo q̃ acquiritur quidem nobis ars per assuefactionem operum artis. et propter hoc addiscimus res, quas facimus postquam primitus fecerimus eas: vt ædificãtes erimus ædificatores, & citharizãtes erimus citharistæ: & quando facti fuerimus ædificatores & citharistę, ædificabimus & citharizabimus, sm q̃ oportet. & hæc est differentia inter actionẽ primam & secundam. & similiter facientes res iustitiæ erimus iusti, & facientes res castitatis erimus casti, & facientes res fortitudinis erimus fortes. D. Et attestatur huic, quod videmus contingere in ciuitatibus. videmus enim q̃ positores legum per hoc, q̃ assuefaciunt ciues de actione boni, faciunt eos fieri bonos. & hæc est voluntas & intentio omnis legislatoris: nisi q̃ qui nõ decenter fecerit hoc, peccat. & per hoc diuersificatur ciuilitas bona à ciuilitate mala. Dixit. Amplius virtus omnis equidẽ fit bona aut mala ex rebus vnis eisdem, & per res vnas easdem. & similiter oĩs ars. verbi gratia, bonus m percutiendo citharam, & m alijs in hoc non fiunt tales nisi ex parte percutiendi citharam. & similiter se habet in ædificatoria, & in cæteris artificijs. Etenim ex ædificatione bona bonus fit ædificator, ex mala malus. nã si non sic esset, non indigeretur doctore in aliquo. intendo q̃ doctor docet discipulũ actionem bonam, quam. cũ fecerit discipulus, fit ab eo actio bona in illo artificio. & si nõ esset res taliter, essent omnes aut perfecti in artibus, aut imperfecti in eis: intẽdo q̃ non inuenirẽtur in eis ambo modi simul. Cumq; sic se habeat res in artibus, erit similiter in virtutibus. conuersationem.n. ad seinuicem facientes homines, q̃dam fiunt iusti, actiones iustitię facientes: alij autem iniusti, actiones iniuriæ agentes. & hoc modo se habet res circa pericula. conuersantium.n. inter res timorosas, quidam fiunt fortes, alij vero timidi. & similiter exercitatione in actionibus concupiscentiæ & ire, fiũt quidam casti, mansueti, & humiles: & quidam incontinentes, proterui, & iracundi: & fiunt equidem tales ex cõuersatione sic vel sic in rebus huiusmodi. & vniuersaliter habitudines animales non fiũt nobis nisi ex parte operationum. Et propter hoc oportet vt currant operationes nostræ modo debito: etenim sm diuersitatem operationũ est quod sequitur ipsas ex diuersitate habitudinum. & propter hoc nõ differt modicum vt assuefaciãt homuiem à puericia sua ad operationes bonas aut malas, sed multum differt: immo est tota differentia in habitudine hominis.

*Quòd virtus ab excessu & defectu corrumpatur, ad mediocres inclinans operationes. Cap. 11.*

QVoniam igitur pẽsens tractatio non est speculationis causa, quemadmodum aliæ (non enim fit, vt cognoscamus qd sit virtus, sed vt boni efficiamur: alioqui nulla eius esset vtilitas) necesse est. vt de actionibus, quomodo agendæ sint, consideremus: quippe cũ in eis sita vis sit, vt habitus quoq; præditi qualitate quadam reddantur, sicuti diximus. Agere igitur sm rectã rationem cõmune est, & in præsentia ita nominatur: dicetur autem postea de ipso, & quid sit recta ratio, & quomodo ad alias virtutes se habeat. Illudq; prius cõcedi apud nos constet, omnem de agendis disputationem figuram quadam, non autẽ exacte pertractari oportere: quemadmodum in principio etiam dicimus, cùm pro subiecta materia rõnes esse postulandas, quæq; in actionibus versantur, vtilitatẽ sunt, nullam habere stabilitatẽ, sicuti neq; salubria, diceremus. Cumq; vniuersalis ratio eiusmodi sit, minus exquisitam eaq; particularem esse manifestũ est: quippe cùm neq; sub artẽ, neq; sub præceptionẽ aliquam cadat: debeantq; illi qui agũt, subinde opportunitatem obseruare: id quod in medicina, & in gubernandi arte conspicitur. Verum licet talis præsens hæc tractatio sit, enitendum est tamen, vt ei succurramus. Primum igitur illud considerandum: res huiusmodi & à defectu & ab excessu corrumpi solere. opus.n. est vt in obscuris manifesta adducamus testimonia: sicut in viribus & sanitate conspicimus. quæ enim minimum excedunt modum exercitationes, & quæ item deficiunt, vires corrumpunt: simili modo potus & cibi nimis vel copiosi vel tenues sanitatẽ: moderata vero omnia & faciunt, & augent, & conseruãt. Idem quoq; in temperantia, & fortitudine, & alijs virtutibus fit. Qui enim omnia fugit & timet, neq; quicquam sustinet, ignauus: qui cõtra nihil omnino timet, sed omnia adit, audax efficitur. Ita etiã qui omni voluptate fruitur, à nullaq; abstinet, intemperans: qui omnes fugit: quemadmodum agrestes, stupidus quidam est. nam & temperantia & fortitudo ab excessu & defectu corrumpi, à mediocritate autem conseruari cõsueuit. At vero non solum generationes & incrementa & corruptiones ex ijsdem & ab eisdem efficiuntur: verum etiam operationes in ijsdem quoq; erũt. nam in alijs, quæ manifestiora sunt, res ita se habet: vt in viribus. nam & illæ tum ex multi cibi sumptione, tum ex multis laboribus sustinendis comparantur. & vtraq; hæc præstare maxime omniũ robustus potest. Idem in virtutibus contingit: ex eo enim quòd abstinemus à voluptatibus, efficimur temperantes: & effecti temperantes maxime abstinere à voluptatibus possumus. pari ratione in fortitudine, assuescendo formidanda cõtemnere, & sustinere fortes efficimur: effecti vero, maxie sustinere ac pati terribilia possumus.

Pro subiecta materia rationes esse postulandas.

DIxit. Cùm itaq; non sit intentio nostra in hoc lib. intentio speculationis & scientiæ tantum, quēadmodum in libris alijs, sed intentio operationis (perscrutatio.n. nostr.m ipso non est vt sciamus quid est virtus tãum, sed vt operemur eam & boni fiamus: aliter enim non esset nobis in scientia ipsius vtilitas) oportet necessario vt perscrutemur de actionibus qualiter est nobis operandum eas. nam quemadmodum diximus ſm earum diuersitatem diuersificabũtur animæ dispositiones. D. Ponamus igitur radicem vniuersalem eis communem, & est, quòd actiones faciendum est ſm rationem rectam: & dicemus in postremo quæ est illa discretio recta, & qualis est habitudo sua ad reliquas virtutes. Et ponamus etiã q̃ totus sermo, qui dicitur in omnibus istis, non dicitur nisi ſm viam descriptionis, non ſm viam vltimæ perscrutationis. intendo quę comprehẽdat plurimũ rei, vt diximus à principio scriptionis: quoniam certitudo sermonis in omni re oportet vt sit ſm materiam ipsius, hæc autem materia mutabilis est. & hoc, quoniam res effectiuę virtutum & proficientes non habent aliquid firmum ſm dispositionem vnam, sicut etiã est dispositio in rebus effectuis sanitatis. etenim ex ipsis non est aliquid firmitatem habens ſm dispositionem vnam. Cumq; sit res in vniuersalibus, quæ sunt in hac scientia ista modo, quoniam non tolerant certificatiuã inquisitionem ꝓpter suã mutabilitatem potius est sic in particularibus, s. q̃ nõ est possibilis in eis certificatoria inquisitio: quoniam non sunt comprehensa neq; arctata sub arte neq; sub præcepto vno. & necessarium est agenti semper vt speculetur in expedienti ex ipsis in illa hora, in qua ipse est: sicut se habet in medicina, & in arte nautarum. Verũtamen & si sit termo ille, in cuius via sumus currens hoc cursu tamen oportet ſm dispositionem aliquam vt dicamus qualiter speculandum, & vnde incipiendum in speculatione. Dicimus ergo q̃ primũ, quod ponimus huic speculationi, est quod de natura vnius, & eiusdem actus est vt corrumpatur ex additione & diminutione. Et oportet vt significemus super hoc, quod occultatę habent in aliqua rerum, per hoc quod apparet ex eis in quib; fit unumquodq; earum, vt qd videmus in fortitudine & timore. etenim exercitia superfluentia & delicatiua corrumpunt fortitudinem: & similiter cibus & potus superfluentes super id quod oportet: aut diminuendo ex ipso exposito, corrũpunt: sunt autem: cõmensurata facientia & augmentant. Et similiter est in temperantia, & fortitudine, et cęteris virtutibus. Qui enim timet ab omnibus & timet ipsam & nõ tolerat aliq; ex omnibus, qui autẽ non timet aliquid penitus non timet ab ipso, hic audax est: medius autem in hac rebus est. Similiter qui omnem voluptatem respuit & qui omni voluptati expositus est, neuter horum habens vsitatẽ, cùm itaq; sic se habeat res, virtutes quidem corrumpũtur ex superfluitate & indigentia, conseruat autem eas mediocritas. Dixit. Et non diuersificatur quidem dispositiones solũ ex parte vsitationis rerum earũdem vsitatiõe diuersificata: sed actione, quæ exercentur in rebus vnis vsitatione vna, diuersificantur etiam ex parte acceptionis dispositionum per eas. illas actiones. & hoc euidens est in rebus illis, quæ fiunt ꝓpter manifestã apud nos q̃ res istæ, vel bigę vel [illegible] corporalis acquiritur ex acceptione in istis [illegible] multi labores: & quando facti fuerimus tales quales, erimus potentiores ad vsitationem [illegible] & cibi multi. Et talis est dispositio in virtutibus. etenim casti simus ex retrahendo nos a voluptatibus. & quando casti fuerimus casti, erimus potentiores ad [illegible] hẽdum nos à voluptatibus. Et isto modo se habet in fortitudine. nam quando assueuerimus vilipendere terribilia timorosa, simus tolerantes ea: & quãdo facti fuerimus toleratores earum erimus potentiores ad eorum vilipensionem.

### *Virtutem moralem esse circa uoluptates, ac dolores.* Cap. III.

SIgnum autem habituum sit vel voluptas vel ęgritudo, quę facta subsequitur. Nam qui à corporis voluptatibus abstinet, si eo ipso gaudet, temperans: si dolet, intemperãs est existimãdus. qui item sustinet terribilia & vel gaudet, vel certe non dolet, fortis: qui autem dolet, ignauus est. moralis enim virtus circa voluptates doloresq; versatur: quippe cùm ob voluptatem mala agamus: ob dolorẽ vero ab honestis abstineamus. Quapropter, vt Plato inquit, ab adolescentia ita institutos esse oportet homines, vt ijs gaudeãt, & doleãt, quibus gaudere & dolere debent: hæc enim recta eruditio est. Præterea si virtutes circa actiones & affectus sunt, & omnẽ affectum, omnemq; actionem sęgtur vel voluptas vel dolor: iccirco virtus circa voluptates et dolores versatur. indicant id punitiones, quæ per dolores adhibentur: sunt enim medicationes quædam: at medicationes per contraria fieri consueuerunt. Præterea, quemadmodum ẽt prius diximus, omnis animæ habitus ad ea et circa ea naturam suam habet, à quibus deterior fieri & melior consueuit: at per voluptates & ægritudines praui habitus fiunt, dum persequuntur aut fugiunt homines aut quas nõ debent, aut quando nõ debẽt, aut quem admodum non debent, aut quot alijs modis à ratione talia præscribũtur. Vnde etiam definientes virtutes nõnulli impatibilitates, tranquillitatesq; esse quasdam eas asserunt: non tamen recte: quia absolute dicunt, neque addunt, vt oportet, & quãdo, & cætera quę adiunguntur. talis igitur virtus esse circa voluptates & dolores facultas quædam ponitur, quæ optimas res agat: vitium autem contrarium. De ijsdem autem etiam inde esse manifestum poterit: ꝙ cùm tria sint quæ in electionem, tria item quæ in repudiationem cadũt, honestum, vtile, & iucundum: & tria contraria, turpe, inutile, & molestũ: circa omnia hæc bonus vir recte agit, malus vero peccat. ac præcipue circa voluptatem. nam & communis hæc est animalibus, & omnia, quæ in optionem veniunt, consequitur: quippe cũ tam honestum, q̃ vtile iucundum ac voluptuosum videatur. Adde ꝙ ab infantia ipsa voluptas in omnibus nobis inoleuit: vt difficile sit affectum eiusmodi vitæ nostrę penè incorporatũ atq; imbibitũ extergere. Quinetiam

Omnẽ affectũ, omnemq; actionẽ sęgtur voluptas vel dolor.

ad regulam



ad regulam voluptatis & doloris actiones dirigere alij magis, alij minus consueuimus: vt propterea præsentem tractationem circa hęc versari necesse sit. non enim parum ad actiones facit bene ne an male gaudeamus, aut doleamus. Præterea voluptati repugnare difficilius est, q̃ iræ, vt Heraclitus inquit: at circa id quod difficilius est, semper & ars & virtus versat: quod enim bene fit, melius in eo est. quare propter hoc etiam circa voluptates & dolores totum negocium & moralis & ciuilis versabitur. qui enim bene his vtetur, bonus: qui male, erit malus. Virtutem igitur circa voluptatem & dolorem versari, ab ijs dẽq;, à quibus fit, & augeri & corrumpi, cùm scilicet non eodem modo existunt, necnon circa eadem operari, ex quibus ortum habet, satis dictum sit.

Circa difficilius, semp ars, & virtꝰ versatur.

DIxit. Oportet autem vt ponamus signum existentiæ dispositionum virtualium in nobis hoc, quod sequitur nos præsens operationes de voluptate & tristitia. Etenim qui ex retractione à corporalibus lætatur, habitum habet, à quo denominãdus est castus: qui vero ex retractione ab his tristatur, incastus. Similiter qui tolerat pericula vehementia, & est gaudens cum his aut non tristis, fortis est: qui autem sustinet ea, & tristatur ex eis, ille timidus est. & quidem hoc fit: quoniam virtus moralis equidem est vt placeant homini ea, quæ oportet vt placeant ei: & displiceant ei, quæ oportet vt displiceant. ideo quòd nos quidem facimus mala delectationis causa & retrahimur à bonis, causa eius quod est in ipsis ex contristatione. Et propter hoc oportet, quemadmodum Plato dixit, vt incedatur cum homine ex puericia sua via ducente ipsum ad hoc, vt gaudeat in his, in quibus est gaudendum, & tristetur in his, in quibus est tristandum. hęc enim æqualis est, & sana doctrina. Amplius virtutes quidem existunt in actionibus & passionibus: omnem autem actionem et passionem sęquitur delectatio & contristatio: & propter hoc oportet vt sit virtus circa delectationem & tristitias. intendo vt ipsæ ambę delectationes & tristitiæ sint ſm q̃ oportet. Et de his, quæ super hoc significãt, est q̃ prohibitio accidẽtium malorum & refrenatio ipsorũ, fit quidem per istas ambas res: intendo per delectationem & tristitiam, quam ponunt illi de ciuitatibus, refrenationes enim siue resistentiæ medicinæ quędam sunt. medicinæ autem natæ sunt fieri per contrariũ. Et sicut ante diximus vnaquæq; ex dispositionibus animæ existit in illis rebus, quæ appropriantur illi dispositioni, & circa res, à quibus illa dispositio innata est fieri peior & melior, verbi gratia, dispositio animæ nominata tristitia aut inuestitia inuenitur quidem à rebus appropriatis vt possessionibus & honoribus, & quãdo similatur istis, & circa res istas versatur, et homines quidem fiunt deteriores propter delectationes & tristitias, ſm q̃ requirunt ex ipsis quod non oportet: & faciũ hoc in hora, in qua non oportet, aut eo modo quo nõ oportet, & vniuersaliter præter modum aliquem ex modis, quos determinat intellectus sanus circa delectationem & tristitiam. Dixit. Et propter hoc definiuerunt virtutes esse mortem concupiscentiarum et quietem earum. nõ sunt autem recte dictum sic absolute, sed cum hac determinatione ſm q̃ oportet, & in hora qua oportet, & cætera, quæ excipienda sunt in hoc. Dixit. Iam igitur posuimus q̃ virtus existit in delectatione & tristitia: intendo in hoc vt delectemur i quo oportet, & vt tristemur in quo oportet. & patuit, quoniam ipsa operatiua est optimorum, malitia econtrario. Dixit. Et delectabunt nos ista, quorum tecimus mentionem per hoc, qd dico, s. q̃ res quas eligimus, sunt tres, decorum siue decens, vtile siue expediẽs, delectabile siue voluptas. & horum contraria tria, indecẽs vel turpe, inutile vel dãnosum, contristans vel molestum. & bonus est ille, qui in omnibus his directus est: malus autem, qui peccans est in omnibus his, & proprie in voluptate: intendo eũ qui delectatur, non vt oportet, & hoc, quoniam delectatio cõmunis est omnibus animalibus, & sęqtur ofa ea, quæ habent eligentiam, eligibilia. etenim decens & vtile eligibilia sunt & delectabilia. Dixit. Et hoc quidem difficile est nobis. intendit accidens illud, quod est delectatio & consequens ipsius: ideo q̃ existit in nobis naturaliter, & est natum nobiscum, & connutritum nobis ab infantia: & propter hoc simus commensurantes actiones, consequens ut delectationis & tristitiæ. Et qdam nostrũ in hoc præcellunt quosdã, & oportet necessario propter omnia hæc vt sit nostra intentio in hoc libro toto circa delectationẽ & tristiriam: intendo vt delectemur in quo oportet, et tristemur in quo oportet. nõ enim modicum differt delectari aut tristari in quibus actionum oportet. Et iam patet iam etiam, q̃ virtus est in delectatione tristitia, eò q̃ circa delectationem difficilior est q̃ circa ira, quemadmodum dixit Heraclitus: & ars & virtus semp quidem sunt in actione rei difficilis: ꝓpterea q̃ in ea est bonum & optimum. Fm hoc ergo oportet vt sit intentio intendentis virtutem & eruditatem in hoc libro toto, circa delectationem & tristitiam. nam qui vitiosus fuerit ſm q̃ oportet, erit bonus: qui vero aliter q̃ oportet, erit malus. Iam ergo manifestum est, q̃ virtus quidem existit in delectatione & tristitia: & q̃ ex quibus fit & agetur, ex his eisdem corrumpitur & minuit vitata eas diuersimode: & quod agit, postquam perficitur in rebus illis, de quibus generatur.

### *Quæ inter iusta agere & iuste agere differentia sit.* Cap. IIII.

DVbitaret autem quispiam quo modo dicamus iustos iusta agẽdo, temperantia temperantes effici oportere. nam si agũt iam iusta & temperãtia, iusti iam sunt, & temperantes: sicut si grãmatica & musica, grammatici & musici iam sunt. An neq; in artibus ita res se habet: quippe cùm possit grammaticum quippiam aliquis facere, vel ex fortuna, vel alio suggerente, tunc tamen erit grammaticus, si & grammaticum aliquid, & grammatice faciet: hoc est ex grãmatica arte, quæ in ipso est. Preterea neq; simile hoc est in artibus & virtutibus. quæ enim ab artibus fiunt, id in se ipsis habent, q̃ bene effectæ sint: satis siquidem illud est, vt quoquo modo efficiantur. quæ vero ſm virtutes fiunt, non si aliquo modo ipsa se se habeant, cõtinuo iuste & temperanter agũtur: sed si etiam qui agit, aliquo modo affectus agat: primum quidẽ, si sciens: deinde, si eligens; atq; eligẽs propter ipsa: tertio

tio,si stabili atq; immutabili affectu præditus agat. Hæc vero ad alias artes consequendas connumerari non solent, sed ipsa sola cognitio sufficit:ad virtutes autẽ cognitio parum, vel nihil valet:reliqua non parũ, sed multum ac totum conferunt:quippe quę ex eo etiam cõparentur, q̃ sæpe iusta & temperãtia aguntur. Res igitur iustæ & temperantes dicũtur, cùm fuerint tales, quales vir iustus vel temperans ageret.iustus vero vir & temperans est, non qui hæc agit:sed qui etiam ita agit, vt iusti & temperantes solent. recte igitur ex eo q̃ iusta agit, iustus: & ex eo quòd temperantia, temperans fieri dicitur.non agendo aũt hæc, ne futurum quidem esset, vt bonus quispiam euaderet. Pleriq; tamen cùm hæc non agant, ad disputationem confugiunt, putantq; ita se philosophari, ac ꝓbos futuros: qui sane perinde faciunt, atq; ægrotantes: qui cùm medicos diligẽter audiant, nihil tamẽ eorum, quę ab ipsis mandantur, efficiunt. sicut igitur neque illi corpore vnquam bene valebũt, dum ita curantur:sic neq; isti animo, dum ita philosophantur, bene habebunt,

DIxit. Et fortassis hæsitabit qs, & dicet, vnde oportet vt agat homo actiones iustitiæ, donec fiat iustus: quia iustitia & castitas non generant nisi ab actibus iustitiæ & castitatis: & actus iustitiæ & castitatis non inueniuntur nisi à iustitia & castitate. Nos igitur dicimus, quoniam omnis, qui iusta agit, iustus est, & qui casta castus est, sicut quicunq; scripturalia agit scriptor est, & qui actiones cantoris agit, cantor est. Hæc autem hæsitatio soluit per hoc quod dico, & est quòd res in artibus non sic se habent, nedum in his quę fiunt à virtutibus. intendo quod nõ quilibet, qui agit actionem alicuius artis, est de artificialibus illius artis. possibile enim est vt aliquis, qui non est scriptor, scribat literam aliquã casu, aut aliquam, quam alius præscripsit ei. & hoc modo additur ars scribendi: & fit quidã homo scriptor, non qui fecerit quodlibet scripturalium qualitercunq;:sed quando fecerit ſm quòd scriptor faceret. intendo q̃ faciat ſm habitum scripturalem, qui fit in ipso. Amplius artes & virtutes in hac intentione differunt, q̃ habent vno modo. & hoc, quoniam bonitas rerum artificialium ab arte existit quidẽ à scipsis, et propter hoc sufficit artifici ad bonitatem artificij sui, si res quam efficit, fuerit ipsa bona. Rebus aũt ſm virtutum non sufficit vt ipse sint bonę tantum sed & vt operantes sint habentes se aliqualiter. verbi gratia vt iusta & casta facientes aliqualiter se habeant. primo vt sciant res, quas facient. secũdo vt sint electiones earum per se, ſ. propter actiones ipsas. tertio vt sint firmæ habentes se non mutabiliter, ſ. vt perpetuæ operationes. Itaq; aũt conditionum nihil ponitur in artibus, ſ. præterquã vt sit artifex scięs eius, quod facit. Conditiones autem, in qua cõmunicant artes virtutibus, scientiæ eius quod agitur, non est necessitas in virtutibus, vt in artibus. aut enim modicũ indigetur eis in artibus, & minus q̃ in artibus, aut non indiget. aut. Aut iam autẽ duarum conditionum vtilitas non est modica immo in eis est tota vtilitas. et istæ duæ conditiones acquiruntur quidem in virtutibus ex frequenter agere actiones, de quibus dicitur q̃ sunt actiones virtutũ. verbi gratia, electio actionum iustitiæ propter seipsas, & constãtia in ipsis acquiritur quidem ex frequenti reiteratione actionum: de quibus dicitur q̃ sunt actiones iustitiæ. & similiter acquiruntur quidem hæ duæ conditiones in castitate per reiterationem actionum: de quibus dicitur q̃ sunt ex actionibus castitatis. actiones autem iustitię & castitatis sunt actiones, quæ fluunt ſm exemplum actionum iusti & actionum casti, & iustus & castus non sunt, qui facit actiones iustitiæ & actiones castitatis ſm modum, ſm quem faciunt ea non iustus & non castus. Siquidẽ igitur ex faciendo actiones iustitiæ, fit homo iustus, & ex faciendo actiones castitatis castus: non erit aliquis hominum iustus, absq; eo q̃ faciat actiones iustitiæ, neq; castus absq; eo q̃ faciat actiones castitatis. Dixit. verũtamen illi, qui sunt de numero plurium, non faciunt has actiones, sed ijciũtur ad sciendum eas. & ęstimant per hoc q̃ ipsi philosophando erunt per scientiã virtutis virtuosi. & hoc factum ipsorum simile est facto infirmorũ, qui audiunt quod præcipiunt eis medici cum diligentia & studiose, & nihil tamen faciunt præceptorum, & sicut illorum corpora non sanantur per hujusmodi regimen: sic nec istorum animæ per hunc philosophandi modum rectificantur.

### *De affectu, facultate, habitu, & habitum esse genus virtutis.* Cap. V.

POst hæc autem quid sit ipsa virtus, considerandum est. Quoniam igit tria sunt, quæ in anima efficiuntur, affectus, facultates, habitus: aliquid ex ijs esse virtutem necesse est. Affectus autem voco cupiditatem iram, excandescẽtiam, timorem, fiduciã, inuidiam, gaudium, amicitiam, odium, desideriũ, ęmulationem, misericordiam: ea denicq; omnia quę voluptas vel dolor consequitur. Facultates vero seu potentias eas, quibus idonei esse dicimur, vt his omnibus afficiamur: ideſt qbus vel irasci, vel dolere, vel misereri possumus. Sed habitus eos appello, quibus vel bene vel male ad affectus nos habemus: vt ad irascendum, si vehementer aut remisse, male: si mediocriter bene. simili modo ad reliqua. Affectus igitur, neq; ipse virtutes, neq; ipsa vitia sunt. Nã neq; ex illis boni vel mali dicimur, sed ex virtutibus aut vitijs. neq; ex illis laudari, aut vituperari consueuimus. non enim qui timet aut irascitur, laudatur: neq; qui irascitur absolute, vituperatur, sed qui quodãmodo ita afficitur: sed ex virtutibus & vitijs & laudamur & vituperamur. Præterea irascimur & timemus sine electiõe: virtutes vero sunt electiones quædam, aut non sine electione exiſiunt. Ad hæc, ex affectibus moueri dicimur, ex virtutibus vero & vitijs non moueri, sed quodã modo disponi. Propterea neq; facultates & potentiæ sunt: quippe cum neq; boni neq; mali ob id dicamur, q̃ absolute agere possimus: neq; laudemur aut vituperemur. Adde q̃ facultate præditi & potentes natura

* Mul. cod nõ habẽt ex candescẽtia.

* al. affect.





sumus: boni aut mali, sicut superius diximus, natura minime efficimur. Si ergo virtutes neq; affectus sunt neque facultates: habitus necessario sunt. Quid igit sit virtus genere, ita dictum est.

POst hæc autem inquirendum & speculandum qd est virtus. Dicimus itaq; q̃, cùm res, quę inueniuntur in anima, sint tres, ſ. accidentia animæ, potentiæ & dispositiones: quod istorum erit virtus. Et intẽdo per accidentia, concupiscentiam, iram, timorẽ, audaciam, inuidiam, gaudium, amorem, odium, desyderium, zelum, misericordiam: et vniuersaliter omne, quod sequitur delectatio aut tristitia. Et intendo per potentias res, ex parte quarum denominatur ab his accidẽtibus. intendo res, per quas possumus irasci, & tristari, & misereri. Et dico per dispositiones habitudines, per quas sumus ad ista accidentia habentes nos male aut bene. verbi gratia, quoniam nos, quando irascimur ira vehemẽti, ſ. magis q̃ oportet, aut ira remissa, ſ. minus quàm oportet, erit habitudo nostra penes hãc dispositionem peruersa. qñ vero mediocriter, erit habitudo nostra in hoc directa. & sic se habet res in cæteris actionibus. Non erunt igitur virtutes, neque vitia accidentia, vel passiones. nam penes ea neq; virtuosi neq; vitiosi dicimur: sed penes virtutes dicimur tales. Adhuc nõ laudamur neq; vituperamur penes accidẽtia. non. n. qui irascitur laudatur propter iram neq; vituperatur: et similiter habet se circa timorem: sed vituperatur qdem, quando irascitur ira, qua non oportet: laudatur autem quãdo irascitur, quemadmodum oportet. cũ igitur penes virtutes laus cadat & vituperium, penes accidentia autem non, manifestum est q̃ accidentia non sunt virtutes. Amplius irascimur & timemus inuoluntarie: virtutes autem & malitiæ aut voluntates sunt aut non præter voluntatem. & cùm hoc dicitur etiam de nobis q̃ sumus patientes per accidentia: per virtutes autem & vitia non dicimur moueri, sed disponi aliqualiter. Et propter hoc apparet q̃ etiam virtutes non sunt potentiæ. non enim dicimur boni neq; mali, eò q̃ habemus potentiam recipiendi accidentia, neque laudamur neq; vituperamur ex hac parte. Amplius potentes sumus natura, fieri boni vel mali, boni aũt vel mali nõ sumus natura, sicut iã ante diximus. Si ergo virtutes nõ sunt accidẽtia neq; potẽtię, remanet vt sint habitus. Iam ergo manifestũ est quid sit virtus ſm genus.

### *De duplici mediocritate, & virtutis substantia.* Cap. VI.

OPortet autem vt non solũ ita dicamus, habitum esse virtutem: sed qualis nam habitus ea sit, quoq; explicemus. Dicendum est igitur omnem virtutem, & ipsum id cuius est virtus, bene affectũ reddere, & opus eius bene efficere. exempli gratia, oculi virtus & oculum ipsum, & opus ipsius bonum facit: quippe cũ oculi virtute fiat, vt bene inspiciamus. simili modo eq virtus & equum ipsum probum efficit, & ad cursum, gestãdumq; sessorem, ac sustinẽdos hostes idoneum. Quòd si in omnibus ita se habet res, virtus quoq; hominis nihil aliud erit q̃ habitus, ex quo & bonus homo ipse efficietur, & bene opus suum reddet. quo modo autem id fiet, & antea diximus, & nunc etiam esse manifestum potest: si qualis nam sit natura ipsius virtutis contemplemur. In omni igitur re continua ac diuisibili aliud plus, aliud minus, aliud æquale accipere possumus: atq; hæc vel quantum ad ipsam rem attinet, vel quantũ ad nos. æquale autem inter excessum & defectum medium quoddam est. Ac rei quidem medium id dico, quod ab vtroq; extremo æque distat: estq; vnum & idem omnibus. quantum vero ad nos, quod neq; modum excedit, neq; deficit: idq; non vnum & idem apud omnes est. verbi causa, si decẽ plura sunt, & duo pauca: sex media accipiunt quantũ ad rem: quippe quæ ex æquo & superent, & superentur. id quod ſm arithmeticam rationem mediũ est. Quantum ad nos vero non ita est acceptendũ. non enim si alicui decem minas comedere multum est, duas parum: sex ei Alipta comedendas præcipiet. nã fortasse id quoq; ei qui sumpturus sit, erit vel nimium vel parum: Miloni quidem parum: nimium autem ei qui exercitationem incipiat. Idem in cursu & luctia conſiderandum est. Ita igitur vnusquisq; scientiæ alicuius particeps excessum & defectum fugiens, medium quærit, atq; eligit: ac medium quidem non rei, sed quod quantũ ad nos medium est. Quòd si omnis scientia ad medium spectans, atq; ad ipsum sua opera dirigens ita opus bene absoluit: vt de bene absolutis operibus illud dici consueuerit, vt neq; demi neq; addi quicquam posse fateamur: quasi excessus & defectus quod bene est, corrumpat: mediocritas conseruet. Si boni igitur artifices, vt nunc dicebamus, ad hoc spectantes operantur: virtus vero omni arte exactior est & melior, quemadmodum etiam natura: efficitur procul dubio vt ea medij coniectrix ac collimatrix sit. De morali loquor. hæc enim circa affectus & actiones versatur: in quibus excessus & defectus & medium est: vt & timeat, & confidat aliquis, cupiat & abhorreat, irascatur & misereatur, ac demum lętetur & doleat magis & minus: atq; vtraq; hæc non bene. nã quando oportet, & ob quæ, & erga quos, & cuius causa, & vt oportet, hęc facere, medium est atq; optimum: id quod est ipsius virtutis. Simili modo circa actiões est excessus & defectus & medium. at virtus circa affectus actionesq; versatur: in quibus excessus peccat, defectus vituperatur, medium vero & laudem & rectam exequutionem consequitur. Hæc autem vtraq; ad virtutem pertinent. mediocritas igitur quædam virtus erit, cũ medij ipsius coniectrix, collimatrixq; sit. Præterea pecare multis modis possumus: malũ enim est infiniti, vt Pythagorici coniectabant, bonum

Medij qd.

autem finiti: recte agere vno vero modo tm licet. atque iccirco illud facile, hoc difficile est facile siquidem est à scopo aberrare, sicut ipsum attingere difficile. ob id igitur excessus et defectus vitij est, virtutis mediocritas. nã,

Virtutis definitio.

Simpliciter bonus est, sed malus oĩmode. Virtus igitur est habitus electiuus in mediocritate quantum ad nos consistens: quę quidem mediocritas ratione præfinita sit: atque ita, vt prudens præfiniret: mediocritas autem duorum vitiorum, alterius per excessum, alterius per defectum. atq; eo etiam q̃ vitia alia deficiunt ab eo quod fieri debet, alia exupant & in affectibus & in actionibus: virtus vero mediũ & inuenit, & eligit. Quapropter substantia quidem & ratione quę quid sit res exponit, mediocritas: quantum ad optimum autem spectat, & quod bene se habet: extremitas virtus est. Neq; tamen omnis actio, omnisq; affectus mediocritatem admittit. nonnulli enim sunt affectus, qui statim vel ipso nomine cum prauitate implicantur: vt maleuolentia, impudentia, & inuidia: & item actiones, vt adulterium, furtum, homicidium. omnia enim hæc & huiuscemodi ita appellãtur, quia non excessus ipsorum aut defectus, sed ipsa mala sunt: vt nullo modo possit qspiam in ipsis recte agere, sed peccare semper necesse sit: neq; bene, aut non bene se gerat, dũ quatenus & quando, & quomodo oportet, adulterium committit: sed dum absolute vnumquodq; horum facit, continuo peccet. Perinde igitur est, ac siquis iniuste, ignaue, intemperanterq; agendo ponendam esse mediocritatem, excessumq; & defectum censeat: nã hoc modo exuperationis et defectionis mediocritas, exuperationis item exuperatio, & defectionis defectio inueniretur. Quẽadmodum autem temperantiæ et fortitudinis nullus est excessus aut defectus, propterea q̃ medium ipsum extremum etiã quodam modo est: ita neq; illorũ mediocritas vlla, aut excessus aut defectus esse potest: sed vtcunq; agantur, peccatum est. omnino enim neq; exuperationis aut defectionis mediocritas, neq; mediocritatis exuperatio aut defectio vlla est.

Cognitio rei in suo genere nõ est sufficiens.

NOn oportet autem vt hoc contenti simus, s. quoniam virtus est habitus tãtum: sed determinemus qualis habitus sit, cum non sufficiat cognitio rei in genere suo. Dicimus ergo q̃ ois habitus ponit rem, cuius est virtus, bonam & actum eius bonum. verbi gratia oculi virtus oculum reddit bonum & actũ eius bonum, eò q̃ virtute oculi videmus visione bona, & est oculus ea bonus. & similiter virtus equi ipsum reddit bonum ferocem, flexibilem equitanti, tolerantem impugnantes. Cumq; hoc sit cõmune omni virtuti, tunc virtus hominis est habitus, per quem homo fit bonus, & pont actum eius bonum. & iam determinauimus viam ad hoc qualiter fiat. vult fm q̃ æstimo vt vsitetur delectatio, secundum q̃ oportet, & tristitia secundum quòd oportet. Dixit. Et declarabitur etiam nobis, si consyderauimus in natura virtutis, quæ natura est. Dicimus ergo, q̃ in omni cõtinuo & discreto possibile est nobis accipere rem aliquam maiorem, & aliquam minorem & aliquam æqualem: & hoc vel in reipsa, vel in relatione ad nos. & æquale est medium inter superabundantiam & diminutionem. Et intendo per medium secundum se hoc, quo ddistat ab vtroque extremorum æqua distantia. & hoc medium est vnum & idem in omni re. medium autem in relatione quo ad nos, nõ est vnum & idem in omni re. verbi gratia medium fm se, sex inter duo & decem: superant. n. duo in quatuor & superantur à decem in quatuor. hoc ergo medium semper est res vna in se, neq; additũ neque diminutum. medium autem quò ad nos non oportet accipi isto modo. intendo quòd sit res vna nec additionem nec diminutionem accipiens. nõ enim quando accipere aliquem hominem decem minas multum est, & accipere duas minas parum, oportet vt cõmensuratum hominis, ad quem inuit doctor exercitij sit accipere sex minas. forte etenim q̃ hęc quãtitas parũ aut multum erit accipienti, verbi gratia exercitato modicum incipienti aut exercitia multum. & sic se habet in cursu & in lucta. intendo q̃ medium in quantitate cibationis vnius cuiusq; istorum alterum est à quantitate cibationis alterius. Dixit. Et secundum hunc modum fugit omnia artifex in arte sua superfluitatem, & indigentiam: inquirit autem medium & eligit ipsum, et intendo medium quo ad nos, non medium rei. Et qa omnis res in bonitate operationis suę intendit medium, & ad ipsum dirigit operationes suas: & ideo consueuerunt homines dicere de operibus bonis q̃ ipsa sunt, in quibus non est possibilis additio neq; diminutio: eo q̃ secundum ipsos additio & diminutio corrumpunt bonitatem, medium vero conseruat ipsam. Cùm itaq; periti artifices, vt diximus, operentur animaduertentes, & intendentes medium: virtus autem omni arte melior sit & certior, quemadmodum & natura, intendo q̃ ipsa est melior arte: de necessitate erit virtus intendens intẽtioni medij. intẽdo virtutem moralẽ. Cumq; sit virtus eqdem fiens circa passiones & actiones, necessarium est in ijsdem esse additionem, & diminutionem, & medium. Verbi gratia, quando nos fuerimus timentes, aut audentes, aut concupiscentes, aut irascentes, aut miserentes, & vniuersaliter delectantes, aut tristantes magis q̃ oportet aut minus, non erimus circa medium. quod autem oportet, & quãdo oportet, & in quibus oportet, est medium virtuosum. & hæc est intentio virtutis. Et secundum hanc similitudinem inuenitur in actionibus additio, & diminutio, & medium. & virtus etiã inuenitur in passionibus quidẽ & actionibus. & in passionibus inuenitur additio & diminutio & medium: & additio & diminutio vituperabilia sunt, & medium laudabile & virtus laudabilis. Virtus igitur mediocritas quædam est, cùm intendat medium. Adhuc errare quidem contingit multis modis. error autem malum. malum intendit ad partem infinitatis: quemadmodum ipsum determinauerunt Pythagorici: bonum autem est ex parte finitatis. intendo q̃ mala multa sunt: bonum autem vnum, eò q̃ rectum: rectum autem vnum. & propter hoc fit malum cito & faciliter: bonum autem tarde & difficiliter. facilimum enim est vt erret homo à proposito signo, & difficillimũ vt inueniat ipsum, & pp hoc erit additio et diminutio ex pte malitię: mediocritas aũt bonitas et virtus. intendo eò q̃ additio et diminutio errores sunt ex parte infiniti, mediocritas aũt recta est & vna. & ppea bont

Propter qd malũ cito fit & faciliter. bonũ autem tarde & difficulter.



Virtutis definitio.

boni fiunt secundum modum vnum boni, mali autem fiunt mali multis modis. Et cùm sic sit, erit virtus habitus, vel electiuus, vel voluntarius in mediocritate existens, quę est mediocritas quo ad nos, determinata per rationem relatione ad virtuosos ex hominibus, & est mediocritas inter duo vitia: quorum vnum est ex parte additionis, & alterum ex parte diminutionis: ideſt quædam vitiorũ sunt vitia ex parte diminutionis, siue ab eo, quod oportet in passionibus & actionibus: & alia ex parte additionis siue supra his, quod oportet in ipsis. Dixit. Virtus autem medium inuenit, & facit ipsum. Erit igitur propter hoc virtus secundum substãtiam suam & rationem significãtem super quiditatem suam medietas: secũdum autem q̃ nobile & optimum extremitas & finis, cùm dicũtur fines meliores mediis. Dixit. Non recipit autẽ necessario omnis actio & omnis passio vel omne accidens medietatem. & hoc quoniam quędam accidentium mala vel malum per naturam suam secundum additionem & diminutionem, vt detractio, & inuerecundia, & inuidia: & quędam actionum, vt homicidium, furtum, adulterium. hæc enim sunt in seipsis malum in omni hora, & omnis res ex ipsis est mala. Et similiter non est in extremitatibus vituperabilibus medietas, neq; additio, neq; diminutio, vt intuitiua & timiditate & incontinentia. vel si non, erit additionis & diminutionis medietas, & additionis additio, & diminutionis diminutio. & sicut castitatis & fortitudinis non est superfluitas neq; indigentia, eò q̃ sint medietates, medietas autem est extremitas et finis modo aliquo: intrẽdit modo illo quo est indiuisibilis secundũ magis & minus, sic se habet in extremitatibus.

*Mediocritatum inter duo extrema dispositio.* Cap. VII.

AT vero non oportet solum vniuersaliter hæc dicere, sed particularibus etiam accommodare. quæ enim de actionibus fiunt disputationes, si vniuersaliter tractantur, communiores: si particulariter, veriores sunt. circa particularia enim actiones versantur, quibus consentanea esse debent quæ dicuntur. Sumenda igitur hęc ex descriptione sunt. Circa timores quidẽ & fiducias mediocritas fortitudo est. eorum vero qui excedunt, ille qui intrepiditate excedit, vacat noie: multa enim sunt, quæ nomen non habent; qui confidendo exuperat, audax est. at qui & in timendo exuperat, & in confidendo deficit, is est ignauus. Circa voluptates vero & ęgritudines nõ omnes, sed corporales, atq; eas maxime quæ in tactu existunt, circa ęgritudines autem minus, mediocritas temperantia est: excessus intemperantia. at quia non admodum inueniri consueuerunt, qui in voluptatibus deficiant, iccirco neq; nomen aliquod huiuscemodi homines adepti sunt: sed stupidi appellentur. Circa dationem acceptionemq; pecuniarum mediocritas est liberalitas: excessus et defectꝰ, prodigalitas & illiberalitas seu auaritia: in quibus contrario modo excedũt & deficiunt homines. prodigus enim in largiẽdo excedit, in accipiendo deficit; auarus cõtra excedit in accipiendo, in dando deficit. Ac de his quidem nunc figura quadam ac summatim dicimus, hac ipsa breuitate contenti: postea accuratius de ijsdem pertractabimus ac definiemus. Iam circa pecunias aliæ quoq; sunt dispositiones, è quibus mediocritas magnificentia est. nam magnificus à liberali eo differt, q̃ ille circa parua, hic circa magna versatur. excessus est decori imperitia, seu indecorum, & ineptitudo operaria: defectus paruificentia: quę vitia differũt etiam ipsa ab ijs, quę circa liberalitatem sunt. quo modo vero differant, posterius dicetur. At vero circa honorem & ignominiam mediocritas est magnanimitas: excessus inflatio quæ dicitur: defectus pusillanimitas. Sicut aũt magnificentiæ liberalitatem correspondere diximus, vt ĩ eo ab illa differret, q̃ circa parua versatur: ita magnanimitati, quę in magno honore versatur, alia quædam virtus correspondet, cuius circa parua officiũ est. fit enim, vt sicut oportet, honor appetatur: & magis etiam vel minus quàm oportet. vnde qui in appetitione hac excedit, ambitiosus: qui deficit, inambitiosus dicitur: medius nomine vacat. dispositiones quoque ipsæ innominatæ sunt: ambitiosi tantum, excepta, quæ ambitiositas dicitur. hinc q̃ euenit, vt extremi de media sede decertent. & nos quoq; medium interdum ambitiosum, interdum inãbitiosum vocitamus: & modo ambitiosum, modo inambitiosum laudamus. Qua de causa vero id fiat, in sequentibus dicetur. nunc autem de reliquis eo modo quo cœpimus, pertractãdum est. Circa iram igitur excessus, & defectus, & mediocritas quoque est: sed, cum nominibus fere careant, medium mansuetum, mediocritatem mansuetudinem vocabimus. ex extremis vero ille qui excedit, iracundus sit, & vitium iracundia: qui deficit, iræ vacuus: & defectus iræ vacuitas appelletur. Sũt autem etiam aliæ tres mediocritates, quæ similitudinẽ quãdam inter se habent, sed tamen differunt: cùm enim circa sermonum, actionumq; communionem omnes versentur, in eo sunt dissimiles, q̃ vna circa verum, quod in ipsis est, aliæ circa iucundum negocium suũ habent: quod quidem iucundum duplex, alterum in ioco, alterum in omnibus vitæ commerciis consistit. Dicendum igitur de his quoq; est, vt magis in omnibus mediocritatem esse laudabilẽ perspiciamus, extrema vero neq; recta, neque laudabilia, sed vituperatione digna haberi. ex his vero pleraq; nomine etiam ipsa vacãt. sed tentandum tamen sicut in cæteris, nomina quoq; his inuenire: quo & dilucidior fiat, & facilius intelligi oratio possit. Circa verum igitur

tur qui mediocris est, verax: mediocritas ipsa veritas seu veracitas nuncupetur. fictio vero, si in maius quid, quàm re vera sit, tendit, arrogantia, & qui eam habet arrogans: sin in minus, dissimulatio, quicq; ea est præditus, dissimulator appelletur. Circa iucundum vero, si est in ioco mediocris, facetus, et dispositio ipsa facetudo est: excessus scurrilitas, & qui ea est præditus, scurra: qui autē deficit, rusticus quidam, & rusticitas ipsi habitus dicitur. si est in cæteris vitæ commerciis, qui sicut debet iucundus est, amicus, & mediocritas amicitia: qui excedit, si nullius rei causa, obsequiosus: si ob vtilitatem aliquam suam id facit, adulator: at qui deficit, in omnibusq; iniucunde se gerit, litigiosus quidam & morosus appellatur. Sūt quoq; in affectibus, & in ijs quę circa affectus sunt, mediocritates quædam. verecūdia enim virtus quidem non est, sed laudatur tamen: simili modo verecūdus. nam & in his alius mediocris dicitur, alius excedens, alius deficiens. atq; excedens quidem quasi pauidus qui in oībus verecundatur: deficiens qui nihil omnino veretur, impudens: mediocris verecūdus appellatur. Indignatio quoq; inuidię mediocritas est & maleuolentiæ: qui quidem habitus circa illam ægritudinem & voluptatē versantur, quæ suscipitur ex ijs quæ alijs contingunt. indignabundus enim dolore afficitur, cùm aliquos prospera fortuna indigne vti videt. inuidus vero hunc excedēs ex omnibus dolorem percipit. at maleuolus tantum à dolendo deficit, vt etiam gaudeat. Ac de his quidē alius erit differēdi locus. De iustitia quoq; ga nō simplr dicit, postea distinguemus. ac de vtraq; quo mō mediocritates sint, explicabimus. de virtutibus item rōnalibus sili modo.

DIxit. Non oportet vt contenti simus in re virtutis hac definitione vniuersali aggregatiua: sed oportet vt adaptemus eam ad omnes res particulares, idest ad omnes virtutes. dictiones enim vniuersales aggregatuę non sunt in fine certitudinis: particulares autem sunt magis appropinquantes ad verum, s. in hac materia: ideo q; actiones nō sunt nisi circa priculatia. Oportet igitur vt hæc descriptio adaptetur vnicuiq; ex ipsis secundum viam exempli, donec determinetur vnumquodq; ex eis per hoc quod appropriatur ei. Dicimus ergo q; fortitudo est medietas inter timorem & audaciam. superabundantia autē in priuatione timoris non habet locum in lingua græca. superabundantia autem in audacia dicitur procacitas & superabundās in timore. deficiēs vero in audacia dicitur timidus. Dixit. Medietas autē non inuenitur in omnibus delectationibus. & sunt delectationes exeūtes à natura: & inuentio eius in tristitia minus est q̄m in delectatione. medietas vero, quæ inuenitur in ipsis, est illa quæ nominatur castitas: superfluitas autem in eis est, quæ nominatur incontinētia. diminutio autem circa delectationem ferè non inuenitur, s. rara est vel pauca inuentio eius. & per hoc non ei positum nomen in nostra lingua, nominemus ergo ipsam insensibilitatem. Dixit. Medietas autem, quæ in eo, quod est inter dationē & acceptionem largitas. additio autem in eis & defectio est prodigalitas & auaritia. & morigerati his moribus contrariantur sibi adinuicem in eo, in quo potest additio & diminutio, prodigus ergo superabundat i datione, & deficit in acceptione: & auarus superabundat in acceptione, & deficit i datione. Dixit. Sufficiat autem hæc quantitas sermonis in his rebus, cùm sumus quidem rememorātes eas summatim, & secundum viam descriptionis, i. vniuersalis, sic se habēs in pluribus: post vero distinguemus eas, & definiemus certitudinaliter. Dixit. Et inueniuntur dispositiones aliæ in datione & acceptione. & medius in ipsis est qui nominatur magnificus: & est ille, qui expēdit excellenter in grandibus, in quibus decēs fuerit hęc expensa. excessus autem dicitur græce quidem, apirocalia & banausia: arabice vero albadacu. & deficientia noīatur microprepia: & arabice medeletum. & extremitates magnificentiæ diuersificantur ab extremitatibus largitatis: & similiter magnificentia diuersificatur à largitate. rem autē in qua diuersificātur, posterius dicemus. Dixit. Medius autem circa appetitum honoris & priuationē ipsius est ille, qui nominatur magnanimus: superabūdantia autem in hoc est ambitiositas, & deficientia pusillanimitas. Quemadmodum autem diximus q; largitati est proportio ad magnificentiam, cùm sint differentes in re modica, scilicet quia magnificentia est mediocritas in distributione circa eximia, & largitas est mediocritas distribuendi circa exilia: sic dicimus q; inuenitur circa honorem dispositio quædam, proportio cuius ad magnanimitatē est sicut proportio largitatis ad magnificentiam: cùm hæc dispositio nominetur honor i rebus paruis, magnanimitas vero in magnis. & hoc, q̄m pone est vt desyderemus honorem vt oportet, et amplius q̄ oportet, et minus q̄ oportet: sicut inuēmus hoc circa pecunias. Superabundans ergo in appetu eius dicitur amator honoris, & deficiens dicitur non amator honoris: medius autem medium non habet, & extrema nomen non habent, præterquam amator honoris. Dixit. Et propter hoc forsitan laudamus eum qui non amat honorem: & forrasse nominamus medium amatorem honoris: & fortasse nominamus eum non amatorem honoris. Et dicemus post causam, quare facimus hoc. nunc autem enunciabimus per descriptiones dispositiones residuas secūdum modum, quem posuimus. Dicimus ergo, quòd inuenitur in illa, superabundātia, & diminutio, & medium: et extrema sere innominata sunt. mediocrem autem mansuetum dicimus, & mediocritatem mansuetudinem, superabundantem nunc iracundum, & malitiam iracundiam, & deficientem irascibilem. Dixit. Et sunt hæc ex dispositionibus animæ tres medietates: inter quas est communicatio & similitudo, et sunt cum hoc diuersificatę. & hoc, quoniam communicant q; inuentūtur circa sermones & actiones: & diuersificantur in hoc, q; quędam inueniuntur circa verum, & quædam circa delectationem, i. per eas intendit delectatio. earum autē, quę sunt circa delectationem, quædam sunt circa ludicra, quædam vero circa omne, in quo deducitur vita hominū. Dixit. Oportet igitur vt determinemus has dispositiones, quatenus palam fiat nobis q; mediocritas i oībus his laudabilis et directa est: extremitates aūt neq; directę, neq; laudabiles, sed vitupabiles. Dixit. plures aūt harū dispositionū nō habent nomina. vnde oportet vt ponamus eis nomina, sicut fecimus in alijs: vt fiant per hoc nobis faciliores & manifestiores. Dicimus ergo q; circa vsum verum is medius nominetur verax, & nominetur medietas veracitas. circa simulationem vero veritatis, superabūdans nominetur superbus: et dispositio



sitio nominetur superbia. deficiens autem nominetur iron, & dispositio nominetur ironia. Quod autē fuerit ex ijs circa delectationem dico per quod intenditur delectatio in ludicris, medius in hoc dicitur arabice addarisu, græce autem eutrapelos: & potest latine apte dici iocans: & dispositio græce eutrapelia, arabice addarasu. Superfluitas autem græce bomolochia, arabice vero almiraram. & secundum hanc dispositionem græce bomolocos, arabice autē almegitai: & deficientia græce dicitur agricia, & arabice alfedemetu: & habens eā græce agricos, arabice autem alfedimi. Modus autem secundus delectationis ille, s. per quem intenditur delectabile, quod est in deductione vitę hominum, s. in conuersatione viuendi est circa amicitias, & medius in his dicitur amicus, medietas amicitia. qui autē superabundat, ita q; nullius gratia, placidus: qui autē propter aliquam vtilitatem sui dicitur adulator: & qui deficit in omnibusq; indelectabilis est, hic dyscolos dicit. Dixit. Et media quoq; inueniuntur in passionibus, quæ virtutes non sunt. vt verecundia, quæ non est virtus: verum tamen laudabilis existit. & similiter verecundus medius est. superabundans autem, s. qui verecundatur de qualibet re, cataplix dicitur. qui autem deficit & penitus nō verecundatur, inuerecūdus vel anęschyntos dicitur, vel est. Dixit. Et est hæc etiam dispositio media inter inuidiam. et græce epichęrecacia: & arabice schemetin: quæ græce dicitur nemesis. & hæ dispositiones tres sunt de genere accidentium delectationis, & tristicię: quas habet homo propter res, quas habet homo, quæ contingunt notis & propinquis. medius autem in his passionibus dicitur græce nemeticos: & est ille qui tristatur propter bonum quod recipiūt indigni vel im merito. superabundans autē in hoc, & est ille qui dolet propter bonum, quod contingit cuicunq;: inuidus est. schemetin autē est illle, cuius tristitia de bono alicuius notorum suorum ad hoc peruenit, vt lætetur de malis contingentibus ipsis. Dixit. Et loquamur de hoc in alio loco ab isto. Quoniam autem iusticia dicitur duobus modis, determinabimus post vtrunq; modorum, & dicemus qualiter est medium in vnoquoq; eorum: & similiter dicemus reliquas virtutes intellectuales.

### De *virtutum ac vitiorum mutua oppositione.* Cap. VIII.

CVm tres autem dispositiones sint, duo scilicet vitia, per excessum vnum, alterū per defectum, & virtus vna quæ mediocritas est: omnes omnibus quodam modo opponūtur. extremæ enim & mediæ, & inter se contrariæ sunt: media vero extremis. nam quem admodū æquale si minori cōparetur, maius: si maiori, minus euadit: ita quoq; medij habitus tam in affectibus q̄ in actionibus, si ad defectus spectemus, excedunt; si ad excessus, deficiunt. fortis enim respectu ignaui audax: respectu audacis contra ignauus videtur. simili modo etiam temperans, si ad stupidum referatur, intemperans: si ad intemperantem, stupidus. item liberalis ad auarum comparatus, prodigus: ad prodigum vero auarus. vnde efficitur, vt extremi medium ad alterum vterq; expellant: & fortem quidem timidus audacē, audax timidum vocet. atq; in alijs simili modo. Cum hęc igitur ita inter sese opposita sint: extremis maior inter se q̄ cum medio contrarietas est, quippe cùm longius à se mutuo q̄ à medio distent. quemadmodum magnum à paruo et paruum à magno abest longius, q̄ alterutrum ab eo quod equale est. Addę q; non nullis extremis cū medio esse similitudo quædam videtur: vt audaciæ cum fortitudine, & prodigalitati cum liberalitate. at extremis inter sese maxima est dissimilitudo. Quæ vero maxime à se mutuo distant, contraria esse definiuntur: quare fit, vt magis cōtraria ea sint, quæ magis distant. Iam vero medio in nōnullis defectus, in nonnullis excessus magis opponitur: exempli gratia, fortitudini nequaq; audacia quæ est excessus, sed ignauia quæ est defectus, magis aduersatur: temperātiæ item non stupiditas quę deficit, sed quæ excedit, in temperantia magis opposita est. Id vero duabus de causis euenit. vna est ex ipsa re: nā quia propius est & similius medio alterum extremum, iccirco non id, sed contrariū magis opponimus. vt quoniam similior esse fortitudini propiorq; audacia videt, ignauia vero dissimilior: ignauiam fortitudini magis opponimus. quippe cùm ea, quæ magis à medio distant, magis contraria esse videantur. atq; hęc vna ex re ipsa causa est. Altera est ex nobis ipsis. ad quæ enim nos natura quodam modo magis sumus affecti, ea medio magis esse contraria videntur: verbi causa, ad voluptates natura magis sumus affecti, iccirco ad intemperātiam sumus, q̄ ad modestiam proclniores. hæc igit magis contraria esse dicimus, ad quæ maius incremētum in nobis fit: ac propterea intemperantia, quæ est excessus, temperantiæ magis contraria est.

DIxit. Et vniuersaliter dispositiōes omnes tres sunt: duæ quarum malietæ sunt, vna ex parte additionis, & altera ex parte diminutionis, tertia vero virtus est & est medietas: et omnes istę adinuicem sibi contrariantur. duæ enim extremitates contrariātur medio & contrariantur vtraq; altera. & medium etiam cōtrariatur extremitatibus. sicut enim æquale superfluens est comparatione ad minus, & deficiens comparatione ad magis, sic dispositiones mediæ, quæ sunt in passionibus & actionibus superabundant in comparatione ad dispositiones deficientes, et deficiunt in comparatione ad superabundantes. Fortis namq; in comparatione ad timidum videtur procax: & in comparatione ad procacem timidus. & similiter modestus in comparatione ad incontinentem insensibilis videtur: & in comparatione ad insensibilem incontinens. & largus comparatione ad auarum videtur prodigus: & comparatione ad prodigum auarus. & propterea medius inter extremitates contrariatur vtriq; extremitatum, & nominatur nomine sui cōtrarii. nominatur ergo fortis in comparatione ad procacem timidus: et est vnum contrariorum: & nominatur procax i comparatione ad timidū, quod est alterum suorum contrariorum. & similiter se habet in reliquis mediis. Cumq; media contrariantur extremis, erit contrariatio eorū adinuicem maior contrariatione ipsorum ad medium, etenim distātia extremorum

morum ab inuicem maior est distantia vtriusq; ipsorū à medio. Adhuc similitudo quædam inuenitur extremorum quorundā ad medium: nam procacitas similatur fortitudini, & prodigalitas largitati: extremis autē nulla est similitudo ad inuicem: & res distantes ab inuicem vltima distantia definiuntur esse cōtraria: necesse est ergo res magis distantes magis esse contrarias. Et quædam extremitatum magis contrariantur medio q̄ aliæ in additione & diminutione, verbi gratia fortitudini contrariatur timiditas, quæ est defectio magis q̄ contrarietur ei procacitas, quæ est additio. modestiæ autem magis contrariatur incontinentia, quæ est superfluitas, q̄ insensibilitas, quæ est defectio. Contingit autem hoc quidem propter causas duas. quarum vna est ex parte rei: altera vero ex parte nostri. Ex parte quidē rei, quoniam quando fuerit vnum extremorū similius medio q̄ alterum, minus videtur cōtrariari ipsi medio, alterum vero magis. verbi gratia quoniam procacitas similior videtur fortitudini, q̄ timiditas, & ꝓpinquior ei erit timiditas magis cōtraria ipsi q̄ procacitas: ideo q̄ res distantiores à medio magis sunt contrariantes eidem. Ex parte vero nostri: quoniam extremitates, ad quas nos sumus decliniores, magis contrariq̄ videntur esse medio. vt q̄n naturaliter declinamus magis ad delectationē: et ꝓp hoc ad incontinentiā, ꝓniores sumus q̄ ad insensibilitatē: ꝓp hoc incōtinentia ens superfluitas magis contrariari videtur modestiæ q̄ insensibilitas.

### *De præceptis, quæ ad ipsum medium ducunt.* Cap. IX.

VIrtutem igitur moralem mediocritatē esse, atq; id quo modo: mediocritatēq; esse duorum vitiorum, quorum alterum per excessum, alterum per defectum sit: necnon eiusmodi eam esse, propterea q̄ medij cōiectrix est, quod in affectibus actionibusq; existit, satis dictum est. Iccirco probum esse etiā difficile est: quippe cùm in vnaquaq; re medium inuenire sit difficile. vt circuli medium deprehendere non cuilibet, sed scientis solum modo est: sic quoq; & irasci, & dare pecuniā, & sumptus facere cuiuslibet ē, & facile: at cui, & quantum, et quando, & cuius causa, & quo modo oporteat eadem hęc facere, non cuiuslibet, neq; facile est: siquidē recte facere, & rarū est, & laudabile, quēadmodū etiā honestū. Quo circa oportet eū, qui medium cōiectare vult, primū à magis contrario recedere, quēadmodum etiam Calypso ita monebat,

» Sic procul à fumo, atq; vndis cohibere carinā
» Sis memor.

ex extremis enim alterum magis alterum minus peccabile est. Quoniam igitur medium assequi ita exquisite difficile est: secunda, vt in quiunt, nauigatione minima ex malis sumenda sunt. Id autem erit eo maxime modo, quo diximus. Spectandum vero est, ad quæ nos procliuiores simus quippe cùm alij ad alia natura propensi sint: id quod ex voluptate et dolore qui nobis euenit, facile ꝑspiciemus: atq; in contrarium nos ipsos abstrahendum. nam si procul à peccādo nos ipsos remouerimus, ad medium deueniemus: id quod qui ligna distorta dirigunt, facere consueuerūt. In oibus autē̄ à iucunditate & voluptate maxime cauendum est: non enim de ipsa incorrupti iudicamus. Quod ergo Troianorum proceres erga Helenam fecerūt, id nobis quoq; erga voluptatem faciendum est: in omnibusq; voce illorum erga ipsam vtendum. si enim ita à nobis ipsam dimiserimus, minus peccabimus. Hæc igitur faciētes, vt summatim dicam, maxime medium assequi poterimus. Quanquā id fortasse difficile admodum est, & ꝑcipue in particularibus ac singulis. non enim facile definire possumus quo modo, & ꝙbus, & ob quæ, & quatenus irascendum sit. nos namque interdum eos qui deficiunt, laudamus, & mā suetos vocamus: interdum qui exasperantur, insensiq; sunt, viriles appellam⁹. qui vero parum à recte agendo siue ad maius, siue ad minus declinat: non vituperatur: sed qui multū excedit: is enim minime latet. quousq; autem & quatenus reprehēdēdus aliquis sit, definiri ratione non facile potest. non enim statui diuersum quippiā à sensibilibus debet. talia vero in particularibus constituta sunt, & in sensu iudicium est. Hoc itaq; tantum id declarat, medium habitum in omnibus esse laudabilē: oportereq; modo ad excessum, modo ad defectū declinare: ita enim facillime fiet, vt medium, rectumq; ipsum assequamur.

DIxit. Iam ergo dximus sufficiēter q̄ virtus moralis est medium, & quomodo sit medium: & q̄ medium eius est quod inter duas malitias, quarū vna est ex parte superfluitatis, et altera ex parte diminutionis: & q̄ sit virtus quidem eò q̄ intendit intentionem medij in passionibus & actionibus. Et propter hoc difficile est fieri virtuosum, eò q̄ sumptio medij in vnaquaq; rerum difficilis est. vtpote medium circuli non quis potest accipere, sed partem in hoc. & similiter irasci & dare pecuniam & expendere facile est, & ad quod vnusquisq; potens est: veruntamen facere hoc cui oportet, & quantum oportet, & quando oportet, & vbi oportet, non omnis est neq; facile. hoc autem est factum bonum, rarum, laudabile, & decorum. Dixit. Et propterea oportet vt omnis, qui intendit intentionē medij, eligetur ab extremitate magis contrariante medio. nam in quadam extremitatum errat⁹ magis, et in quadam minus. Cùm itaq; inuentio medij secundum veritatem grauis sit & difficilis, oportet vt inquiramus coordinationem propinquam medio, quando non possumus habere: & est vt sit hoc, quod operamur de malo minus quod possibile est, & per quod maxime idonei erimus ad hoc faciendum. isto modo est vt consyderemus mala, ad quæ nos sumus proniores naturaliter: & quidam hominum ad quædam mala magis proni sunt naturaliter. Illud autē, per quod sciemus rem, ad quam sumus proniores, est delectatio et tristitia contingentes nobis in illare. intēdo q̄ in malo, ad quod sumus proniores, magis delectamur: & in eo, à quo sumus remotiores, magis tristamur. Quando igitur perceperimus secundum hanc viam, oportet vt retrahamus nos ab ipso ad oppositam partem, quāto enim magis nos elongauerimus



mus à peccato voluntarie, tanto appropinquabimus ad medium naturaliter dimittendo animas nostras naturæ propriæ ad similitudinē eius quod accidit eis, qui dirigunt trabes curuas. distorquēt enim eas ad partem contrariam vltra rectitudinem: tandemq; cùm dimisse fuerint, ad rectitudinem conuertuntur. D. Oportet vt caute habeamus nos in iudicando de re, q̄ talis est aut nō talis propter illud, quod accidit circa hoc de delectatione & tristitia. difficile nēpe nobis est iudicare de aliquo, in quo delectamur naturaliter, & ad quod proni sumus q̄ non sit rectum. & similiter est nobis iudicare de eo, in quo rristamur, q̄ sit rectum & necessarium ad faciendum. D. Et oportet vt assuescamus vt sit illud, quod occupat nos ex delectatione ſ rebus, ſimile ei qđ occupat inueteratos ex tristitia in ipsis: & vt vsitemus sermonē ipsorū, quē dicūt in vituperatione rerum delectabilū. qñ enim ꝑcerimus à nobis delectationē ſm hāc viā, minus peccabimus. & vīr dico q̄ qñ fecerim⁹ hoc, potētes erimus ad inuentēdū medū, et ad accipiēdum ipsum. Et fortassis difficile est & graue & proprie in particularibus. non enim facile est vt determinemus in vnaquaq; rerum particularium, donec sciamus qualiter est irascendum nobis in quibuslibet rebus, & cui irascendum, & in qua rerum, & quantum temporis in vnaquaq; earum. Et propterea q̄ latet hęc intētio, fortassis laudamus eum, qui minorat iram suam, & nominamus ipsum mansuetum & humilem. & fortasse laudamus eum, qui aggrauat iram suam, & nominamus eum secundum diuersitatem huius. veritamen qui parum excedit à rectitudine, siue ad superfluitatem, siue ad diminutionem, non est vituperabilis. qui vero excedit multum ab aliqua partū, hic vituperatur. nō enim latet excessus eius, quando ad hanc deuenerit quantitatem, sed neq; facile est determinare sermone quantitatem, ad quam cum deuenerit homo, de his erit uituperandus, cùm hoc non sit idoneū facere, neq; in his neq; in alijs sensibilibus, iudiciū. n. de huiusmodi rebus ſ sensu est. Dixit. Quātitas ergo eius, qđ dixit ſ rebus ſbis, significat q̄ dispositio media in oibus laudabilis est. & q̄ qñq; oportet declinare ad superfluitatē, qñ fuerit aīq; nostræ proniores ad defectionē, et qñq; ad defectionē, quādo fuerint animæ proniores ad superfluitatem. etenim per hanc viam comprehendemus medium & decorum. Et hic finit huius tractatus intentio.

## ARISTOTELIS MORALIVM NICOMACHIORVM LIBER TERTIVS, *cum Auer. Exposi.*

SVMMA LIBRI.

*De spontaneo, & inuito: ac de ijs, quæ ad spontaneum consequuntur. De fortitudine: De temperantia: ipsarum speciebus, atque extremis.*

### *De spontaneo, & inuito.* Cap. I.

VM virtus circa affect⁹ actiones q̄ versetur, cumq; in spōtaneis laudes & vituperationes, i inuitis venia, interdum etiam misericordia existat: necessariū fortasse est ijs qui de virtute consyderant, spontaneum, & inuitum definire: id quod etiam ijs qui leges sanciunt, ad præmia, pœnasq; instituendas minime inutile est. Videtur vero inuita ea esse, quæ aut vi, aut ignoratione efficiuntur. Id autem est violentum, cuius principium extrinsecus eiusmodi est, vt ei neque qui agit, neq; qui patitur, quippiam conferat: quemadmodum si ventus aliquò, aut homines qui potestatem habeant, nos detulerint. Quæcunq; autem timore maiorum malorū, † vel ob honestum aliquod agūtur: vt si tyrannus aliquibus quorum, parentes ac liberos in potestate haberet, turpe aliquid agere iuberet, quicq; id agerent, salui essent, qui non agerent perirēt: vtrum spontanea sint, an inuita cōtrouersum est. Tale quid etiam in iacturis contingit, quæ in tempestatibus fieri consueuerunt. nemo enim sponte absolute sua abijcit, sed ob salutem tum suā, tum aliorum omnes, modo mētis compotes sint, facere id videtur. Mistę igitur huiusmodi actiones cùm sint, spontaneis tamen magis sunt similes: quippe cùm eligēdæ sint, tunc cùm aguntur, finis vero actionis in occasione sit. & spontaneum igitur & inuitum, quando id agit quisq;, dicendum est: agit autem sponte: principium enim mouendi instrumētarias partes in huiusce modi actionibus in ipso est: at quorum principiū in ipso est, ea agere vel non agere in ipso quoq; est. Si tum spontanea igitur huiusce modi sunt, simpliciter vero inuita: quippe cùm tale quippiā per se eligat nemo. Ob actiones autē huiusce modi interdum etiam laudantur homines, cū pro magnis & honestis rebus turpe aliquid, aut molestum sustinuerit: si vero econtrario, vituperātur. nam turpissima sustinere nullius honestæ, aut mediocris rei causa, malum est. Ob nonnulla vero laus quidem minime, sed venia exhibetur: cùm ea quæ non debet, agit quispiam ob eiusmodi, quę & humanam naturam excedunt, & à nullo sustinerētur. quædam autem fortasse sunt, ad quę perpetranda nemo cogi, compelliue potest: sed potius extrema quæq; pati, ac mori conuenit. etenim ridicula ea sunt, quæ Euripideum Alcmæonem ad matrem interficiendam compulerūt. Sed difficile interdum est iudicare, quale pro quali eligendum, ac quid pro quo sustinendū sit: difficilius etiam in ijs, quæ decreuerimus, persistere. vt plurimum enim quæ expectantur molesta, q̄ vero cogunt, turpia sunt: vnde & laudes & vituperia ijs contingere consueuerunt, qui vel fuerunt, vel non fuerunt, coacti. Qualia igitur esse violenta dicenda sunt? An simpliciter cùm & causa extrinsecus fuerit, & qui agit, nihil contulerit. quæ vero licet per se inuita sint, nūc tamen & pro his eligenda

Violentum quid.

† q̄ ob bonū

da fuerint, principiumq; in agẽte habuerint: ea per se inuita, nunc autem & pro his sponta nea sunt: immo sunt spontaneis similia. actiones enim circa particularia fiunt: hæc autem spontanea sunt. quonã igitur differentiæ multæ in particularibus existunt: qualia pro qualibus eligenda sint, definiri non facile potest. Quòd si quispiam & iucunda & molesta esse violẽta iccirco dixerit, q extrinsecus sint & nos cogant: is efficiet, vt ea ratione omnia sibi esse violenta vnusquisq; putet: quippe cũ horum causa omnia omnes agant: alij violenter & inuiti ob molestum: alij ob iucũdum cũ voluptate. Sed ridiculum sane est in externa potius causam referre quàm in seipsum, quòd huiusce modi rebus facile capiatur: & honesta sibi, tutpia iucundis ascribere. Videtur autem violentum id esse, cuius principium extrinsecus est, nihilq; ad id confert ille qui cogitur. at quod ob ignorationem fit, non spontaneum quidem omne est: sed inuitum id est, quod vel dolorem vel pœnitentiam affert. qui enim cũ ex ignoratione quippiam egerit, factum minime ægre fert: is sane neq; sponte egit, id qd ignorauit: neq; inuitus, cùm nõ doleat. ex ijs igitur, qui ex ignoratione agunt, quem factipœnitet, fecisse inuitus videtur: quem nõ pœnitet, quia tamen diuersus est, nõ sponte egisse dicatur. nam quia differt, melius est vt nomen quoq; propriũ habeat. Diuersum quoq; est ex ignoratione, & ignorantem agere. qui enim vel ebrius est, vel iratus, non videtur ex ignoratione agere, sed ob aliud quippiam ex ijs quę dicta sunt: quippe cùm non sciens, sed ignorãs agat. Vnusquisq; igitur prauus quid agendum, a quibusq; abstinendum sit, ignorat: obq; huiusce modi errorem iniusti, & omnino mali homines efficiuntur. Inuitus igitur dici debet, non si quis ignorat id quod conducit: non enim ignoratio, quæ in electione consistit, iuris est causa, sed prauitatis: neq; ea quæ est vniuersalis: quippe cùm ob eam homines vituperẽtur, sed ea, quę circa particularia versatur, i quibus & circa quæ actio existit. in his enim & misericordia & venia locum habet. nam qui horũ aliquid ignorat, is sanè inuitus agit. Melius autem fortasse est, vt hæc quærnã, & quot sint, explicemus. considerandum igitur est, quis, & quid, & circa quid: aut in quo agat: interdum etiam quo, vt instrumento: & cuius causa, vt salutis: & quo modo, vt sensim an vehementer. hęc enim omnia nisi insanus sit, nemo ignorat: sed neq; ipsum agentẽ: quo pacto enim se ipsum ignorauerit quispiam? ignorare tamen id quod agit aliquis potest: exempli causa, cùm lapsos se dicendo esse in quiũt, aut ignorasse arcanum esse: vt Aeschylus mysteria: aut ostẽdere volẽtes emisisse, vt catapultam. existimare etiam aliquis filium esse hostem posset, vt Merope: & mucronatam hastam retusam esse: & lapidem esse pumicẽ. posset item quis salutis causa verberans ac feriens interficere: & monstrare volens, quemadmodum faciũt ij qui summis manibus certant, percutere. Cùm in omnibus igitur his, in quibus est actio, ignorantia contingat: fit, vt qui aliquid ex his ignorauerit, inuitus egisse videatur. atq; id in præcipuis maxime. præcipua autẽ esse ea videntur in quibus ipsa actio est, & id cuius causa quippiam fit. Oportet tamen, vt actio hæc quæ ex tali ignoratione inuolũtarie facta esse dicitur, dolorem ac pœnitẽtiam afferat. Cùm igitur inuitum sit, quod vel vi vel ignoratione agitur: spontaneum illud esse videbitur, cuius principium est in eo qui agit, particularia cognoscente in quibus actio consistit. Fortasse enim non recte dicuntur inuita ea esse, quæ vel ex ira, vel ex cupiditate efficiuntur. Primum enim nullum ex alijs animalibus sponte aget: sed neq; pueri. Deinde, vtrum nihil ex ijs quę vel ex cupiditate, vel ex ira agimus, sponte faciemus: an honesta sponte, turpia inuiti agemus? An id ridiculum existimandum est, cùm vna causa vtrorumq; sit. Absurdum fortasse etiam est, inuita ea esse dicere, quæ oportet appetere. oportet autem & ob aliqua irasci, & nonnulla appetere, vt sanitatem, & disciplinam. videnturq; ea quę inuita sunt, molesta: quæ ex cupiditate fiunt, iucũda esse. Præterea quid interest inter ea quę ex ratione, aut ex ira peccamus, ad hoc vt inuiti fecisse videamur? fugienda enim ambo sunt: videnturq; irrationales affectus nihilominus humani esse: actiones q; ipsi⁹ hominis ab ira, & cupiditate proficiscuntur: vt absurdum sit inuita hæc existimare.

Violentũ qd

Spõtaneum quid.

Diuersum est ex ignoratione & ignorãtem agere.

Oportet aliquãdo irasci.

## DETERMINATIO TERTII TRACTATVS LIBRI NICOMACHIAE ARISTOTELIS.

DIxit. Quoniam quidem autem virtus circa passiones & actiones existit, & laus fit vel vituperatio in fientibus à nobis sponte, & indulgentia à fiẽtibus nobis inspontanee, & forsassis misericordiæ: tũc forsitan necessarium est et, qui de virtute scrutatur, determinare facta fientia sponte, & fientia inspontanee. & cognitio huius intentionis etiam vtilis est legum positoribus causa impẽdendi honores, & infligendi pœnas loco suo. Dixit. Putantur autem spontaneę res fientes coacte, vel ignoranter à faciente eas. & res, quę veraciter inspontanee fit, est illa, cuius fiẽdi principiũ ab extrinseco est, et in nullo coadiutor est agens vel patiens. vt si ventus leuet aliquem de loco ad locum penitus existentem in hoc impotentem



tem sui. Si vero fecerit is aliquid suspitione malorũ grãdium, metuẽs incidere in ea, si non fecerit ipsum, velut si cum tyrannus iubeat aliquos potentes, tamen suimet existentes, quęlibet ignominiosa exercere in parentes, & qui exercent euadunt, qui vero non interficiunturi hoc dubium est an sit de spontaneis. Et similatur huic illud, quod fit in tempestatibus maris de iactibus sarcinarum. nullus enim sponte iactat res suas in tali dispositione constitutus, omnis autem intellectum habẽs agit hoc causa proprię salutis, & eorum qui cum ipso sunt. Et sunt quidem huiusmodi actiones mistæ ex spontaneo, et inspontaneo: attamen potius sunt de genere spõtanei, sunt enim in hora, qua quis facit eas cum prędictione faciẽtis: & finis actionis, & complectio attribuitur spontaneo vel inspontaneo secũdum horam, in qua agitur. Factor autem istarum rerũ in hora faciendi eas, spontaneus est & eligens. eteum principium mouendi membra sua organica in huiusmodi actionibus in ipso est, & in quo fiunt principiũ agendi aliquid in ipso est, & actio illius huiusmodi: ergo fiunt sponte. verũtamẽ inspontaneæ fiunt simpliciter, nam nullus aliquid talium eligit propter seipsam. In huiusmodi aũt operationibꝰ fortasse laudatur homo, quãdo tolerauit in ipsis res turpes malas incumbentes eis propter aliqua grandia decora. si vero fecerit huius contrarium, vituperatur: turpia enim tolerare nõ propter aliquod decorum factum est hominis vtis. & istud est de eis, quæ significant q sunt intrãtes in actiones spõtaneas. Propter vero quasdam istarum rerum non laudatur homo: intẽdo res turpes, ad quas cogitur: sed indulgetur ei, quando fecerit eas propter causas, quæ excedũt vel superant naturam hominis, & quas non potest aliquis tolerare. D. Sunt autem fortassis aliqua his, ad quę non est recipienda vi latenus coactio, sed prę mori endum potius aut tolerandum pericula, quę sequi possunt ex refutatione coactionis: vt q mortatur homo potius q̃ q interficiat patrẽ & matrem. D. Ea enim, quę coegerunt Alcmæona occidere matrem suam, ridiculosa sunt. vult vt existimo q fuerint res paruę. D. Est autem difficile, vt determinemus sermonem quale quid sufferendum est et tolerãdum, aut quale quid non tolerandum. et difficilius hoc est determinare in qualis rei tolerantia est perseuerandum, & quasęunq; molestias tolerandum. Item q ea, quę expectantur, vituperabilia sunt et tristia: illa vero, ad quę cogimur, fœda & molesta. & propter hoc sequitur hominem laus vel vituperium ex hoc, q recipit coactionem, vel non recipit. intendo q in aliquo loco laudatur, eò q non recipit coactionem: & indulgetur ei in aliquo loco recepto coactionis, & in aliquo loco vituperatur. D. Oportet igitur vt reuertamur ad dicendũ res, quæ fiunt inspontanee, quę res sunt. Dicimus ergo q ea, quæ absolute sunt inspontanea, sunt ea, quorum causæ sunt ab extra, & nullum coadiutorũ habent ab extrinseco, illa autem, quæ inspontanee fiunt, eò quòd principium faciẽdi ea ab extrinseco est primitus, in hora autẽ, qua facimus ea, prælegimus ipsa pre quibusdam alijs, & principium factionis suę quantum ad hoc in nobis est, secundum se quidem inspontanea sunt: fiunt autem in hora, in qua eligimus ea prę alijs de his quæ sunt spontanea, & sunt similiora spontaneis, ideo quòd actiones non fiunt nisi in particularibus: & particularia quidem agunt sponte. Et propter hoc non est facile sermone determinare quas actiones, quemadmodum diximus, oportet prę eligere alijs. diuersitas enim multa est in particularibus. Si vero dixerit quis q res decorę & delectabiles sunt de genere cogentium, eò q res pulchra & delectabilis est de eo quod cogit nos ad actionem ab extrinseco: sequitur secundum hunc modum, vt omnia fiant coacte vel violẽter, omnes enim agũt quæcunq; agunt gratia istorum: intendo pulchrã & delectabile. qui autem agit aliquid coacte & inspontanee, tristatur cum ipso. qui vero facit aliquid propter bonum & delectabile, delectatur cum ipso. D. Et ridiculosum est vt homo eorum, quæ facit, causam ponat res, quæ sunt ab extrinseco tantum: & ipse cum hoc facilis est ad cadendum in ea, & ad seducendum per ipsa, & vt bonorum causam seipsum, turpium autem delectationem. D. Cumq; sic sit, videtur q factum coacte sit illud, cuius principium ab extra est, absq; eo q fit et adiutorium à seipso: & q sit præter scientiam facientis ipsum: non etiam totum sit inspontaneum. & hoc, quoniam res, actio cuius tristitiam affert & pœnitentiam, sit quidem inspontanee. Qui autem facit rem aliquã, quæcũq; rerum fuerit inscius, sed non tristatur de actione, non facit quidem ea sponte, cùm nõ sciat eam: neq; facit eam inspontanee, cùm nõ tristetur cum ipsa. Qui autem facit aliquid, & est sciens ipsum, si pœnitet quidẽ de facto suo, tunc tam purabatur ipsum fecisse inspontanee. si vero impetinens fuerit de facto suo, immo potius gaudeat de ipso, putandum est q sponte fecerit ipsum. & est quidem inter vtroscq; factores differẽtia. Et melius est vt vtiq; habeat nomẽ proprium. & videtur aliud esse vt quis agat aliquid & non sciat ipsum, & vt agat aliquid per ignorantiam. & hoc, quoniam ebrius & furiosus non putantur facere hoc, quod faciunt in hora ebrietatis & furoris absq; cognitione: veruntamen faciunt hoc quod faciunt, & sunt ignorantes in faciendo. Et enim omnis malus ignorans est illud, quod oportet ipsum facere, & res à quibus oportet ipsum abstinere: & propter hanc ignorantiam fiunt iniusti & simpliciter mali. volo dicere eò q faciunt quidem res, quas sciunt, ignorant autem an sint bonæ vel malæ. Dixit. Et nõ est de natura actionis vt dicatur de ea q facta est inspontanee, quando factor eius fuerit ignorãs ea, quę adhærent ei, & sequuntur ipsam, eò q ignorãtia electionis (intendo electionem omissionem disciplinæ) nõ est causa vt fiat actio inspontanea, sed est causa malitiæ, et ista ignorantia non est rerum vniuersalium. propter istas enim non fit vituperatio: sed fit quidem propter ignorantiam rerum particularium, cùm sint hæ, in quibus fit actio, et inuenitur ignorãtiam quarundam istarum misericordia & ignoscentia. qui enim de his ignorauerit aliquid, agit equidem ipsum inspontanee. D. Et propter hoc oportet agentem determinare quæ agit & scire quæ sunt, & quot sunt, & quis agit ea, & quid est illud quod agit, & i quo agit, & qualiter agit, verbi gratia remisse aut intense. D. hæc igitur omnia nullus ignorabit nisi vesanus. & manifestum est q non ignorabit agens quod agit. nõ enim ignorat aliquis seipsum quando fuerit agens, intendo quoniã ipse actor. & propter hoc conatur excusare malos dicentes eos esse dementes, & non scientes q illud, quod dicunt, est de eis, quæ non sunt dicenda. & ignorantia eius quod facit homo, & cum quo facit, & in quem facit, attribuitur errori qui excusabilis est. vt qui vult profiteri aliquid, & euadit de manu eius, & infert damnum. & qui putat filium inimicum esse & occidit eum. & qui putat de re, quæ est lapis, eam nõ esse lapidem, & percutit cum ea, aut qui putat de re, quę est acuta, eam non esse acutam, & percutit cũ ea, & interficit. & forsan facit quis monstrare alij rem aliquam, & pungit cum digito suo, et interficit. Cũ ergo existat ignorantia in his, circa quæ existit operatio, ęstimabitur de eo quid aliquid horũ ignorauerit q facit ipsum inspontanee: & proprie quando ignorauerit potiora, quæ sunt in ipsis. & putant potiora esse illa, in quibus fit actio, & illud cuius causa fit: & oportet vt factor eius, quod hoc modo fit per ignorantiam, sit tristans propter ipsum et pœnitens. Cũ igitur

tur dicatur de eo, quod fit coacte aut inscienter, quòd fit inspontanee palam est quòd hoc, quod agitur sponte est cuius agẽdi principium est in agente ipsum: & agens ipsum scit particularia, in quibus fit actio. Dixit. Fortassis enim non rationabiliter dictum est in spontanee fieri, quod fit ex concupiscẽtia et iracundia. primo quidem, quoniam nullum animalium præter hominem agit sponte aliquid: neq; etiã pueri: neq; etiã agemus sponte aliquid eorum, quæ ex concupiscentia fiunt aut iracundia. & agemus bona quidẽ spontanee, mala vero inspontanee: quod ridiculosum est, vna existẽte causa: intendo in bonum & malum. & est incõuenies vt dicatur cp concupiscentia nostri eius, quod cõ cupiscendũ est, & ira nostra ei, cui est irascendum, est inspontanee. dignum enim est vt irascamur in quibusdam rebus, & vt concupiscamus quasdam rerum: & vult sanitatem & disciplinã. & putatur de rebus, quæ fiunt inspontanee, inferre eis tristitiam: & eas quę secũdum concupiscentiam fiunt, conferre delectationem. Et id quod fit inspontanee, palam est quòd est indifferens ei quod fit per errorem rationis, cùm sint ambo fugibilia & cõtristabilia: et passiones bestiales videmus nõ minus existere in hoibus quã in reliquis aãlibus. in cõuenies igitur est inspontaneũ dicere qd' fit ab istis.

Nullum animalium præter hominẽ agit sponte aliquid

## De electione. Cap. II.

CVm quid sit spontaneum, quidcp intuitum definiuerimus: sequit vt de electione iam disseramus: quippe quæ & virtuti maxime esse affinis, & magis quàm actiones mores ipsos iudicare videatur. Electio vero spontaneum quoddam esse apparet: non idem tamen prorsus est. spontaneum enim latius patet. nam & spõtaneum cum pueris & reliquis animalibus commune est, electio minime: & quæ de improuiso fiunt, spontanea sunt, non autem ex electione. Qui vero eam vel cupiditatem, vel iram, vel voluntatem, vel opinionẽ quandam esse affirmant, non recte dicere videntur: electio enim non est communis nobis cum brutis, sed cupiditas et ira, est. Et incõtinens cum cupiditate quidem agit, non tamẽ cũ electione: continens contra cũ electione, et non cum cupiditate. Adde quòd electioni cupiditas aduersatur: cupiditas autem cupiditati minime. Cupiditas præterea iucundi & molesti est: electio neq; iucundi, neq; molesti. Sed ira quoq; esse multo minus videtur: minime enim quæ ex ira fiunt, ex electione facta esse existimantur. At vero neq; voluntas vllo modo est: licet proxima ei esse videatur. electio siquidem eorũ minime est, quæ fieri non possunt: quæ siquis diceret se eligere, stolidus esse videretur: voluntas vero est: vt immortalitatis. voluntas præterea est eorum etiam, quę nullo modo ab eo qui vult, agi queunt: vt histrionem aliquem, aut athletam victorẽ euadere. cuiusmodi sanè nihil quispiam eligit: sed ea solũmodo quæ ex sese fieri posse existimauerit. volũtas præterea finis magis est: electio vero eorum quæ ad finem spectant. vt, sani esse volumus: eligimus vero ea, quibus sani esse valeamus. felices quoq; esse volumus, atq; ita dicimus: dicere vero, eligim⁹ felices esse, mini me conuenit. omnino enim in ijs esse electio videtur, quæ in nostra potestate sita sunt. Verum neq; opinio est. opinio enim circa omnia versatur, nec minus circa æterna, & quæ fieri nequeant: quàm quæ in nostra sita sunt potestate. adde quòd vero & falso, nõ bono & malo distinguitur: at electio his magis. In vniuersum vero esse idem cum opinione electionẽ fortasse neq; diceret quispiam: sed ne cum aliqua quidẽ in particulari. bona etenim aut mala eligendo qualitate quadam affecti sumus: opinando autem minime. Et eligimus capere aliquid, aut fugere, aut eiusmodi quippiã: opinamur vero quid sit aliquid, aut cui, aut quo modo conferat, sed accipere vel fugere non admodum opinamur. & electio quidem laudatur, eò cp eius est, cuius esse magis oportet, aut cp recta est: opinio, quia est vera. Quæ itẽ maxime scimus esse bona, eligimus: quę non admodum scimus, ea opinamur. videturcp non ijdẽ optima & eligere & opinari: sed nõnulli sunt, qui melius opinantur, ob vitium tamen ea quæ non decet, eligere consueuerunt. Antecedat autem an sequatur electionẽ opinio, nihil interest: non enim id nunc consyderamus: sed an idem cum opinione aliqua electio sit. Quid igitur aut quale est electio, quando nihil eorum est quæ dicta sunt? spontaneũ sanè esse quoddam videtur. non omne tamen spontaneum eligibile est: sed id scilicet, quod est præconsultatum: quippe cum electio seu propositum cum ratione, ac cogitatione existat: id quod significare nomen etiam ipsum videtur. quasi id quod eligitur seu ꝓponitur, ex alijs legatur, ponatur ue ante alia.

DIxit. Determinatis autem spontaneo & inspontaneo, consequenter de eligentia dicendum erit. hęc enim magis propria videt esse rebus fientibus per virtutem, & est quæ iudicat de moribus ex operationibus. Dicimus ergo, quòd manifestum est de electione, cp est spontanea: & non est inrẽtio electionis, intentio spõtanei: eò quòd spontaneũ communius est eo, quod fit per electionem. communicant enim in eo pueri, & animalia irrationabilia & rationabilia: in electione autem non. & de rebus, quæ subito fiunt non dicimus cp fiant per electionem. Qui vero dicunt eligentiam concupiscentiam, aut iram, aut velle, aut opinionem quandam, i. credulitatem, non videntur in hoc recte dicere: ideo cp eligentia non est communis omnibus animalibus, concupiscentia autem, et ira communis est eis. Et incontinens secundum concupiscentiam quidem operatur, secundum eligentiam verò non: continens autẽ econuerso secundum eligentiam quidem operatur, secundum concupiscentiã aũt non. Concupiscentia ergo eligentiæ contrariatur, sed non contrariatur cõcupiscẽtia concupiscentię. et concupiscentia delectabilis est & contristabilis, i. remotionis ab ipso: eligentia autẽ non & ira



& ira etiam non est eligentia, propterea cp res, quę fiũt per iram, parum fiunt per electionem. Et etiam nõ est electio velle: quis videatur ei esse propinqua, eò cp electio non est impossibilium, velle autem est. si. n. dixerit quis cp impossibilia eliguntur, stultus reputabitur: velle vero inuenitur circa res impossibiles: v. g. vellemus immortales esse. et velle etiam rerum est, quarum opatio nõ est in nobis: vt athletam vincere, aut hypocritam. & nullus qdem eligit huiusmodi res: immo res eas eligit, quarum in se videt actionem. & adhuc velle qdem maxime finis: eligentia autem nõ est nisi eorum quę ducũt ad finem. v. g. sanari volumus: eligimus aũt per quę sanamur. & felices esse vellemus, & asserimus nos velle: non est autem dicendum eligere nos fieri felices, ideo cp vsr eligentia videtur earum esse, q̃ facere in nobis est. Neq; etiam eligentia opinio est. ideo qd' opinio in oibus est: non enim in ꝓpetuis, et impossibilibus minus est q̃ in his, quę ex parte nostri sunt. et opinio diuiditur in verum & falsum: electio vero in bonũ et malum. D. et vsr nõ dicet fortasse quis opinionem eligẽtiam vllo modo vnum esse. etenim sm electionem nostram boni & mali quales dicimur, s. boni vel mali: sm aũt opinionem non. Et per electionem requirimus aliquid & fugimus ab aliquo: per opinionem aũt opinamur res scimus quid est res, aut cui conuenit, aut qualiter cõuenit. inquisitio aũt rei, aut fuga ab ipsa re ferè non fit per opinionem tm̃. et electio maxime laudatur, eò cp fit recti: opinio autem, eò cp veri. Et eligimus res, quas scimus proprie bonas: opinamur aũt res, quas ferè nõ scimus. et nõ videtur eidem ipsi esse eligentes qd' melius, & opinãtes qd' melius: multi. n. opinãtur qdem qd' melius, ꝓ malitiã vero suam eligũt id, quod deterius est. Vtrum aũt opinio prẽcedat electionem, aut sequatur, in hoc non est diuersitas. & hęc nõ est res, de qua inquirimus: veruntamẽ quod inquirimus, est vt sciamus an electio & opinio cõueniant in aliqua rerum. D. Cùm igitur eligentia non sit aliquid eorum, quę commemorauim⁹, videamus quid est & quale quid est. Dicimus ergo quoniam videtur cp fit spontaneum. veruntamen non omne, quod fit sponte, est ex electione: sed electum est vt cùm hoc sit præconsiliatum, ideo quòd electio quidem fit per rationem & intellectum.

Velle est respectu finis, electio respectu eorũ, quę sunt ad finẽ.

## De consultatione. Cap. III.

VErum consultant ne de omnibus homines, quodlibetcp est consultabile: an de quibusdam non est cõsultatio? Sed fortasse cõsultabile id dicendum est, de quo mentis compos vir, non quiuis vel stolidus vel insanus cõsultaret. De ętemis autem nemo consulrat: vt de mũdo, aut diametro & latere, cp nulla inter se æquabilitate conueniant: at neq; de ijs quæ in motu quidem sunt, sed semper tamen circa eadem versantur, siue necessitate, siue natura, siue aliqua alia de causa: vt de solstitijs, atq; ortibus: neq; de ijs quę alias aliter eueniũt: vt de siccitatibus, & imbribus: neq; item de ijs quæ fortuna cõtingunt: vt de thesauri inuentione. Sed neq; de humanis omnibus consultamus: verbi causa quomodo Scythę optime administrare remp. possint, nullus ex Lacedęmonijs cõsultat: nihil enim ex his eiusmodi est, vt agi per nos ipsos valeat. Consultamus autem de agendis rebus, atq; ijs quæ in nostra sitæ sunt potestate: hæc enim restant: quippe cũ causæ nullæ aliæ esse videantur, q̃ natura, & necessitas, & fortuna: mens præterea, atque omne id quod per hominem agit: vnusquisque autem de ijs, quæ per ipsum agi possunt, consulter. Ac circa quidem exquisitas ac certas scięntias, eascp quæ ex sese sibi sufficiunt, nulla consultatio est: vt de literis: nõ enim dubitamus, quo modo scribendum sit. Sed de ijs, quæcũcp per nos fiunt, neq; semper eodem modo eueniũt, cõsultamus. vt de ijs quæ ad medicam artem spectant, & pecuniariam: atq; eò magis etiam in gubernandi arte deliberamus, quàm exercitatoria, quanto minus exactis, atq; exquisitis rationibus cõstat. ac simili modo de reliqs. Magis etiã in ãrtibus q̃ in scientijs consultatio est: eò quòd in ipsis magis ambigere cõsueuimus. Consultatio autem de illis est, quę vtplurimum quidem fiunt: incerta tamen sunt quo modo euadant: & in quibus indeterminatio existit. Ad magnas vero res cõsultores etiam adhibere consueuimus, nobis ipsis diffidẽtes, quasi sufficere ad discernendum soli nequeamus. Ac consultamus quidẽ non de finibus, sed de ijs quæ ad finem tẽdunt. nam neq; medicus an sanare: neq; orator an pſuadere: neq; ciuilis an bene legibus institutam patriam reddere debeat: neq; ex alijs quispiam de fine cõsultat. sed omnes, cùm finem quẽdam statuerint, quo modo ac per quę eueníre is possit, deliberant: siq; is per plura fieri posse videat, per qd' nam facillime atcp optime fieri queat, considerat. si per vnum, quo modo per id effici recte valeat: & illud itẽ per quid, atcp id tãtisper, donec ad primam causam deuenerit: id quod in inuentione extremũ est. Qui enim consultat, quærere videtur & resoluere predicto modo, quemadmodum designationẽ. Non quæ libet autem quęstio consultatio est, vt mathematicæ: sed quælibet tamen cõsultatio, inquisitio est. et quod extremum est in resolutione, in generatione esse primum videt. atcp hi cũ in rem quę fieri nequeat, inciderint, desistunt: vt si pecunijs opus sit, earumcp expeditio nullo modo appareat: si vero fieri posse res videatur, eam aggrediuntur. fieri autem posse ea dicuntur, quæ per nos fieri possunt: nã quæ per amicos fiunt, per nos quodam modo fieri videntur: quippe cùm principium in nobis sit. Quæruntur autem interdum instrumenta, interdum vsus ipsorũ. simili modo quoq; in reliquis, interdum per quod, interdũ quo pacto, aut per qd quippiã fieri debeat. Videtur autẽ, quemadmodum dictum est, homo esse actionum principium: consultatio vero de ijs esse, quæ ab ipso homine agi queunt: actiones aũt

Non consultamus de finib⁹, sed de ijs quę ad finem tendunt.

Extremũ in resolutione i generatione videtur esse primum.

aliorum causa fiunt. non est igitur consultabilis finis: sed ea in consultationem veniũt, quæ ad finem ipsum spectant: neque hæc tamen particularia: vt, an panis hoc sit, vel subigatur, vel qualitate affecta sit, vt oportet: ad sensum enim hæc pertinent. nam si semper consultaret quispiam, infinite progrederetur. Consultabile autem & eligibile idem est: nisi quòd eligibile definitum iam est: quippe cũ nihil aliud sit, quàm id quod ex deliberatione ante positum fuerit. desinit enim vnusquisque tunc inquirere quo modo sibi agendum sit, cùm in se ipsum principium reduxerit, in eamq; sui partem, quæ principatũ obtinet: ea enim est quæ eligit. Hoc autem ex antiquis etiam rebus publicis manifestum est, quas Homerus imitabatur. nam reges ea, quę elegerant, ad populum referebant. Cùm igitur eligibile nihil aliud sit quàm consultabile appetibile eorum quæ in nobis sunt: & electio quoq; eorum quæ in nobis sunt cõsultatiua appetitio erit. simul enim atq; consultauimus, iudicamus: atq; inde secũ dum consultationem appetimus. Circa quæ igitur versetur electio, quodq; eorum sit, quæ ad fines tendunt, figura dictum iam sit.

* a l. voluntatem.

DIxit. Et videtur nomen eligẽtiæ significare in idio mate nostro electionẽ alicuius præ alio. Cũq; notum sit, q electio nõ fit nisi in spontaneo a consilio, sciẽdum est vtrum consilium cõueniat in omnibus, ita q oĩa sint consultabilia: aut quædam sint, in quibus nõ est cõsiliandum, & fortassis dicẽdum est q illud, super quod cadit consilium, nõ est illud, de quo consiliatur stultus et demens, sed in quo consiliatur discretus. Et non inuenimus aliquem vtentem consilio in rebus perpetuis, s. in esse mundi, & in suo fieri, aut in sua antiquitate: neq; in diametro vtrum est cõmunicãs alteri, aut non: neq; vniuersaliter cõsiliatur in rebus fientibus per motum, siue fuerit ex pte materiæ, siue ex parte formę, siue per causas alias: vt pote in priuatione pluuiæ & multitudine suæ: neq; consiliatur etiã aliquis in his quæ casu fiũt, vt in inuentione thesauri. Neq; cõsiliatur aliquis in quibuslibet rebus quorũlibet hoĩum, nullus enim Lacedæmoniorum cõsiliatur qualiter scythę, qui nullam vicinitatem cum eis habent, optima vita vtiantur. nihil. n. agendorum hoĩum a nobis valde distãtium fieri habet per nos. Consiliamur autem de rebus, quarum actio in nobis est, & currit per manus nostras. & hoc, q̃m putatur q causæ rerũ sint: materia aut forma, aut casus, aut intellectus: & omne quòd fit mediãtibus hoĩbus, & vniuersaliter consiliatur in eis, quæ posse est ipsum agere, & q̃ curunt per manum eius. Et non est consiliũ in artibus exteris sufficientibus per se: intendo eas, in quibus non expectantur cautæ ab extrinseco: vt ars scribendi. nullus enim dubitat in scribendo, ita q indigeat consilio, qualiter scribende sint literæ. Et non cõsiliamur, nisi in eo, cuius factio in nobis est: cùm nõ fuerit fm modum vnum & eundem: sicut se habet in arte medicinæ & in oĩbus facultatibus, et cõsiliamur magis in negociis ex artibus quàm exercitijs, fm q illa deficiunt ab alijs in certitudine agendi hoĩum: intendo q ars exercitij potentior est i certitudine agẽdi recte q̃ ars mathematis. & hoc modo se habet in cæteris artibus reliquis, quę vtuntur consilio: intendo q superant in hac intẽtione. Et vsus cõ filiationis in artibus magis est q̃ in scientijs: & propriẽ in quo nobis ex ipsis incidit sæpius dubitatio. Et consiliatio equidem fit in rebus frequentius aduenientibus, in qbus non est manifestũ ad qd res deuentura sit: et in rebus, quarũ finis incõprehensus indefinitus est. D. Et requirimus consiliari et in rebus grãdibus, in qbus nõ confidimus nobismetipsis de sufficiẽtia cõsilij in ipsis, & i opationibus suis. Et de finibus qdẽ nõ cõsiliamur: immo, pprie consiliamur de his, q̃ ducunt ad fines. & hoc, qũ medicus non consultat de sanitate ipsa, sed de his quę ducunt ad sanitatem. & rhetor sibi non consultat de persuasione metipsa, sed de his quæ persuadet. & similiter ciuitatum gubernatores non consultant in ipsismet operationibus studiosis, & positionibus quas ponunt: sed consultant qdem in his, per quę fiunt huiusmodi operationes. & vir nemo consultat de fine met: ipso: sed ois hõ ponit finẽ quẽdã, et ingrit de ipso qualiter fiat et p qd fiat. et qñ manifestũ fuerit q plura sunt, p q̃ hãbedus est finis, inquirũt ea, p q̃ facilius et melius possit hẽri. et, qñ finis cõpleri poterit p rẽ vnã, ingrunt illam rẽ, qualiter erit & per quid erit: & deide inquirũt de illa re secunda qualiter erit, & per quid erit: & nõ desinunt ab inquirendo sic, dõnec peruentant ad causam primam, q̃ est postrema * in esse. ille. n. qui cõsultat, inquirit quidem fm viam resolutionis per cõuersionem. & ita est via inquisitionis fm modũ resolutionis per conuersionem. Et iam manifestũ est, q non ois inquisitio est cõsiliatio, vt inquisitio in doctrinis, & vir in speculatiuis. cùmq; sic sit, erit ois consiliatio inquisitio, & non conuertitur. & vltimum in via resolutionis per cõuersionem est primum per inquisitionem, vltimum in esse: & est illud, gratia cuius sunt reliqua, de quibus inquiritur. & pp hoc ponũt ipsum primum in inquisitione, & tandem requirunt ea, ex qbus necessario est esse eius. & si inueniunt in inquisitione aliquid imposse, desinunt ab ipsa. v. g. qñ indigetur pecunia, & vtsum fuerit non esse posse eius adeptionem sine inquisitione, intendunt eius acquisitionẽ. & si fuerit possibilis, perquirũt eã: & si impossibilis desistunt ab ea. possibilia aũt sunt ea, quorum actio in nobis est. & hoc, qm̃ ea quæ possibile est fieri per amicos nostros, potestas eorũ est in nobis modo quodam. principium enim eorum est in nobis. Et in rebus quidẽ, q̃ inquiruntur alterius rei causa, fortassis inquisitio sit instrumentorum, per quæ agitur res illa: et fortassis fit inquisitio modi vtendi illis instrumẽtis: & sic se habet in aĩjs rebus remanẽtibus, de quibus inuestigat gratia alterius rei fortassis. etenim inquiritur de eis in eo per quod habet fieri actio: & forsan inquiritur in eis de modo, per quem habet fieri. D. Et videtur, sicut diximus, homo esse principium actionum suarum: & consilium fit in operãdis ab eo: et operationum q̃dam fiunt gratia quarundam. finis vero, quẽad modum diximus, non est de quo fit consiliandum: sed consiliatur qdem de his, quæ ducũt ad finẽ, neq; etiam consiliatur in rebus particularibus notis sensu comprehensis: qñ sunt fm q oportet. vt qm̃ nõ consiliatur, q hæc res bona, aut hæc res sana: aut q hæc res facta est vt oportet: cũ hoc notum sit i sensu. et hoc ideo, qm̃ ista sunt principia consiliationis. si ergo de his fuerit consiliandum, indigemus alijs principijs, et procedet res ad infinitum: quod est impossibile. Et res quidem cõsiliabilis et eligibilis vna est intentio determinata, et consiliabilis intẽtio indeterminata. et est qdem eligibile determinatum, eo q res, in quã assensum est: ad faciendũ ipsam propter iudicium consilij super ipsam, qm̃ bona. et propter hoc unusquisq; hominum cessat ab inquisitione et consiliatione, quando in seipsum reduxerit, et principiũ ad id, qđ uidit in illa re. et hæc est res, quæ eligitur: intendo illud, de quo iudicatum est ipsum esse bonum.

Forte legendum in intentione.

D.





DManifestatur autem q eligibile est illud, in quo consiliatur ex antiquis ciuilitatibus, quas sequebatur Homerus. dicebat enim q reges mandabãt plebi obseruare res, quas eligebant per consilium. vult fm q estimo per cõsilium, illud propter quod fuit electio ipsarum illarum: non q ipsi imponerent eis res per impositionẽ, ad modũ eius, quod accidit apud nos in legibus, & quãdo sic est. Item eligibile est, in quo fit consiliatio cũ conspeculatiõe eius fm q in nobis est agere ipsum. Cumq; iudicauerimus super aliquid per consiliationem, desyderamus ipsum per voluntatem, & nitimur in ipsum. D. His ergo determinatis eligibile quid est secundum viam descriptionis, i. definitionis vniuersalis. & diximus in qua re fit, & q fit in rebus, quæ ducunt ad fines, & diximus voluntatem esse finium.

*De voluntate, & eo quod est voluntate appetibile.* Cap. IIII.

VOluntatem vero finis ipsius esse, dictũ iam est: quę sanè nõnullis videtur boni ipsius esse, nonnullis apparentis boni. sed euenit, vt & illis qui bonum esse volũtate appetibile asserunt: id quod vult is, qui non recte eligit, non sit voluntate appetibile: nam si est voluntate appetibile, erit continuo etiam bonũ: at malum forte est: & illis qui bonũ apparens voluntate appetibile esse inquiũt, nihil sit natura volũtate apppetibile: sed quod vnicuiq; ita visum fuerit. at aliud alijs videtur: & aliquãdo etiam si ita inciderit, contraria apparent. Quòd si hæc non placent, nunquid dicendũ, simpliciter quidem ac reuera voluntate appetibile esse id quod est bonum: vnicuiq; vero id, quod videtur vnicuiq;: ac probo, quidem, quod re vera etiam est, videri: improbo, quod cunq; inciderit. quemadmodum etiam in corporibus cõtingit: bene enim affectis salubria ea sunt, quæ re vera sunt eiusmodi: morbo corruptis diuersa. similiter modo amara, & dulcia, & calida, & grauia, & id genus reliqua. singula enim probus vir recte iudicat: & in singulis verum ipsi apparet. In vnoquoq; enim habitu propria quædã & honesta & iucunda sunt. & in singulis plurimum fortasse probus vir in dignoscendo eo quod verũ est, differt: quippe qui tanquam regula ac mensura ipsorum sit: pleriscq; autẽ è vulgo hominibus deceptio surrepere ob voluptatem videtur: quibus scilicet voluptas, licet non sit, bonum tamen apparet. eligunt enim iucũditatem quasi bonũ, dolorem quasi malum fugiunt.

DIxit. Quidam autem hoĩum putãt q voluntas sit boni, q̃dam putant q sit eius quod videtur bonũ. et sequitur dicentes q volitum sit bonũ vt non sit volitũ, nisi id, quod est bonũ per se & rectum. cũ enim fuerit quid ex volitis, erit bonũ. hoc aũt est inconueniens. fortasse enim accidit multis velle eos hoc, qđ est malum: & ipsum videtur bonum. dicẽtes vero volitũ esse hoc, quod videtur bonũ, sequitur hoc non esse aliquid volitum per naturam, sed erit illud, quod volet vnusquisque hominum, secundum quòd sibi visum fuerit, donec velit aliquid, & eius contrarium abominet. inter do quòd velit rem vnam eandem vnus, & contrariã eius alter: immo iam volet vnus idem duo contraria in horis diuersis. si ergo sic se habuerit res, non erit aliquid volitum per naturam. & hoc iterum est in conueniens. Si igitur non fuerunt persuasiuę hæ duæ opiniones, oportet vt dicamus quoniam bonum illud, quod est bonum per se, est simpliciter volitum & secundum veritatem, vnusquisque hominum vult ipsum, secundum quòd ei videtur bonus. ergo vult bonum illud, quod est in veritate: malus vero illud, de quo contingit vt videatur ei quòd sit bonum. Et hoc quoniam perceptio vel apprehensio, quam habet bonus vel virtuosus de bono, & iudicium eius de ipso, similatur iudicio sanorum sentientibus de rebus sensibilibus. & iudicium vero malt de ipso similatur iudicio infirmorũ. Et illi, qui sunt in dispositione insanitatis, differunt tapores rerum, qui sunt eis in veritate. imedo q ipsi iudicat de dulci, q dulce, & de illo, quod est amarũ, q amarũ: illi autẽ, qui sunt infirmi, faciunt huius diuersam: ardendo q iudicant de dulci, q amarum: & fiĩ contingit eis in vocibus grauibus, & acutis, & odoribus, et reliquis sensibilibꝰ. et qñ sic est, bonus ergo est ille, qui iudicat de vnaquaq; rerũ iudicio tanum, & videtur et verũ in vnaquaq; earum: eò quòd in vnaquaq; dispositionum sunt res venustæ, & res delectabiles, non fm q imaginatur de ipsis. D. & dignũ est vt sit bono magna per excellentia super alterum in eo q̃ iudicet de vero, & in dimissione eius, qđ dimittit vnusquisq; ex rebus: et enim ipse existit tanq̃ regula & mensura rebus, per quam iudicatur de ipsis. et verissime est, q̃ error in hoc accidẽs multis hoĩum nõ accidat nisi delectationis causa: eò q ipsæ videntur bonæ, & non sint. ita q̃ volunt delectabile quasi bonum, & à tristi fugiunt quasi a malo.

Bonus est iudex, q̃ vera de rebus iudicat.

*De ijs quæ in nostra sunt potestate.* Cap. V.

CVm igitur voluntate appetibilis finis sit, consultabilia autem & eligibilia ea quæ ad finem spectãt: actiones quæ circa hæc fiunt, & ex electione, & spontaneæ etiam procul dubio sunt. at virtutum operationes circa hæc versantur: efficitur igitur, vt virtus quoque in nobis & similiter vitium sit. In quibus enim in nostra potestate situm est agere, ibi tum est etiam non agere: & in quibus non agere, simili modo etiam agere. quapropter si agere cùm honestum sit, in nostra est potestate, non agere quoque cùm turpe sit, in nobis erit collocatum. si item non agere, cùm honestum sit, in nobis est, agere quoque, cùm turpe sit, erit nostræ facultatis. Quòd si honesta agere & turpia, & simili modo non agere in nostra est potestate: id autem erat, vt boni & mali simus: in nostra potestate quoq; erit, vt & frugi simus. & nequam. Nam dicere neminem neque sponte improbum, neque inuitum beatum esse, alterum falsum esse, alterum verum videtur: quippe cùm beatus nemo inuitus euadat: impiobitas vero sponta nea sit. Alioquin ijs quæ nunc dicta sunt, repugnandum est: dicendumq; hominem principium minime esse: neq; actionũ sicut filiorũ esse generatorem. Quòd si hęc videntur, neq;

Nemo beatus inuitus euadit.

ſm alia pricipia referre actiones noſtras poſſu
mus,q̃ in ea quę in nobis ſunt:quorum princi
pia in nobis ſunt,etiã ipſa in nobis eſſe,& ſpõ
tanea neceſſe eſt.His atteſtari & priuatim ſin
guli,& ipſi legumlatores vidẽtur: qui eos,qui
mala perpetrant,caſtigant ac puniunt,ſi tamẽ
neq; vi coacti ea egerint,neq; ex ignoratione,
cuius ipſi ſibi cauſam nõ exhibuerint:eos aũt
qui honeſta agũt, honoribus proſequuntur:
vt & hos incitent,& illos,phibeant. Atqui ad
ea,quæ neq; ſpontanea ſunt, neq; ſunt in no
bis,agenda hortatur nemo:quippe cùm nihil
antiquũ ſit,vt perſuaſi ſimus aut calefieri, aut
dolere,aut eſurire,aut quoduis aliud eiuſmo
di:nihilo enĩ minus ea patiemur. Nã ob igno
rationem etiam puniunt, ſi ſibi ipſe ignoratio
nis cauſa quiſpiã fuiſſe videatur. Vnde ebrijs
duplices pœnę inſtituę ſunt.in ipſo enim qui
inebriatur pricipium eſt: cùm ſui quiſq; in eo
dominus ſit,vt non inebrietur:id quod igno
rationis eſt cauſa. Eos quoq; puniunt, qui ali
quid eorum ignorant,quæ ad leges pertinẽt:
quæ quidem & ſciri debeant, & difficilia non
ſint. Simili modo etiam in alijs,quæcũq; igno
rare per negligentiam videntur, eò q̃ in ipſis
ſit non ignorare: quippe qui adhibẽdæ diligẽ
tię domini ſint,ac poteſtatem habeãt. Sed for
taſſe eiuſmodi aliquis eſt,vt diligẽtiã nõ adhi
beat.at vt eiuſmodi ſint hoies,atq; & iniuſti et
intẽperantes euadant,ipſi in cauſa ſunt: dum
& diſſolute ac remiſſe viuũt,& maleficia per
petrant,et in compotationibus,talibusq; alijs
libidinibus ætatem degũt.operationes enim,
quę circa ſingula ſunt,tales homines reddũt.
atq; hoc ex ijs eſſe manifeſtum poteſt, qui ad
quodlibet certamen,aut actionẽ ſeſe exercẽt:
id enim operari aſſidue ſolẽt. ignorare igitur
ex operationibus circa ſingula habitus exiſte
re,valde ſtupidi hominis eſt. Abſurdum pre
terea eſt,& eum qui iniuſte agit,iniuſtum eſſe
nolie:& eum qui intemperanter, intemperã
tem.ſed liquis nõ ignorans ea agit,ex quibus
iniuſtus efficitur:ſponte iniuſtus eſt. nõ tamẽ
ſi voluerit,iniuſtus eſſe deſinet, & iuſtus erit.
Nam neq; qui ægrotat,ſanus efficitur: licet,ſi
ita contigerit, ſpõte ęgrotet tum intemperan
ter viuendo, tum medicorum præceptis non
obtemperando: verum tũc quidem licebat ei
non ægrotare: vbi tamen ſemel neglexit,non
amplius licet. Quemadmodum neq; qui lapi
dem proiecit, reſumere eum amplius poteſt,
quamuis in eo emittendi ac pronciendi facul
tas fuerit: pricipium enim in ipſo erat: eodem
modo quoq; & iniuſto & intẽperanti à princi
pio licebat nõ eſſe eiuſmodi: vnde ſpõte eiuſ
modi ſunt:vbi vero ſemel tales euaſerunt,nõ
amplius nõ eſſe tales eis licet. Sed neq; animi
ſolum vitia ſpontanea ſunt, verũ corporis etiã
in nonnullis,quos ſ. increpare conſueuimus.
qui enim natura deformes ſunt,eos reprehen
dit nemo: ſed illos qui per ocium & negligen
tiam tales euaſerunt:ſimili modo ſi turpitudo
vel ex infirmitate, vel ex membri alicuius mu
tilatione contigerit. nullus enim ei, qui vel na
tura vel ex morbo,vel ex vulnere factus ſit cę
cus,cæcitatẽ exprobrabit, ſed miſerebitur po
tius:at eum obiurgant omnes, qui ex temulẽ
tia,vel alia quapiam intemperantia excęcatus
fuerit.atq; ita fit,vt vitia corporis, quę i noſtra
poteſtate ſunt, vituperentur:quæ nõ ſunt, mi
nime.q̃ ſi ita eſt,in alijs quoq; vitia,quę repre
henduntur,in noſtra erũt poteſtate. Quòd ſi
quis dixerit:omnes id appetũt, quod bonum
eſſe ipſis videtur: viſionis autem dominium
habet nemo : ſed talis vnicuiq; finis apparet,
qualis quiſque eſt. Verum ſi vnuſquiſq; habi
tuum ſibi quodam modo in cauſa eſt,viſionis
quoq; quodã modo erit:ſin aũt nemo ſibi eſt
i cauſa,vt mala faciat, ſed ex ignoratione finis
ea agit, ex ijſq; ſummũ bonũ cõſequuturum
exiſtimat:appetitio vero finis minime ſponta
nea eſt, ſed oportet vt vnuſquiſq; idoneus na
tus ſit,habeatq; quaſi viſum, quo recte valeat
diſcernere, & id qd' vere bonũ eſt eligere: ſicq;
is eſt bono ingenio pręditus, cui bona hęc na
turę affectio inſita eſt:qd'enim maximum eſt,
et pulcherrimum,quodq; ab alio accipere aut
diſcere nullo modo licet, id quale natura eſt,
tale ipſe habebit: atq; ita qdem bene & recte
natura eſſe affectum ipſa erit perfecta ac vera
naturę habilitas atq; aptitudo. Si inquam hęc
vera ſunt, cur magis virtus q̃ vitiũ ſponte ac
quiratur,non video. vtrinq; enim tam bono,
q̃ malo ſimili modo finis vel natura vel quo
modocunq; & apparet,& ſtatuitur: ad quem
poſtea cętera referẽtes quomodocunq; agũt.
ſiue igitur finis non natura vnicuiq; apparet,
qualiſcũq; is ſit, ſed aliqd etiã apud ipſum eſt:
ſiue naturalis qdẽ finis eſt,quia tñ reliqua pro
bus vir ſponte agit,virtus ſpontanea eſt:nihi
lominus vitiũ quoq; ſpõtaneũ ſit,neceſſe eſt.
nam ſimiliter quoq; malo in actionibus ineſt
facultas,vt ex ſeſe agat: etiam ſi in fine nõ ſit.
Si ergo quemadmodũ dicitur, ſpõtaneæ ſunt
virtutes:habituũ enim coauctores quodã mo
do nos ſumus,ex eoq; q̃ ſumus qualitate qua
dã affecti talẽ etiã finẽ ſtatuimus:vitia quippe
quæ ſimili ratione efficiantur,ipſa etiam ſpon
tanea erunt. Ac communiter quidem de vir
tutibus à nobis dictum eſt : genusq; ipſarum
figura quadam,i.ipſas mediocritates eſſe,atq;
habitus: † à quibus item fiant:ad ipſasq; agen

* a.l. ex q̃
bus.

das



das idoneos eſſe hoies ſm ipſas: i nobisq; etiã
eas eſſe,& ſpontaneas:atq; ita demũ, vt recta
ratio preſcripſerit. Non ſimili aũt modo actio
nes ſpõtaneę ſunt,atq; habitus. actionũ enim
à principio vſq; ad finẽ domini ſumus,cũ ſin
gula quęq; cognoſcamus: at habituũ pricipij
tm facultas in nobis eſt: ſingulorum aũt addi
tio non nota:quemadmodum in ęgrotationi
bus. q̃m tamen i noſtra erat poteſtate vel ita,
vel nõ ita vti:etiã habitus ipſi ſpontanei ſunt.

DIxit. Cùm ergo ſic finis volitũ eſt, et omne quod
ducit ad finem conſiliabile & electum: tunc actio
nes, quę ſunt in his, ſunt fientes ſpõte & per electionẽ:
operationes autẽ virtutis in his fiunt: intendo in actio
nibus electionis & ſpõtaneis, eſtq; virtus rerũ, quas
facere in nobis eſt,& ſimiliter vitium, Et hoc,quoniã
res, quas facere in nobis eſt:& non facere eas in nobis
eſt. intendo q̃ rerum, quarum in nobis eſt potentia fa
ciendi eas, in nobis quoq; eſt potentia nõ faciẽdi eas:
et i qbus rebus dicimus fic, in his quoq; poſſumus di
cere nõ .& ſi fuerit in nobis facere res pulchras,ergo et
facere res turpes in nobis eſt. Cũq; fuerit in nobis face
re res pulchras, & res turpes, & fuerit in nobis facere
eas & non facere: ſicq; hæc intentio eſſe nos bonos &
eſſe nos malos: intẽdo, q̃ qñ fecerimus pulchra, & nõ
fecerimus turpia,ſumus boni:et ecõuerſo, qñ fecerim⁹
turpia,& nõ fecerimus pulchra, ſumus mali: ergo ma
nifeſtũ eſt,q̃ in nobis eſt vt ſimus boni et mali. D. Ser
monis aũt dicentis q̃ nemo malus ſpõte, neq; bene in
ſpõtanee,videtur quiddã falſum eſt, quiddã vero ve
rum. & hoc, quoniam nemo inſpontanee fit bonus:
malitia autẽ ſponte fit. D. Sic ergo dicendum nobis
eſt in his rebus.at oportebit eſſe dubitationem in eo q̃
nunc diximus. & hoc, vt non dicamus hominem prin
cipium eſſe neq; generatorem actionum, ſicut eſt ge
nerator filiorum. niſi q̃ patens eſt, quod quando inue
niunt et iſtę actiones: & nõ eſt poſſibile nobis vt redu
camus eas ad alia pricipia, pręterq̃ quę in nobis ſunt:
tunc de manifeſtis eſt, q̃ id de rebus, cuius principiũ
in nobis eſt, ipſum quoq; in nobis eſt, & eſt de fientibus ſponte. D. Videtur autem vnuſquiſq; ex homi
nibus communiter & legum latores proprie teſtificari
huic dicto, cùm puniant facientem malitiam verbo
ad verbum, quando nõ peruenerit hoc factum coacte,
et propter ignorantiã eius,et vĩr cuius ipſe cauſa huius
facti.laudant autem eos, qui agunt actiones pulchras,
quatenus inſtigant hos ad hoc factum,illos autẽ diuer
tant à facto illo. Si ergo non eſſet ex parte ipſorum face
re malitiam & virtutem, non inſtigarent eos ad virtu
tẽ,neq; prohiberet eos à malitia,nec punirent pro ipſa.
nullus enim hortatur alium ad agendum aliquid,quod
in ipſo nõ eſt, intendo ad quod non poteſt, & q̃ nõ fit
ab eo ſpõte,cùm nihil profit exigere ab homine, vt nõ
calefiat corpus ſuum aut vt non doleat neq; timeat: &
vniuerſaliter vt non accipiat ipſum aliquid ex his, quę
currunt hoc curſu. etenim hic accipiunt nos proculdu
bio,nec eſt nobis poſſe,vt non accipiãt nos. D. Et pu
niuntur quidem domini legum pro ignorantia:cùm de
quo putant q̃ voluntas ſua fuit cauſa ignorantię: vt in
ebrijs.duplicãt enim penes eas, eò q̃ principium huius
facti in ebrio eſt, cùm fuerit in ipſo hõ inebriari. hoc au
tem ignorãtę cauſa. Et puniunt etiam eos, qui ignorãt
res neceſſarias in lege, quarum intellectus non eſt et dif
ficilis. Et ſimiliter puniũtur pro facto rerum, de quarũ
putant factoribus q̃ ignorẽt eas propter discendi pigri
tiam: eo q̃ in ipſis erat non ignorare eas, cùm in ipſis eſ
ſet ſtudere in eis. quinimo in eis erat vt eſſent cauſę ipſa
rum: ideo q̃ qñ ipſi fuerint boni, erunt cauſę facti boni,
in ipſis ergo eſt vt agãt honũ, et vt ſint in diſpoſitione,
per quam fiant factores boni, & cauſæ ipſius. eodẽ mõ
do, qui operatur malum, ſit per factum ſuũ cauſa vt ſit
iniuſtus. et qui durat in potatione vini, eſt cauſa ſibi vt
fiat intemperatus. nam actiones in vnaquaq; rerum fa
ciunt agẽtes eſſe illarum diſpoſitionum & habituũ pro
portionatorum ad bonum & ad malum. et hoc manife
ſtum eſt ex eo, qd' acquirere facit exercitatio & frequẽ
tatio in vnaquaq; rerum ex rebus, quæ agũtur ſm quę
cunq; modum aguntur. intendo q̃ frequentia acquire
re facit habitum, per quem fit perſeuerãtia in illo actu.
D. ignorare igitur q̃ diſpoſitiones & habitus non fiũt
hoi, niſi ex actione lua in qbuslibet rebus ſingularib⁹,
eſt de natura eius, q̃ ſenſum nõ hẽt. Amplius de his, q̃
pter rõnẽ ſunt, eſt vt iniuſtus nolit eſſe iniuſtus, et agat
actiones iniuſtitię: et vt intemperatus nolit eſſe intempe
tus, & agat actiones in:ęperantię. et ſi nõ fit homo iniu
ſtus, & eſt ignorãs actiones, quas agit, fit vtiq; per eas
iniuſtus: & non fit homo iuſtus, qñ voluerit vt faciat
actiones iuſtitię.& ipſe nõ cohibet ſe ab iniuſtitia, nec
infirmus etiam fit ſanus, qñ voluerit ſanitatem, & ipſe
non cuſtodit regimen ſuũ, cũq; hoc ſic fuerit, tunc ille,
qui non cuſtodit regimen ſuum neq; recipit quod dant
et mediet, qñ infirmatus fuerit, infirmatur equidẽ ipſon
te, et de voluntate ſua. et qdẽ poſſe fuit et in illa hora nõ
infirmari: veruntamen non eligit illud. immo in hac di
ſpoſitione eſt, tanq; qui proncit lapidem, neq; eſt ei poſ
ſibile vt reſumat ipſum : ſed tũ in pricipio rei erat poſſe
ipſi non accipere ipſum ad proncendum cum eo. Pri
cipium ergo rei in accipiẽdo lapidem & proncendi, eũ
ipſo in eo erat. & ſimiliter eſt diſpoſitio iniuſtitia & in
temperantia: etenim in ipſo erat in principio rei nõ fa
cere illud. ſm hoc igitur iuſtus ſit iniuſtus ſponte, & tem
perans intemperans. qñ aũt conuerſi fuerint ad hoc di
ſpoſitionem & habitum, tam non poſſe eſt eis non eſſe
tales: ſicut ſe habet in eo qui proncit lapidẽ. D. Et non
ſolum malitię aiæ fiunt ſponte, verum etiam in quibuſ
dam hoium malitiæ corporis fiunt ſponte: & tunc illi,
quibus improperamus illud, qd' accidit eis de hoc. Ne
mo nãq; improperat ei, q̃ detormis fuerit naturaliter:
improperat aũt ei, & vituperat eũ, q̃ talis fuerit ex ſegnitia
et negligẽtia: et ſic ſe hẽt in ægritudine fiente p̃ naturã.
nemo nempe improperat cæco per naturam, aut cauſa
ęgritudinis, aut cauſa plagæ,ſed potius miſereſ. illi vero,
quę accipit ęcętas ex multa vini potatione, aut pro
pter aliquam aliam cauſam intemperantię, vnuſquiſq;
improperat, & maledicit. Pro malicñs ergo corporis,
quę ex parte noſtri ſunt, vituperamus habẽtes:ſed pro
bus,quæ non ſunt ex parte noſtri, non. & cùm ſic ſit,in
diſpoſitionibus corporis, in reliquis quoq; malicñs,in
quibus vituperamus habentes eas, actiones in nobis
ſunt. Si autem dixerit quis q̃omnes hoies deſyderant
illud,de quo eis videtur q̃ ſit bonum: ſed vitio non eſt
in poſſe eorum,at vero vnicuiq; eorum talis finis vide
tur qualis diſpoſitionis ipſe fuerit:& hoc eſt per neceſſi
tatẽ conſequẽdi diſpoſitiones ſuas. Si ergo fuerit vnuſ
quiſq; hoſum per aliquem modorum cauſa diſpoſitio
nis tuipſius,& fuerit phantaſia tua ſequens ſui diſpoſi
tionem, erit etiam cauſa phantaſiæ ſuæ. ſi autem non,
non erit aliquis hominum cauſa faciendi malum: verũ
non erit cauſa eius niſi pp ignorãtiam eius finis,ideoq;
putatur q̃ eſt optima rerum homini, vt ſit deſyderiũ
eius ad finẽ per hoc,quod videtur et de ipſo non volun
tarium ſolũmmo indiget vt ſit ei per naturã hæc pars
aiæ i fine bonitatis:quemadmodũ indiget vt ſit virtus,
quo diſcernat diſcretione bona, & cùm ſic ſit, indiget
vere bonus eo, ſecundum q̃ naturatus eſt ad ipſum:hõ
hæc eſt perfecta & vera bonitas naturæ. Cũq; ſit hoc

uerū, nō erit magis ſponte virtus q̄ malitia. nā ſm modū vnum exiſtit finis bono & malo, ſiue per naturam, ſiue qualitercunq; poſitum fuerit, aut viſum: & cęteræ rerum, quę ſunt ante finem, quas faciunt, ſm quęcunq; modum fiunt, non enim faciunt eas niſi propter finem. ſi ergo nō fuerit finis, ſiue bonus ſiue malus fuerit, vnicuiq; hominum per naturam: aut fuerit per naturam et faciat bonus hoc, quod ante finē ſponte, & malus ſimiliter, tunc virtus ſit ſponte, & malitia etiam ſit ſponte, non minus hæc, cùm inueniatur malū in actionibus, & in finem per ſe. Stigitur, vt dicitur, fuerint virtutes fientes ſponte, eó q̄ nos cauſę ſumus diſpoſitionū, propter quas dicitur de nobis, q̄ ſumus virtuoſi aliquo modorum, & q̄ quales nos ſumus, talem finem ponimus, i. facimus ipſum, & eſt in diſpoſitione in qua nos ſumus: erunt ergo iterum tunc malitiæ ſpōte, ſicut et virtutes. D. Iam ergo determinauimus rem virtutum determinatione communi, et mentionem fecimus generis earū ſm viam deſcriptionis: & diximus q̄ ſunt medietates, & q̄ ſunt diſpoſitiōes, i. diſpoſitiones medię: & q̄ ſunt operationes rerum illarum, à quibus fiunt per ſe: & q̄ actus earum in nobis: & q̄ fiunt ſponte, & ſm q̄ iubet recta ratio. D. Non fiunt autē actiones ſponte ad ſimilitudinem habituum. nos etenim domini ſumus & potētes actionum à principio actionis vſq; ad poſtremū eius, ad ſciendū partes actionum. Super habituum aūt principia potētes quidem ſumus: partes vero ipſorum & additamenta incognita ſunt: & proprie habituū malorum: quemadmodum in ęgritudinū diſpoſitione. intendo qm̄ principia ipſarum in nobis ſunt, quando nō conſeruamus nos per dietas & exercitia: additamenta vero earū ignota: verūtamen ex quo fuerit res in principio earum in nobis, erunt vtiq; ex his, quę fiūt ſpōte.

*De fortitudine, & forti. Cap. VI.*

SEd iam repetita oratiōe, de ſingulis virtutibus, quænā ſint, & quales, & quo modo diſſeramus: ita enim fiet, vt etiam quot ſint, facile cōſtet. Ac primū dicamus de fortitudine: quam qdem eſſe mediocritatē quę circa timores, fiduciaſq; verſetur, ſuperius dictū iam eſt. Timemus aūt ea ſ. quę terribilia ſunt. ea vero ſunt, vt ſimpl'r dicamus, mala: vnde etiā timorem expectationē mali eſſe definiunt. ac timemus qdem mala omnia: vt infamiam, paupertatem, morbum, ſolitudinem amicorum, mortem. Non circa omnia tñ eſſe vir fortis videt: quippe cū nonnulla oīno timere debeamus, quę & timere honeſtū, & nō timere turpe eſt: vt, infamiā. qui enim eam timet, modeſtus ac verecundus: qui nō timet, impudens eſt. à nō nullis tñ per translationem fortis appellatur: cùm ſimile quid cū forti viro etiā ipſe habeat. nam etiā fortis intrepidus qdam eſt, timoreq; vacuus. Paupertatem autē fortaſſe timere nō licet, neq; morbum, neq; oīno quippiā, quod neq; à vitio proficiſcatur, neq; per nos ipſos fiat. Sed neq; qui i his eſt intrepidus, fortis eſt: ſed ex ſimilitudine tñ fortis dicitur. nonnulli ſquidē ſunt, qui licet in bellicis periculis ſint timidi: liberales tñ ſunt. & in abijciendis pecuniis fidēter ſe gerunt. Neq; ꝓterea ſiquis filiorum aut vxoris contumeliā, aut iniuriam, aut tale quippiā timet: is timidus eſt: neq; fortis, ſi flagris cædēdus confidit. Circa qualia igitur terribilia fortis verſat'r? An circa maxima. nemo enim tolerantior malorū eſt. mors aūt maxime oīum rerum eſt horribilis: quippe cū terminus ſit: nihilq; amplius hoi mortuo neque bonū, neq; malum eſſe videatur. Sed neq; circa mortē quamlibet verſari fortis videtur: vt ſi in mari, vel morbo cōtigerit. Circa qualem igitur verſabit'r? An circa eam, quę in pulcherrimis rebus contingit: cuiuſmodi ſunt, quę in bello oppetuntur: in maximo ſ. & pulcherrimo periculo. His cōſentiunt etiam honores, qui & à ciuitatibus, & à regibus inſtituti ſunt. Ille itaq; ꝑprie vir fortis dicetur, qui circa præclarā mortē impauidus fuerit, circaq; ea quæ mortē afferunt, cū proxima ſunt. eiuſmodi autē maxime ſunt, quę in bello occurrere cōſueuerunt. Veruntamen & in mari & in morbis vir fortis impauidus eſt: non ita tñ, vt maritimi homines: hi enim deſperata ſalute ſua ęgre eiuſmodi genus mortis ferūt: illi bona ſpe ob nauigādi peritiam freti ſunt. Fortes ꝓterea in ijs viriliter ſe gerunt, in quibus vires ſpectātur, aut præclarum eſt mori: quorum neutrū in talibus generibus necis exiſtit.

Mors marime omnium rerū eſt horribilis.

DIxit. Reuertamur itaq;, & dicamus de vnoquoq; iſtorum habituū quid eſt, & in quibus rebus exiſtit, & qualiter eſt: et manifeſtabitur ex hoc quot ſunt. Loquamur aūt primo in fortitudine. D. Diximus aūt ſ eo, quod ꝓcerīt de re fortitudinis, q̄ eſt medietas in eo, q̄d eſt inter timorem et audaciā. Et timemus qdem res timoroſas. & hæc ſunt vniuerſaliter mala, & propter hoc definiunt timorem, dicētes q̄ eſt ſuſpitio mali incidere apti. ac eius timeī incidia, vt eſt mala: vt infamia, aut paupertas, aut ęgritudo, aut priuatio amicorū, aut mors. Non videtur aūt circa omnia hæc hoīem forte eſſe. quędam nāq; oportet timere: & eorum timor decens eſt, non timere vero indecens, vt actiones infamabiles. qui enim timet has & formidat, hic verecundus eſt: qui vero non timet eas neq; formidat, eſt inuerecundus. quidam tñ iam nominauerunt hunc fortē per modum participationis in nomine: ideo q̄ in eo eſt aliquid, quod ſimilatur et quod eſt in forte: & hoc, qm̄ fortis non timet. Fortaſſis autem in paupertatem & ægritudinem nō oportet timere, neq; penitus aliquid eorū, quę contingunt à malo nō fiente ab hoīe, neq; per eius adiutorium. Veruntamen qui timet iſta fortaſſis: neq; nominamus eum fortem, niſi ſm viam ſimilitudinis. et hoc, qm̄ hoīum quidam timidi ſunt in bellis, & cū hoc proportionātur ad audaciam: intendo q̄ ſunt audaces ad expendēdum pecuniā, quam habēt inter manus. Et neq; qui timet verecundiam circa filios, & amicos, aut circa aliqd ſimile, is timidus eſt. neq; qui ꝓceps eſt in flagellorum verbera, cùm procacitate fortis eſt. D. Si itaq; iſto modo eſt tūc in quo ex timoroſis, oportet vt dicamus hominem fortem. Dicamus igitur q̄ hoc erit in maximis eorum, nullus enim inuenitur tolerantior eo terribilium: intendo eum, qui tolerat maxima ipſorum: terribilia autem & maxima ſunt ea, ex quibus ſuſpicatur mors, eò q̄ ipſa eſt finis: ſed videt mortuo poſt mortē aliquid accidere, aut de bono, aut de malo. Nō autem videtur fortis ille, qui non timet quācunq; mortem,



tem; vtputā mortē in mari, aut ægritudinibus: ſed fortis eſt ille, qui non timet mortem, quæ eſt ex parte rerum decentium valde: et eſt mors contingens in bello. & hoc, quoniam hæc mors eſt in maximo & optimo periculo. Et tam conuenerunt homines in hoc, q̄ maxime exaltandus, & magnificādus, qui mortem ſuſtinuerit in bellis cum regibus. & dicitur quidem ſecundum veritatem fortis ille, qui mortem decentem non declinat, neq; res quæ ſubito mortem ingerunt cum appropinquant ſibi: & hæc proprie ſunt ea, quæ in bello. Et non ſolum fortis eſt ille, qui hanc mortem nō declinat, verum etiam ille, qui nō metuit mortem fiētem in mari, & in ægritudinibus. Et non eſt habitudo huius ad timorem mortis in mari, ſicut habitudo marinariorum. & hoc, quoniam fortis diffidit de euaſione in mari, & grauis eſt ei modus huius mortis: & marinarij autem cōmenſurant euaſionē ꝓp longam experientiam. ſed neuter tū modorū iſtius mortis decens eſt vel pulcher.

*De terribilium diuerſitate, et fortitudinis extremis. Cap. VII.*

ID autem quod terrorem incutit, non omnibus eſt idem: dicimusq; aliquid ſupra homīnem eſſe: quod quidem vnicuiq; ſanæ mētis homini terribile eſt. at quæ hominem non excedunt, magnitudine differūt, & eo quòd magis vel minus efficiuntur. ſimili modo ea quæ fiduciam nobis afferunt. Fortis autē vir, vt homo, erit interritus: timebit tamen etiam ipſe huiuſmodi mala. ſed vt oportet tamen, & vt ratio præſcribit, honeſtatis cauſa ſuſtinebit, ac feret: quippe cùm hic finis virtutis ſit. efficitur autem vt magis & minus hæc timeamus: item vt ea quæ non ſunt terribilia, quaſi terribilia ſint, timeamus. Peccataq; committuntur aliud cùm timemus ea quę non oportet, aliud cū non ſicut oportet, aliud cùm non oportet, vel aliquid eiuſmodi. ſimiliter quoq; circa ea quæ fiduciā afferunt. Qui igitur ea quæ oportet, & cuius cauſa oportet, & vt oportet, ſuſtinet, ac timet, & ſimili modo etiam cōfidit: fortis eſt: quippe cùm † pro dignitate & ſicut ratio ꝓſcribit, fortis vir & patiatur, & agat. Finis autem vniuſcuiuſq; operationis eſt, qui ſecundum habitum exiſtit: at viro forti fortitudo ipſa honeſta res eſt: talis igitur erit etiam finis: quippe cùm fine ſingula definiantur: honeſtatiſq; cauſa fortis vir ſuſtineat, atq; agat ea quæ ex ipſa fortitudine ſunt. Ex illis vero qui exuperant, qui intrepiditate excedit, nomine vacat: multa enim huiuſmodi nominibus vacare ſuperius à nobis dictum eſt: poſſet tamen eſſe inſanus quidam, atq; indolēs, ſiquidē neq; terræ motus neq; vndationes timeat: id quod Celtas facere dicunt. At qui confidēdo in terribilibus rebus excellit, audax eſt: qui quidem audax & arrogans eſſe, & fortitudinis affectator videtur. ſicut enim ille circa formidabiles res ſe gerit, ita hic ipſe videri vult: in quibuſq; poteſt, illū imitatur. vnde efficitur,

* a.f. ex habitu.

vt pleriq; ex ipſis timidaudaces ſint: in his enim audacter ſe gerētes formidoloſa non ſuſtinēt. Qui autem timendo excedit, is eſt ignauus; nam & quæ non oportet, & ſicut non oportet, timet: & reliqua eiuſmodi omnia ipſum conſequuntur. confidendo etiam deficit. ſed in doloribus excedens magis eſt manifeſtus: quippe cùm deſperabundus quidam ſit, ignauus: omnia enim timet. e contrario fortis: confidere enim bene ſperantis hominis eſt. Circa hæc igit̄ & ignauus & audax & fortis verſantur: diuerſo tamen modo. illi enim excedunt, & deficiunt: hic mediocriter ſe gerit, atque vt oportet. atq; audaces quidē præcipites ſunt, voluntq; ante ipſa pericula periclitari. in ipſis vero conſtituti abſiſtunt: ſed fortes in operibus ipſis acres ac celeres, antea qeti ſunt. Itaq; ſicut dictum eſt, fortitudo mediocritas eſt circa terribilia, & ea quę fiduciam afferunt, in iis rebus, quas diximus: & ea de cauſa quia honeſtum eſt, eligit, ac ſuſtinet: vel quia id non facere turpe eſt. Mori autem vt vel paupertatem, vel amorem, vel moleſti quippiam fugiamus, fortis viri minime eſt, ſed potius timidi: quippe cū laborioſa fugere mollicies ſit. neq; hanc mortem ſuſtinet quiſpiam quia honeſtum ſit, ſed vt malum euitet ac fugiat. fortitudo igitur tale quippiam eſt.

DIxit. Et non eſt res timoroſa vna & eadē omnī homini: ſunt enim hę res excellentes naturam hominis: & huiuſmodi expauiscit omnis intellectū habens, ea vero, quæ excedunt naturam hominis, diuerſificantur ſ magnitudine, & multitudine & paucitate. & ſimiliter res ſuper quas audet. Confidit itaq; fortis nō trepidat, neq; mutatur, quemadmodum aliorum hominum: verūtamē metuit terribilia prout oportet, & ſm q̄ dictat intellectus, et ſuſtinet propter honeſtatem et decorum: hic enim eſt finis virtutis & eius intentio. D. & timetur à rebus timoroſis magis & minus q̄ oportet: & timetur etiam à rebus nō timoroſis quaſi à timoroſis. Et vniuerſaliter peccatur in hoc, quando fuerit metus iſte, de qua non oportet timeri, & quomodo non oportet, ſiue minus ſiue magis, & vbi non oportet, aut q̄ currit hoc curſu. & ſimiliter ſe habet res ſ audacia ſuper timoroſa, ſi inuenitur ibi directio, & peccatum. nempe qui tolerat ea, quę oportet tolerari, & gratia cuius oportet & timet ea quemadmodū oportet, et quando oportet, & gaudet ſuper ea, & eſt in hac diſpoſitione, hic fortis eſt. et hoc, qm̄ fortis eſt, qui agit et patitur, quemadmodum dictat, & oportere facit habitus & directio. Et finis omnis actionis eſt q̄ ſit ſecundum habitū: et fortitudo eſt res decora forti. & ſimiliter finis eius eſt etiā res decora. & hoc, qm̄ omnis res definitur quidē per finē. fortis igitur hoc quod ſuffert, decoris gratia ſuffert: & agit quidem hoc, quod exiſtit fortitudo. D. Addenda autem ſuper fortem, in priuatione quidem metus, nomen non habet in idiomate noſtro. intendit priuatum motum omnino, i. in omnīre. & iam diximus in præcedentibus, q̄ multa carent nomine. Veruntamen qui nihil penitus timet, neq; terræ motus neq; procellas, hic eſt amēs & inſenſibilis ad dolorem: ſicut narratur de Celtis. Ille vero, qui ſuperfluit i bello ſuper res timoroſas, eſt procax. & putatur de procace q̄ ſit ſimulator fortis.

audinis. vult enim vt appareat audax super res timorosas atq; fortis. utitur igitur assimilari et quantum potest. & cum hoc inuentūtur plures eorū timidi procaces. & hoc, quoniam irruunt audacter, sed non sufferunt terribilia, superexcedēs autē in metu est timidus. et hunc de necessitate sequitur vt sit timens, à quo noti est timendum, & vt non oportet, & quando non oportet, & vbi nō oportet. & est deficiens à securitate & à vita delectabili, & superfluit in tristitia, i. tristatur & timet nimis. & propter hoc fit res eius manifestior in his. Timidus itaq; modicā habet fiduciā & difficilem, & expauescit ab omni re: fortis vero contrarius est ei: eò q; audacia existit ei, qui multam habet confidentiā, & facilem. Timidus itaq;, et procax, & fortis circa has tres inueniuntur ac diuersificantur in ipsis. nam procax superfluit in ipsis: & timidus deficit: & fortis medius existit in eis, agens eas quemadmodum oportet. & procax præceps est, & anhelat ad ingressum terribilium: ferè autem experiens declinat eas ab eis. & fortis vero, quādo experitur actiones, redditur acutus & agilis, & ante hoc existit morosus. Fortitudo igitur, vt diximus, medietas est in eo quod est inter timorosa & audacia. & hæc sunt, de quibus diximus, q; fortis eligit in eis decentia & tolerat ea: & diuersum huius turpe reputat. Dixit. Eligere autem mortem fugiendo egestatem, aut amorem, aut aliquas tristitiarum non de natura fortis est, sed potius timidi. & hoc, quoniam fugere ab inferente dolorem vel tristitiam turpe est. et tolerat hoc fortis, quia pulchrū sit: sed fugit à malis. Quod ergo se habet isto modo, fortitudo est.

### *De quinque modis fortitudinis non uerè.* Cap. VIII.

DIcuntur autem etiam aliæ fortitudines quinq; modis. Primum ciuilis: maxime enim ea similis est: quippe cùm ciues tum ob mulctas & opprobria, tum ob honores legibus institutos pericula subeant: atq; ob id fortissimi esse videātur illi, apud quos sicut ignauis ignominia, ita fortes honore afficiuntur. tales etiam Homerus inducit: vt Diomedem, & Hectorem.

» Næ mihi Pulydamas faciet conuicia primus.
& Diomedes:
» Sic aliquando inter Troas iactabitur Hector:
» Tydides metuens à me est in castra fugatus.

Atq; hæc quidem fortitudo illi maxime, quę prius dicta est, assimulatur, propterea q; ob virtutem existit: ob verecūdiam siquidem, & honesti appetionem, honoris scilicet, & opprobrij, quod turpe est fugiendi causa. Eodem referre etiam eos quispiam posset, qui ab ijs, qui principatum obtinent coguntur: peiores tamen in eo sunt, q; non ob pudorem, sed ob timorem id faciunt: atq; vt non quod turpe, sed quod molestum est, fugiant. cogunt enim illi qui potestatem in alios habent: vt Hector:

» Si vero pugnam quem detrectare videbo:
» Is certe nulla poterit ratione cauere,
» Quin auibus, canibusq; obiectus p̄da voret.
» Et qui imperant, & si recesserint, verberant,

idem faciunt: necnon qui ante fossas, vel talę quippiā acies instruunt: omnes enim cogūt. Verum non ob necessitatem, sed ob honestatem fortē esse oportet. Videtur autem vniuscuiusq; etiam rei experiētia fortitudo quædā esse: vnde etiam Socrates fortitudinem esse scientiam existimabat. Ac tales quidē alij alijs in rebus sunt: in bellicis vero milites: quippe, cùm multę vanę res belli esse videantur, quas ipsi maxime exploratas habent. vnde ob id fortes videntur, quia cuiusmodi res illæ sint, alij ignorant. atq; ita & subire eas, & nihil pati ex peritia militari maxime possunt. Item et cauere, & percutere, cùm armis vti valeant, eaq; habeant, quæ & ad faciendum & non patiendum maxime idonea sunt. vt cum alijs quasi inermibus armati, & quasi certandi imperitis athletæ ipsi decertent. In huiuscemodi enim certaminibus non fortissimi quiq; pugnacissimi etiam sunt: sed qui robore maxime prædicti sunt, corporaq; optima habent. Nam milites timidi tunc efficiuntur, cùm vel crescit periculū, vel copijs & apparatibus destituūtur: primi enim fugiūt. at ciuilis exercitus manet, mortemq; oppetit. Id quod in Hermæo contigit: huic. n. turpe est fugere: morsq; huiuscemodi saluti anteponenda. illi vero initio tanquam superiores periculis sese exponunt: cognita deinde re fugiunt, mortem magis q̄ turpitudinem metuentes. sed vir fortis talis minime est. Et iram quoque in fortitudinem referunt. fortes enim videntur esse illi etiam, qui iracunde perinde ac feræ contra vulnerantes feruntur. propterea q; fortes iracūdi esse consueuerūt. ira enim est maxime ad pericula subeunda p̄rrectrix, ac præcipitatrix. vnde etiā Homerus: vires injicit ira: &, animos irāq; ciebat: &, p nares acris subijt furor: &, sanguis ferbuit intus: omnia enim eiusmodi excitationem atq; impetum iræ significant. sed fortes quidem honestatis causa agunt, ira tamen ipsos adiuuat: feræ autem ob dolorem: propterea quòd enim vel percussæ sunt, vel timent incitantur: nam si in syluis vel saltibus suis fuerint, non irruunt. Non igitur fortes sunt: quippe quæ dolore & ira in periculum impulsæ feruntur, nihil mali ac molesti præuidentes. nam eo modo etiam asini essent fortes, cùm esuriunt: qui si etiam verberentur, à pabulo minime recedūt. Quin etiam adulteri multa ob libidinem audacia perpetrant. non igitur sunt fortes, qui ex dolore, aut ira in periculum impelluntur. Maxime autem naturalis esse hæc videtur, quæ est ex ira; videturq; esse fortitudo, vbi electionem, & id cuius causa faciendū vnūq;dq; est, assumserit. & homines etiā cū irascūtur, dolēt; lętātur cū vlciscuntur,

* a.l. incitamix.

qui



qui autem ob hæc faciunt quippiam, pugnacęs quidem sunt, sed non fortes: quippe cùm non honestatis causa, neq; vt ratio prescribit, sed ob affectum agant: similitudinem tamen quandam habēt. Neq; etiam illi, qui bene sperant, fortes sunt, nam propterea in periculis confidunt, quia & sæpe & multos vicerunt: similes tamen sunt, eò q; vtriq; sunt confidentes. sed fortes ob antedicta confidunt: hi autem, quia se superiores esse, nihilq; mali vicissim perpessuros existimant: id qd ebrij quoque facere consueuerunt: in bonā enim spem inducuntur: cùm vero ipsis talia non contingunt, quæ sperauerant, fugiunt. At vero fortis viri erat, ea quæ terribilia homini et sunt et videntur, ea de causa sustinere, quia id facere honestū: non facere turpe est. Ideo esse etiam fortioris videtur in improuisis terroribus intrepidum, imperturbatumq; sese præstare, q̄ in conspicuis: ex habitu enim id magis proficiscitur, minusq; ex præparatione. Nam quæ antea palam fiunt, ex consideratione q̄spiam eligere ac ratione potest: quæ repēte accidūt, non nisi ex habitu. Fortes etiam videntur esse illi qui ignorant: & sanè non longe ab sunt à bene sperantibus: in eo tamen sunt peiores, q̄ hi nullam habēt sui existimationem: illi habent. vnde etiam aliquandiu manent: hi vero decepti si vel cognouerint aliud quid esse, vel suspicati fuerint, fugiunt. Id quod Argiui fecerūt, cùm in Laconas quasi essent Sicyonij, incidissent. Quales igit sint fortes viri, & qui videantur fortes, dictum iam est.

Primus modus.

DIxit. Dicitur autem fortitudo aliter quinq; modis. Primus modus est fortitudo ciuilis, videtur enim magis proprius homini post fortitudinem, quæ est sm veritatem. & hoc, quoniam ciues videntur periculosa tolerare propter hoc, q̄ mandāt leges ex pœnis & opprobrijs infligendis et qui fugerit à bellis: & propter honores exhibēdos ei, qui perseuerauerit in ipsis. & propterea putatur de eis q̄ sint fortissimi hominū, eò q̄ timidi sint viri opprobriorum, fortes vero sunt viri honorum. Hæc autem fortitudo similis existit fortitudini, quam determinauimus primitus: eò q̄ ipsa fit quidem propter virtutem modo quodam, cùm sit qui dem propter verecundiam, & desyderium pulchri: videlicet propter consecutionem honoris & fugā opprobrij, cùm sit opprobrij turpe. Neq; similes existūt eis, qui fortitudinem exercent propter necessitatem et coactionem principantium ipsis & minantium pœnas, si non perseuerēt. & propterea viliores sunt istis, qui fortitudinem exercent timoris causa non verecundiæ, & fugientes triste non turpe. & hoc, quoniam dominum pellunt consecutores suos ad fortitudinem. sicut fecit Hector, quando dixit, quem vero videro fugientem à bello, proijciam ipsum lupis & auibus ad deuorandū. Et idem factū faciunt illi, qui mandant vt percutātur illi, qui fugiūt à bellis, & illis, qui fortitudinē exercent propter coactionem & necessitatem: quia actiones ipsorum perseuerare faciunt in fortitudine. Non sunt autem isti fortes, oportet enim vt fortis faciat hoc quod facit, non quoniam coactus ad hoc, sed quoniam videt, q̄ est factum decorum. Secundus autem modus fortitudinis est, qui fit propter peritiam & experientiam in vnaquaq; rerum. & propter hoc putabat Socrates fortitudinem esse scientiā. Et inueniuntur quidem homines præualere propter experientiā in vnaquaq; rerum quas frequentant, ideo milites inueniuntur in bellis in hac dispositione. in bellis nēpe multæ res nouæ ac recentes emergunt, quarum isti proprie certitudinem habent. Videntur itaq; fortes, eò q̄ fortitudinem habēt siue potentiam operandi in bello ea, quæ non possunt, alij operari, propter hoc quod habent de scientia in ipsis. securantur ergo ab occasionibus, quas parant eis alij: & propter multiplicem aptitudinem ipsorum possibile est eis vt præsciant se ab incursu rei cuiuslibet. & sunt potentes ad inferendum quælibet inimicis suis ex potentia, quam habent super vsum armorum. cùm sint in dispositione, qua præparātur eis vt noceant ipsi inimicis absq; receptione nocumenti ab eis. Sūt igitur habentes se tāquam armati, conflictum habentes cum inermibus, & tāquam edocti ad bella, præsciunt cum ignaris artis bellandi. et hoc, quoniā in huiusmodi non fortes præcellentes sunt in bello, sed qui sciētiores sunt artis præliandi: quemadmodum bellicosiores ferūt robustiores, & quorum habitudo corporis existit valitudinis habitudo. D. At vero milites superexcrescēte periculo & multitudine præualente eorum præparationi tribuunt, & primi sunt fugientium mortē, sed fortitudinem habentes ciuilem, perseuerant mortem expectantes: eò q̄ existimant fugam turpem, & mortem eligibiliorem euasione cum fuga opprobriola. Et eruditi, quidē in bellicis in principio rei vtiliter agūt, confidentes de peritia quam habent: cognoscentes autem mortis instantiam, in fugam conuertunt, amplius mortem metuētes q̄ fugæ turpitudinem. fortis autem non sic: fortitudinis enim aduertit decorem, nō rem extrinsecam. Tertius vero modus fortitudinis est fortitudo proportionata furori, putat enim q̄ quitacit ab q̄ propter irę exuberātiam, fortis existit in hoc. & ista est fortitudo, quæ feris attribuit, quę insultum faciunt in prouocantes eas. & istud etiam putat eò q̄ fortis sm veritatem nascit in hora, qua exercet fortitudinem: intendo q̄ putat propter istud conuersum, q̄ quatus sit fortis. & est quidem fortis ira tus: eo q̄ incitabile est, q̄ prouocetur in hora agonis. & cōflictus ira ipsius, quemadmodum dixit Homerus describens feritem, deiecisse ergo eum per hoc, q̄ iratus, & q̄ impugnans eum excitabat in eo vim iracūdiæ: & q̄ ebullibat sanguis eius. omnes ergo res istæ, intendo quæ accidunt in hora, significant sup incitationem irę & eius prouocationem: verūtamen fortis agit hoc, quod agit, propter decorem. & ira promouet eius actionem: feræ autem agunt propter illatam molestiā: intendo, propter verbera, aut metum. nam, si essent in latebris suis aut speluncis, non prosilirent. Non est igit fortitudo, cùm fuerit instigatio ad actiones dolor & iracundia absq; aliqua præsumptione periculorum. & si nō esset hoc, quod accidit in eis hora famis suę, q̄ non dimittūt prædam, quāuis percutiantur, habentes se ad similitudinem virorum fortitudinis. Quartus vero modus est fortitudo concupiscentiæ, amatores enim audacter aggrediuntí terribilia causa cōcupiscētiæ. & verisimilius est vt sit ex parte naturæ concupiscentialis, q̄ vt sit ex parte iracūdię: Et quando ad eam relata fuerit eligentia & cōsultatio rei, cuius gratia fit, conuerteretur in fortitudinem. & homines, quando irascuntí, anxietatem sustinent: cùm vero victionem adipiscuntí, delectātur. qui itaq; horū gratia bellicosi existunt, nequaquam sunt fortes. nō enim quod agunt, agūt propter decorum, neq; sm q̄ dictas

Secundus modus.

Tertius modus.

Quartus modus.

descripto

descriptio propter accidens aliquod. verūtamen habent aliquid simile ei quod habent fortes, & propter illud fortes nominant. Quintus autem modus est, qui fit propter frequentem victoriam inimicorum: intendo propter assuetudinem. & hæc etiam non est fortitudo. illi enim qui multam de seipsis habent confidentiam propter consuetudinem non sunt fortes. nō enim sunt audaćter habentes in grauioribus, nisi quia sæpe vicerunt gentes multas: similantur autem fortibus, eò ꝙ vtrięq audent. attamen fortes audēt propter ea, quorum præcessit memoratio: isti vero propter credi tionem suam, ꝙ valentiores sint eis qui contra agunt: & ꝙ non recipient ab eis nocumentum. & simile huic facto agunt inebriati propter illud, ad quod deuentūt in hora ebrietatis ex confidentia de seipsis. quando vero non euenit eis res ſm ꝙ putabant, fugiunt: perseuerantes autem agere in rebus timorem incutientibus hominibus, & de quibus apparet ꝙ sint tales de natura, fortis est. & facit quidem fortis hoc, eò ꝙ videt ꝙ factum decorum est, & ꝙ desistere ab eo turpe. Et propter hoc putatur de forti, ꝙ est intrepidus subitos irruentibus: & ex improuiso intrepidus & intrepidus: quinimo fortior existit in his ęę in paulatinis & apparentibus ipsi, antequam incidat in ea: & hoc, quoniam iste timor accidēs forti est quidem magis & minus ex parte dispositionis: intendo illam, quæ est actu, non ex parte aptitudinis. In rebus autē manifestis atq; apparentibus, antequam cadat in eas, cogitat homo & discernit eas & eligit: res autem subitaneas ſm quantitatem habitus, t. actu existentis. nam non est in his possibilis consiliatio. Et tam putatur de ignorante rem, quòd fortis: sed non est longe à bene confidente. attamē vilior eo existit, ideo ꝙ cōfidētia illi est radix subiecta, cui innixus operat: isti vero nihil tale existit, & propterea non perseuerat aliquo tempore: intēdo propter ignorantiam eius, & confidentis quidem tollitur fiducia. Dixit. Illi autem, qui prosiliunt ad bellādum per modum astutię contra aliquam gētem appropriatam, percipientes quidem aut eximētes: ꝙ quibus bellantur, alij sunt ab his, quibus bellari intendebant, fugiunt: quemadmodum fecerūt Græci percipiētes adesse in bello Lacones, cùm ipsi exiuissent contra Sycionios dimicaturi.

Quintus modus.

## De *proprietatibus fortitudinis.*
## Cap. IX.

QVamuis autem circa fiducias & timores versetur fortitudo: nō simili modo tamen in vtrisq;, sed in timendis rebus magis spectatur. qui enim in his imperturbatus fuerit, sicutq; debet se gesserit: is magis est fortis, ęę qui in illis, quę fiduciam afferunt. Tolerandis igitur molestis rebus homines, sicut dictum est, fortes dicuntur. vnde etiam molesta res est fortitudo, & merito laudatur: quippe cùm molesta sustinere, ęę à iucundis abstinere difficilius sit. Verūtamē fortitudinis finis iucundus quidē esse videri potest, sed obscurari tamen ab ijs, quę circum ipsum acciduut: quemadmodum in gymnicis certaminibus euenit. Pugili enim iucundus sanè finis est, cuius causa agit, coronæ videlicet et honores: verbera vero, cū sit carneus, dolorem afferunt: atq; omnis demum labor molestus est. quia autem hęc multa sunt, finis ipse cuius causa certamen subijt, parua res cū sit, nullam in se habere iucūditatem videtur. Si igitur circa fortitudinem idem est, mors & vulnera molesta quidem erunt forti viro, & inuito contingent: sustinebuntur tamen, qa id facere honestum, non facere turpe est. Ac quò magis omni virtute ornatus, & felicior fuerit, eò magis ob mortem dolebit: quippe cùm eiusmodi vir maxime dignus sit, qui viuat: maximisq; bonis sciens priuetur: quod dolorē affert. nihilo minus tamen fortis erit: & fortasse etiam magis, quia honestatem in bello omnibus his anteponit. Non igitur in omnibus virtutibus inest, vt cum iucunditate operemur: nisi quatenus finem ipsum attingimus. Nihil autem fortasse prohibet, qn milites optimi sint illi, qui nō modo tales, sed etiam minus fortes, & nullo alio bono præditi sunt: hi enim prōpti sunt ad pericula: obeūnda, vitamq; cum paruo lucro cōmutant. Ac de fortitudine quidem hactenus dictum sit. nam quid ea sit, ex antedictis figura quadam comprehendere non est difficile.

DIxit. Iam itaq; determinauimus fortes ſm veritatem, & eos de quibus putatur, ꝙ fortes quidem homines sunt. Et ostitudo quidem inuentur in rebus timorosis, & in rebus periculis audaciæ: sed nō ſm similitudinem: nam: nimo dignum est vt sit vigorosior in timorosis, qui enim intrepidus persistit in his rebus, ſm dispositionem quam oportet, amplioris est fortitudinis, eò ꝙ sufferet ea, quæ pertinent audaciæ. D. Restatur est, vt diximus, quoniam sufferunt tristia. & ideo sit fortitudo contristans. & dignum qdem vt laudetur amplius ęę temperātia: sufferre etenim tristia difficilius est ęę à delectantibus se cohibere. D. Attamen finis intentus per fortitudinem delectabilis quidem videt, nisi ꝙ occultatur eius delectatio per tristia circūstantia ipsum: vt contingit in agonis & conflictibus, quorum finis quidem delectās, puta præmia & honores: exceptio vero verberum dolorosa, cū carnes attingat. & similiter omnis dolor fiens ex multiplicatione verberum, & res, causa cuius incumbunt tristia, ad hoc deuenit, vt non appareat in ea delectatio esse sit in ea. Strictē sic se habeat in fortitudine, sunt mors & vulnera, fortè quidem tristia & inspontanea: tolerat autem ea, aut quia pulchrum, aut quia nō tolerare turpe. Et quanto fuerit virtutis psectioris & amplioris felicitatis, tanto plus de morte tristabit. qui enim in hoc statu fuerit, dignissimus est vita. & hoc, quoniam priuatur bonis magnis valde, & hoc est scīēs ipse: hoc autem est res contristans. verūtamen non contristatur ex hoc propter defectum, quem habeat fortitudinis. fortassis autem præelectio eius rei decore, quā lucratur in bellis, amplior est illis rebus, quibus priuaī per mortem. Et per hanc causam deuenit ad hoc res decora, vt delectet intellectum in omnibus virtutibus: verūtamen hoc proprie sic fit, finem intērum animaduertendo. Dixit. Fortassis autem nō est quid prohibeat, qui in strenuitate militari inuentaī, qui non est in hac habitudine fortitudinis, immo minoratus ab ea: & est ille, cui non est aliquid aliud laudabile, cuius timeat amissionem



amissionem per mortem. talis igitur paratus est vehementibus periculis, & seipsum lucris modicis exponit. D. Hoc est igitur quod oportuit dicere de fortitudine: nec erit nobis difficile scire ex eo, per qđ determinauimus, eam ſm viam descriptionis quid est.

## De *temperantia, & eius extremis.*
## Cap. X.

POst hanc autem dicamus de temperantia: hæ enim irrationalium partium esse virtutes videntur. Ac temperātiam quidem mediocritatem esse circa voluptates à nobis dictum iam est: nam minus, nec simili modo circa dolores versatur. in his etiam intemperātia existit. Circa quales vero sit voluptates definiendum est: animæq; ac corporis voluptates distinguēdæ: vt ambitiositas, & discendi cupiditas. vterq; enim ex his ea re gaudet, cuius est cupidus: corpusq; minime, sed cogitationē potius affectam habet. atq; hi qui in talibus voluptatibus cōstituti sunt, neq; temperantes, neq; intemperantes dicuntur. non secus etiā qui in alijs sunt, quę ad corpus non spectant. qui enim fabularum, narrationūq; studiosi sunt, & de quibuslibet rebus colloquēdo dies conterūt: nugaces appellare consueuimus, non intemperātes. neq; eos intemperantes dicimus, qui vel pecuniarū, vel amicorum causa dolore afficiūtur. Sed circa corporis voluptates temperantia solūmodo versatur: atq; eas non omnes. Qui enim ijs gaudent, quæ visu percipiūtur, vt colore, figura, pictura: neq; temperantes, neq; intemperantes dicuntur: licet esse videantur: & vt oportet, etiam his, & per excessum, & defectū gaudeant. Simili modo in ijs, quę ad auditū pertinent. neq; enim quispiā vel eos qui supra modum cantibus, aut fabularū actione oblectantur intēperantes: vel eos, qui vt oportet, idem faciūt, temperantes appellarit. Neq; itē eos, qui odoribus gaudent, nisi ſm accidens. nam qui malorum, vel rosarū, vel suffimentorum olfactu delectantur, minime vocamus intemperantes: sed eos potius, qui vnguentorum, aut opsoniorum odore illiciuntur: quippe cū his propterea oblectentur intemperantes, qa per hæc in recordationē concupitarū rerū venire cōsueuerūt. Videre.n. ēt quoslibet alios licet, cū esuriūt, cibariorū odoribus oblectari. at vero talibus oblectari intēperantis est: ab eo.n. concupitæ res eiulmodi sunt. Adde ꝙ neq; cæteris animalibus ex his sensibus voluptas percipitur, nisi ex accidenti. nam neque canes odore leporū, sed comestione gaudēt: sensum vero odor præbuit. neq; leo bouis vocę, sed esu lætatur: ex voce autem prope eum esse cùm senserit, ea videtur oblectari. simili modo neq; si viderit, aut inuenerit cervum, vel syluestrem capram, voluptate aliqua afficitur, nisi quia cibum inde habebit. Circa eius modi igitur voluptates temperātia & intemperantia versatur, quæ cæteris quoq; animalibus cōmunes sunt: seruilesq; ob id ac ferinę habētur. hę autem sunt & tactus, & gustatus. Sed gustatu parum vel nihil vti videntur: qppe cùm gustatus indicium saporū sit. id quod faciunt ij, qui vel vina explorant, vel opsonia condiunt. at non admodum his oblectantur, vel non quatenus intēperantes, sed fruitione ipsa, quæ tota per tactum efficitur in cibis, in potibus, & ijs quæ venerea nuncupanī. Vnde gulæ deditus quidā Philoxenus Eryxius guttur sibi longius gruis collo dari optabat: vtpote qui tactu oblectaretur. tactus autem sensuum est maxime cōmunis, circa quē intemperantia versatur. Et merito esse vituperabilis videri propterea debet: quia nobis inest, non quatenus homines, sed quatenus sumus animalia. Talibus igitur oblectari, & acquiescere ferinum est. Nam voluptates, quæ maxime liberales per tactum efficiuntur, exceptæ ab his sunt: vt illæ sunt, quæ in gymnasijs per frictionem calefactionemq; fieri consueuerunt. non enim circa totum corpus, sed circa partes quasdam intemperantis tactus versatur.

DIxit. Et nos quidem determinabimus post hoc de re temperantiæ. videnī etenim ambæ hæ virtutes esse quidem partibus animæ irrationabilibus. Et tam diximus ꝙ castitas medium existit delectationū. & tam inuenī in tristitijs etiam, sed minus ęę in delectationibus & dissimiliter. & incastitas et opposita circa easdem res inuenī, circa quas castitas. nos autē determinabimus hic delectationes, in quibus inuenī, & quæ delectationes sunt. Dicimus ergo, ꝙ virtutū, quę inueniuī in delectatione, quædam sunt corporales, et quædam animales. & animales quidem, vt appetitus honoris & appetitus scientiæ. de vtrisq; enim horum, quando receperit homo hoc, quod amat, gaudet, præterquam partaī aliqua pars corporis: sed quod partatur ex eo intellectus est. neq; de affectis his delectationibus dicīt, ꝙ castī neq; ꝙ incastī. & similiter non dicitur de affectis reliquis delectationibus, quæ non sunt corporales. & hoc, quoniam eos, qui amant historias & fabulas, & eos qui finiunt dies suos in loquendo de quacunq; re contingat, nominamus quidem eos exercitatores, intemperatos autem non. neq; etiam nominamus sic eos, qui gaudēt pecunia & amicis, & tristantur eorum amissione. Quādoq; sic sit, tunc castitas est quidē in delectatione corporali, nō in hac omni. Nam eos, qui gaudent de eo quod apprehendit visus, vt coloribus & figuris, non nominamus castos neque incastos. & si putei de istis, ꝙ gaudent in his rebus quomodo oportet, & amplius ęę oportet, et minus ꝙ oportet. Et similiter se habet in eo quod apprehendit auditus. nemo enim incastos nominat eos, qui supflue gaudēt consonantijs, & repræsentationibus: neq; castos eos, qui

qui quomodo oportet. Neq; eos qui gaudent, eò ꝙ apprehẽdit odoratus: nisi fortasse nominemus eos sic per accidens. etenim eos qui gaudẽt pomorum odoribus, & rosarum, & thuris nõ nominamus incastos, sed eos, qui coquinæ, & pigmentorum & pulmentorum. nam gaudet his incastus, eò ꝙ faciunt eum rememorari desyderiorum suorum. Videmus autem quosdam alios, quando esuriunt, gaudere odoribus cibariorum: quod equidem incasti est: eò ꝙ ad hoc sunt eius desyderia. Neq; etiam inuenit delectatio cæteris animalibus grestibus in his tribus sensibus, nisi fuerit per accidens. canes enim non gaudent odoribus leporum, sed comestione: & odor ducit eos ad sentiendum ipsos. neq; ẽt leo gaudet voce bouis, sed comestiõe eius: per vocem autem eius sentit, ꝙ est propinquus ei: et propter hoc videmus eum gaudẽtem ad vocem eius. similiter non gaudet quando viderit, aut inuenerit ceruum vel hircum syluestrem: imo gaudet eo quod inuenit, quo pascatur. Castitas & incastitas non inuentunt nisi in hutusmodi delectationibus, in quibus participat homo reliquis animalibus. & ꝓpter hoc fit vt sensus, qui eas apprehendunt, proportionentur ferus & feris. & sunt sensus & tactus & gustus. Et parens est de eis in re gustus, ꝙ ipsi aut parum sunt vtentes eo, aut non vtũtur eo penitus. et hoc, qñ discrepatio saporum est quidem per sensum gustus: quomodo factũt illi, qui potus probant, & qui fercula coquinæ sapida reddunt suis cõdimentis. D. Incastus autem ferè nõ gaudet rebus istis metipsis: sed gaudet quidem, eò ꝙ apprehẽdit tactum tantum ex cibis & potibus & cottu. Et ꝓpter hoc optabat vnus ex ipsis, cùm esset amator ferculorum coquinalium, vt ellent lauces eius longitudine tauctum gruis, vt prolõgaret delectatio in tactu cibalium. communiter igit sensuum, intendo inuentũ in omnibus animalibus, est sensus ille, penes quem fit incastitas. Et tutum est nos opinari à nobis, ꝙ sensus iste opprobriosus est nobis, cum non sit nobis sm ꝙ nos sumus homines, sed sm ꝙ nos sumus animalia. Declinare igitur ad hæc sensibilia, & vehementer diligere ea, equidẽ de natura ferarũ. D. Oportet autem vt separemus ab his delectationibus tactualibus, in quibus inuenitur castitas & incastitas, eas, quæ maxime conueniunt liberalibus: & sunt illæ quæ fiunt in exercitatione extricatione & calefactione. & hoc, quoniã tactus iste fit per totum corpus: tactus vero per quem delectatur incastus, non fit in toto corpore suo: sed fit equidem in quibusdam membrorum suorum.

### *Diuersitas cupiditatum species esse.*
*Cap. XI.*

AT vero cupiditatum aliæ cõmunes videntur esse, aliæ proprię, atq; appositiæ. vt alimenti cupiditas naturalis est: siccum enim vel humidum alimentum, vel ẽt vtrumque, cùm indigent, omnes cupiũt. quin etiam appetit & iuuenis, vt inquit Homerus, florẽsq; cubile: tale vero ac tale, vel eadem non omnes, iccirco nostrum esse id videtur. Habet tamen & aliquid naturale: quippe cũ alia aliis iucunda sint, & omnibus suauiora quædam sint cæteris quibuslibet. In naturalibus igitur cupiditatibus pauci: atq; hi in vno, i. nimio peccant. qui enim comedit vel vilia quę libet, aut bibit, quoad supra modum replentur: is multitudine naturalis cupiditatis terminos excedit. naturalis enim cupiditas indigẽtiæ repletio est. atq; iccirco huiusmodi homines ventrifurentes appellantur: propterea ꝙ vltra q̃s deceat, ventri replendo studeant. actales quidem euadunt ij, qui seruili admodum ingenio præditi sunt. Circa vero proprias cupiditates multi, ac multis modis peccãt. nam cùm talis cuiusdã rei studiosi homines dicantur, quia oblectantur vel quibus non oportet, vel magis q̃ plerisq; faciãt, vel nõ vt oportet, vel non quo oportet: in omnibus sanè intemperãtes excedunt: quippe qui & gaudẽt nonnullis, quibus nõ oportet, quę odio prosecto digna sunt. & si aliquibus gaudendum est, magis q̃ oportet, quàq; plerisq; gaudeãt, id facere cõsueuerunt. Atq; excessum qdem circa voluptates intẽperãtiam esse ac vituperabilem plspicuum est. Circa autem dolores nõ quemadmodum in fortitudine, ita hic sustinẽdo temperans, non sustinẽdo intemperans dicitur: sed intemperans vnusquisq; est, dum propterea ꝙ iucunda non consequitur, magis q̃ oportet, dolet: doloremq; ipsi affert voluptas: tẽperans, dum absentia, abstinentiaq; voluptatis nullo dolore afflicitur. Intemperans igitur iucunda omnia appetit, vel ea quæ maxime iucunditatẽ afferunt: ducitursq; à cupiditate adeo, vt ea omnibus alijs antepona t: atq; ita fit, vt doleat, dum & voto frustratur, & cupit: quippe cũ non sine dolore cupiditas sit. dolere autem ob voluptatem absurdum videtur. At qui deficiant circa voluptates, minusq; q̃ oporteat, illis oblectẽtur, non ferè inueniuntur: talis enim stupiditas humana non est. nam cætera animalia cũ delectum ciborum habeant, alijs oblectantur, alijs minime. si vero quispiam sit, cui nihil sit iucundum, nullaq; inter hunc & illum cibum differentia sit: is sanè procul esse ab hominis natura videtur. Quocirca quia eiusmodi homines non admodum esse consueuerunt, effectum est, vt ne nomen quidem vllum consequuti sint. Temperans autem circa hæc mediocriter se habet: nam neq; ijs oblectatur, quibus intemperans maxime consueuit, sed potius ægre afficitur: neq; omnino ijs gaudet qbus non oportet: neq; vlla aliqua huiusmodi re vehemẽter oblectatur. neq; si absit, dolet: neque cupit nisi mediocriter: neq; magis q̃ decet, quapiam re, neq; quando non decet, afficitur: neq; demum tale aliquid appetit: sed ea tantummodo iucunda, quę vel ad sanitatem, vel ad bonam habitudinem faciunt: atq; ea quidem mediocriter, & sicut decet. & cætera etiã, quæ his impedimento non sint, *vel pter honestatem, vel supra facultates. nam qui ita facit, magis tales voluptates amat, q̃ dignum sit.

*a. l. vel quitum ad honestatẽ spectat, vel facultates.



sit. At temperans non eiusmodi est, sed sicut recta ratio præscribit.

DIxit. Vtrum autem ex concupiscentijs aliqd commune esse, omnibus animalibus, & aliquid proprium: vt concupiscentia cibi & naturalis est & communis. omnis nãq;, cutus corpus indigens est cibo, desyderat cibum humidum aut siccũ. & fortutu vtrũq; simul & adolescens & pfectus desyderat cum eis cotum. desyderium autem huius cibi vel illius vel vnius eiusdẽ cibi, non est omnis, cuius corpus indiget nutrimento. Et propter hoc cõtingit vt sit desyderium istarum rerum ex parte nostri, i. per electionem nostram: & tamen non est quidem totũ ex parte nostri. Verum in hoc est aliquid naturale. & hoc quoniam homines diuersificant in eis: eò ꝙ delectat eos naturaliter. quendam ergo delectat aliquid, et altũ aliud ab hoc: & quędam delectant quosdam plus q̃ alios. D. Pauci vero sunt, qui peccãt in vtẽdo desyderijs naturalibus: quando vero accidit in his peccatum, plurimum illius fit in re vna, sin pluri. qui enim comedit & bibit hoc quod cõtingit eum desyderare naturaliter, donec superfluat in repletione ex ipso, pertransit quidem rẽ naturalem in multitudine. desyderium vero naturale non est nisi ad replendum, quod diuersificauit defectio, & non excedit ipsam vsq; ad additionem. Et propter hoc dicitur de eis, qui excedunt in hoc vsq; ad additionem, ꝙ sunt domini ventrii siue ventriculi: eò ꝙ implent ventres suos amplius q̃ indigeant: & in hac dispositione inueniuntur serui. In delectationibus autem proprijs multi ex hominibus peccãt multis modis. & hoc, quoniam multi amatores huiusmodi rerum, peccãt in eis: aut quia delectantur aliquo, quo nõ oportet delectari: aut quia vtuntur eo amplius quàm oportet: aut quia vtuntur per modum, quo communitas hominum vtitur his rebus: aut secundum quòd non oportet. iam ergo patet, quòd incastitas superfluitas est in delectationibus, & quòd vituperabilis. In tristitijs autem non dicitur aliquis incastus, quia tolerat ea & suffert: sicut dicitur in eis fortis. neque dicitur incastus, quando non tolerauit eas. verũtamen iam non nominatur etiam castus, eò ꝙ non tristeł propter carentiam desyderat. Incastus ergo cõcupiscit omnia delectabilia, & ex delectabilibus delectabiliora: & peruenit ex prosecutione concupiscentię ad hoc vt semper cuncta eligat delectabilia: ideoq; angustiaꝛ cùm non acceperit ea desyderans ens, & hoc, quoniam desyderium tristitia sequitur, ꝓpter priuationem rei delectantis. atctamẽ inconueniens videł propter causam delectabilis contristari. D. Et ferè non est inuenire hominem deficiẽtem ab omnibus delectationibus: intendo vel gaudeat eis minus q̃ oportet: eò ꝙ hæc maneries insensibilitatis non est de natura hominum. et hoc, quoniã cætera animalium discernunt species nutrimentorum, & quibusdam eorum delectantur, quibusdam vero non. Vt ergo inueniaꝛ aliquis, cui nihil sit delectabile, longe est abesse hominis. et propter paucitatem inuentionis eius non est positum et nomen. Castus itaq; medius est in istis. non enim delectatur quibus delectaꝛ incastus proprie: quin immo molestatur. & non delectatur penitus, quo non oportet delectari: neq; vehemens fit desyderium eius ad aliquid ex istis: & non angustiaꝛ, quando tolluni delectabilia, & non cõcupiscit nisi sm quantitatem moderate, neq; amplius q̃ oportet, neq; in hora, qua non oportet, neq; quod non oportet: & vniuersaliter non desyderat aliquid immensurate. Res vero sanitati pertinentes & æqualitati habitudinis, & cum hoc habentes delectationem, desyderat in quantitate mẽsurata, & quomodo oportet: reliquas vero delectationes dimittit: aut ideo ꝙ recedentes sunt à bono: aut quia impedimentum præstantes substantiæ nostræ in complemẽto. & hoc, quoniam qui festinat ad istas delectationes, amat delectationes amplius q̃ mereaꝛ. sed castus nõ sic: immo desyderat sm imperium discretionis sanæ vel rectæ rationis.

### *De temperantiæ extremis.* *Cap. XII.*

INtemperantia vero spontaneo magis similis, q̃ ignauia videtur: quippe cum hæc ex voluptate, illa ex dolore existat: ex quibus altera eligenda: alter fugiendus est. Ac dolor quidem exturbat & corrumpit naturã eius, qui eo afficitur: voluptas autem nihil tale facit. Magisq; spontanea est: atq; iccirco maiori opprobrio prosequenda. Nam & assuescere his rebus, cùm plures in vita hominum eiusmodi sint, facilius est: & assuetudo ipsa periculo vacat. in formidolosis autem rebus contrarium est. Ignauia etiã non simili modo vt particularia esse spontanea videri posset: ipsa. n. doloris est expers: res autem particulares dolore adeo exturbant, vt & arma abijcere, & cętera indecore gerere homines non vereãtur: atq; iccirco esse etiam violentæ videntur. At intẽperanti econtrario euenit. particularia. n. quippe cùm ea cõcupiscat, atq; appetat, spontanea sunt: totum autem atq; vniuersum minus. nemo. n. est, qui intemperãs esse cupiat. Nomen autem ipsum intẽperantiæ seu incastigationis de puerilibus peccatis dicere consueuimus. vtrum vero ab vtro dicatur, nihil ad præsens negocium refert: posterius enim à priore dictum esse satis constat: ac non male videtur fuisse trãslatum. nam quod turpia appetit, incrementumq; magnum accipit, castigandum est ac temperandum: huiusmodi autem maxime est & cupiditas & puer: quippe cùm & ex cupiditate viuant pueri, & maxime in ipsis voluptatis vigeat appetitio. Si igitur non obediens, neq; imperãti subditum id fuerit, longe lateq; efferetur: insatiabilis siquidem rerum iucundarum appetitio est, & stulto vndecunq; occurrit, cupiditatis prætereа operatio quod cognatum sibi est, auget: & si magnæ vehementesq; fuerint cupiditates, rationem extrudunt. Quapropter medio cres eas esse oportet, ac paucas, rationiq; minime aduersantes. Atq; id quod tale est, obediens, ac castigatum temperatumq; appellamus. Sicut enim puerum ad pædagogi præceptum viuere oportet: ita concupiscibilem animę facultatem rationis imperio obtemperare: atq; ideo temperantis cupiditas cum ratione consentiat, necesse est: quippe cũ vtrisq; propositus scopus honestas sit. nam & temperans cupit quæ oportet, & quando oportet: &

tet: & ratio quoq; ita præscribit. Atq; hæc de temperantia dicta à nobis sint.

DIxit. Incastitas autem similior est ei quod fit sponte, quàm timiditas: propterea quòd incastitas fit delectationis causa: timiditas autem & tristitia & delectatio est quod appetitur: tristitia vero à quo fugitur: eò quòd tristitia permutat & corrumpit naturam habentis ipsam: sed delectatio non facit, quando non recipitur. Dignior ergo est vt fiat sponte: intendo quòd actus incastitatis secundum delectationem dignior est vt fiat sponte quàm actus timiditatis secundum timorem. Et propter hoc magis sequitur opprobriũ ex parte eius, quàm sequatur illud, quod fit ex parte tristitiæ. & hoc, quoniã declinatio nostra ad declinationem facilis est: cùm in mundo multa sint delectabilia, neq; assuefactio eorum vllam habet difficultatem. In timoroso vero se habet econuerso: intendo quòd tolerare ea difficile est. Dixit. Et à timiditate quidem non videtur fugi, quemadmodum fugitur à rebus particularibus timorosis: ideo quod in timiditate nõ est tristitia, res autem timorosæ cogunt eum, cui accidunt ad actiones turpes: ita quod ad armorũ reiectiones, & ad committendum cætera turpia. propter hoc igitur videtur de eo quod facit homo apud istas dispositiones, quòd factus ipsum inspõtanee. Quod autem accidit propter incastitatem est econuerso. intendo quòd particularia rerum delectabilium, quæ concupiscit, fiunt ab eo sponte, eo quod concupiscit & desyderat ea: vniuersaliter autem eorum minus est in eis in hoc. & hoc, quoniam nullus inuenitur, qui desyderet esse castus. Dixit. Et nos quidem in idiomate nostro absolute dicimus nomen incastitatis de peccato, quod fit à pueris, eo quod similitudo quędam est inter istas duas intentiones: intendo intentionem incastitatis secundum veritatem, & hanc intentionem, quæ ipsius inuenitur. Certificare autem quod eorum ab altero denominatum aut transumptum sit, nõ indigemus in hoc loco. vult ideo quòd est inquisitio idiomatis. Dixit. nisi quòd manifestum est quod nomen postremum in positione accommodatum est a primo. Dixit. videtur itaque non malum, immo bonũ esse vt transmutetur abisto. etenim oportet recondi & refrenari turpia cupientem & desyderantem & in hoc excedentem. taliter autem se habet desyderium & puerilia. & hoc, quoniã puer quidem viuunt per desyderium proprie: etenim concupiscentia huc cupiditas delectabilis ipsis fit proprie. Sigitur puer non fuerit obsequendo mãdato educantis ipsum, superfluet in persequẽdo quod delectat. & hoc, quoniam penitus insatiabilis est ei, qui intellectũ non habet, concupiscentia rei delectabilis: & actus desyderñ sunum simile augmentat. & si fuerit desyderium magnum vehemẽs peruertit rationem. Propter hoc igitur oportet vt sit secundum mensuram, et vt sit paucum, & non cõtrarians disertioni. Qui autem talis fuerit, nominatur obediẽs, disciplinabilis. Et quemadmodum autem oportet vt sit desyderiũ pueri, prout visum fuerit doctori, sic oportet vt pars concupiscibilis fit prout imperauit ratio, ideoq; oportet in casto vt pars concupiscibilis concordans sit rationi: ita videlicet et ipse bonum velint, & intendant.

Castus igitur desyderat quod oportet desyderari, & qualiter oportet, & quando oportet: & similiter etiam ordinat ratio res istas. Dixit Hoc itaque est, quod oportebat nos discere de castitate.

Si desyderiũ fuerit magnum vehemens peruertit rõnem.

# ARISTOTELIS
## MORALIVM NICOMACHIORVM
## LIBER QVARTVS,
## *cum Auer. Expos.*

SVMMA LIBRI.

*De liberalitate. De magnificentia. De magnanimitate. De moderato honoris studio. De mansuetudine. De comitate. De veracitate. De facetudine: ipsarũq; omnium extremis. De uerecundia.*

### *De liberalitate & eius extremis.* Cap. 1.

NVnc dicamus de liberalitate. Circa pecunias autẽ esse mediocritas videtur. liberalis. n. non in bellicis rebus, neq; in ijs in quibus temperans, neque item in iudicijs, sed in datione, acceptioneq; pecuniarum, ac magis in datione laudem meretur. pecunias autem omnia ea dicimus, quorũ æstimationem numus mensurat. Prodigalitas autem & illiberalitas excessus & defectus circa pecunias sunt. atq; illiberalitatem quidem illis semp attribuimus, qui magis q̃ decet, pecunijs studet: at prodigalitatem complicantes alijs interdum adiungimus: nam & incontinentes, & eos qui in intemperantiam opes consumunt, prodigos vocare consueuimus. iccirco huiusmodi homines esse improbissimi vidẽtur, propterea q̃ multa simul vitia habeant: non tamẽ proprie ita appellantur. Debet enim prodigus esse is, qui vno tantum vitio sit præditus, vt scilicet fortunas suas consumat. prodigus enim seu inseruatus est, qui per se ipse perditur. nam esse sui ipsius perditio videtur etiam bonorum dissipatio: vtpote cùm ea sint, ex quibus vitã traducamus. Atq; ad hunc modum sane prodigalitatem accipimus. Iis autem, quorum est vsus aliquis, & bene & male vti licet: at diuitiæ ex vtensilibus sunt: optime vero vnaquaq; re vtitur is, qui virtutem vnicuiq; rei conuenientem habet: & diuitijs igitur is optime vtetur, qui ea virtute erit præditus, quę circa diuitias versatur. atque hic ipse vir liberalis est. Vsus autem pecuniarũ sumptus ac datio, acceptio vero & conseruatio esse possessio potius videtur. atq; iccirco liberalis viri magis est dare q̃bus oportet, q̃s accipe vnde oportet, & non accipe vnde nõ oportet. a magis. n. beneficio afficere, q̃ affici, & honesta agere, q̃ non agere turpia,

Quibus ꝑtinet liberalitas quæ & vnde acquirendi & tribuendi.

a Virtutis magis est proximo adhærere, q̃ affici & honesta agere q̃ non agere turpia.





virtutis proprium est. At obscurum non est ex datione consequi vt beneficia cõferamus, honestaq; agamus: ex acceptione vero vt beneficijs afficiamur, nõ agamusq; turpia. gratia item ei qui dat, exhibetur, non ei qui non accipit: & laus etiam magis. nõ accipere prę terea q̃ dare facilius est: suum. n. quisq; magis non profundere, q̃ alienum non accipe consueuit. Liberales quoq; illi dicuntur qui dãt: qui autem non accipiunt nõ liberalitatis, sed iustitiæ non minus laudem consequunt: qui vero accipiunt, ne prorsus quidem laudãtur. Quin ẽt liberales maxime oium ferè, q̃ virtute quapiam alia præditi sunt, amari consueuerunt: vtilitatem enim afferunt: at id in datione collocatum est. At vero omnes ex virtute actiones & honestæ sunt, & honestatis causa fiunt: & liberalis igitur honestatis causa dabit, & recte. dabit enim & quibus, & quęcunque, & quando oportet: reliquisq; alijs modis, qui rectam dationem consequuntur: atq; id vel iucunde, vel sine dolore. quod enim ex virtute fit, id vel cum voluptate, vel sine dolore certe efficitur: minime autem molestum est. nam neq; qui vel ijs quibus non oportet, vel non honestatis, sed alia quapiã causa dat, esse liberalis dicetur, sed alius quidam. neque qui moleste dat: is. n. pecunias honestis actionibus anteponeret: at hoc minime liberalis est. Sed neq; accipiet vnde non oportet: non enim eius, qui non magnifacit pecunias, talis acceptio est. neq; erit petax: nõ enim ad eum spectat qui beneficia in alios confert, vt facile beneficijs afficiatur. vnde autẽ oportet, accipiet, ex ꝑprijs videlicet possessionibus: non quia honestum id sit, sed quia necessarium, vt habeat quod det. neq; res suas negliget: quippe cùm ex ipsis velit aliquibus suppeditare. neq; dabit q̃buslibet, vt habeat quod det quibus oportet, & quando, & vbi honestum est. Liberalis viri etiam valde est ita in dando excedere, vt pauciora sibi relinquat: q̃ppe cùm ad se minime respicere liberalis proprium sit. Liberalitas tamen pro facultatibus dicit̃: non enim in multitudine eorum quæ dantur, sed in habitu eius qui dat, actio liberalis consistit: qui quidem habitus est, qui dat pro facultatibus. Vnde nihil vetat, quin liberalior aliquis sit, qui pauciora dederit, si modo ex paucioribus etiam fuerit elargitus. Illi autem esse liberaliores vidẽtur, qui non ipsi acquisiuerũt facultates, sed ab alijs accepe: propterea ꝙ indigentiam experti minime sunt: & omnes sua ipsorum opera, vt parentes, & poetæ, magis amare consueuerunt. At vero facile non est, vt liberalis diues sit, qui neq; accipiẽdi, neque conseruandi, sed erogandi potius est studiosus: neq; pecunias propter ipsas, sed dãdi causa æstimat. Atq; iccirco crimini dari fortunæ consueuit, q̃ qui maxime digni sunt, minime diteſcant. id autem non absq; ratione accidit: quippe cùm fieri minime possit, vt habeat pecunias is, qui nullam diligentiam adhibet, vt eas habeat. id quod in cæteris etiam rebus fit. Non dabit tamen quibus non oportet, neq; quando non oportet, & reliqua huiusce modi: alioqui non ageret ꝺm liberalitatem: neq; ita expẽsas pecunias posset in ea quæ debet, expendere. Sicut enim diximus, is est liberalis, qui pro facultatibus, & in ea quæ debet, sumptus facit̃: qui vero excedit ꝓdigus. atq; ideo tyrannos prodigos non dicimus: facile enim esse minime videtur, vt dationibus & sumptibus excedere opum multitudinẽ possint. Cũ igitur liberalitas mediocritas sit, quæ circa pecuniarum dationem acceptionemq; versatur: liberalis dabit & expẽdet in ea quæ oportet, & quotcunq; oportet, tam in paruis, quàm in magnis, atque id iucunde faciet: accipiet item & vnde oportet, & quotcunque oportet. Nam cùm virtus circa vtraq; sit mediocritas, vtraque vt debet, faciet. moderatam enim dationem talis acceptio consequitur: quæ autem non est talis, contraria est. quę igitur consequuntur, in eodem simul contingunt: quæ vero sunt contrariæ, minime. Quòd si inciderit, vt præter q̃s deceat, & bene se habeat expenderit: dolebit quidem, sed moderate, & sicut debet. nã ob quę oportet, & sicut oportet, & lætari & dolere ad virtutem spectat. Est etiam liberalis quãtum ad pecunias attinet, in societate vitæ perfacilis. iniuria enim affici potest, cùm magni pecunias non æstimet. magisq; ægre fert, si quid quod oportuerit, non expenderit: q̃s dolet, si quid expenderit, quod minime debuerit. neque Simonidi assentitur, ꝓdigus vero etiam in his peccat: nã ob quę oportet, & sicut oportet, neq; lætatur, neq; dolet. id quod progredientibus manifestius patebit. Dictum à nobis est prodigalitatem et illiberalitatem excessus esse & defectus: atq; eas in duobus, datione & acceptione consistere: nam etiam sumptum in dationem reponimus. Prodigalitas enim in dando & non accipiendo excedit: in accipiẽdo aũt deficit. illiberalitas cõtra in dando deficit, in accipiendo excedit: sed in paruis tamen. Ac quæ ad prodigalitatẽ quidem spectant, non admodum coaugeri consueuerũt: quippe cùm facile minime sit, vt qui nulla ex parte accipit, oibus largiatur. cito enim priuatos eos homines qui dant, facultas deficit:

Non in multitudine datorum, sed in habitu eius qui dat, actio liberalis cõsistit.

Rebus, quarũ est vsus, bene & male vti licet.

Amare omnes sua ipsorum opa cõsueuerunt.

Ad virtutem spectat ob ꝙ oportet. & sicut oportet lætari, & dolere.

qui quidem prodigi esse etiam videtur: id est inseruati. Nam qui huiusmodi est, non paulo melior illiberali esse videretur: cùm & ab ęta-te, & inopia curari facile possit: atq; ita ad medium redire. cùm.n.ea habeat, quæ sunt liberalis, quippe qui det quidē & nō accipiat, sed neutrū tamē neq; vt debet, neq; bene faciat: si ad hoc tātum vel assueuerit, vel aliquo alio modo fuerit mutatus, liberalis euadet. fiet si-quidē vt & det qbus oportet, & non accipiat vnde non oportet. vnde neque esse moribus prauus videtur. in dando.n.& non accipiendo excedere non mali & ignobilis, sed stolidi potius hominis est. Qui autē hoc modo est prodigus, lōge illiberali & auaro, cùm ob antedicta, tum propterea esse melior videtur: quia ipse multis, illiberalis nemini, pdest, immo ne sibi ipse quidē vtilis est. Plerisq; tamen prodigi, sicut dictum est, etiam vnde nō oportet, accipiunt: atq; in hoc sunt illiberales: qui ideo ad accipiendum prompti efficiuntur, qa cū velint expēdere, facere id facile nequeūt. cito enim ipsis opes deficiunt: vt aliunde sibi comparare eas cogantur. quoniam præterea nullam honestatis curam habēt, vndiq; nullo habito delectu accipiunt. dare enim cùm cupiant, quo pacto & vnde id faciant, non curant. Quapropter neq; liberales eorum dationes sunt, cùm nō sint honestæ, neq; huius ipsius causa, neq; vt oportet, efficiuntur: immo interdum eos, quos oporteret esse pauperes, diuites reddūt: atq; ijs qui moderati sunt moribus, nihil, adulatoribus autē & cæteris, qui aliam quampiam voluptatem ipsis sumministrant, multa largiuntur. vnde efficitur, vt plerisq; ex his intēperantes etiam sint. nam & qa facile expēdunt, in intēperantias etiam profusos sumptus faciunt: & quia non ad honestatem spectantes viuunt, ad voluptates quoq; declināt. Prodigus igitur si incorrectus permaneat, in hæc transit: si curationē admittat, ad mediocritatem deuenire, honestatēq; potest. At illiberalitas incurabilis est. nam & senectus & omnis imbecillitas reddere illiberales videtur: magisq; q; prodigalitas, hominibus natura insita est: nam plerisq; sunt pecuniarum cupidi magis, q; ad dandum prōpti: & late patet, multiformisq; est. Multi.n.modi esse illiberalitatis videtur. nam cùm in duobus constitura sit in dandi excessu, & defectu accipiēdi: non omnibus integra adest, sed interdum separatur. atq; ita fit, vt nōnulli in accipiendo excedāt, alij in dando deficiāt. nam qui his nominibus præditi sunt, vt dicantē parci, tenaces, retracti & restricti, oēs in dādo deficiunt. Non appetunt autē aliena, neq; accipere volunt alij ob probitatē quandam, turpiūq; rerum euitationē. videntur.n. aliqui, vel certe dicūt, propterea † conseruare, ne aliquādo agere turpe aliquid cogantur. Inter hos est ēt cuminiseca, & vnusquisq; alius huiusmodi, qui nomē sortitus est ab excessu, quod nemini quicquā daturus sit. Alij ob timorē ab alienis abstinēt: propterea q; facile minime est, vt si aliquis aliena accepit, alij ab eo quicquam non accipiant: atq; iccirco neq; accipere, neq; dare ipsis his placet. Nōnulli vero in accipiēdo excedunt, dū & vndecunq; & quodcūq; accipere non verentur: vt sunt, qui illiberalia opificia exercēt, & lenones, & id genus cæteri: & fœneratores, † qui ēt parua magnis cum vsuris accipiunt. qui quidē omnes neq; vnde debēt, neq; quantum debēt, accipiunt. Communis autem his omnibus turpis quęstus videt: causa.n. lucri omnes, atq; eius parui, opprobria subeunt. Nam qui magna vnde non oportet, & quæ non oportet, accipiunt, vt tyrannos, qui vrbes populantur, & templa diripiunt: non illiberales, sed improbos potius, sed impios, sed iniustos appellare consuetuimus. At aleator, & fur seu spoliator, & latro ex illiberalibus ēt ipsi sunt: cū turpi lucro dediti sint. vtriq;.n. lucri causa negociantur, & opprobria sustinent. & hi quidē pericula maxima acceptionis causa subeunt: illi ab amicis quibus dare deberent, lucrantur. vtriq; igitur cū vnde nō oportet, velint lucrū comparare, turpi lucro dediti sunt. atq; oēs huiuscemodi acceptiones sunt illiberales. Merito vero illiberalitas contraria liberalitati propterea esse dicitur, q; maius malū q; prodigalitas est. magisq; in ea peccant homines, q; in prodigalitate, de qua superius iam diximus. De liberalitate igitur, & oppositis virtꝰ hactenus dictum sit.

Cur prodigus illiberali melior sit.

*a. l. q; pauli tim & magnis cū vsuris accipiūt.

DETERMINATIO QVARTI TRACTATVS LIBRI NICOMACHIÆ ARISTOTELIS.

DIxit. Post hoc autem dicendum de largitate quid est. Videtur itaq; mediocritas esse circa pecunias. non enim laudatur largitas circa bellica, neq; circa ea, in quibus sit homo tēperatus vel castus, neq; circa iudicia, sed circa dationē & acceptionem pecuniarum. dignius autem est vt sit circa dationem. et intelligo per pecunias, omne illud, quod æquipollet numismati. Et prodigalitas quidem supsiunt: auaritia vero deficit à mediocritate hac. Et nos quidem referimus auaritiam ad eos, qui plus debito amāt & laborant ad pecuniarum coaceruationem: prodigalitatem vero ad immersos concupiscentijs & expendentibus quicquid habent in voluptatibus. huiusmodi enim nominantur prodigi: ideo deteriores videntur alijs ab eis. plura enim mala simul inueniuntur in his propter multiplices maneries suarum concupiscentiarum: & propterea non bene conuenit eis illud nomen.



nomē. De natura nanq; est prodigi vt sit in eo malum vnum: & est dissipatio vel pditio pecuniæ suæ. et hoc, quoniam prodigus mactat seipsum manu sua: eò q; putatur q; destructio pecuniæ hominis sit mors ipsius: cùm vita eius per pecuniam compleatur. secūdum igitur hunc modum est prodigalitas. Dixit. Et ea, quibus indigetur, sunt quę expenduntur vsu bono, et quę vsu prauo, & diuitiæ sunt de rebus vtilitatem afferentibus: et directus, ille s. qui virtutem habet in vnaquaque rerum, vtitur vnaquaq; rerum meliori modorū: & virtuose se habens circa pecunias vtitur eis optime: & hic est largus. Dixit. Est autem scitum q; vsus pecuniæ est expensio eius & datio: aggregatio vero eius & cōseruatio lucratio ipsius est. est ergo de natura largi potius vt det vbi oportet, q; vt accipiat vnde oportet, & vt non accipiat vnde nō oportet. de natura etenim virtutis est vt sit homo per eam cōferens potius beneficia alteri quàm ab altero ea recipiat: & vt sit per eam operans honestum potius quàm à turpi declinās. Dixit. Et de non occultis est: quoniam beneficium & famosum vel notorium donum inueniuntur in dationē: & quoniā receptio beneficij ab altero à se: et vt non faciat turpe inueniuntur in acceptione et retributione. & gratiæ debentur quidem datori: non et qui accipit: & grates etiam & cohibitio ab acceptione facilior est quàm datio: eò q; dare habita grauius est quàm dimittere acceptionem eius quod nō habetur. Largi autem sunt illi qui dant: sed qui accipiunt non laudantur, q̄m largi. verūtamen quando æqualiter se habent in acceptione, non minus sunt in vsu æqualitatis q̄ largi. attamen non laudantur valde: sed largi diliguntur & laudantur valde: eò q; proficiunt, & profectus eorum existit per ipsorum donationem. Dixit. Et factum quidem virtutis decorum est, & propter decorum fit. & factum eius rectum est: eò q; ipsa facit equidē cui oportet, & quantum oportet, & vniuersaliter facit omnes res ſm æqualitatem certam. & proprium factum virtutis est quod fit delectabiliter & absq; tristitia. Qui vero dat cui non oportet, & non propter decorum, sed propter causam aliam, huc non est largus, sed nominandus est nomine alio, neq; etiam qui dat & tristatur, largus est. et hoc, quoniā prælegit diuitias facto pulchro: hoc autem non est de facto largi. Et non accipit etiam aliquid vnde non oportet: & hoc, quoniā hęc acceptio non est de natura eius, qui non honorat pecunias, neq; etiam interrogat vel petit ab aliquo: propterea q; non est facile bono & beneficio vt recipiat beneficium ab aliquo. accipit autem vnde oportet accipere: intendo à possessionibus suis: non quia hoc pulchrum sit, sed quoniam coactus ad hoc, quatenus habeat quid det. neq; etiam perdit hoc, quod habet cùm accipiat quidem pecuniam vt aliquibus dignis sufficiat per ipsam. & non indifferenter cuicunq; tribuit: sed consyderat cui oportet, & quando, & cuius gratia, & vt datio eius fiat decēter. Et de natura quidem largi valde est vt addat in dationē, donec non relinquat sibi ipsi nisi modicum, cùm non sit eius intēto respectu sui ipsius. Largitas autem est quidem secūdum id quod possidet largus. non enim largior est multum dans ex multo possessio modicum dante ex modica possessione: donec præcellat datio eius secundum proportionem eius ad possessam dationem alterius. Dixit. Et scimus q; illi, qui non acquirunt diuitias per seipsos, sed occupant eas absq; acquisitione, largiores sunt alijs: eò q; non sentiunt vexationem & anxietatem indigentię in earum acquisitione. neq; etiam fuerunt hæ diuitiæ aliquod opus ex operibus ipsorum, vt propter hoc ament eas, cùm omnes homines ament opera sua: vt parentes qui natos suos amant, & poetæ qui amant metra sua. & propter hoc fit vt acquisitor pecuniæ amet esse. Et difficile quidem est ditari largum vel diuitem fieri: cū non accipiat aliquid neq; conseruet, immo distribuat pecuniam: neq; honoret eam propter seipsum sed distribuendi causa. Verūtamē homines culpant fortunam circa largos, et dicunt ferè nunquam ditatur ille, qui meretur diuitias. attamen hoc non accidit circa largos præter rationem & casu: eò quòd non est possibile alicui vt fiat pecuniosus nisi intendat pecuniarum aggregationi: quemadmodum non fit in alijs rebus: intendo quòd non fit alicui aliquid absq; eo quòd intendat, & laboret ad illud. Dixit. Et non dat largus, sicut diximus, cui non oportet, & non vt non oportet: & sic de reliquis dispositionibus quę non conueniunt. si enim fecerit hoc, nō erit factum eius ad imperium virtutis: & si expenderit pecuniam suam, in his non erit expensa eius prout oportet. Res igitur est, quemadmodum diximus, scilicet q; largus expendit secundum quātitatem habitorum, et in quibus oportet: qui vero superfluerit in his prodigus. & propter hoc nō nominant superfluę diuites prodigi: eò quòd expensa eorum nō superexcrescit in comparatione multitudinis diuitiarum suarum. Cumq; sit largitas in datione & acceptione pecuniarum, tūc largus quidem dat & expendit in quo oportet et quātum oportet: & hoc in paruo & in multo modo debito & delectabiliter: & accipit vnde necesse est, cùm necesse est. Et hoc, quoniam virtus cùm sit mediętas in eo q; est inter vtraſq; res simul, erit largus agens eas ambas simul secundum quòd oportet: intendo q; dat vt oportet & accipit vt oportet, & hoc, quoniā dationem virtuosam sequitur huiusmodi acceptio. quando vero acceptio non fuerit huiusmodi, cōtraria erit virtuti: ideo quòd acceptio & datio, quarum vtraq; sequitur suam comparem, necessario fiunt secundum aptitudinem vnam eandem. et intendo, q̄n qui dat vt oportet, accipit vt oportet: et dat vt non oportet, qa accipit vt non oportet. vt autem inueniantur duo cōtraria ex istis in dispositione vna non contingit. Et propter hoc, quando accidit largo vt expendat pecuniam suam aliter q̄ expedit, & præter rectitudinem, anxiatur & tristatur. si vero expenderit eam mensurate, & secundum quòd oportet, gaudet et delectatur ex hoc. igitur virtutis est vt delectet homo, & gaudeat ex ipso: anxietur autem & tristetur ex altero. Dixit. Et largus bonā facit communicationem in pecunia: non enim potest iniuriari cùm non honoret pecuniam, & vehemens sit eius anxietas, quando non expendit, in quo necessaria est expensa. prodigus vero peccat in his, eò quòd non delectatur, in quibus est delectādum: neq; etiam tristatur, in quibus est tristandum. Et quando processerimus in sermone, apparebit hæc intentio magis. tam autem diximus q; prodigalitas & auaritia sunt additio & diminutio, & sunt in duabus rebus, scilicet in acceptione & in dattone. Prodigalitas quidem addit super mediętatem in datione: & deficit à mediętate, quæ est in acceptione, auaritia autem deficit à mediętate in dattone, & addit super ipsam in acceptione: præterquam in rebus paucis. Duæ ergo dispositiones prodigalitatis ferè non contunguntur & non perdurant: eò quòd nō est possibile homini vel nō facile ei vt det cuilibet, & à nemine accipiat quicquā. cui enim nihil restauratur, habita finiuntur velociter: quibus autem non restaurantur, sunt illi, de quibus putatur quòd sint prodigi. Attamen de prodigo videtur quòd sit multo melior auaro. & hoc, quoniam ablatio vel perditio dispositionis prodigi, & rectificatio ipsius facilis est ex parte ætatis vel difficultatis: & possibile est ei vt appropinquet medio, cū in eo inueniatur quod inuenitur in largo, scilicet quòd dat & non accipit: nisi quòd differentia

Non fit aliquid aliud, nisi intendat & laboret ad illud.

rentia inter ipsum & largum est, quòd ipse neutrum horum agit, prout oportet. Si ergo expergefactus fuerit, & obedibilem se reddiderit ad transmutandum, ab hoc efficietur largus: & hoc per commensurationē huius facti, scilicet vt det cui oportet, & non accipiat vnde nō oportet. & propter hoc putatur de eo quòd non sit peruersi moris vel malæ creationis: quoniam nō est de natura mali & vilis vt superfluat in datione & non accipiat, immo hoc non est nisi de natura opulenti. Dixit. Qui traq; fuerit prodigus secūdum hunc modum, scimus de ipso, quod multo melior est auaro, propter causas, quarum fecimus mentionem: & quoniam prodigus multis hominum proficit, auarus autem nemini neque sibimetipsi. Veruntamen plures prodigorum, quemadmodum diximus, accipiunt aliquid vnde non oportet. sunt ergo secundum hunc modum auari, & non accipiunt nisi quia volunt expēdere, aut quatenus facultatem habeant expendendi. habita enim ab ipsis velociter consumuntur: coguntur igitur ad acquirendum ex locis alijs. & quoniam ipsi cum hoc non sollicitantur ad rem honestam et decoram, tunc angustiantur eorum pectora, & accipiunt ex omni loco, in quo quasi venandi oportunitatem muenunt. & hoc, quoniam non defyderant nisi vt dēt, neq; curant vnde accipiant et qualiter. Et ideo fit vt dationes ipsorum non proportionentur largitati, neque sunt decoræ: neque agunt eas propter decorum, neque quemadmodum oportet. aut ipsi fortassis dicant eum cui pertinet vt sit pauper, et ei qui mores habet honestos, non dāt quicquam. & fortasse pecuniam multam dant, requirendi eam ab ipsis adulatorie, aut per modū alium delectantem eos. & propter hoc plures ipsorum submerguntur in delectationibus suis. cùm enim expendere sit facile eis, conuertunt expensas suas in sua defyderia: quoniamq; vita & conuersatio ipsorum non est decens neque decora, prout hunt ac declines in voluptate. Cùm itaque prodigus non fuerit obedibilis disciplinæ, traducitur ad ista. Cum autem studiosus sumptus fuerit, et circūspecte rem suam animaduerterit ad medium, et conuerteretur ad id quod oportunum est. Auaritia autem est pestis irremediabilis. & huius causa est, quoniam putatur de iure esse & de omni debilitate quòd reddamus habentem eas auarum. & homines per naturam promptiores sunt ad eam quàm ad prodigalitatem. plures enim hominum amant collectionem pecuniæ, magisquam eius distributionem. Auaritia autem siue illiberalitas de malis rebus dicitur, & est multarū specierum. Et putatur quod sint multę eius dispositiones. cum enim inuenitur circa duas res, scilicet in defectu dationis & superhabundantia acceptionis, sit ne aggregentur ambæ eius species vniuersaliter in vno aliquo, sed fortasse seiunguntur, donec superfluant quidam hominum in accipiendo, & quidam eorum deficiant in dando. & hoc, quoniam ille, qui nominatur Kahyhan, & Ieymen, & Bachilen, est ille, qui deficit a datione, sed non concupiscit opes alterius, nec vult accipere quicquam ab aliquo. Et quidam ipsorum faciunt hoc, vt recedant a suspitione rei turpis. etenim ipsi dicūt quod conseruant opes suas, timendo ne cōuertantur ad actū rei turpis. Et de istis est ille, quem nominat vulgus numerationē lentum, & quod similatur huic non nominat eos per hos modos, nisi propter superhabundantiam retentionis. Et hoc, ne vllidem quicquam. Et quidam ipsorum custodiunt se, ne accipiant aliquid ab aliquo: eo quòd videant non esse rem facilem vt accipiat homo rem alterius nisi non largiatur alteri de suo. sunt itaque propter hoc abstinentes se ab acceptione, neque largiūtur aliquid de suo. Quidam vero valde excedūt in acceptione, donec accipiunt ex omni parte, & omnimodo et omne quod possunt: quemadmodum faciunt lenæ, & prostibularij, & similes istis qui accipiunt modicum pro multo. etenim omnes isti accipiunt vnde non oportet, & quantum non oportet. Et commune est eis lucrum turpe: omnes nanq; ipsi portant opprobrium & inuerecundiam publicam causa lucri paruj. Et hoc, qa qui eximia vnde non oportet accipiūt, non nominamus auaros, vt tyrannos, quando depredantur ciuitates, & expoliant altaria: sed dignius est vt nominemus eos malos, & incredulos, & iniuriantes. Lusores autem talorum, & alearum, & latrones sunt de auaris, eò quòd requirunt lucra turpia. & faciunt hoc quod faciunt lucri causa, & sustinent ignominiam. & latrones sustinent discrimina maxima rapiēdi siue acciptendi causa: & aleatores lucrātur de amicis suis, quibus oportunius fuerat vt darent vtrique. itaque tam aleatores quàm latrones quærunt lucra, vnde nō oportet, sunt igitur, ppter hoc lucratores lucrorū turpium voluntarie. Dixit. Et omnes isti modi accipiēdi de natura sunt auaritiæ: & necessario dicitur quòd auaritia sit contraria largitati. auaritia enim maior malitia est quàm prodigalitas: & plus peccant in ea homines quàm in prodigalitate. Dixit. Tātum igitur nos oportebit dicere de largitate, & de malitijs contrarijs ei.

### *De magnificentia, & eius extremis.*
### *Cap. 11.*

SEqui videtur, vt de magnificentia seu magnidecentia differamus. nam etiam ipsa esse quædam virtus videtur, quæ circa pecunias versatur: non in omnes tamen quæ ad pecunias spectant, actiones, sicut liberalitas, diffunditur, sed in sumptuosas tantum: atque in his liberalitatē magnitudine excellit. nam sicut nomen ipsum significat, in magnitudine decens sumptus est. magnitudo autē est ad aliquid. non enim aut triremis, aut supplicationum prefecto idem sumptus est: sed qui est decorus & ipsi, & in quo, & circa quod fit. At qui in paruis aut mediocribus pro dignitate sumptus facit, magnificus minime dicitur: vt id, Mendico panem poscenti sæpe fere bam: sed qui in magnis. nam qui est magnificus, liberalis etiam continuo est: liberalis autem, non continuo magnificus. Huius vero habitus defectus paruificentia seu paruidecentia, excessus decori imperitia & ineptitudo quędam operaria appellatur. & eiusmodi cæteri habitus, qui non excedunt magnitudine circa quæ oportet: sed in qbus nō oportet, & sicut non oportet, splendorē affectant. Verum de his posterius dicemus. Magnificus autem seu magnidecens esse scienti similis videtur: quippe qui & quod decet contemplari, & magnos cōsone facere sumptus possit. quemadmodum enim in principio diximus, habitus operationibus definitur, & ijs quorū habitus est: magnifici vero sumptus, & magni sunt, & decētes: talia igitur erunt ēt opera. ita enim fiet, vt sumptus, & magnus, & operi decorus euadat: vt & opus sumptu,





& sumptum opere dignum esse oportet, vel etiam sumptum excedere. Atq; huiusmodi sumptus magnificus honestatis causa faciet: cōmune enim hoc est virtutibus: iucunde ēt & large: eò q; nimis exacta ratio paruifici est: considerabitq; magis quo modo pulcherrimum ac decētissimum opus efficiatur, quàm quanti cōstet, quomodoq; fieri minimo precio possit. Necesse vero est, vt magnificus sit etiam liberalis. nam & liberalis expendet, & quæ oportet, & sicut oportet. in his tñ quod est magnum, magnifici est: vt magnitudo. Si circa eadē liberalitas sit, etiam ab æquali sumptu opus magnificētius faciet. non.n. eadem & possessionis et operis virtus est. nam possessio anteponitur, quæ est dignissima ac precio sissima: opus, quod magnum & pulchrū est. talis.n. rei spectatio est admirabilis. quod autem est magnificum, est admirabile: operisq; magnificentia virtus in magnitudine est. Ex impensis aūt quas honorabiles dicimus, illæ sunt, quæ ad Deorū donaria, ædificationes, & sacrificia pertinēt: quæq; ad omne denicq; genus deorum numē spectant. quæ item ad publicam munificētiam gloriosę sunt: vt, sicubi vel ludorum edēdorum, vel triremium extruendarum, vel epuli ciuitati exhibēdi splēdide gerendam præfecturam existimāt. In omnibus autem, sicut dictum est, ad agētem quoq; haberi relatio debet, quisnā, & ex quibus facultatibus agat. digni enim his esse sumptus debent, & non solum operi, verum etiam faciēti decēter esse accōmodati. Atq; iccirco pauper nequaquam esse magnificus potest, cùm ea nō habeat, ex quibus sumptus decēter faciat. nam qui id aggreditur, stultus est: præter dignitatem enim aget, præterq; id quod oportet. id autem fin virtutem est, quod recte fit. Decēt etiam eos huiusmodi sumptus, quibus tale aliquid præcessit vel ab ipsis factum, vel à maioribus, vel ab ijs qui ad ipsos pertinēt: nobiles item, & illustres, & qui sunt huiusmodi. omnia nanq; hæc magnitudinem in se habēt & dignitatem. Ac maxime quidē talis magnificus est: in talibusq; impēsis magnificentia, sicut dictum est, versatur: quippe quæ & maximæ sint, & honorificētissimæ. Sed ex priuatis tamē etiam illæ ad magnificum spectant, quę semel fieri consueuerūt: vt nuptiæ, & sigd tale est: & si alicui rei vel tota ciuitas studet, vel qui in dignitate constituti sunt: quæ etiam ad hospitū susceptiones, & dimissiones attinēt, ad munera item & remunerationes. non.n. magnificus in suum, sed in publicum decus sumptuosus est. munera autem quandā cum templorum donarijs habent similitudinem. Magnifici etiam est, ita ædes extruere vt diuinitijs conueniāt: quippe cùm etiam hoc ornamētum quoddam sit, & in ea opera sumptus magis facere, quæ sunt magis diuturna: pulcherrima enim hæc sunt. & in singulis decorum seruare: nam non eadē sunt Dijs & hominibus, aut ad templum & sepulchrum ornandum accōmodata. Et quoniā vnusquisq; sumptus suo in genere est magnus, magnificentissimus est ille, qui in magna re est magnus. Hic vero, qui in his magnus est. estq; inter magnitudinem quę est in opere, & eam quę est in sumptu, differentia. pila enim & lecythus pulcherrima puerilis quidē domi in se habēt magnificentiam: huiusce tamē rei precium paruum est, & illiberale. atq; iccirco magnifici est, vt in quocunq; genere quippiā fecerit, magnifice id faciat. quod enim eiusmodi est, & superari nō facile potest: & ita se habet, vt sumptus dignitas postulat. Ac magnificus quidē talis est. At qui excedit ineptusq; est, sumptus faciēdo supra q; deceat, excedit, sicut dictum est. in paruis.n. rebus multa impēdit: splēdoremq; absone affectat: vt qui & sodales, qui symbolum dederūt, nuptiali conuiuio excipit: & ędilitatem gerēs comœdis in trāsitu purpurā exhibet, sicut Megarēses consueuerāt: atq; hæc omnia non honestatis, sed ostētandarum diuitiarum causa faciet, vtinde in admirationē sui homines adducat. atq; vbi multa oporteat expēdere, pauca: vbi pauca, multa expendet. At paruificus in oībus deficiet: nā & si magnos sumptus fecerit, in paruo deficiēdo postea honestatē pdet: & quodcunq; fecerit cunctādo faciet, spectādoq; id, vt quàm minimū expēdat: cōqueretur q; insuper, ac maiora quàm decet, se facere omnia existimabit. Ac sunt quidē habitus hi vitia: non tamē huiusmodi, vt opprobria afferant: propterea quòd neq; alijs nocent, neq; deformes admodum sunt.

DIxit. Et oportet post hoc loqui de magnificentia. videt etenim q; & ipsa virtus sit circa opes, non complectitur tamen oēs actiones, quę sunt circa opes, veluti largitas: sed est quidem circa expendere tamen tantum. præcellit autē largitatem in expendendo multitudine eorū quæ expenduntur, & imensitate: quemadmodum significat nomē eius in lingua Græcorum. significat enim congruitatem expēdendi in grādibus: & grande quidem dicitur ad aliquid: ideo expensa circa aliquam multitudinem est grandis in comparatione expensæ circa vnum in multitudine. congruitas autem expendendi est circa expensorem, & id in quo expendit. Et de expendente quidem in rebus paruis, vt contento eo quod congruit circa expensionem in eis, non dicitur q; sit magnificus: sed proprie de eo qui in grādibus, & hoc, quoniā magnificus largus quidē est: largus vero non de necessitate est magnificus. Detectus vero in magnificētia nedelēten. & additio super

ipſam vocatur hadathan, & tarmādathan. & non excedit bodachum magnificum magnitudine eius quod facit in rebus, quæ congruunt: ſed magnitudine eius, quod facit in eo quod oportet, & non cohibet ſe ab eo quod non oportet. Et determinabimus diſpoſitionem eius poſterius. Magnificus autem ſimilatur ſcienti: propterea quod ſcire poteſt quid congruat: & expendit expenſas excellentes ſtudioſe. & hoc, quoniam res ſe habet, vt diximus, à principio, ſ. q̄ diſpoſitio acquiritur & determinat vel definitur per actiones, cùm ſit ipſa, quæ agit actione. expenſę igitur, magnifici expenſæ ſunt excellentes & congruæ: & ſimiliter etiam opus eius. & hoc, quoniam expenſa eius pertingit ex magnitudine ſui & congruitate ſui ex parte operis, ad hoc vt fiat opus in ea æquale expenſę, & expēſa æqualis operi: aut fiat opus ſuperans expenſam. D. Cumq̄ currant actiones magnifici hoc curſu, tunc quidē agit eas gratia decori & honeſti. hoc enim eſt cōmune virtutibus, & agit etiam eas cum delectatione & alacritate: ideo q̄ perſcrutatio certificatiua in cōmēſuratione, & ſubtilitatio nimia in circūſpectione eſt medelatum. & circūſpectio quidē eius, vt fiat hoc quod operatur in fine bonitatis & honorificētię, maior eſt q̄m circūſpectio eius, vt quātitas eius, quod expēdit modica. Cūq̄ ſic ſit, oportet vt ſit magnificus largus. nā largus expēdit quod oportet, et vt oportet, & pp magnanimitatem magnifici agit hoc, quod agit largus, & expendit ad ſimilitudinem expenſæ, quam expēdit ſecundū excellentius, quod fit ex opere. & hoc, quoniā virtuoſitas poſſeſſionis, intendo diuitias, & virtuoſitas operis non eſt vna. et ideo q̄ virtuoſitas poſſeſſionis eſt vt ſit pars eius ex pecunia plus, et vt ſit pecunia bona vt aurum: virtuoſitas autem operis eſt vt ſit grande. et qui contemplatus fuerit hoc modo opus, miretur de ipſo. & ꝓpter hoc eſt magnificus res admiranda, & magnificentia virtus quam facit in maximis expenſis. Et eſt de expenſis, de quibus dicitur q̄ ſunt pręcioſæ & honorificæ: vt expenſę in rebus diuinis: intēdo ſacrificia, & vota, & opera viſibilium: & omnia quæ ſunt ad ornamenta diuinorum: & quod diſtribuitur cōmunitati, vt hoſpitalitas & donationes, diſtributio virtualium illis de ciuitate. Atq̄ res iſtę, quemadmodum diximus proportionantur actoribus ſuis, id eſt factores earum determinantur per ipſas, cùm ſcitum fuerit qui ſunt, & de quibus opinionibus expendunt. non enim ſolum oportet vt opes cōueniant operationi: ſed & ipſum operantem conuenientem oportet eſſe. Ideoq̄ non erit miſer magnificus, cum non habeat pecuniam, ex qua poſſit facere expenſas multas, ſecūdum quod congruit & neceſſe eſt. Quicunq̄ vero miſerorum hoc conatus fuerit, demens erit vt conetur rem excedentem poſſe ſuum, & quod oportet. nam res quidem fit ſecundum imperium virtutis, cū fuerit habens ſe ſecundum rectitudinem. Et magnificētia quidem cōuenit ei, qui in his rebus habet aliquam præeminētiam: ſiue per ſe ipſum, ſiue per ſuos anteceſſores, ſcilicet qui habuerit honorificētiam & generoſitatem, & q̄ ſimilatur iſtis. huiuſmodi etenim rebus pertinet excellentia & poteſtas. Dignius igit eſt vt ſit magnificus ille, qui eſt cum hac determinatione, & vt ſit magnificus in expēſis huiuſmodi, quemadmodum determinauimus, eō q̄ ſunt maxime expenſarum & honorabiliſſimę. Et expenſæ propriæ magnifici ſunt omne illud, quod expendatur in vna vice, vt expenſæ nuptiales, & quod eis eſt ſimile: aut quia cōmunicant illi de ciuitate fin totalitatem ſuam: aut honorificentiores ipſorū, aut in expediendo nuncios, aut in tractando ſcientia. & hoc, quoniam quidem magnificus non eſt expētialis in rebus ſuis, ſed in rebus cōmunibus: & eſt quidem ſimilitudo aliqua inter encenia, & oblationes, & ſacrificia. Et magnificus intendum fabricat habitaculum conuenientis ſibi. etenim hoc decorum eſt et. & plurimum quod expendit, eſt in rebus permanentibus tempore longo, cùm ſit hoc decens & optimum. & expendit in omni operatione ſua hoc, quod conuenit ei. et hoc, quoniam res pertinentes Deo, & res pertinentes hominibus non ſunt res vnæ eædem: neq̄ res pertinētes loco oratorio ſunt res pertinentes loco ſepulturæ: & tamen ſunt interdum in generibus expenſarum expenſæ vnæ in genere ſuo. Honorabilior igitur expenſarum eſt expenſa magna fiens in re magna. Inter magnitudinem autē in opere & magnitudinem in expenſa differentia eſt. etenim donum troci & flagelli propellentis ipſum ex magnis eſt, quoad exultationem pueri ex ipſo: attamen precū eius parium eſt & modicum, & propter hæc opera magnifici in quacunq̄ materia vel quocunq̄ genere fiāt, ſtudioſæ fiunt & magnificæ. & hoc, quoniam ad ſimilitudinem huius facti non deficit cōmenſuratio eius à menſura rei, in qua expēdit. Determinatio itaq̄ magnifici hęc eſt. Dixit. Qui autem ſuperfluit in iſto eſt ille, qui dicitur arabice badichun. & ſuperfluit quidem eo q̄ exceedit menſuram debitam, & optimam, vt diximus. conſumit enim in qua indigetur modicis expenſis multa, & tranſgreditur terminum in pluribus: vt prēparans conuiuium nuptiale, & conſumens ipſum cum adulatoribus & hiſtrionibus confluentibus ad ipſum. & qui ſuſpendit cortinas purpureas ſuper portas exteriores, ſicut faciunt ambitioſi, et inanis gloriæ cupidi. & non facit hoc, quod facit amando honeſtum & decorum: ſed vt videatur ab hominibus abundare diuitijs, et exiſtimant q̄ per hoc mirentur de tactis ſuis. vbi vero oportet expēdere copioſe, modicū expendit: & vbi oportet modicum, expendit multum. Deficiens vero à magnifico, qui arabice dicitur nedlum, deficiens eſt à magnifico in omni re, & perdit res grandes in eō q̄ diminuit ex rebus. corrūpitur igitur decorum, & deſtruit ipſum, & laborat in omni, quod agere vult, vt ſit extra expēſa ipſius. et ſimiliter eius datio et: in omni quod agit, videt et quod plus eſt q̄m oportet. Hęc igitur morum maneries malitiæ ſunt: attamen non acquirūt dominis ſuis opprobria. non ſunt enim damna inferentes vicinis ipſorum, & non ſunt turpes valde.

## De *magnanimitate, & eius extremis.* Cap. III.

IAm vero magnanimitas circa magna, vel ex nomine verſari videtur. circa qualia autem verſetur, primum aſſumamus. qua in re nihil refert, habitum ne ipſum, an eum, qui ſecundum habitum eſt, conſideremus. Eſſe ſanè magnanimus is videtur, qui cùm magnis ſit dignus, magnis quoque ſeſe dignum eſſe exiſtimat: nam qui non pro dignitate id facit, ſtolidus eſt: at virtute prædituus neque ſtolidus, neq̄ ſtultus eſt quiſpiā. Atq̄ eſt quidem magnanimus hic, quem dicimus. Qui autem paruis eſt dignus, eiſdemq̄ ſe dignum cenſet, tēperans, non magnanimus eſt: quippe cùm magnanimitas in magnitudine conſiſtat, perinde ac pulchritudo in magno corpore. nam parui elegantes, & concinni, non autem pulchri dicuntur. At qui cùm ſit indignus, dignum ſe magnis putat, inflatus quidam eſt. non omnis tamen eſt inflatus, qui

*a.l. modeſtus.

maioribus,



maioribus, quàm ſit, dignum ſe eſſe cenſet. Qui autem minoribus dignum quàm ſit, ſe eſſe arbitratur, puſillanimus eſt: ſiue magnis, ſiue mediocribus, ſiue etiā paruis dignus ſit, modo minoribus dignum ſe eſſe cenſeat. maxime tamen eſſe videretur huiuſmodi, is qui magnis eſt dignus. nam quid feciſſet, ſi tantis non eſſet dignus? Eſt igitur magnanimus magnitudine extremus, in eo vero quod oportet, medius: eo enim dignum ſe cenſet, quod pro dignitate eſt. illi autem excedunt, & deficiunt. Si autem magnis ſe eſſe dignum exiſtimat magnanimus, dignus cùm ſit, & præcipue maximis, circa vnum maxime verſabitur: quod quid ſit ex dignitate ipſa definiendum eſt. dignitas autem ad externa bona dicitur: quorū maximum id eſſe ſtatueremus, quod dijs attribuimus, quodq̄ maxime appetunt, qui in dignitate conſtituti ſunt, quod item ob præclariſſimas res dari præmiū conſueuit: at huiuſmodi eſt honor: externorum enim bonorum id maximum eſt: circa honores igitur & ignominias vt oportet, verſatur magnanimus. Quin abſque ratione quoque magnanimi munus circa honorem eſſe appareret. magni etenim viri honore ſeipſos dignos maxime exiſtimant, ac pro dignitate illi quidem. ſed puſillanimus deficit, tā ſi ad ipſum, quàm ſi ad magnanimi dignitatē ſpectemus. inflatus autem ad ſe ſolummodo, non autem ad magnanimum excedit. At magnanimus ſiquidem maximis eſt dignus, optimus quoque ſit neceſſe eſt. maiori. n. honore dignus eſt, qui eſt melior: maximis vero, qui eſt optimus. oportet igitur vt q̄ magnanimus re vera eſt, bonus etiam ſit. eſſe etiam magnanimi videtur id quod in vnaquaq̄ virtute magnū eſt. nulloq̄ pacto ei conuenit vt *ſuaſione aliqua fraudulenter vtatur, ac fugiat, aut iniuſte agat. cuius enim cauſa turpe aliquid faciet is, cui nihil eſt magnum? nam ſiquis diligenter ſingula conſideret, magnanimus ſi nō eſt bonus, prorſus ridiculus videbitur. immo neq̄ honore quidem erit dignus, ſi ſit malus: quippe cùm virtutis præmium ſit honor, bonisq̄ attribuat. Videtur igitur magnanimitas quaſi ornamentum quoddam eſſe virtutum: nam & maiores ipſas reddit, & ſine ipſis eſſe non poteſt. ac ꝓpterea re vera eſſe magnanimum difficile eſt, cū id exiſtere ſine integritate nullo modo queat. Ac maxime quidem magnanimus circa honores et ignominias verſatur, ob eosq̄ honores qui & magni ſunt, & à probis viris exhibentur, mediocriter quidem lętabitur, vtpote ſibi accommodatos, vel etiam minores quàm ſibi conueniat: integræ enim & abſolutæ virtuti nullus honor tributi dignus poteſt: admittet tamē eos magnanimus à probis viris, licet inferiores ſint, propterea quòd non habent illi maiores quibus afficere ipſum valeant. ſed qui à quibuslibet è vulgo hominibus, ob paruas q̄ res exhibentur, eos prorſus contemnet: non enim eſt eis dignus. ſimili modo etiam ignominiam, quippe quæ circa ipſum iure non accidat. Maxime igitur, ſicut dictum eſt, circa honores verſatur magnanimus, nihilo minus tamē & in diuitijs, & poteſtatibus, & omni tam proſpera quàm aduerſa fortuna, quomodocunque contigerit, moderate ſe geret: vt neq̄ in proſperis ſucceſſibus lætitia geſtiat, neque in aduerſis rebus triſtitia ſupra modum obruatur. Nam neque circa honorem quaſi maxima res ſit, ita ſe gerit. poteſtates autem & diuitiæ ob honorem expetendæ ſunt: qui enim ipſas habent, ob eas affici honoribus volunt. cui vero vel honor ipſe paruus eſt, et cętera quoque ſunt parua. Quapropter magnanimi eſſe etiam contemptores videtur. Quin etiam fortunæ proſperitates videntur conferre ad magnanimitatem. qui enim nobiles ſunt, & diuites, & in poteſtate cōſtituti honore digni habentur. in excellentia enim quadam ſunt. omne autem, quod bono aliquo excellit, eſt honorabilius. propterea huiuſmodi res magis reddere magnanimos homines cōſueuerunt: nanque à quibuſdam honorantur. ſed re vera ſolus bonus honorandus eſt. cui tamen vtraq̄ inſunt, is magis habetur dignus, qui honore afficiatur. Qui autem ſine virtute huiuſmodi bona poſſidet: neque merito magnus honoribus dignos ſe eſſe arbitrātur, neque recte magnanimi dicuntur: quippe cùm hæc abſq̄ integra atque abſoluta virtute eſſe non poſſint: ſed contemptores, cōtumelioſi, atque huiuſmodi vitijs prædicti efficiuntur. non facile enim fit, vt ſine virtute conſone ac moderate proſperos rerum ſucceſſus quiſpiam ferat. dum igitur hi ferre proſperā fortunam nequeunt, putantq̄ ſe alios excellere, omnes alios deſpiciunt: ipſi vero agunt quodcunq̄ forte inciderit, imitātur enim magnanimum, licet ei ſimiles minime ſint. atque id faciūt in quibus poſſunt. quæ enim ex virtute ſunt, ea non agunt, ſed contemnunt alios. At magnanimus iure ac merito contemnit: nā vere optimus natur. plerique alij autem ita vt forte incidit. Neq̄ vero aut *paruipericlitans, aut frequenter periclitans, propterea quòd pauca ſunt, quę magnifaciat: ſed magnipericlitans eſt. & cùm periclitatur, vitæ ſuæ non parcit, quaſi dignum omnino nō ſit ei viuere. Talisq̄ eſt, vt

Maiori honore dignus eſt, q̄ eſt melior. maximis, qui optimus.

* a.l. q̄ aliquē lęſerit, reus ſit.
*a.l. aliquid quod lęſerit, fugiat.

Honor virtutis eſt præmium.

*a.l. frequenter periclitans. aut libēter periclitans.

afficiat beneficijs alios, ipse affici erubescat. excellentis enim illud est: hoc eius, qui excellitur. estq; eiusmodi, vt plura retribuat. ita enim fiet, vt qui prior contulerit beneficium, insup debeat, beneficiūq; accepisse videatur. Meminisse præterea eorum videtur, quibus benigne fecerint: eorum autem a quibus acceperint minime. quippe cùm is, qui acceperit, minor sit eo qui beneficium cōtulerit: ipsi autem velint esse superiores: vnde etiam illa iucunde, hæc inuicunde audire consueuerūt. Atq; iccirco nec Thebis beneficia sæpe dicitur commemorare: neque Lacedæmonij ad Athenienses: sed tantummodo ea, quibus fuerant affectis. Magnanimi quoq; est * à nemine quippiam, aut vix tandem petere, sed prompte alijs ministrare: præstareq; se apud eos qui in dignitate sunt, pclaraq; fortuna vtuntur, magnum: apud mediocris sortis homines mediocrem: eò quòd illos superare difficile, atq; egregium, hos facile est. & inter illos gloriari est à generoso animo minime alienū, inter humiles vero inuidiosum: quemadmodum inter imbecillos * viribus non contēdere. Neq; ad honoratas res accedere, aut vbi alij principatum obtinent: ociosumq; esse ac cunctatorem, nisi vbi magnus aliquis honor magnumq; opus est: paucasq; res agendas, sed magnas eas ac celebres aggredi. Necesse etiam est vt aperte tam odium quàm amorem præ se ferat: latere enim velle timētis hominis est. Maioremq; curam veritatis, quàm opinionis habeat: dicatq; & agat omnia apte: id enim est contemptoris. ideo liberior in loquendo est: est enim etiam eius, qui liberior in loquendo sit. vnde est & cōtemptor, & verax, nisi vbi per dissimulationem loquit. dissimulatione autem vtitur ad multitudinē. Magnanimi quoq; proprium id est vt viuere ad alterius arbitrium non possit nisi ad amicum: est enim seruile. vnde etiam omnes adulatores famulari: & humiles homines adulatores sunt. Adde quòd neq; est admirator: nihil. n. magnum ipsi est. neq; iniuriarum memor: quippe cum magnanimi non sit meminisse, & præsertim malorum, sed ea potius despicere. Neq; hominibus curis: neq; enim aut de se, aut de altero quippiam dicet. neq; vt vel ipse laudetur, vel alij vituperentur, curat. sed neque est laudator: atq; iccirco ht, vt neq; maledicus ne in inimicos quidem, nisi ob cōtumeliam sit. De necessariis item, aut paruis minime est querulus, aut precabundus: ita enim se gerere eius hominis est, qui circa hæc studeat. eiusmodi præterea est, vt honesta potius & infructuosa, quàm fructuosa & vtilia acquirat, & possideat: est enim eius qui ex se sufficiat. Quin etiam & motus ipse magnanimi esse tardus videtur, & vox grauis, & loquutio stabilis. nam neq; qui circa pauca studet, est festinabūdus: neq; qui nihil magnum existimat, contentus & vehemens. acuta autem vox, & celeritas ex his efficitur. Ac talis quidem magnanimus est. Qui autem deficit, pusillanimus: qui excedit, inflatus est. sed neque hi tamen mali, nō enim malefici sunt: sed esse peccantes videntur. pusillanimus enim cùm bonis dignus sit, seipsum ijs ipsis priuat, quibus est dignus: videturq; prauum quoddam in eo habere, quòd & bonis dignum se non esse existimat, & se ipsum etiam ignorat. alioqui cùm bona sint, quibus est dignus, ea proculdubio appeteret. Non tamē huiusmodi homines stolidi, sed esse * intelligentes potius videntur: talisq; opinio peiores etiam ipsos reddit. singuli enim ea quæ dignitati suæ conueniunt, appetere consueuerunt. addeq; & ab honestis actionibus & studijs quasi sint indigni, & ab externis quoque bonis simili modo abstinent. At inflati stolidi sunt, seq; ipsos ignorant, atq; id palam: quasi enim sint digni, honorabiles res aggrediuntur, deinde redarguūtur: vestituq; etiam, & habitu, atq; huiusce modi rebus ornantur: prosperasq; fortunas suas esse manifestas volunt: de ipsisq; prædicant, quasi ob eas honores sint consequuturi. Magnanimitati autem pusillanimitas magis est opposita, quam inflatio: quippe quæ & magis contingat, & peior sit. Magnanimitas igitur circa honorem magnum, sicut dictum est, versatur.

*a 1. nemine indigere.

*a 1. viribus contendere.

*a 1. pigri.

DIxit. Magnanimitas autem videtur esse in rebus magnis, quemadmodum significat nomen eius. determinemus igitur primitas res, in quibus inuenitur. & non differt siue speculemur magnanimitate, vel in magnanimo. Et videtur quod magnanimus sit ille, qui præparat animum suum vel seipsum ad res extimas, ens aptus ad hoc, qui enim fecerit hoc absq; merito, stultus est neq; ignarus, qui ergo fuerit huius dispositionis, est magnanimus. Qui vero aptus fuerit ad res exiles & pro tali se exhibuerit, est homo sanæ optionis, nō autem magnanimus: eo q; magnanimus circa grandia est: quemadmodum venustas circa corpora grandia est, formositas vero circa corpora. Qui autem exhibet seipsum tanquam aptum grandibus, non existēs autem, est qui Arabice dicitur murefennichū, & Latine potest ambitiosus nominari, & non omnis, qui seipsum tanquam ingenti dignum pluribus q̄ mereatur, superambitiosus est. Qui vero seipsum minus ad eum reddit q̄ mereatur, hic pusillanimus est: siue non idoneus sit ad grādia, aut ad mediocria, aut ad exigua, non modo in morem se reddat suo modulo. de isto igitur putatur q̄ proprie sit pusillanimus, qui autem magnorum est meritorum & ad parua se cōmittit, hic potius talis est, qui cum mereat grandia, et seipsum ad grandia meritos, tūc quando non mereat ea reputando q̄ tunc potissime rebus exilibus se exhibeat. Magnanimi igitur finis est in magnitudine rerum, quas operatus est, & medius in operando ipsas, & exhibet se idoneum ad quæ oportet & secundum q̄ oportet. pusillanimus vero deficit ab ipso in hoc. Cùm itaque sit magnanimus, idoneum seipsum reddens ad res magnas, emeritus ens ad hoc, & ꝓprie ad res, quæ sunt in fine magnitudinis, necessariū est vt hoc sit in re vna: & meritū quidem est fm ea bona, quæ ab extra sunt: & est illa res vna, quæ ab extra maxima earum: & est cum quo seruitur Deo excelso: & quod desyderāt qui sunt sublimiū potestatum, et strenui in rebus, quę sunt in fine venustatis. quod autem currit hoc cursu honorificentia est: ipsa enim excellentior est bonorum quæ sunt ab extra. magnanimitas igitur inuenitur quidem in appetitu honorum & priuatione fm modum debitum. Et manifestum est absque syllogismo de re magnificorū q̄ expetunt honorem per hoc, q̄ maximi hominum proprie idoneos se credūt ad honores: et faciūt hoc fm quantitatem meriti. Pusillanimus autem deficit ab hoc ad, quod ipse idoneus existit, & ab eo quod meretur magnanimus. Superambitiosus autem addit super meritum sumptius, sed non super hoc, quod meretur magnanimus. D. Cùm enim magnanimus meritor existat maximi, quod in rebus est, erit optimus hominum. & hoc, quoniam bonus semper meretur quod magnum est in rebus: & optimus quod maximū. necessarium igitur est vt magnanimus sit bonus, & videtur de magnanimo q̄ sit ei in vnaquaq; virtutū, quod magnū est ex ipsis. non conuenit igit et penitus vt fugiat, quādo mouerit ipsum aliquod modicū quid, neq; vt iniurietur: & hoc, quoniam respectu cuius non magnificatur aliquid, hunc non producet animus suus ad factum turpe. D. manifestabitur autem particularia profequēti q̄ magnanimus, quando nō fuerit bonus, ridiculo erit in omnibus: neq; merebit honorari etiā, quando fuerit malus: cùm honor equidem præmiū sit virtutis, & accipiunt quidem ipsum probi ex hominibus. Videtur igitur q̄ sit magnanimitas ornatus virtutū: eò q̄ magnificat eas, neq; est magnanimitas nisi per virtutes. & ꝓpter hoc difficile est inueniri magnanimum fm virtutem: non enim possibile est inueniri nisi bonum & beneficum. Cumq; sic sit, non inuenitur magnanimus proprie nisi in honoribus & in priuatione eorum. & quando honoratur fm extima, & à melioribus hominum gaudet gaudio modico: ideo q̄ in hoc nō recipit ab eis, nisi quod debetur ei ex merito aut minus debito. virtuti etenim perfectę non inuenti honor & reuerentia æqualis ei, & quantum meretur. verūtamen multottens accipiat iste hunc honorem, eò quòd non est possibile honoratoribus suis vt honorent eum plus hac quantitate. quando autem honoratur fm extra & à vilioribus hominum, ignominia fit ei per hoc & vilipensio: est enim aliud à suo merito. & similiter se habet res sua in priuatione honoris: intendo q̄, quādo priuatur eo, vilipensum se reputat. alter enim nō esset iustus in semetipsum. Magnanimus ergo, quemadmodum determinauimus, requirit honores magis omnire, & requirit diuitias & potestates. omnis autem felicitas & infelicitas contingens ei ab extrinseco videtur ei, q̄ sit cum mensura. Nō ergo ex prosperitate extollitur, neq; ex aduersitate deprimitur. neq; apud ipsum honor est de maximis rebus: potestas autem & diuitiæ non eligūtur nisi propter honorem. qui enim habuerit potestates et diuitias, amat vt honoretur per ipsas: cui vero modicus honor fuerit, huic etiam residuæ res aliæ minorantur: ideoq; videntur isti esse domini abundantiarum. Et iam quidem putatur de felicitatibus exterioribus q̄ adiuuent ad magnanimitatem: vt generositas, potestas, & diuitiæ: eò q̄ generosi merentur honorem. & similiter potētes & diuites, ideo q̄ habent valorem & bonitatem ex rebus virtuosis: & omnis virtuosi meritum potissimum honor est. ideoque cùm existunt istæ res magnanimis, efficiūt eos magnanimiores. & ideo nunquam honorificant quidā quosdam propter ista bona exteriora: honoratus autem, secundum quòd solus bonus est: & ille, in quo aggregantur ambę res, magis merei honorari. Et illi autem, quibus inueniuntur ista absq; eo q̄ virtuosi existant, non se reddunt idoneos ad res eximias ex honorificentia secundum viam rationis: intendo secundum viam laudatiōis. neq; dicitur de eis q̄ sint magnanimi secundum veritatis medium. & honorantur quidem secundum q̄ res istæ non penitus vacuæ inueniuntur à virtute. cū enim inuentę fuerint vacuæ à virtute, expositi erūt linguosis: intendit poetas & rethores. et hoc, quoniam non facile inuenit quis bona in homine aliquo secundum q̄ oportet absq; virtute. quando vero non inueniuntur in eis bona secundum q̄ oportet: & ipsi putāt q̄ in hoc præcellāt alios, à se vilipendūt homines. tenūt vero homines hoc quod est in eis: imitantur enim magnanimos, licet dissimiles eis existant. & imitant quidem in quibus possunt: attamen non operantur secundum virtutis exigentiam, & propter assimilationem suam, cū magnanimi vilipendūt alios à se. & hoc, quoniam magnanimus secundum veritatē ex debito parui pēdit alios, eò q̄ credit verum: vulgus autem credit quodcunq; cōtingit eis. Et magnanimus quidem non est frequens diśrimini: verūtamē, cùm ceciderit in ea, magnus existit in eis: vtitamq; suam paruipendit, inde bitum iudicans vt superuiuat diśrimini. Et magnanimus impensor est beneficiorum hominibus, & ex impenso sibi beneficio verecundatur. eo q̄ illud est de natura exercētis virtutem, illud vero est de natura eius, erga quem virtus exercetur. & quando beneficium et impensum fuerit, retribuit retributionem multam. & hoc per rem amatam et, qui incepit beneficiū: & cum hoc non est tardus ad retribuēdum. Et putatur de eis, quod ipsi recordētur beneficiorum, & quę impendūt, non recordantes sibi impensorum: eò quod inferior est beneficiatus beneficiente. cumq; magnanimus amet excellentiam, delectat ipsum audire suum beneficium: piget autē ipsum audire hoc, per quod fuerit ei beneficium. Et iniq de natura magnanimi vt nihil rideat facile, cùm grauiter ferat detectū: & de natura eius est vt exerpedite & prompte ferutatur et, & vt magnificet in conspectu magnatum, qui dūr potestatum fuit: & de ira tum: & vt apud mediocres hominum humilis sit ter tur. nam exaltatio eius super dominos potestatum & felicitatum difficile est & honorificum: super istos autem facile. & excellentia super illos non valde est super istos autē modici valoris. Amplus de natura eius est, vt sit tardus in motu, & prolongator expediendorū, nisi in loco honorificentiæ grandis & in tali exercientis. & facta eius sunt pauca, sed eximia diuulgata. Odit palam, & amat palam. latitare etenim timidi est. Et plus veritati immittur, q̄ priuationi: & palā loquitur, & facit: paruipēdit etenim res. & propter hoc est seuerus et verax, tum in rebus, in quibus indigetur solatio & loco. & interdum tocosus est multis hominū. Et est qui non potest commode viuere in venando gratiam & amorem hominū: etenim factum illud factū seruorum est. & propter hoc omnes adulatores sunt quasi operarij conducticij siue mercēnarij: & illi de gente minuta adulatores sunt. Neq; admiratur quicquā, cùm non sit aliquid respectu eius eximiū, neq; iniuriarū vltiones meditatur in animo, cùm non sit de natura magnanimi vt magnorū seruet memoriam aliquo modo quin immo de natura eius est dissimulatio eorū & auersio ab ipsis.

Neque de natura eius est vt narret hominibus neque de se neq; de alijs. non enim ad hoc suam opponit diligentiam, vt seipsum lauder, neq; vt alium vituperet: neq; enim laudator est. & propter hoc non est maledicus, neq; de inimicis suis, nisi cum indigueris nimis, & in rebus necessarijs. Neque est lamẽrator, neq; supplicator, hoc etenim pertinet ei, qui vehementi diligentia requirit res iustas, et instat impetrationi rerum excellentium, quæ sunt absq; fructu, amplius q̃; impetrationi rerum fructuosarum vtilium. hic etenim mos quidẽ est eius, qui sibimetipsi sufficiens est proprie. Et videtur de magnanimo q̃ sit tardi motus, grauis vocis, morosus in loquendo. cuius enim vehementia non est nisi in rebus paucis, nõ eget agilitate: quoniam cui nihil est multum cordi, talis non est curiosus, acuitas autem vocis & motus velocitas inueniuntur quidẽ agili & curioso. Hæc itaque est determinatio magnanimi. D. Qui vero addit super istum Arabice dicitur mittafennichum, & potest Latine ambitiosus vel vanagloriosus vel superambitiosus nominari, qui autem deficit ab ipso pusillanimus dicitur. verũtamen istis moribus morigerati non putantur iniqui vel malitiosi: nõ enim malefactores sunt sed errãtes potius. & hoc, quoniam pusillanimus idoneus est ad aliqua, & indignum se reputat ad ipsa. videtur ergo in hoc malitia quædã esse: eò q̃ non intromittit se de bonis suæ pertinẽtibus idoneitati, & est ignarus suupsius, aliter enim appeteret ea quæ meretur, cum bona sunt. Et huiusmodi nõ sunt stulti, sed potius ignari. videtur itaq; q̃ hæc opinio de ipsis deteriores ponat eos alijs à se: cùm vnusquisq; hominum appetat hoc, ad quod est idoneus, & isti fugiũt ab operationibus & actibus bonis, eo q̃ reputant se non esse idoneos earum. & similiter se habet in bonis exterioribus. Super inhibitos autẽ stulti sunt, & ignari suptilius simul. & hoc patere est manifestũ in re ipsorũ: accipiunt namq; res preciosas, ac si sint idonei earum, & ex hoc incurrunt infamiam: et ornant se vestibus et apparatibus, & quæ his sunt similia: & amãt, vt diuulgentur benefacta eorum: & multa prædicãt de seipsis, quatenus honorentur ab hominibus perhoc. Opponitur autem magnanimo pusillanimus plus q̃; superambitiosus: nam pusillanimitas deterior est superambitio sitate. Et magnanimus requirit magnificentiam condecentem sibi, quemadmodum prædiximus.

*De moderato honoris studio, & eius extremis. Cap. IIII.*

CIrca honorem autem esse quædam alia virtus etiã videtur, vt supius diximus, quæ magnanimitati ita respondet, vt magnificẽtiæ liberalitas: illæ enim vtræq; sicut a magnis abstinent, hic in mediocribus & paruis nos vt oportet, afficiunt, ac disponunt. Quẽadmodum autẽ in datione & acceptione pecuniarũ & mediocritas est & excessus & defectus: ita quoq; in honoris appetitione licet & magis q̃; oportet & minus, & vnde oportet, & vt oportet vnumquẽq; se gerere. nam & ambitiosum vituperamus, quippe qui & magis q̃; oportet, & vnde nõ oportet, honorem affectet; & inambitiosum, eo quòd ne ob honesta quidem facta honore affici velit. Interdum tamen fit, vt vel ambitiosum quasi virilem & elegãtem, vel inambitiosum quasi modestum & temperãtem laudẽ prosequamur; vt superioribus in libris dictum iam est. Perspicuum autem est cùm pluribus modis talis cuiusdam rei studiosus & cupidus aliquis dicatur, non semper nos ad idem honoris cupidum, id est ambitiosum referre: sed cùm laudamus, ad id quòd magis q̃; plerisq; è vulgo; cùm vituperamus ad id q̃ magis q̃; oportet, honores ipsos appetat. Quia vero noie vacat mediocritas, fit, vt de ea quasi deserta sede extrema decertent. Verum in quibus est excessus & defectus, ibidẽ quoq; esse medium necesse est. appetunt autem honores & magis & minus: ergo etiã vt oportet. Laudatur igitur hic habitus, quæ est circa honorem nomine vacans mediocritas: quæ sanè si ambitioni comparetur, inambitiositas: si inambitiositati, ambitiositas: si vtrisq;, vtraq; esse quodam modo videtur. Id quod etiam circa alias virtutes est. Extremi autem hic videtur inter se opponi, propterea quòd medium nullum nomen sortitum est. *a.l. medius *sortitus

DIxit. Et videtur q̃ proportio appetitꝰ honoris ad magnanimitatem sit proportio largitatis ad magnificentiam. etenim hæ duæ virtutes, intendo largitatem vel liberalitatem, & appetitum honoris, non sunt in rebus grandibus, sed proprie in rebus paruis secundum modum debitum: magnanimitas autem & magnificentia sunt in grandibus rebus. Et similatur quidẽ appetitus honoris largitati: eò q̃ quẽadmodum in acceptione & datione est mediocritas, & superfluitas, & defectus, sic est in desyderio honoris: intẽdo q̃ sit plus q̃; oportet, & minus q̃ oportet, & vnde non oportet. Ille autem, qui non amat honorem, est ille, qui neq; in rebus decentibus amat honorari. D. Et fortasse laudamus amatorem honoris, eò q̃ virilis est, et amãs decorum. & forsan laudamus eum, qui nõ amat honorem, eò q̃ modestus & temperatus ſm q̃ dicimus in præcedẽtibus. Et manifestum est q̃ amator honoris, cùm dicatur ſm plures modos, non laudamus amatorem honoris in omni loco, cùm non dicatur semper de re vna eadem: sed laudamus plus q̃; laudet ipsum vulgus vel plures hominum, quando se habuerit debito modo, & vt oportet: vituperamus autem, quando extuerit ab opportuno. Et cùm sit medium in eo quod est inter hæc dato, non habens nomen, verisimile est vt accidat dubitatio in extremitatibꝰ: intẽdo q̃ in eo, qđ declinat versus extremitates dubitatur: de medio vero ſm veritatem palã est, q̃ laudabile. Et in quibuscunq; rebus fuerit superfluitas et diminutio, in ipsis est mediocritas. cũq; sit sic appetẽs honorẽ plus q̃; oportet, et minus q̃ oportet, erit hic appetẽs honore vt oportet. Laudatur quidẽ hæc dispositio, eò q̃ est mediocritas in appetitu vel amore honoris, aut vere innominata est. & palam est de re eius, q̃ in comparatione amoris honoris est non amor honoris: & in comparatione ad non amorem honoris est amor honoris. hæc ergo dispositio, s. media, vtriq; reliquarum cõparata, quodãmodo erit vtraq;. Et videtur q̃ intentio inuenta fit etiam in cæteris virtutibus: intendo q̃ media in eis sunt ipsa extrema quodammodo, & sunt alia ab ipsis modo alio. Et iam patet de re extremorum in hoc more: quoniam opposita sunt: quoniam medium innominatum est.

De mansuetudine



*De mansuetudine, eiusq; extremis. Cap. V.*

IAm vero mansuetudo circa iram mediocritas est. nam cùm nomine hac in re careat medium, & ferè etiam extrema, ad medium mansuetudinem ipsam referimus: licet ad defectum qui nomen non habet, declinare magis videatur. at excessus iracundia quædam dici potest: nam affectus est ira, quam quæ efficiunt, sunt multa et diuersa. Qui igitur ob quę oportet, & quibus oportet irascitur, adde etiã quo modo, & quando, & quousq; debet, laudatur: esseq; is mãsuetus potest: quippe cùm mansuetudo ipsa laude afficiatur. Mansuetus enim ille est, qui perturbatione vacat, & ab affectu minime ducitur, sed quemadmodum ratio ipsa statuerit, ita & ob id, & tam diu succensebit: peccareq; potius videtur in defectu: quippe qui non ad vltionem, sed ad veniam dandam promptior sit. At defectus, siue irę vacuitas quædam sit, siue quippiam aliud, vituperatur: nam qui & ob quæ oportet, & sicut oportet, & quando, & in quos oportet, non irascũtur. hi profecto esse stolidi videntur. qui enim non irascitur, neq; videtur sentire, neq; dolore affici, neq; esse idoneus ad vlciscendum. At tolerare si lacessaris, patiq; vt tui contumelia afficiantur, seruile profecto est. Excessus vero secundum omnes quidem modos fit: nam & in quos non oportet, & ob quæ non oportet, & magis item, & citius, & diutius q̃ oportet, existit: nõ tamen ita, vt vniuersa eidem insint: non enim id potest. nam malum etiam se ipsum perdit, & si integrũ sit, intolerabile euadit. Iracundi igitur cito quidem irascuntur, & quibus non debent, & ob quę non debent, & magis quàm oportet: sed, quod optimum in se habent, cito etiam desistũt. hoc autem ipsis propterea euenit, quia irã minime continent, sed reddũt. vnde ob celeritatẽ manifesti sunt, deinde cessant. supra modum autem celeres sunt, & ad omnes res et quacunq; de causa irascendi, ſ; qui sunt excandescentes & summe bilioſi. vnde nomen etiam habent. Acerbi vero difficulter reconciliantur, & longo tempore irascuntur. continent enim iram, & nõ nisi vbi reddiderint, cessant: nam vltio his iram sedat, dum voluptatem loco doloris inducit: quod quousq; nõ euenit, grauatum animum habent. quia vero id nõ est manifestum: neq; suasione apud eos vtitur quispiam: & ipsi secum iram concoquere nõ nisi mora quadam tẽporis possunt. suntq; huiusmodi homines tum sibi ipsi molestissimi, tum ijs qui maxime ipsis sunt amici. Infestos autem eos dicimus, qui & ob quæ non debent, & magis itẽ quàm debent, & diutius succensent; & placari sine vltione † vel etiam punitione nõ possunt. At vero mansuetudini excessum magis opponimus: quippe cùm & magis fiat: humanum enim magis est vindictam sumere: & ad conuictum hominum infesti etiam peiores sint. Quod autem tum i superioribus etiam libris diximus, tum ex ijs quæ dicuntur, satis constat, quo modo, quibus, ob quæ, quanto tempore irascendum sit, quousq; item aliquis progrediens vel recte facturus sit, vel peccaturus non est facile definire. qui enim paululũ transgreditur, non vituperatur, siue ad nimium, siue ad parum deflexerit: immo interdũ & eos qui deficiunt, laudamus, mansuetosq; appellamus: & eos qui infesti sunt, tanquam ad imperandum idoneos, viriles nuncupare cõsueuimus. Quantum igitur, & quo modo quisq; piam transgressus sit vituperandus, statui ratione nõ facile potest: in particularibus enim & sensu iudicium est. Veruntamen illud satis perspicuum est, sicut medium habitum, quo efficitur, vt & quibus oportet, irascamur, & ob quæ, & quo modo oportet, & secundum cætera omnia huiusmodi, esse laudandum: ita excessum & defectum, si parum quidem peccant, parum: si paulo amplius, magis: si multum, vehementer esse vituperandos. ex quo efficitur, vt medium habitum confectandum esse manifestũ sit. Atq; hæc de habitibus, qui circa iram existunt, dicta sufficiant.

*a.l. & punitione.

Qui parum trãsgreditur non vituperatur.

Iræ defectus quo pacto vituperabilis.

Malum etiã ſ; ipsum perdit.

DIxit. Et mansuetudo mediocritas est circa iram. cùm autem medium non habeat nomen in hoc more, & ferè similiter sit de extremis, noi animus medium mãsuetum, cùm sit propinquior extremo, quod est ex parte defectus: & est illud, quod non habet nomen: intẽdo in irascibilem, & priuatum ira. extremum autem alterum, quod est ex parte superfluitatis, est ille, qui nominatur iracundus vel furiosus: & hoc, quoniam hæc passio nominatur vniuersaliter ira. res autem inducentes hanc passionem sunt multæ diuersq;. Et quibus irascitur, et cui est irascendum, & pro quibus est irascendum, et vt oportet, & quando oportet, & quantum, hic laudatur. Et cõueniens est vt ille sit ipse mansuetus, cũ mansuetudo laudetur. & hoc, quoniam de natura mansueti est vt sit moderatus, non vlciscẽs propter iram, sed est in hoc qđ ordinauerit intellectus, & est eius exacerbatio in mensura horq; secundum q̃ mentiuerit intellectus: et ponitur q̃ peccatum in mansuetudine sit quidẽ maxime in defectu eo q̃ mansuetus nõ est amans vindictam, sed ignoscens & acceptãs excusationem culpæ defectus. Ergo in hac passione, siue fuerit priuatio iræ, siue quicquid fuerit, vituperabilis est. qui enim non irascuntur cui irascendum, reputantur insensibiles et incõsiderabiles: cumq; vt non irascatur, non quæret vindictã. Et tolerantia audientis vituperẽ, & non irasci pro pauxillis suis, & pro eis quos habet in reuerẽtia & veneratione, moris seruorum est. Et superfluitas & contingens in omnibus istis: intendo vt irascatur homo cui non oportet, & ex quibus non oportet, & vehemẽtius q̃; oportet, & diutius q̃ oportet, veruntamen omnia hæc non aggregantur in re vna eadem: ideo q̃ hoc non est possibile: propterea q̃ malum est corruptiuũ iumpsius,

quando

quando aggregarę fuerint omnes eius partes, cùm non
ſit hoc tolerabile, ad iraſcibilẽ enim feſtinat ira, ex quo
non oportet, & cui non oportet, & plus q̄ oportet. &
ſedatur ira eius velociter: & iſtud melius eſt, quod eſt
in eis. & accidit quidem ipſis vt tales exiſtant, eò q̄ nõ
recipiunt iram, ſed exaggerant: & propter acuitatem
ipſorum manifeſtant iram, & tandem quieſcunt. qui
autem addunt ſuper iſtos, ſunt veloces, ad iraſcendum
acuti: qui iraſcũtur ex omni re, & in omni re. Irę itaq;
qui amaricatum habet animum difficilis eſt ſeparatio:
et permanet tẽpore longo, eò q̄ reprimit irã ſuam: quę
ſcit autem ab iraſcendo, cùm fuerit ei ſatisfactum: eò q̄
ſatisfactio quietat irã, adeo q̄ acquirit domino ſuo de-
lectationem cum triſtitia. cùm vero non ſumpſerit ſa-
tisfactionem, contmuatur eorum iracũdia. & hoc, quo
niam, cùm non fuerint manifeſtantes iracũdiam ſuam,
non præparatur alicui ſedatio ipſorum. & propter hoc
durat eorum iracundia tempore longo: & qui fuerit cũ
hac diſpoſitione, contriſtãs eſt ſeipſum, & amicos ſuos
proprie. Illos ergo, qui iraſcũtur ex quibus nõ oportet,
& plus q̄ oportet, & diutius q̄ oportet, & nõ miteſcũt
nec parcunt, donec ſumpſerint ſatisfactionem & vindi
ctam, potius opponimus manſuetudini quàm extremi
tatem alteram: intendo priuationem iræ. & qui habẽt
vindictam vtilitatis, & qui iraſcũtur ira ipſorum, ma
læ ſunt ſocietatis & amicitiæ. Et tam patet ex eo quod
diximus in præcedentibus, & eo quod dicimus nunc,
q̄ non eſt facile definire iram ſermone, qualiter opor-
tet vt fiat in omni loco, & quantum, quam diu, & vſq;
ad quem terminũ, donec diuigatur in ipſa vt peccetur.
Si ergo pertranſeatur terminus in ira modicum verſus
ſuperfluitatem, vel verſus defectum, non vituperatur.
nos nanq; tortaſſis laudamus deficientes, nominantes
eos manſuetos. quorum autem grauis ſit ira proportio
nantur virtutibus ea quæ apti ſunt principatui. Non eſt au
tem facile nobis ſermone determinare vſquequo per-
tranſiens in ira modum & quantitatem, erit quis vitu-
perabilis: ideo q̄ eſt res particularis, quæ ſenſu diſcerni
tur: & per hoc q̄ appropriatí vnicuiq; ſingularium ex
ipſa. & hoc infinitum eſt. Verũtamen poſſibile eſt no-
bis vt peruentamus in declaratione huius ad hanc quã
titatem. Dicimus ergo q̄ diſpoſitio media, per quam
fit ira, contra quem tracendum, & quantum oportet:
& ſecundum alia huiuſmodi ex conditionibus laudabi
lis eſt. ſuperfluitas vero & defectus vituperabiles. quã
do ergo modicum pertranſibit medium, vituperatur
vituperio modico quando plus, plus: et quãdo multũ,
multum. cùmq; ſe ſit, manifeſtũ eſt, quod oportet vt
cohibeamus nos per diſpoſitionem mediam.

*De comitate, & eius extremis. Cap. VI.*

ATin congreſſionibus quoq; & conuiſ
ctu, ſermonumq; et negociorum com
munitate eſſe alij placidi & obſequioſi viden
tur, qui omnia in gratiam laudant, nullaq; in
re aduerſantur: ſed minime moleſtos exiſti
mant ſe eſſe oportere ijs, quibus cum habent
conſuetudinem. alij econtrario in omnibus
aduerſantur, nullamq; ſibi habendam ratio
nem putant, ne moleſti ſint: qui moroſi & liti
gioſi nuncupatur. Verum ſicut hos vtroſque
habitus eſſe vituperabiles: ita medium eſſe
laudabilem conſtat, quo videlicet efficitur, vt
vnuſquiſque & quæ oportet, & ſicut opor
tet, vel admittat, vel grauate ferat. Nomen ta
men huic medio nullum impoſitum eſt: ſed
amicitię maxime ſimilis videtur. talis enim eſt
qui habitu hoc medio eſt præditus, qualẽ mo
deſtum ac probum amicum eſſe volumus: ſi
id videlicet aſſumpſerit, vt diligat. nã ab amici
tia in eo differt, q̄ eſt ſine affectu diligẽdi eos
quibuſcum verſatur. nõ enim quia vel amat,
vel odit, ſuſcipit ſingula vt debet, ſed quia eſt
talis: quippe cùm idem facturus ſit tam apud
notos, quam ignotos: tam apud familiares, q̄
eos, quibus cum nulla familiaritas interceſſe
rit. vbique tamen prout ſingulis conueniet.
non enim perinde familiares atque externos,
aut ſtudio, q̄ſequi, aut dolore afficere nos con
uenit. In vniuerſum igitur dictum eſt in con-
greſſionib⁹ hũc vt oporter, ſe eſſe geſturum.
ſpectans autem ad honeſtatem & vtilitatem
id attendet, vt dolorem non afferat, vel collæ
tificet & obſequatur. videtur enim circa volu
ptates, doloreſq; eos verſari, qui in congreſ
ſionibus exiſtunt: in quibus ſi vel non hone
ſtũ ipſi fuerit, vel damnoſum etiã obſequi, id
minime faciet, ſed grauate ſe geret, potiuſq;
eſſe moleſtus volet. ſi item obſequium facien
ti aut decus, atq; id non paruum aut dam
num, aduerſario autem dolorem paruum al
latura ſit, non admittet, ſed ægre feret ac repu
diabit. diuerſo autem modo cum ijs qui in di
gnitate conſtituti ſunt & priuatis, cum magis
item & minus familiaribus, cæteriſq; diuerſi
inter ſe generis hominibus congreſſiones fa
ciet: ſingulisq; id quod decet, attribuet. ac col
lætificare quidem per ſe eliget, cauebitq; con
triſtare. ſed euenictia tamen ipſa ſi maiora fue
rint, honeſtatem inquam & vtilitatem conſe
quetur: voluptatisq; cauſa magnæ quæ po
ſtea ſubſequutura ſit, paruum dolorem affer
re nõ verebitur. Ac medius quidem talis eſt,
nomenq; non habet. Qui autem obſequitur,
ſi nulla alia de cauſa id facit, niſi vt iucũdus ſit,
placidus eſt & obſequioſus: ſi vt emolumen
tum aliquod adipiſcatur, atq; id vel pecunijs,
vel ijs rebus, quę pecunijs comparantur, adu
lator. at eum qui omnia moleſte accipit, eſſe
moroſum & litigioſum iam diximus. quia ve
ro medium caret nomine, inter ſeſe extrema
ipſa opponi videntur.

DIxit. Et iam determinauimus diſpoſitiones inuen
tas in ira. Diſpoſitiones autem, quæ ſunt in ſocie-
tatibus et incollocutionibus, et cõmunicationibus nũc
dicemus. Qui ergo per iſtas intendunt, & capiunt beni
uolentias hominum, & ſunt illi qui nituntur vt delecta
ri faciant per aſſociationem ſuam alios, & non offen-
dunt neq; moleſtant aliquem ex eis quibuſcum viuunt
in aliquo, quin immo videt vt non contriſtent eũ, quẽ
aſſociãtur, ſunt quidam modus hominum. Et ſunt alij
contrarij iſtis, qui diuerſificãtur eis in omnibus ſuis di-
ſpoſitionibus, quibus non eſt cordi, neq; curant de ali-
quo



quo ex eis, quæ appropriantur alij ab ipſis: & ſunt illi,
qui nominantur maligni, dyſcoli, & intractabiles. Et
manifeſtum eſt q̄ duæ diſpoſitiones, intendo extremi-
tates ex ipſis vituperabiles ſunt: & diſpoſitio media in
ter ipſas laudabilis. nos enim per hanc recipimus quod
oportet, & vt oportet. & propter hoc in habẽtibus eas
habitu eſt, & non eſt eis nomen. D. Et ſimilatur mos
iſte dilectioni. qui enim eſt in diſpoſitione media huius
moris, proprietas eius ſiue attributio eſt attributio di-
lectoris. & hoc, quoniam quaſi declinamus ad hoc, vt
dicamus q̄ blandus & tractabilis dilector noſter pro-
pter velocitatem ſui ad recipiendum ſocietatem, & fa-
miliaritatem exhibẽdum. attamen diuerſificatur mos
iſte à dilectione: eò q̄ vacuus eſt eius paſſionis, quæ in
dilectione exiſtit: cùm non ſollicitetur per ſocietatem
eius, quem diligit, quemadmodũ ſollicitatur dilector.
& hoc, quoniam ipſe non recipit vnumquemq;, quem
recipit ſecundum q̄ oportet ad amandum ipſum, & nõ
obediendum, ſed recipit quidem eum, quem recipit: eò
quòd natura ſua talis eſt. & propter hoc amat cogni-
tum & incognitum, & familiarem & non familiarem
ſecundum modum vnum. neque facit hoc, quod fa-
cit de hoc in vnaquaq; rerum, ſecundum quòd ei per-
tinet. nõ enim oportet ut ſit cura eius pro extraneis &
familiaribus, & receptio eius ipſorum ſecundum mo-
dum unum: uel tamen nõ moleſtat aliquem. D. Et
iam diximus qualiter oportet eſſe aſſociationem & cõ
uictum, et quãdo proportionaueris diſpoſitiones eius,
intendo aſſociãs ad factum honeſti & utilis, undebis in
tendere ipſum in eis, ut non contriſtet aliquem, aut ut
hilarem eum faciat, uidetur enim q̄ diſpoſitiones con-
uiuendi uel aſſociandi ſunt circa delectationem & tri-
ſtitiam: et in quo ex iſtis non fuerit res honeſta, ſi fuerit
in ipſo res deinnoſa, grauis eſt habens eas, ut hilarem fa
ciat aliquem, & interdum eligit ut contriſtet. & iſtud
acquirere facit factorem eius turpitudinem: & hæc tur
pitudo aut erit nõ in modico, aut erit eius cõtrarij. di-
ſpoſitio autem huic contraria: intendo eam, in qua eſt
honeſtum uel utile, neq; moleſtationem modicam rect
pit, ut ſuccedam eſſet hoc habenti ipſam, cõiunctum autem
potentibus, & plebeis, & penitus notis, & minus notis
conuictu diuerſo ſecundum debitum modum: & in cę-
teris diſpoſitionib⁹ diuerſificatis aliis tribuit unicuiq;
quod ſuum eſt: & uerecundatur de eo quod hilarem fa
cit cum ſolum, & ſine ſuo grato eſt contriſtare eum ali-
quem. et ſi fuerint res, ad quas cõuertuntur eius diſpo-
ſitiones ex rebus grauibus, intendo honeſtum & utile, declinat ad illud & plane conuerſatur in eo: & inter-
dum contriſtat contriſtatione modica propter illud,
quod ſequitur poſt ex delectatione: intendo quatenus
poſtea hilarem faciat. Hæc igitur eſt determinatio me-
dij in hoc more. intendo aſſociationem. & non eſt ei no
men poſitum. Qui uero hilares faciunt quoſcũq; indif-
ferenter, & intentio ipſorum eſt ut gaudere faciant ho-
mines abſq; cauſa, ſunt illi qui placere cupiunt homini
bus. qui autem hoc emolumenti cauſa faciunt, nomi-
nantur adulatores: qui autem rixoſus eſt & in omnibus in
tractabilis eſt, ut iam diximus malignus & dyſcolus.
Et iam declaramus de re extremitatum amborum q̄
ſunt oppoſitæ: & q̄ medium innominatum eſt.

*De ueracitate, & eius extremis. Cap. VII.*

CIrca eadem ferè etiam arrogãtiæ media
critas verſatur: quæ quidem etiam ipſa
nomen non habet. non ab re autem erit, vt de
his quoq; diſſeramus. nam & ſingula pertra-
ctando melius quæ ad mores ſpectant, perci-
pere poterimus: et virtutes eſſe mediocritates
tunc demum credemus, vbi in omnibus id ita
ſe habere perſpexerimus. In conuiuendo igi-
tur qui cum voluptate & dolore congreſſio-
nes faciunt, dictum eſt. nunc de veracibus
& mentientibus, atq; id tam verbis, quã actio
nibus & fictione dicẽdum eſt. Arrogans qui-
dem eſt is, qui illuſtria quædam vel quæ non
habet, vel maiora quàm habeat, fingit, ac ſibi
vendicat. diſſimulator contra, qui quæ ſibi in-
ſunt vel negat, vel diminuit. At medius cùm
ſit ipſe ille qui eſt, & tam vita quàm verbis ve
rax, ea ipſa planè quæ ſibi inſunt, neq; maio
ra, neq; minora eſſe confitetur. Atque horum
vnumquodq; poteſt & alicuius & nullius rei
cauſa fieri. qualis autem vnuſquiſque eſt, talia
etiam, niſi alicuius rei cauſa faciat, & agit & di
cit: necnon ita vitam quoq; ſuam omnem in-
ſtituit. ac per ſe quidem mendacium prauum
eſt & vituperatione dignum, verum honeſtũ
et laudabile. iccirco ſit, vt verax ipſe qui eſt me
dius, laudem mereatur: mentientes autem vt
tuperio afficiendi ſint; vtrique illi quidem, ſed
magis tamen arrogans. Sed de vtriſq; his tam
dicamus; ac prius de veraci. non etiam de eo
intelligi volumus, qui in pactionibus verum
dicit, atq; ijs quæ ad iuſtitiam vel iuſtitiã ſpe
ctant. id enim eſt alterius virtutis: ſed de eo qui
licet nihil huiuſmodi interſit, & vita & verbis
propterea verũ dicit, quia talis ex habitu eſt:
qui ſanè cùm ſit huiuſmodi, merito eſſe pro
bus videtur. qui enim veritatis eſt ſtudioſus,
& vbi nihil refert, verum dicit: multo magis
vbi referat, id faciet. vbi enim turpe eſt men-
dacium, cauebit profectò, quod per ſe etiam
cuitabat. Talis autẽ eſt laudabilis: licet magis
ad id declinet, quod vero minus eſt. nam quia
inuidioſæ ſunt nimiæ excellẽtiæ, id eſſe mode
ratius videt, atq; aptius. Qui aũt maiora q̄ ha
beat, fingit, ſi id nullius rei cauſa facit, prauo
quidem ſimilis eſt: alioqui enim minime gau-
deret mẽdacio: vanus tamen potius videtur,
quàm malus. Sin alicuius cauſa, aut gloriæ &
honoris: atq; is non admodum eſt vituperabi
lis, ſicut arrogans: aut argenti, eorumq; quæ
ad argentum pertinẽt, qui deformior eſt. At
arrogans non in poteſtate, ſed in electione cõ
ſiſtit: ex habitu enim & quia eſt talis, arrogans
eſt. Quemadmodum etiam mẽdax, alter eſt,
qui mendacio ipſo gaudet: alter, qui vel glo-
riam vel lucrũ appetit. Qui igitur gloriæ cau
ſę arroganter ſe gerunt, ciuſmodi res ſimulãt,
ob quas laudari, felices q̄ prædicari homines
conſueuerunt: qui lucri, eas quarum fructuo-
ne alij oblectantur: quęq; etiam ſi non adſint,
latere facile poſſunt: vt medicum eſſe aut va-
tem,

Qualis ſit uerax, talia etiam ipſe dicit. Mendacium per ſe prauum & uituperatione dignum eſt.

tem,aut ſapientem. atq; iccirco plerique huiuſmodi res ſibi fingunt atque arrogant:quippe cum in ipſis ea ſint,quæ diximus. At diſſimulatores minus quàm ſit dicentes, moribus eſſe elegantiores videntur. apparet enim eos non quæſtus gratia id facere,ſed vt euitẽt importunitatem,ac faſtum . atq; hi quoq; maxime illuſtria & clara ſolent recuſare: quemadmodum etiam Socrates faciebat . Qui autem parua & manifeſta diſſimulant, † verſute delicati dicuntur, & contemnendi ſunt . Adde q̃ hæc arrogantia interdum videtur: vt Lacedæmoniorum veſtitus.nam tam exceſſus,quàm nimius defectus ad arrogantiam ſpectat . qui vero moderate diſſimulatione vtuntur, eaq; diſſimulant, quæ non nimis ſunt aperta, atq; ante oculos poſita elegantes videntur. Ac veraci quidem arrogans magis opponitur : peior enim eſt.

† 2.l. verſute glorioſi.

DIxit . Et in his rebus inuenitur medium elationis. & hoc medium, quod in elatione eſt, nõ habet nomen. & non eſt malum vt has res determinemus . Dixit. & fortaſſis perfectius cognoſcentes erimus diſpoſitiones morum , quando ſciuerimus ex definitione vel termino earum,q̃ ipſæ ſunt medium : & ſecuri erimus de hoc , q̃ virtutes mediæ ſunt , quando ſciuerimus q̃ ipſæ ſic ſunt in vniuerſo. D. Iam autẽ diximus de his, qui vtuntur alloquutionibus loco delectationis & triſtitiæ. nũc vero determinabimus de illis, qui veraces exiſtunt, vel mẽdaces ſecundum modum vnum in dictis & in factis, veraces & ſimulatores . Dicimus ergo q̃ putatur de elato q̃ ſimulet meſſe habere res honorabiles, & non ſunt: & meſſe habere res eximias , quarum non habet poteſtatem, vel ad quas non poteſt. Qui autem vtitur ironia, eſt ſecundum diuerſum iſtius: eò q̃ aut negat quod meſt et ironi e cauſa, aut tale facit ipſum. Medius uero horum eſt uerax in modo ſuo uiuendi & in dicto: & confitetur hoc , quod in ipſo eſt præterquam addat in hoc , aut diminuat . Et forſan unuſquiſque facit hoc quod facit, propter aliquam rerum: & forſitan facit ipſum non propter aliquid penitus. & unuſquiſq; ipſorũ dicit, & facit ſecundum q̃ ipſe eſt. et ſimiliter uſus uiuẽdi eſt ſecundum q̃ ipſe eſt, dum nõ facit quod facit propter aliquã rerum . & mendacium in ſeipſo malum eſt uituperabile: ueritas autẽ bona laudabilis, f. ideoq; ueraxe, & eſt medius, laudabilis exiſtit: extremi uero mendaces ſunt, & ambo uituperabiles: & proprie ſuperelatus uel ſuperbus. hic enim magis mẽdax eſt. D. Et nos determinabimus eos ſimul, incipientes à ueracẽ. nolumus autem per ueracem eum, qui ueax in eo q̃ confitentur homines ſibi inuicem, f. fictio et ſimulatio: et eſt id in quo ueritas adducit ad iuſtitiam, & mẽdacium ad iniuſtitiam : iſtud enim eſt de natura uirtutis alterius: ſed uolumus per ipſum ueracem, illum, in quem nõ cadit controuerſia & diuerſitas : & eſt ille , qui ueax eſt de ſeipſo et de uita ſuo uiuendi: ideo q̃ ſtatus eius eſt ſtatus iſte . & uidetur de eo q̃ ſit quaſi ſubmiſſas habens alas. & hoc, eo q̃ amator ſit ueritatis, & ſi fuerit ueax in eo, ubi non habet locum ueritas , tunc dignius eſt ut ueax ſit, ubi locum habet: ideo q̃ qui uereatur mendacium propter ſeipſum intendo eò q̃ mendacium hoc non uereatur ipſum propter quãtitatem uel menſuram aliquam. Quicunq; fuerit cum hac determinatione, hic laudabilis exiſtit. & manifeſtum eſt de re ipſius qui declinat amplius ad deficientiam q̃ ſtudioſior eſt veritatis eo, qui declinat ad ſuperfluitatem: eò q̃ ſuperfluitas põderoſa vel grauis eſt. Qui autem ſimulat magis quàm in eo ſit abſq; cauſa, tam malus videtur. nõ enim aliter uteretur mendacio, ſed potius vanus eſt quàm malus. Si autem ſimulat propter aliam cauſam, & eſt cauſa illa gloria vel honor, tunc nõ eſt valde vituperabilis vel ſuperelatus. Si vero fuerit hoc cauſa pecuniæ vel etus, quod ducit ad pecuniam , tunc turpior eſt eius diſpoſitio diſpoſitione ſuperelati. Et ſuperelatus non eſt ſuperelatus potentia tantum: intendo naturaliter, ſed & ſecũdum electionem: eò q̃ eſt ſuperelatus quidem per naturam & mortigerationem ad ſimilitudinem mendacis. Et enim quidam ex mendacibus mentiuntur, gaudendo ex mendacio: quidam vero mentiuntur, deſyderantes ex hoc exaltari. Qui ergo vtuntur elatione, vt per hoc exaltentur, ſimulant res, propter quas laudantur homines et proſelicibus habentur. qui vero vtuntur ea emolumenti vel lucri cauſa, ſimulant res, in quibus ſequuntur eos illi, quibus appropinquant, & res quas poſſibile eſt eſſe: & latet de eis , quoniam tales ad ſimilitudinẽ eius qd̃ tacium oſtenſores, & medici, & ſapientes: ideo quoniam res iſtæ latent pro pter iſtud . ergo plures hominum ſimulant res huiuſmodi et fingunt eas: intendo q̃ inſit eis res , quas diximus , id eſt q̃ ſint ſapientes & oſtenſores. Contrarij autem ſuperelatis & ſunt vilificãtes ſe, eò q̃ dicunt de ſe minus quàm ſit in eis , patẽs eſt de re ipſorum, quoniam placentiores ſunt ſecũdum mores, eò q̃ putatur de eis q̃ non dicant de ſe hoc, quod dicunt quęrentes per hoc lucrari, ſed fugientes cognoſci. & ipſi non deueniunt ad vltimum in negatione rerum honor. dubium, quemadmodum faciebat Socrates. At illi, qui ſimulant res exiles , apparabiles, nominatur doloſi vel fraudulenti. & ſunt vilibus communi. & hoc, quoniam ſuperfluitas & defectus in mala proportionantur vituperabilibus . Sed qui vtuntur rebus iſtis menſurate, & in rebus non vilibus valde, & non apparibilibus, palam eſt de re ipſorũ q̃ acceptabiles ſunt. Et manifeſtum eſt quod vilificantes ſe oppoſiti ſunt veracti, eo quòd ſunt digniores eo.

*De facecudine, & eius extremis.* Cap. VIII.

CVm autem in vita requies etiam quædam ſit, in qua homines ioco vtantur: videtur etiam hic eſſe cõgreſſio quędam moderata & dicendi ea quæ oportet, & vt oportet,& audiendi. differentia quoq; in eo erit, vt & inter tales quoſdam dicamus,& tales audiamus. Circa quæ excellum etiam eſſe medij, et defectum perſpicuum eſt. Qui igitur ridiculis excedunt, ſcurræ eſſe atq; importuni vidẽtur: qui ridicula penitus affectant, adeo vt ſtudeãt potius riſum mouere , quam honeſte loqui, doloreq; eum non afficere quem cauillantur. Qui autem neq; ipſi quicquam ridiculi dicunt, neq; alios dicentes equo animo patiuntur, ruſtici & duri ſunt. At qui apte ac moderate iocantur, faceti ac verſatiles dicuntur, quaſi ad verſionem apti: morum enim huiuſcemodi eſſe videntur motiones: atq; vt corpora, ita etiam mores ex motionibus iudicãtur. Quoniam vero ridiculum admodum redundat, & plerique ſunt, qui iocis delectãtur & cauillis magis quàm deceat: effectum eſt, vt ſcurrę quaſi

Vt corpora, ita etiam mores ex motionibus iudicãtur.

elegantes



elegantes faceti nuncupẽtur: quos tamen differre ab elegantibus, ac non parum quidem ex iſs quæ diximus, manifeſtum eſt. Huic autem medio habituí congruit etiam vrbanitas ſeu dexteritas . vrbani vero eſt ac dexteri hominis talia dicere & audire, qualia probo atq; ingenuo conueniunt . Quædam enim ſunt, quæ & ioco dicere & audire talem hominem decet : & ingenuí hominis locus à ſeruílis, & item eruditi ab ineruditi ioco diſtat . Id quod ex comœdijs veteribꝰ & nouis licet vnicuiq; perſpicere : illis enim verborum obſcœnitas, his obſcœnitatis ſuſpitio tantum riſum faciebat. Hæc autem in honeſtate non paruam habent differentiam. Vtrum igitur ea re definiẽdus eſt aptus cauillator, quòd ea dicat quæ in genuum hominem decet, an q̃ moleſtia non afficiat audientem, aut etiam oblectetur? An hoc quoq; nullam certam definitionẽ admittit. aliud enim alij & odioſum & iucundum eſſe conſueuit: quocirca talia etiam audiet: nam quæ quiſq; audire patitur, eadem quoq; facere videtur. ſed non omnia faciet: cauillũ enim conuicium quoddam eſt. legum latores autẽ, cùm nonnulla conuicia prohibeant, debebãt fortaſſe cauilla etiam vetare. Elegans igitur & ingenuus quaſi ſibi ipſe lex ſit, ita ſe geret. ac talis quidẽ medius eſt, ſiue vrbanus & dexter, ſiue facetus appellãdus ſit. Scurra autem cùm ſuperetur ridiculis, neq; ſibi neque alijs parcit, modo riſum moueat: eaq; dicit, quorũ nihil elegans diceret, nonnulla autem ne audiret quidẽ. At ruſticus eſt ad huiuſcemodi conſuetudines ineptus: cùm enim nihil ipſe conferat, omnia ægre accipit . Ac requies ſanè & iocus in vita eſſe neceſſaria videntur. Tres igitur hæ, quas diximus mediocritates, in vita ſunt : quæ in verborum omnes, actionumq; quarundam communitate verſantur: in quibus illud intereſt, quòd vna circa veritatem, reliquæ circa iucunditatem conſiſtunt: ex iſs vero quæ circa voluptatem ſunt, altera in iocis, altera in reliquis vitæ congreſſionibus locum habet.

DIxit. Et ex quo eſt hominum in vita ſua tranquilli tas, & eſt vſus eius uiuendi hora huius tranquillitatis in ſolatio tocoſo, tũc uidetur q̃ hic etiã eſt aſſociatio ſuportifera, in qua collocutio fit de eo, quod q̃ oportet, & ut oportet . Et manifeſtum eſt q̃ in his etiam eſt ſuperfluitas, & defectus, & medriũ. Et hoc, quoniam illi, qui excedunt in eo , de quo ridetur, putatur de eis q̃ ſint placentes: eò q̃ ducuntur ad res, de quibus ridetur de neceſſitate. & intentio ipſorum utplurimũ eſt, ut rideatur de ipſis, & ut ſit ſermo eorum ſermo placens, & ut non contriſtent eum, cum quo iocantur. De illis autem , qui dicunt aliquid prouocationi riſus, & moleſte ferunt eum, qui tale quid dixerit, putatur q̃ ſylueſtres ſint & inepti. Qui autem utitur loco ſaporoſe, noſcantur cõpoſiti apti: ideo q̃ iſtæ dupoſitiones omnes ſunt, de quibus putatur q̃ ſint unius & eiuſdem morts, quẽadmodum enim ex moribus corporũ iudicatur ſuper diſpoſitiones eorum, ſimiliter ſe habent mores. Et quãdo detegitur res prouocattua riſus, & exhilarat præſentes ioco & geſticulationi plus q̃ oportet , nominatur factor eius repreſentator, et ioculator. Manifeſtum eſt autem ex eo quod tam diximus, q̃ homines diuerſificãtur diuerſitate, nõ his rebus tantum . Et liberalitas uultus proprie eſt in diſpoſitione media: intendo q̃ nõ mẽ liberalitas uultus appropriatur diſpoſitioni mediæ in hoc more . & de natura ſolutt uel liberi uultus eſt ut dicat & audiat quod congruit uiro ſuaui liberali ad dicendum & audiendum. Sunt etenim hic res conuenientes ei, qui huius fuerit diſpoſitionis ac dicendum, & audiendum ſecundum modum ioci, et ſocus liberi diuerſificatur à ioco ſeruí: iocuſq; eruditi diuerſus eſt à ioco ineruditi . Et ſcitur hoc ex poematibus , quæ poſuerunt Antiqui & Moderni in ſatyricis uel reprehenſiuis . & hoc, quoniam quidã ex ipſis ſunt, quos ridere facit ſuſpitio & interſtas duas res differt non modicum quæ earum habenda pro decenti ſit. D. An igitur oportet ut definiatur ſcurrilitas & turpiloquium per hoc , quod dictum eſt, q̃ non conuenit uiro libero: an per hoc, quod eſt dictum, quòd non contriſtat auditorem ſuum. & hęc deſcriptio ſecunda quaſi interminata eſt. etenim cõtriſtabile & delectabile unicuiq; hominum alterum eſt ab eo, quod eſt alteri. Et ſimile huic accidit in rebus , quæ audiuntur. nam putatur de uno q̃ faciat rem , cuius audutionem ſuffert : eò q̃ nõ omnem rem facit omnis homo. & hoc , quoniam uituperium & ſcurilitatem non facit uir liber. D. & quidam ex legum latoribus prohibent vituperia . & conuenientius eſt quibuſdam eorum vt prohibeant ſcurilitatem. Vtrũ autem libertate ceptabilis hæc eſt diſpoſitio : cùm ſit ſibi metipſi hoc, quod eſt lex illis de ciuitate. medius ergo in hoc more, & eſt habens hanc diſpoſitionẽ, nominatur ferem vultus . Repreſentator autem minor eſt concitatore riſus. etenim ipſe non recipit à ſeipſo, neq; ab alio miſi res prouocattuas riſus: et dicit etiam res, quas non placet viro acceptabili dicere neq; audire eas. Sylueſter autem, & rudis nõ eſt aptus huiuſmodi ſolatijs: cùm nihil eorum conuenat ipſi, & conturbetur & moleſtetur ex omnibus eis. D. Et iam putatur q̃ tranquilla quies, & ioco ſum ſolatium neceſſaria ſunt in vſu viuendi hominis. Media ergo determinata in cõiunctibus tria ſunt, et omnia communicãt in hoc , q̃ ſunt in dictis quibuſdam & factis: & diuerſificantur in hoc, q̃ quoddam eorum eſt circa verum, ſ. q̃ habens nominatur verax, & alterum eſt circa delectabile: & eſt duorum modorum: vnum, quod eſt circa ludiera & iocoſa, ſ. q̃ habẽs nominatur aptus & compoſitus : & tertium quod eſt circa vitam eius, qui viuit abſq; iocis.

*De uerecundia.* Cap. IX.

DE verecundia autem quaſi de virtute aliqua dicẽdum non eſt : affectus enim magis eſſe quàm habitus videtur: quippe quę timor quidã infamiæ eſſe definiatur, exiſtatq; non ſecus ac timor, qui circa res terribiles accidit. Rubeſcunt ſiquidem qui pudore afficiũtur: qui mortem timent, pallent: vt corpora lia vtraq; eſſe videantur : id quod affectionis magis quàm habitus eſt . At non omni ætati affectus hic conuenit, ſed iuuenili tãtum. nam qui ea ſunt ætate , oportere eſſe verecundos exiſtimamus:

existimamus: propterea quòd cùm ex pertur
batione viuant, ob idq; in multis peccẽt, à ve
recundia peccare prohibẽtur. ac iuuenes qui
dem, qui verecundi sunt, laudamus: seniorem
quòd sit pudibundus, laudauerit nemo. nihil
enim eum quicquam agere debere cẽsemus,
in quo pudor consistat. nam pudor probi vi
ri esse nullo pacto potest, cùm ob malas res
exoriatur. neque enim agendæ res eiusmodi
sunt. Quòd si alia sunt re vera turpia, alia opi
nione, nihil refert: neutra enim agi debent.
Quare minime est erubescendũ: prauí nanq;
hominis est, esse eiusmodi, vt turpe aliquid
agat. ita vero esse affectum, vt si turpe quid
egeris erubescas, ac propterea probum te es
se existimare, absurdum planè est. nam ex ijs
quæ sponte agimus, verecundia existit: pro
bus autem vir sponte nunquam male aget.
Quocirca verecundia ex conditione probata
res est: si enim ageret, erubesceret. at hoc circa
virtutes minime contingit. si vero impuden
tia malum est, & cùm quis turpia agere non
verecundatur, nihilo magis bonum est existi
mandum cùm quis turpia agendo erubescit.
Sed neque continentia, virtus est, sed quod
dam aliud mistum: de qua posterius pertracta
bimus. Nunc de iustitia dicamus.

DIxit. De verecundia autem non oportet nos loqui
secundum quòd virtus quędam: potius enim vide
tur esse passio quam dispositio. Neq; passio hæc conue
nit omni ętati sed proprie conuenit adolescentiæ, cùm
videmus oportere huiusmodi verecundantes esse: in
tendo adolescentes. Et fit quidem verecundia laudabi
lis in huiusmodi ręo q; cum vitia ipsorũ vincatur à pas
sionibus, peccant multipliciter, & verecundia arcet &
prohibet eos ab hoc. senes autẽ nemo laudat, eo q; sint
verecundantes: videmus etenim q; non oportet facere
senes ia facta, propter quæ sit verecundandum, neq;
virtuosus etiam verecundatur: cùm verecundia non fiat
nisi propter mala, & hęc non sint fienda. D. Cumq; re
rum turpium quædam sic sint secũdum veritatem, quę
dam autem sic sint putatiue: non differt quin cauẽdum
sit ab vtrisq;, donec non incidatur in verecundiam ex
ipsis. Et virtuosi dispositio hæc est: intendo q; de natu
ra ipsius non est vt faciat vllam ex his duabus turpitu
dinibus. de natura autem mali est vt sit dispositione,
per quam agat aliquid ex turpibus rebus. & pro hoc
fiat q; fecerit aliquid ex istis vt verecundetur. ideoq;
putabitur de ipso q; salus sit à turpi secundum dispositio
nem. Verumtamen dicere q; verecũdari bonum est
in rebus fientibus sponte, est super quo conueniunt ho
mines. propterea q; verecundans, quãdo fecerit turpe
factum & verecundatur ex ipso, speratur et conuersio
ad virtutem, propter hoc dictum est de verecundia q;
est bona, non q; numerata sit in virtutibus: nisi quia ir
reuerentia siue impudentia malum: et est vt non verecũ
detur homo facere turpe optimum autem hominꝫ et di
gnissimum ipsi est vt non faciat, vnde sit verecundan
dum. D. Neq; etiam retentio animæ virtus est: & lo
quemur in hoc in hac parte: sed ipsa est res mixta. lo
quamur autem in ipsa postea. Nunc autem loquamur
de iustitia.

# NICOMACHIORVM ARISTOTELIS MORALIVM NICOMACHIORVM LIBER QVINTVS, *cum Auer. Exposit.*

SVMMA LIBRI.

*De iustitia, & iniustitia. De iure, & iniuria: ac ipsorum speciebus. De æquitate, & æquo.*

## *De iustitia & iniustitia, & modis iniusti.* Cap. I.

DE iustitia & iniustitia consy
derandum est, circa quales
actiones versentur. qualis ité
sit mediocritas iustitia: & ius
etiam quorum sit medium.
Hæc autem consyderatio ea
dẽ docendi via progrediatur,
qua vsi in superioribus etiam fuimus. Vide
mus igitur omnes eiusmodi habitum appella
re iustitiam solere, ex quo ad agendas res iu
stas homines idonei efficiuntur: ex quo item
iuste agunt, voluntq; iusta: iniustitiam quoq;
simili modo, ex quo iniuste agunt, & volunt
iniusta. Iccirco etiam à nobis vt in figura hæc
statuantur. Neq; enim scientijs et facultatibus
& in habitibus idem est modus. nam facultas
& scientia eadem cùm sit, esse contrariorum
videtur: habitus autem contrarius contrario
rum esse nullo modo potest. verbi causa, ex sa
nitate contraria minime aguntur, sed salubria
tãtummodo: quippe cùm sanè quempiam in
cedere dicamus, cùm ita incedit, vt simus. Sæ
pe quidem contrarius habitus ex contrario,
sępe item idem habitus ex subiectis sibi rebus
agnoscitur. nam et si bona corporis habitudo
fuerit nota, mala quoq; habitudo innotescet:
& ex bene habitis corporibus bona habitu
do, & ex bona habitudine vicissim corpora
ipsa quæ bene affecta sunt, fiunt manifesta. si
enim bona habitudo carnis den sitas est, necesse est vt & mala habitudo raritas sit: & quod
bona habitudine est affectum, spissitudinem
in carne efficiat. Sequitur autem plerunq;, vt
si vnum multis modis dicitur, alterum quoq;
dicatur: vt si ius, etiam iniuria. Iustitia autem
& iniustitia dici pluribus modis videtur. sed
quia proxima ipsarum eo gnominatio est, la
tet, nec sicut in ijs, quæ procul distant, magis
apparet. magna enim in forma differẽtia est.
vt clauem æquiuoce dici manifestum est, &
eam quæ collo animalũ subiacet, & eam qua
fores clauduntur. Sed sumamus quot modis
iniustus dicatur. Videtur igitur iniustus is esse

Sæpe contrarius habitus ex cõtrario, sępe ex subiectis sibi rebus agnoscitur.

qui



qui & illegitimus, & pluris vsurpator, & ini
quus est: quare iustum quoq; esse & legitimũ
& æquum patebit. Ius ergo etiam ipsum legi
timum, & æquum erit: iniuria contra illegiti
gitima & iniqua. Nam quia iniustus etiam est
pluris vsurpator, circa bona non omnia versa
bitur: sed circa ea tantum, in quibus fortunæ
prosperitas et aduersitas consistit. quę semper
quidem absolute ac simpliciter bona sunt, qui
busdam tamen nõ semper bona euadunt: ho
mines autem ea optant, ac persequuntur. At
non opus est. optare enim deberent, vt quæ
simpliciter sunt bona, sibi ipsis quoq; bona es
sent: et eligere ea quę sibi ipsis bona sunt. Quã
quam iniustus non semper plus, sed in ijs quę
simpliciter mala sunt, minus etiam eligit. sed
quia minus de malis esse quodam modo bo
num videtur, in bonis autem est pluris vsur
patio: propterea pluris esse vsurpator videtur.
est item iniquus: hoc enim cõtinet, & commu
ne est: necnon illegitimus: hoc est legum trãs
gressio, id est iniquitas omnem iniustitiam cõ
tinet, estq; omni iniustitiæ commune. Quo
niam autem illegitimus iniustus, legitimus ve
ro iustus est: omnia legitima esse quodam mo
do iusta perspicuum est. nam quæ sunt à legũ
latrice facultate definita, ea legitima sunt: quo
rum singula iusta esse affirmamus. leges autẽ
de omnibus præscribunt, ea spectantes quæ
vel communiter omnibus cõferunt, vel opti
mis quibusq;, vel pricipalibus, qui scilicet aut
virtute, aut tali aliquo modo huiusmodi fue
rint: atq; ita vno quidem modo ea iusta dici
mus, quæ felicitatem eiusq; partes ciuili socie
tati & efficiũt, & conseruant. Quin etiam lex
præcipit & id quod fortis viri opus est, vt non
deserere ordines, non fugere, non abijcere ar
ma: & id quod est temperantis, vt non com
mittere adulterium, non contumeliose se ge
rere: & id quod est mansueti, vt non verbera
re, non maledicere: simili modo quoq; secun
dum alias virtutes et vitia alia iubet, alia prohi
bet. ac recta quidem lex est, quæ recte: mala,
quæ tumultuarie posita est. Atq; hęc quidem
iustitia virtus perfecta est: nõ absolute tamen,
sed ad alterũ. vt propterea sæpe iustitia virtu
tum præstantissima esse videatur: & neq; he
sperus, neq; lucifer sit adeo admirabilis. adde
quod in prouerbium dicimus,

Iustitia virtutum præstãtissima.

» Iustitia in se virtutes complectitur omnes.

ac perfecta quidem maxime est, quia perfecte
virtutis est vsus: perfecta autem, quia qui eam
habet, nõ solum secum, sed cum altero etiam
virtute vti potest. Multi enim sunt, qui in pri
uatis rebus virtute vti possunt: in cæteris quę
ad alium spectant, non possunt. vnde recte il

Brantis dicũ
Principatus virum ostendit.

lud Biãtis dictum videtur: principatus virum
ostendit: quippe cùm ad alterum iam, et in so
cietate princeps versetur. Ob id quoq; ipsum
iustitia sola ex omnibus virtutibus esse alienũ
bonum videtur, quia ad alterum spectat: agit
enim ea, quæ alteri conducunt, aut principi,
aut reipublicæ. Pessimus igitur est, qui & se
cum & cum alijs prauitate vtitur: optimus au
tem non qui secum, sed qui cum alijs virtutẽ
exercet: quippe cùm id difficile admodum sit.
Itaq; neq; hęc iustitia pars virtutis, sed integra
virtus est: neq; huic opposita iniustitia pars vi
tij, sed integra est vitiositas. quid vero virtus
& iustitia hæc differat, ex ijs quę diximus, iam
patet. vtraq; enim eadem est: esse tamen vtra
runq; nõ est idem. nam quatenus ad alterum
spectat, iustitia: quatenus talis quidam est ha
bitus, virtus simpliciter est.

DETERMINATIO QVINTI TRACTATVS LIBRI NICOMACHIAE ARISTOTELIS.

DIxit. Scrutandũ autem de iustitia quid
est et si quo etiã sit iustitia circa actio
nes, et si fuerit medium, tunc quod me
dium est, & quatenus est medium. Sit
autem perscrutatio nostra de hoc secũ
dum modum, quem metitur hæc ma
teria, secundum quę præcellit de sermone nostro. Dicimus
igitur q; videmus omnes de cęteris q; iustitia est, per quã
possumus super res iustas, et per quam iuste agimus et
volumus res iustas, & similiter etiã intuemur eos di
centes q; non iustitia, intendo materiã, est habitudo vel
dispositio illa, ex qua nõ iuste facimus neq; iustum vo
lumus. Cumq; fuerit hoc notorium nobis de re iustitię
& non iustitiæ, sit istud primitus apud nos de eius tã
quam radix: posita autem tanquam de cępto ad illud
quod volumus scire de substantia eius, deinde inquira
mus post istud quæ sunt actiones iustę & iustę & po
namus inquisitionem nostram ad illud ex notioribus ea
rum intendo ex notioribus istarũ duarum actionum. Et
enim non est modus in vita scientiæ formarum & dispo
sitionũ: sicut modus in formis & dispositionibus met
ipsis. scientia enim contrariorum possibile est vt sit po
tentiæ vnius: quemadmodum receptibile contrariorũ
est potentia vna. & propter hoc generatur cognitio
ne vnius contrarij cognitio contrarij alterius, inferiores
autẽ existentibus, inter do efficientes, siue naturalibus
siue artificialibus, non est hoc possibile: intendo vt ge
neretur contrarium, verbi gratia forma sanitatis, exi
stens in anima medici non generat egritudinem, immo
non generat nisi res sanitatis. In cognitione vero pos
sibile est vt cognoscatur forma & dispositiones ex suis
contrarijs: quemadmodum possibile est vt cognoscan
tur ex suis subiectis, etenim possibile est, quando fuerit
dispositio bona notior, vt cognoscatur ex ea prauæ in
tendo contrarium eius. & similiter cognoscitur dispo
sitio bona ex prauæ, quando fuerit prauæ notior, verbi
gratia cognoscitur dispositio sanitatis equalitas complexio
nis. Quemadmodum autem hæc notiora, tũc necesse est ut ex dispo
sitionibus aliis exitus ab æqualitate cõplexionis. Cæ
terum factum fuerit de re alterius contrarium ejus quod
tur * univoce & secũdum intentionem generis, univoce
tur,

Si in contrariorum scientia fuerit vnius quidam receptibile contrariorum est potentia vna.

* Forte legẽdum multivoce

ter salem, i. uniuoce, plerunq; ita dicitur & reliquum, ut iustitia & non iustitia. Et hoc quidem latet in rebus propinquis admuicem: intẽdo an sit æquiuoce, aut nõ, ut accidit in iustitia. & propter hoc indigent ut significetur super hoc in eis ex notiore cõtrariorum: in rebus autem distantibus manifesta est æquiuocatio. Dixit. Cũq; puteẽ de spẽbus, de qbus dicitur nõ iustũ, q; sint notiores eis, de qbus dicitur iustum, numeremus quot modis dicitur iniustum. Dicimus igitur, q; uidetur de eo q diuersum agit legi, q; sit nõ iustus: & iste uideẽ dici nõ iustus de eo, qui lucretur possessiones multas p rapinã uel traudẽ et uniuersaliter de eo, qui nõ seruat ęq tatem, sed excedit. Cum itaq; non iustus, s. faciens iniu riam dicatur secundum istas duas intentiones, tunc patens est, q; tenens legem iustus est, & similiter seruans ęquitatem iustus est. D. Non iustus autem, qui est do minus possessionis multæ, non est in omnibus bonis, sed in bonis, quæ sunt bona felicem faciẽtia hominem, non illa, quæ sunt bona in seipsis, absq; eo q; sint beatificantia. & hoc, quoniam quædam eorum, quę sunt bona in seipsis & semper, interdum non sunt quibusdam hominum bona, neq; semper. & propter hoc hi q rogãt homines in orationibus suis sæptus ut res, quę sunt bonæ in seipsis semper, sint bonæ eis semper. & ut eligant ex bonis hoc, quod sit bonum ipsis. D. Iniustus autem eligit semper de bono plus & de malo minus. intendo de malo absolute. & uidet etiam q; ille, qui non est malus, bonas sit modo quodam: & multitudo possessionis per eum de bonis est: & ideo uidet, ut sit dominus possessionis multæ. & est uniuersaliter iniquus. & hæc est res propria ei, & bonum in quo est iniuria, cõmune est omnibus. Et quando positũ fuerit esse de per se notis, eum qui aduertius est legi, esse non iustum: tũc manifestum est q; lex iusta est, & q; omnes res legales iustæ sunt modo quodam. nam per omne quod præcipit legiter, aut prohibet, rendit aut ad bonum commune omnibus, aut ad bonum uirtuosis naturaliter ex hominibus, aut simile aliquid huic intentioni. Vniuersaliter enim præcipit lex, quod efficit fidelitatem, & illud quod eam conseruat, & illud quod efficit partes eius, & quod eam conseruat etiam a dictis ciuilibus, secũdum q; mãdat ire in uirtuosas actiones strenuitatis legalis, ut quod non scindat aciem uel ordinationem, & ne fugiat, & ne deponat arma, & similiter præcipit castro, ut faciat operationes, ut ne formeetur, ne sit fallidicus: & præcipit pacifico facere quod suum est, ut ne percutiat aliquem. neq; dicat dictum malum: et similiter in cæteris liis uirtutibus & uitiis: intendo q; præcipit uirtutes omnes, et prohibet omnia uitia, et hoc uniuersaliter, siue uirtutes secundum ueritatem & certitudinem, aut per modum aliquem: intẽdo genere ex modo quodam. D. Et tamen ista iustitia est iustitia communis, & est simpliciter æqualis uirtuti uniuersali, nisi q; ipsa, quando accepta fuerit per modum, quo est uirtus, est in capitulo qualitatis, & dicitur absolute nõ ad aliquid: & q; accepta fuerit secundum q; iustitia est in capitulo relationis & ad aliqd: et enim iustitia qde est in hominibus iustum ages in eis: & ex hoc modo putatur de iustitia q; ipsa sit perfectissima uirtutum agentium, & uilissima et iam, & maxime placens. Dixit, ita ut magis placeat ipsa quam sydus Veneris matutinum oriẽs cum Sole, & uespertinum occidens cum ipso. & dixit quidem hoc, eo q; in usu eorum fuit de re placente dicere q; ella pulcherrima est sydere Veneris. D. Et, cũ iustitia dicta fuerit communiter, est uirtus perfecta ut in pluribus, est uirtus quidem, eo q; actiones iustitiæ, non procedunt nisi a uirtute perfecta uero, eo q; ille, qui eam habuerit, poterit exercere uirtutem in te, & in altero. D. & propter hoc putatur q; recte dixerit Thiantes, dicens q; facit virum notum, cùm sit uens uirtute in nõ utẽte ea, s. in subdito. princeps enim relatiue dicitur ad subditum: & propter hoc habet quidem nomen istud usum uirtutis in altero. Et ex hinc putatum est de iustitia q; sit bonum extraneo inter cæteras uirtutes: intendo q; sit bonum ad alterum. & hoc, quoniam ipsa quidem semper agit quod bonum est, aut participanti, aut principanti et subdito. Cùmq; sit completam habens malitiam qui utit malitia in se & in amicos suos, tunc uirtuosus completam habẽs uirtutem est ille, qui utitur uirtute in se, & in alterum: completam quidem eo q; usus eius in altero difficilis est. D. Et ista iustitia, quam determinauimus, non est pars uirtutis, sed est tota uirtus: & iniustitia opposita ei nõ est ps malitiæ, sed est ipsa tota malitia. & est qdẽ distinctio inter ipsa et inter uirtutẽ eò q; ipsa est ad aliqd, et uirtus nõ est ad aliqd: est ergo ipsa et uirtꝰ unũ in subiecto, diuersum in rõne.

Virtus & iustitia sũt una in subiecto, sed duo ratione.

*Quid iustitia particularis, & quotuplex. Cap. II.*

QVærimus autẽ eam quæ in parte uirtutis iustitia est: est enim quædam ut dicimus. simili modo & de iniustitia ea quærimus, quæ locum partis obtinet: quæ quòd sit, illud est argumentum, quòd qui alia qua alia prauitate operatur, licet iniuste agat, nihil tamen amplius usurpat. cuiusmodi exẽpli causa est, qui aut abnegat scurũ ob ignauiã, aut aliquem ob acerbitatem maledictis insectatur, aut ob auaritiam pecuniis non iuuat. Quando autem plus usurpat aliquis, sæpe id nullo ex talibus uitijs, ac neque uniuersis, sed prauitate tamen quadam agit, cùm uituperetur, atq; iniustitia. Est igitur alia quędam iniustitia, quæ tanquam pars est integræ illius & uniuersalis: item iniuria quædam, quæ in parte consistit illius iniuriæ uniuersalis, q; præter legẽ est. Adde q; si alius lucrandi causa adulterium committat, pecunias q; accipiat, alius tribuat, damnoq; afficiatur ob cupiditatem: hic intemperans magis esse videbitur quàm pluris usurpator: ille iniustus, et non intemperãs. perspicuum scilicet, propterea quòd lucrandi causa id facit. Præterea alia omnia iniuste facta ad quandam prauitatem semper referuntur: ut si adulteratus sit aliquis, ad intemperantiam: si autem i acie deseruerit, ad ignauiam: si uerberauerit, ad iram. at si lucratus est quispiam, ad nullum aliud uitium redigi id, quàm ad iniustitiam potest. Quare perspicuum est esse iniustitiam quãdam ab illa integra & uniuersali iniustitia diuersam, quæ locum partis obtineat, atq; uniuoca sit: eò quòd in eodem genere est definitio. utriusque enim uis in eo consistit, ut ad alterum spectent: sed hæc tamen circa honorem, aut pecunias, aut salutem, aut si cuncta nomine uno possent comprehẽdi, circa ea omnia uersatur, ob uoluptatem, quæ è lucro consequitur: illa autem circa uniuersa, circa quæ etiam probus uir mus

nus

Iustitia, qñ a ipsitur dñ q; est uirtus, est in cap. qualitatis, sed qñ accipitur ut iniuria, est in cap. ad aliqd



nus suum exercet. Esse igitur iustitias plures, atq; ex his unam quandam quę diuersa à tota & integra uirtute sit, iam patet: quæ autem ea sit, & qualis statuendum est. Definitũ iam fuit iniurium id esse quod & illegitimum, & iniquũ esse. ius uero, quod & legitimũ & æquũ. ex illegitimo uero iniustitia prior illa, de qua diximus, existit. At quia iniquũ & illegitimũ non est idem, sed diuersa ita sunt, ut pars & totum: omne enim iniquum est illegitimũ, non omne autem illegitimũ est iniquum: et plus omne est iniquũ, nõ autẽ cõtra iniquũ oẽ plus est: efficit, ut iniuria quoq; et iniustitia non eadẽ, sed diuersa ab illis sint: atq; hæc ut partes, illa ut tota habeant. hęc enim iniustitia uniuersę illius iniustitię pars est, et iustitia iustitiæ sibi.

*Licet hæc Aristotelis lectio sanctior aliis esse uideatur, quia tamen duæ aliæ habere explanationem reperiuntur, eas subiũgendas esse iudicauimus. una hæc est:*

Quoniam autẽ iniquum et plus nõ est idẽ, sed diuersa ita sunt, ut pars et totũ: omne enim iniquum est illegitimum, non autem omne illegitimum est iniquum: et plus omne est iniquum, non autem cõtra iniquum omne plus est: efficitur ut iniuria quoq; et iniustitia, etc.

*Altera lectio est, quam agnoscere hic uidetur, & explanat Ephesius, in hunc modum:*

Quoniam autem iniquum et plus non est idem, sed diuersa ita sunt ut pars et totũ: omne enim plus est iniquum, non omne aũt iniquũ plꝰ est: efficiẽ, ut iniuria quoq; et iniustitia, etc.

Quare etiam de iustitia particulari, et particulari iniustitia, de iure item et iniuria dicendum est. ea igitur quæ ex tota uirtute constituta est iustitia, et iniustitia, quarũ altera totius uirtutis, altera totius uitiositatis usus ad alterũ est: omittatur: ius quoq; et iniuria, quæ ex his dependent, quo modo definienda sint, manifestũ est. Pleraq; enim legitima ea ferè sunt, quæ ex integra ac tota uirtute præcipiuntur: nam lex secundum unamquanq; uirtutem uiuere iubet, secũdum unũquodq; uitium prohibet. effectricia autem totius uirtutis ea sunt legitima, quæ legibus ad publicam institutionem sancita sunt. Quæ uero ad singulorum institutionem spectant, qua absolute uir bonus eua dit, ciuilis ne sit facultatis an alteri⁹, postea definiemus. nõ enim idem fortasse est uirum alicui quem, & ciuem omnem esse bonum. Iustitiæ igitur particularis, iurisq; eius, quod ad ipsam attinet, una species est, quæ in distributionibus aut honoris, aut pecuniarum, aut cæterarum rerum consistit, quæ diuidi in eos possunt, qui eiusdem ciuitatis participes sunt: in his enim euenit, ut alter alteri uel iniquam, uel æquam habere portionem queat: altera, quæ in commerciis hominum emendandis uersatur. Cuius duæ sunt partes. nam ex commerciis alia sunt spontanea, alia inuoluntaria. spontanea eiusmodi sunt: uenditio, emptio, mutuatio, sponsio, usura, depositio, conductio: atq; hæc spontanea ea de causa dicuntur, quia principiũ cõmerciorũ horũ spontaneũ est. ex inuoluntariis aũt clãdestina alia sunt ut furtũ, adulteriũ, ueneficiũ, lenocinĩũ, seruoꝝ seductio, dolosæ perpetratũ homicidium, falsa testificatio: alia uiolenta, ut flagellatio, uincula, mors, rapina, mutilatio, conuiciatio, contumeliæ illatio.

DIxit. Nos autem in isto loco non inquirimus iustitiam, quę est æqualis uirtuti, sed iustitiam, quę est pars uirtutis: intendo eam, quæ est eius species. & simpliciter quęrimus iniustitiam illam, quæ est pars malitiæ. et signum eius q; sit hęc iniustitia communis, est q; nos inuenimus in cęteris malitijs factorem, de quo dicimus q; agit non iuste, & tamen non iniuriatur alicui: ut qui fugit à congressu propter timiditatem. nos etenim dicimus de eo q; non iuste agit. & similiter qui amittit peregrinationes, dicitur de eo q; iniustus est. & similiter qui negligit acquirere pecunias propter iustitiam suã, dicimus de eo q; non iuste agit: attamen nulli iniuriatur. & similiter se habet, qui multas acquirit diuitias non ex defraudatione, sed per auaritiã: & iniurians est habens malitiam unam ex istis malitijs. Quemadmodum ergo ille, de quo dicimus quòd est raptor, est habens malitiam particularem sub malitia uniuersali, similiter ille, de quo dicimus q; est raptor, est dominus iniuriæ particularis sub iniuria uniuersali, quæ est diuersum legi. Et significatur etiam super hoc quòd dixit malitia propria dignior est nomine iniuriæ quando homo aggregat pecunias ex lenocinio et congregat eas ex circumuentione alterius in cęteris nominibus, primus dignior est uocari iniustus q; uocetur iniustus. & si nominauerimus eum iniustum, cum hoc nomine communi, secundum uero nominamus quidẽ iniustum tantum. Et etiam, quoniam cæteræ species malitiarũ proportionantur semper aliquid generi ex malitia, quod est præter genus iniuriæ, uerbigratia quoniam malitia, quæ est lenocinĩũ, proportionatur ad timiditatẽ: & fuga ex actibus huis proportionatur ad timiditatẽ: intersectio autem & denudatio in pectinibus nõ proportionatur semper nisi malitiæ illi, quæ est iniuria. Cùmq; sic fuerit, tũc manifestum est, q; hęc est iniuria particularis participans in nomine iniuriæ uel iniustitiæ uniuersali, & in definitione eius modum, ex quo participãt species generi in istis duobus. & est quòd hoc particulare participans uim in nõe & definitione, eò q; ambo sunt ad aliqd. Veruntamen unũ ipsorum refertur ad diuitias & honores & salutẽ, aut ad aggregans ista, si posse fuerit comprehedere hoc nõe uno, et nomen iustitiæ & iniustitiæ dicitur quidem primo & principaliter ex istis quatuor de eo, qd' sit circa pecunias, & ab hoc transumitur ad illas alias res. Cùmq; iam declaratum sit ex hoc dicto q; iniustum dicitur cõmuniter & proprie, & sit iustitia, nunc dicamus qd est hæc iustitia: intẽdo particulariẽ, & q; res est, cũ dicatur ẽx pluribus intentionibus. D. Dicimus ergo, qm̃ dictũ est in eo qd' peccat q; nõ iustus dr̃ de duabus rebus, s. de diuersis legi, et de nõ quoq; et qm̃ iustus dr̃ de istorũ oppositis: obtinuit ergo legis iustus est, et æquus iustus est, qui aũt est transgressor legis, est iniustus cõis, q; dictus est primus. Qui uero cõuenit cũ lege est iustus cõis, & implatio qde hęc

est iniustitia,ppria, & iustitia,ppria: intēdo ī descriptio ne eius & enumeratiōe suarū spērū. iam enim descripta fuit in eo qđ præcessit, iustitia communis per descriptionem virtutis: & connumeratæ fuerunt species eius per ipsius enumerationem: cùm non sit iustitia communis aliquid plus q̄ vsus virtutis vniuersalis in relatione ad alterum, dicitur iustitia: & q̄n accipitur in relatione ad aliquid aliud, intēdo ꝙ, q̄n accipitur virtus relatiue ad viros, noīatur virtus, & similiter iniustitia vniuersalis nō est aliquid plus q̄ vsus malitiæ vniuersalis in alterum. D. Et fere vt in pluribus illud, quod mandant leges, virtutes sunt vīes, nō particulares: eō ꝙ mandāt vt sit vita cū omni virtute, et prohibēt ab omni vitio, & similiter mandant res effectiuas virtutum vniuersalium, & istæ res sunt etiam omnes res vniuersales, quæ ponuntur ad instructionem: intendo quæ ponuntur instructiue ad acquisitionem virtutum vniuersalium, & ars legum est illa, quæ definit ista: intendo artem regitiuam ciuitatū, sicut definit virtus uniuersalis. D. Res autem particulares, per quas fit unusquisq; hoīum uirtuosus uel bonus uero modo, ultimo distiguemus, cuius speculatio de ipsis sit artis ciuilis an alterꝰ, fortassis. n. nō est res, per quā fit unusquisq; hoīum bonus aut malus res una in uniuerso rerum, quēadmodum non sunt res, quę facīūt bonum particulare in unoquoq; hominum, res unæ exdē: intendo in hominibus. Res uero, in quibus sit iustitia propria, iniustitia propria, ulēs etiā, sunt res vīes, et sunt unę oībus. & manifestū de re istius sciēę ꝙ specul atur in eis. Et huius iustitię sunt duæ species, quarum una est diuisiua: intēdo eā, quæ diuidit res cōmunes, ut pecunias & honores & alia ex rebus cōmunibus: etenim in diuisione istorum inter eos est æqualis & nō æqualis: & secunda est factiua contractuum siue negotiationū. & hæ sunt duarum partium, q̄dam, s. uoluntariæ, ut uēditio, mutuatio, accommodatio, fideiussio, depositio alia horum uoluntaria: intendo ex utraq; parte, ut furtum, & falsi testimonium, & incātatio, & falsum testimonium, & prodatio & q̄dam, quæ sunt uehementer inuitota, ut iudicatio, & interfectio, & inuinculatio,

*De iure distributiuo.* Cap. III.

QVoniam autem & iniustus iniquus, et iniuria iniqua est, medium quoddā esse inequi perspicuū est: id autem est æquū in quacūq; enim actione est plus & minus, in eadem esse æquum necesse est. si igitur iniuria est iniqua, ius est æquū: id quod etiam absq; ratione oībus manifestum est. cùm uero æquum sit mediū, ius quoq; proculdubio medium quoddam erit. Est autem æquum in minimis duobus. Necesse est igitur, vt ius & medium, & æquum sit, & ad quoddam, & quibusdam. & in eo quidem ꝙ est mediū, est aliquorum, ea autem sunt plus & minus: in eo ꝙ est æquū, duorum: in eo vero ꝙ ius, quibusdam, & ad quosdam. Itaq; necessario consequitur, vt ius in quatuor minimis uersetur: nam & ij quibus ius aliquod est, duo sunt, & res duæ etiam in quibus ius ipsum consistit: eademq; et in quibus æqualitas est. sicut enim se habent ea in quibus, eodem modo etiam illa. nam si non sunt æquales, neque æqualia habebunt. Inde enim pugnę & criminationes oriri consueuerunt, cū aut æquales non æqualia, aut nō æquales æqualia habēt & potiuntur. Hoc autem ex eo quod pro dignitate sit, etiam patet. ius enim quod est in distributionibus, pro dignitate quadam esse oportere omnes fatentur. Dignitatem tamen non omnes esse eandem asserunt: sed populari statu vtentes libertatem: principatum paucorum sectantes diuitias, & nonnulli nobilitatem, qui in optimatū administratione degunt, virtutem. Ius igitur quiddam est, quod in proportione consistit. Quod enim proportione constat, id non tam vnitario numero, q̄ numero ī vniuersum proprium est. nam proportio æqualitas est rationum, in quatuorq; minimis reperitur. disiunctam sanè in quatuor consistere perspicuum est: sed & continentē nihilo minus. vno enim hęc perinde ac duobus vtitur, bisq; id accipit, in hunc modum. qualis primi respectus est ad secundum, talis secundi ad tertium: bis enim hic secundum dictum est. Quare si fm bis positum sit, quatuor erunt ea quæ constant proportione. Est autem etiam ius in minimis quatuor. ratioq; eadem est: quippe cùm disiuncta simili modo inter se ea sint & quibus, & quæ. Sicut igitur primus terminus sese habebit ad secūdum, ita tertius ad quartum. igitur etiam alterna vice, sicut primus ad tertium, ita secundus ad quartum. quare etiam totum ad totū, quod distributio binarum copulat: quæ, si etiā ita composita fuerint, iuste copulat. Primi igitur termini cum tertio, & secundi cum quarto iugatio ius illud est, quod in distributione cōstitit. Ius autem est mediū: eius inquam quod prēter proportionem est. quod enim proportione constat, est medium: ius autem constat. Hanc vero proportionem mathematici geometricam vocant: propterea ꝙ in geometrica euenit, vt eandem totum ad totū rationem habeat, quam habet alterutrum ad alterutrū. Non est autem continens hæc proportio: nō enim vnus et idem terminus efficitur, et cui et quod. Ius hoc igitur est id, quod proportione constat; iniuria id, quod prēter proportionē est. vnde fit vt alteri plus, alteri minꝰ exhibeatur. id quod & in actionibus ipsis contingit: qui enim iniuria afficit plus, qui afficitur, minus ex bonis habet. in malis autē contra quippe cùm minus malum, si ad maius comparetur, boni locum obtineat. minus enim malū magis expetendum est, quàm maius: at quod est expetendum, est bonum: & quod magis, maius. Atq; hæc vna iuris species est.

DIxit. Cùmq; fuerit non iustus ens non æqualis: & fuerit factum non iusti, intendo iniuriam, factū inæquale: & fuerit medius in nō æquali ens, æqualis: etenim in actione inuenitur in ea æquale, erit iustus æqualis. Et hoc etiam manifestum est ꝙ concedunt omnes hoīes



hōes absq; syllogismo. Cùmq; sit æqualis medius, erit iustus etiam medius & æqualis. & ideo medius indiget rebus, de quibus dicatur multū & parum. etenim medium est inter multitudinem & paucitatem: & ideo ꝙ æqualis, indiget duobus, eò ꝙ æqualitas ad minus duobus est. Et ideo ꝙ .i. iustus indiget quatuor, eò ꝙ iustitia, quod minus in quatuor est. etenim in alio res, quibus est iustitia, duæ sunt: fm hunc inuenitur æqualitas rebus diuersis, intendo fm modum proportionis, i. erit proportio dationis ad dationē, sicut proportio habitudinis eius cui datur, ad eum cui datur. nisi enim esset hæc proportio, nō inueniretur in eis neq; æqualitas, neq; inæqualitas. & diuersitas proportionis est quidē, q̄n fuerit in æqualitate non æqualitas, aut in non æqualitate æqualitas. Et est manifestum, ꝙ iustitia diuisiua est quidem in hac proportione, ex hoc quòd omnes uident ꝙ oportet vt sit in dationibus iustitia: & non uident ꝙ meritum hoīum ad dationem sit vnū. Sed principes ciuitatum communalium uident ꝙ meritū fit fm libertatem: intendo ꝙ iustitia in dationibus est vt proportio dationis ad dationē, vt proportio libertatis ad libertatem. & hoc, quoniam isti uident ꝙ felicitas sit libertas: principatus autem paucitatis uidentur: q̄n meritū est fm diuitias, quæ fm eos sunt felicitas. & ex eis sunt, qui uident ꝙ nobilitas, generis intendo, sit causa idoneitatis uel meriti. Donum autem principatus nobilis secundum ueritatem uidēt hoc de uirtute: & unt uersaliter omnes conueniunt in hoc, ꝙ idoneitas sit fm ꝙ uident de felicitate hominis: & si diuersificentur in quid sit hæc felicitas. Cūq; sic sit, iustitia necessario est quid proportionale. Etenim, pportionalitas nō est propria cuidam numero, sed est propria numero simpliciter. & quoniā proportionalitas est æqualitas in definitione et sermone, nō in quantitate, erit ad minus in quatuor rebus. & hoc aut in rebus diuersis: & tunc res manifesta est: & hoc, quoniam intentio æqualitatis in eis proportione est, vt sit proportio primi ad secūdū: sicut proportio tertij ad quartū: aut in continuis, & tunc erit in tribus rebus, quando fuerit proportio primi ad medium sicut proportio medij ad tertium. Et est manifestum ꝙ etiam hoc in quatuor est, eò ꝙ medium accipit bis in proportione, v. g. qm̄, si fuerit proportio A ad b, sicut proportio B ad C, tunc accipit B bis in proportione. Ideoq; erūt comproportionalia quatuor in ratione, & si non in subiecto. Cùmq; fuerit hæc iustitia proportionalis, intēdo diuisiuā, ad minus erit in quatuor, & ratio in eis est una: intendo ꝙ ratio proportionis est inter duo ex his, idest inter duos terminos est ratio proportionis, quæ est inter alia duo, idest terminos eorū. v. g. quòd si fuerit hæc duplex, erit & illa duplex: & ex quo hæc iustitia est proportio inter quatuor & est hæc proportio inuēta in compositione & in permutatione et conuersione: manifestum est ꝙ in hac iustitia accidit huius, donec ꝙ quādo fuerit proportio istius dationis ad istum receptorem datt, sicut proportio istius dationis ad istum receptorē, erit proportio dationis ad dationem, sicut receptoris ad receptorem. et similiter erit aggregatio duarum dationum ad alteram earum proportio aggregationis duorum receptorum ad alterum eorum: intendo idoneitatem recipiētium. Cùmq; sic hæc iustitia proportionalis, tunc est mediatrix: eò ꝙ similitudo proportionis est commediatio quædam inter proportiones diuersas secundū minus et magis. Et ista proportionalitas est illa, quæ fertur per proportionem geometricam: intendo eam, quæ est proportio primi ad secundum, sicut proportio tertij ad quartum: et proportio, quæ est in hac iustitia, non est continua. intendo in tribus rebus. & hoc, quoniam non erit aliquid vnū numero ens idem duabus rebus. Et, cùm sit iustitia ī diuisione ens, pportionale, tunc iniustitia opposita isti iustitiæ est, vt diuersificetur proportio. erit ergo quoddam plus & quoddam minus, vt ꝙ sit datio non secundum proportionem æqualitatis, erit ergo vni plus q̄ oporteat, & alteri minus. istud etiam accidit in actionibus cōmunicabilibus, inuitans enim accipit de bono plus, patiens inuitam minus: istud est in bono, in malo autē ecōuerso. et sit hoc, eò ꝙ minus de malo eligibilius est, sicut magis de bono eligibilius est. Dixit. Vna ergo species iustitiæ est ista, iustitia, quæ fit in diuisione rerum communicabilium secūdum proportionalitatem, vt in pecuniis & honoribus.

*De iure commutatiuo & emendatiuo.* Cap. IIII.

RElíqua vero altera iuris est emendatiui, quod in commerciis tum spōtaneis, tū inuoluntarijs fit: diuersāmq; à priore speciem habet. Ius enim publicorum bonorum distributiuum ea semper fit proportione, quę dicta superius est. nam si ex pecuniis publicis faciēda sit distributio, eadem ratione fiet, quam habent inter se ea q̄ fuerint contributa. inuitaq; item huic iuri oppolita prēter eādem est proportionem. Ius vero quod in commerciis est, est quidem æquum quoddam, & iniuria iniquum: non tamen illa constat proportione, sed arithmetica. nihil enim retert, probus ne vir malum, an malus probum suo priuarit: neque probus ne an improbus adulterium commiserit: sed ad solam nocumenti differentiam lex spectat: perindeq; personis utitur, ac si æquales sint, si ille iniuria afficiat, hic afficiatur: hic lædat, ille lædatur. Quare iniuriam hāc, cū sit iniqua, æquare iudex conatur. Nam cū hic percussus est, ille percussit: hic interfecit, ille aūt interit: affectio & actio in partes non æquas diuisa est. sed de lucro detrahēs iudex dāno redigere ad æqualitatē eas conat. Dicuntur enim hæc absolute loquendo de talibus etiam rebus. licet nonnullis minime idoneum nomen esse videatur, vt lucrum ei qui percussit, damnū ei qui percussus est accōmodari possit. Sed vbi tñ per pellicio ipsa fuerit mē furata, hoc damnū, illud lucrū vocatur. Quare æquum pluris & paucioris medium est: lucrū autem & damnū est & plus et minus, contrario tñ modo: plus enim boni, et minꝰ mali est lucrum: contrarium vero, damnum. quorum quidem medium æquum est, quod esse ius dicimus. Ius igitur emēdatiuum lucri et damni medium est: vnde etiam cùm altercātur hoies, ad iudicem confugiunt. ad iudicem autem ire est ire ad ius ipsum: quippe cùm iudex nihil aliud sit, quam ius quoddam animatum. & quærunt iudicem medium: & vocant nonnulli mediatores, quasi si medium fuerint cō sequuti, ius quoq; ipsum sint cōsequuturi. Ius igitur medium quoddam est: siquidem & ius

Iuxta hūc alios ꝙ q̄ ius quoddam animatum.

dex. Iudex autem ad æqualitatem redigit. Et quemadmodũ si linea in duas inæquales partes diuisa sit: illud quo maior pars dimidiũ excedit, ab ea aufert, & adiungit minori: cùm autem totum æqualiter fuerit bipartitum, tum vero suum se habere inquiũt, cum æquũ qsq; acceperit. Æquũ autem medium est pluris & paucioris arithmetica proportione: ac propterea appellatur ius δίκαιον, eò q δίχα, ideſt bifariam diuisum est: quasi δίκαιον, ideſt bipartitũ dixeris: & iudex δικαστής, quasi δικαστής, ideſt bipartitor dicitur. Si enim duo sint æqualia, et ab altero aliquid auferatur, et addatur alteri, id duabus talibus partibus alterum excedet: nam si dempta quidẽ esset vna pars ab altero, non adiuncta tamen alteri, vna tantum parte eiusmodi excederet. efficiet igitur vt & id cui est adiũctum, vna parte medium, & medium vna similiter illud excedat, à quo detractum est. Ex hoc ergo cognoscemus & quid ab eo detrahẽdum sit, qui plus habet: & quid ei qui minus habet, adiungere debeamus. Id enim quo medium excedit, minus habenti addendum est: id autem quo exceditur, à maximo est detrahendũ. Sint qq̃les inter se lineæ A A, & B B, et C C: dematurq; ab A A pars quędã A E, & addatur ei in qua est C C: efficaturq; C D. Quare tota D C C linea excedet E A pte ea in qua est C D: & ea in qua est C F: excedet igitur etiam mediã, id est B B parte C D.




Est autem hoc in alijs quoq; artibus. tolleretur enim, nisi & quod facit, et quantum et quale faceret: & quod eo afficitur, & tanto & tali afficeretur. Quin etiam nomina hæc damnũ & lucrum & spontaneis contractibus videntur emersisse. cũ enim quis plus habet, q̃ suũ erat, lucrum: cùm minus, q̃ à principio habuerat, damnum facere dicitur, in vendendo scilicet et emendo, alijsq; huiusmodi, quę legibus permittuntur. Cùm autem neq; plus neque minus, sed sua cuique per se ipsa euaserint: sua ipsorum habere dicuntur, neq; damnum pati, neque lucrari. Quare ius lucri cuiusdam & damni eorum est medium, quæ præter spõtaneum fiunt: cum æquum quisque & prius & posterius habet.

Dixit. Species autem secunda est, quę fit in rectificãdo connegociationes in rebus voluntarijs & non volũtarijs. Et in hac iustitia est etiã species iustitię, q̃ fit sm viam proportionalitatis: intẽdo illam, quę fit in diuisione rerum communicabiliũ. veruntamen differentia inter vtrasq; est: q̃m iustitia, quæ est in connegociationibus, est in rectificatione æqualitatis inter cõnegociãtes. intendo æqualitatem veram, non æqualitatem, quæ fit sm viã proportionis. Veruntamen cũ sit æqualitas quasi medium inter detrimentum & lucrum, t. additio lucri super ipsam, vt additio ipsius super detrimẽtum: & sit hæc dispositio proportionis numeralis: noia uit eam Arist. sm mensurã proportionis arithmeticæ. & propter hoc nõ est in hac iustitia diuersitas ex eo, q̃ vnus connegociantium est honoratior altero. & istud commune est, donec sit in connegociatione illa, quę est in dãno: etenim nõ est differẽtia inter hoc vt malus priuet bonũ, aut bonus malum, quin oporteat vt priuẽs priuator. & similiter oportet vt fornicator puniat pœna æquali suę fornicationi, siue sit fornicator malus, aut bonus. & ex quo est diuersitas in istis malitijs damnifactis, necessarium fecit lex vt seruetur in his vsus æqualitatis, nõ vsus proportionalitatis. Et propterea, q̃n iniuriatur alter alteri, aut damnũ intulerit, & fuerit hoc sm inæqualitatem, conatur dominus iustitiæ legalis vt cõuertat ad æqualitatem. Etenim, cùm verberauerit eũ, qui verberauit, & vulnerauerit eũ q̃ vulnerauit, & interfecerit eum, qui interfecit, tam cõuertit actionem & passionem in istis per differentias æqualitatis. dominus itaq; iustitiæ semper conatur vt diminuat ex lucro & æquet ipsum cum detrimento: intendo vt ambo simul detrimentum subeant sm dispositionem vnam, aut lucrentur ambo sm dispositionẽ vnam. Etenim lucrũ & detrimentũ posse est vt dicantur cõuenienter de oĩbus, in quibus connegociatio: siue sit vtilis siue damnosa: & si sit non cõueniens damnis, quemadmodum conuenit proficuis. possumus enim dicere de eo, qui percutit, q̃m lucratur: & de eo qui percutitur, q̃ perdit. Et vltr̃ passionibus, quæ fiunt ab vno ad alterum, q̃n nõ fuerit in eis æqualitas q̃dam, noĩantur damnũ vel perditio, & quædam lucrum. Et cùm sit æquator mediator inter plus et minus, & lucrum & damnum vtrũq; sit plus altero & minus modis cõtrarijs, lucrum quidem plus de bono, minus de malo, damnũ aũt plus de malo, & minꝰ de bono, et sic æquator inter vtrũq; intẽdo inter lucrũ & dãnum iustitia rectificans, tunc iustitia rectificãs necessario erit in actionibus medians inter lucrum & damnũ. Et propter hoc, q̃n contendunt, conueniũt ad dominũ iustius iustitiæ, t. ad iudicem, nam iudex est iustitia rectificatiua aĩata, t. cui est aĩa. & ideo quidã hoĩum noĩant huiusmodi, commediatores, cùm sit q̃dem ipsorum in tẽtio inuentre medium: et q̃n inuenerint ipsum, sunt iusti: etenim iustitia res commedãs est. D. Et dominus iustitiæ rectificatiuæ æquat inter diuersos, q̃n inciderit connegociatio diuersa per hoc, q̃ diminuit de parte maiori excedente medium, & addit minori partem illam: sm quã deficit à medio, vt cõtingit ei, qui diuidit lineã i duo dimidia inæqualia, q̃n vult: q̃quare inter ea. diminuit enim à linea maiore hoc, in quo excedit dimidiũ linęæ: & addit minori illud, i quo excedit à dimidio lineę. etenim linea æquans est medium in eo, quod est inter lineam maiorẽ & minorem sm proportionis arithmeticæ mensuram: intendo q̃ diminutio eius à maiore est vt additio eius super minorem, quando fuerit maioris & minoris



eminoris ex linea illa, quę diuisa fuit in duas partes nõ propinquas distantes à medio distantia vna. D. Et deriuatur quidem nomen iustitię in Græco à diuidẽdo in duo dimidia. & dominus iustitię, i. iudex, est ille, qui diuidit inter hoĩes per duas partes cõquales: & oportet ipsum scire q̃d est diminuendũ à maiori, et q̃d addendũ minori. Cùm enim fuerint duo cõqualia: & auferãtur ab vno ipsorum duæ partes, et addãtur alteri: illud cui fit additio, fit maius sm istas duas partes, & sm eas excedit medium, et deficit minus à medio sm easdem. aut q̃n aufertur ab vno cœqualium pars vna, & additur alteri, tũc quidem deficit minus à medio sm vnum, & excedit ipsum maius sm vnum. Oportet igitur, quãdo voluerit iudex cœquationem, vt addat illi quod deficit à medio excessum illum, in quo excedit ipsum medium, & diminuat à maiori additionem illam, sm quã excellit mediũ. Et ista æqualitas inuenitur in omnibus artibus, eò q̃ actio cuiuscunq; artis terminanda est in qualitate & quantitate: & passio ab actione agentis in eis est terminata in qualitate & q̃ntitate. & si non, tunc longe esset inuẽtio mediꝰ in eis, inuẽdo in artibus diuersis, si non essent actiones & passiones propriq; vnicuiq; artis terminatæ in qualitate & quãtitate. Et est quidem intentio damni & lucri in connegociationibus voluntarijs, q̃ q̃n homo acceperit plus q̃ permeat ei, t. quod dederit, dicitur lucrari: & quando acceperit minus quã dederit dicitur perdere: vt contingit in venditione & emptione, aut in cæteris rebus, in quibus permittit lex connegociationes. Quando autem non accipit neque plus neq; minus quàm dedit, tunc non dicetur lucrari, neq; perdere. Est itaq; iustitia mediatrix inter lucrum & damnum in rebus voluntarijs.

*De retaliatione, nummo, & indigentia.* Cap. V.

Vide primo Mag. Moral. cap. 34.

Videtur autem nõnullis & retaliatio absolute & simpliciter ius ipsum esse: quẽadmodum Pythagorei dicebant: ius enim absolute esse retaliationem definiebant. verum retaliatio neq; ad distributiuum ius, neque ad emẽdatiuum accommodatur. volunt tamen ipsi Rhadamanti quoq; ius hoc dicere,

Si contra passus fuerit quod fecerit idem:
Iudicium planè rectum, vindictaq; fiet.

Sæpenumero enim dissidet: vt si magistratum quis gerens percusserit, repercutiendus non est. si aũt magistratum gerẽtem quis percusserit, non solũ est percutiendus, sed supplicio insuper afficiẽdus. adde q̃ sponte ne an inuiti fecerimus, multum refert. Sed in communitatibus cõmercialibus tale ius retaliatum conseruat rem, si ex proportione, non ex æqualitate existat. contra enim faciendo ex proportione ciuitas continetur. Vel enim dant operam homines vt malum reddãt, alioqui esse seruitus videtur, nisi par pari referatur: vel vt bonum recipiant, alioqui nulla fiet participatio: participationem autem ciuitates consistunt ac continentur. vnde etiam Gratiarum templum obuiam statuunt, vt retributio efficiatur. quippe cùm id proprium Gratiarũ sit, vt & ei qui nobis gratificatus est vicissim inferatur°: & ipse rursus gratificãdo nos prouocet. Coniunctio autem quę per diametrum fit, retributionem hanc facit, q̃ cõstat proportione. exempli gratia, sit ædificator, in quo sit atuatur A: sutor, in quo B: domus, in quo C: calceus, in quo D.




oportet igitur, vt ædificator à sutore opus ipsius accipiat, & ipse suũ illi tradat. Quòd si primum sit æquum ex proportione, deinde retaliatum efficiatur, erit id quod dicimus: sin minus, æquum non erit, neq; cõsistet. nihil enim verat quo minus opus alterius alterius opere præstabilius sit. quocirca adæquanda ea sunt. Est autem hoc in alijs quoq; artibus: tolleretur enim, nisi & quod facit, & quãtum & quale faceret: & quod eo afficitur, & tanto & tali afficeretur. Non enim ex duobus medicis societas fit, sed ex medico et agricola: & demum diuersis & non æqualibus. sed hi tamen adæquãdi sunt. Iccirco omnia ea, quorum est permutatio, comparabilia esse quodam modo debent, ob quod numus in vsum venit, qui quodam modo mediũ efficitur: mensurat enim oĩa: quare etiam excessum & defectum: quot scalcei domui, vel alimento æq̃les sint. Oportet igitur quotus sit ædificator, aut agricola ad sutorem, tot calceos ad domum, aut alimentũ æquiparari. nisi enim ita sit, nec permutatio, nec societas esse vllo modo poterit: id autem non erit, nisi æqualia omnia quodam modo inter se sint. oportet igitur, vt vno quodam, sicut dictum est etiam prius, cuncta mensurentur. at id est re vera quidem indigentia, quæ omnia continet: nam si nulla re indigerent homines, aut non similiter, efficeretur vt vel non esset vlla omnino, vel nõ eadem per-

Nomus. Nomisma.

mutatio. sed indigentiæ tamen loco ex pacto quasi substituitur numus. vnde etiam nomisma appellatur. eo q̃ nō natura, sed νόμῳ, id est instituto & lege cōstet: in nobisq̃ sit eum mutare, atq̃ inutilem reddere. Erit igitur retaliatio, cùm adequata iam singula fuerint: vt quo loco est agricola ad sutorem, eodem opus sutoris ad agricolę opus sit. Cùm autem permutarint, ſ figuram proportionis redigere opus nō est: alioqui alterum extremū vtrasq̃ haberet exuperationes. sed vbi habuerint sua qsq̃, ita æqui & socij efficiuntur: eo q̃ in ipsis fieri hæc equalitas potest. Sit Agricola A: alimētū C: sutor B: opus ipsius adæquatū D. si autem nō hoc modo fiat retaliatio, nulla erit societas.

6 agricola A ——— B sutor 3

4 alimentum C ——— D calcei 4

Indigentiam vero quasi rem vnam quādam esse quę contineat illud declarat: q̃ cùm mutua ope non indiguerint aut vtriq̃ aut alteri, permutationem non facīt: quemadmodum cùm eo, quod quispiā habet, alius indiguerit, vt vino, pro quo frumenti exportationem cōcedunt. id igitur adequatum prius sit, necesse est. Sed licet nūc non indigeat quisquam: pro futura tamen permutatione quasi sponsor, si indigētia incident, eam fore, nobis intercedit numus: qui enim eum affert, accipiendi facultatem habeat necesse est. Idem tamen etiā ipsi huic contingit: nō enim semper equaliter potest: quamuis magis soleat permanere. iccirco precio cuncta æstimata esse oportet. ita enim semper erit permutatio. at si ea fuerit, societas quoq̃ fit necesse. Numus igitur, vtpote medium, cōmētūrabiles inter se efficit res, atq̃ ita adæquat. neq̃ enim vlla eē societas potest, nisi fit pmutatio: neq̃ pmutatio, nisi sit æqualitas: neq̃ æqualitas, nisi etiam cōmensuratio sit. Ac re quidem vera fieri non potest, vt quę adeo inter se distant, commensurabilia efficiātur: sed pro indigentiæ tamen ratione satis cōmode fit. vnum igitur quoddam esse oportet ateq̃ ad ex cōstitutione. vnde etiam nomisma, ideſt numus vocatur. hic enim est, qui cōmensurabilia reddit omnia. numo enim eia mensurātur. Sit Domus A: minæ decem B: lectus C: itaq̃ A dimidium ad B: siquidē quinq̃ minis domus digna esse censeatur, aut equali re: lectus autem, ideſt C decima sit pars ipsius B. patebit, precio quot lecti domui equales euadant: nimirum quinque.

A B C
domus lectus
5 ——— 10 minę ——— 1

Ita aūt fieri consueuisse permutationem ante quàm numus inueniretur, perspicuum est. nihil enim interest an lecti quinque, pro domo vna exhibeantur: an tantum, quanti lecti ipsi quinq̃ cōstant. Quid igitur iniuria, quid item ius sit, dictum iam est. His ita definitis perspicuum est iustam actionem inter afficere iniuria & affici mediū quoq̃ esse: illud enim plus habere est: hoc minus. Iustitia vero nō eodem modo, quo aliæ superiores virtutes, mediocritas est: sed ob id quia medij est: iniustitia autē extremorum. Ac iustitia quidē est, qua iustus dicitur iusti operator ex electione, ac distributor tam sibi ad alterum, q̃m alteri ad alterū: non ita vt expetēdarum rerum maiorem partem sibi, minorem alteri exhibeat, damnosarū ecōtrario: sed æquū ex proportione distribuat, & alteri ad alterum simili modo. Iniustitia autē contra est, qua iniusti operator & distributor vnusquisq̃ dicitur. id autem excessus & defectus est vel vtilis rei, vel damnosæ pręter proportionē. atq̃ iccirco iniustitia excessus est & defectus, qa exuperationis & defectionis est. In se quidem exuperationis rei illius quę absolute est vtilis, & defectionis damnosæ: in alijs in vniuersum quidem similiter, quantum tamen ad id spectat, quod pręter proportionem est, vtro modo iciderit. iniuste facti autem minus est iniuria affici, maius afficere. De iustitia quidem & iniustitia, quęnam sit vtriusq̃ natura: de iure similiter & iniuria in vniuersum, ad hunc modum dictum iam sit.

DIxit. Et quidam hominum videnť q̃ iustitia absolute in omnibus rebus est pars, quę sit in rebus, quæ sunt contrarię passionibus. [illegible] negotia tionibus sit æquidistātę ei quę nominatur pars digne retribuens. & est vtraq̃ [illegible] iniustitia, quę proportionaī Pythagoreis, & [illegible] is tamen apud eos in politone legum. D. Hę[illegible]rem in tertia non est in aliquo ex iustitia distare, q̃ vtrius non habet partē condigne retributiuam, neq̃ [illegible] more, neq̃ ex pecunia. & inueniūtur quidē hæc [illegible] magis iniustitia rei cōstitutiua. sed tamen in hoc qui sic existimat esse voluntariū, & hoc in vsitatibus communicabilibus: vt pars condigne retributiua, quæ est in venditione & pręemi & solutione, & in alijs q̃ sunt in cōmutatione. in parte aūt q̃ est in damnis, multotiens contingit iustitia per actionē diuersam ab illa actione, aut inæqualem intendo eā, quæ per damnum inulte. D. Et propter hoc putatur de domino positionis legum, q̃ cōtradicat sibi in dicto suo, cum dicit q̃ iustitia absolute est pars condigne vel ex æquo retributiua: post dicit q̃, si dominus præceptus vulneraut aliquem iniuriose, nō oportet solum vt vulneret, sed etiā vt penis afficiat. Et dixit qdem hoc, vt æstimo, eo q̃ vulneratio à principe ab interiore animo procedit, q̃ malitia, q̃ nō est a principe. D. Et sit qui dē iniustitia, q̃ est pars coæquans in rebus, pportionalibꝰ diuersis nō in cōuentibus coęqualibus: intēdo p. pportionales res, in quibus est cōtractatio inter hoies p modū proportionalitatis nō ex pte cōuentionę ipsi. non. n. est hoc vita, nisi fuerit aggregatio vtilis in vita: nisi fuerit con-

negociatio



negociatio per res conuenientes in proportione non in specie. etenim connegociatio supplens defectum vniuscuiusq̃ connegociantium non fit conuenientibus in arte vna: vt connegociatio inter medicum & medicum. non enim indiget medicus medico. & non fit nisi in diuersificatis in arte: vt connegociatio inter agricolam & medicū. hæc enim supplet agricolę medicationem qua caret, & medico cibum quo caret. & hæc connegociatio non fit nisi fuerit iustitia: et est vt det medicus agricolæ iuxta mensuram, qua dederit ei agricola. Dixit. Et propter hoc ciues obseruant leges obseruatione valida, vt fiat coæqua retributio. hoc enim est proprium legi, & fit quidem coęqua retributio in rebus communicabilibus ex parte proportionalitatis propter aggregationem necessariam hominibus in vita secūdum modum opinionis, non secundum modum conuenientiæ. Et hæc vt oppositio, quę fit secundum duas extremitates diametri cadētis in circulo, & in rebus quidem oppositis inuenitur coæqualitas ex parte proportionis. nisi enim esset arti domificatoris ad artem artificis calciamentorum proportio eadem, quæ est operi domificatoris, ſ. domus ad opus calcificis, ſ. ad calceū, non posset comprehendi notitia æqualitatis inter illa duo opera. nisi enim esset cōtractio, non inueniretur inter eos cō negociatio. nam quando non indiget alter connegociātium socio suo, aut vterq̃ vtroq̃, non erit penitus connegociatio. fit vero, quando vterq̃ eorum indiget eo, quod est apud alterum: vt quoniam habēs vinum indiget tritico, quod habet alter, & econuerso. Cū itaq̃ cō negociatio fit propter indigentiam: et quorūdam indigentium non semper conueniunt in eadem hora indigētiæ: v. g. carpentarius interdum indiget agricola, qui illa hora non indiget carpētario, sed medico, vel aliquo alio, & sic de alijs in alijs: posuerūt inter se homines per modum conuenientiæ aliquid, quod sit instrumentum connegociādi in omnibus. & hoc est numisma. hoc igitur isto modo factum est vice supplētis indigentias absolute. Cūq̃ etiā venditor nō semper in illa hora egeat emptione rei alterius, sed egebit in posterum, factus est et denarius tanq̃ fideiussor supplendi necessitatem futuram. & cùm ista inueniātur in denario ex positione, et fit nomen legis apud Græcos, denominatiue sumptū à positione, nominatus est denarius in lingua Græca, noie denominatiue sumpto à lege. Cūq̃ sit etiam æqualitas necessaria ad permanentiam connegociationis & durationem eius, & difficilis sit cognitio coæqualitatis inter res diuersas: posuerunt denarium tanquā æstimatiuam æquipollētiarum in rebus. Factus est ergo quasi commediator quodammodo, cùm sit q̃uās inter addītionem & diminutionem. et hoc, quoniam si esset proportio artis domificatoris ad artem calciatoris proportio dupli, tunc oporteret vt esset proportio domus ad calceum hæc proportio. Esset ergo cōnegociatio iusta in hoc, vt daret domificator domum vnam, & acciperet calceos duos: sed, cùm sit æqua pensio inter res difficiles, posuerūt oibus rebus ſm proportionē tuā æquiualētiā vnius eiusdē rei, et est denarius. p hunc igitur facilis est eius mūctio æqualitatis. etenī nō refert vt dentur in cābio domus duo calcei, aut dec̄ æstimatio pcij ipsorū. denarius ergo positus est in ciuitatibus pp istas duas causas: intēdo pp facilitatē inuentionis æqlitatis, & pp conuenientiam indigentiæ. D. Iam ergo manifestum hoc est ex dicto quid sit iniustitia, & quid iustitia. Et ex huiusmodi distinctione manifestum est q̃ iusta connegociatio est in eo, quod est inter facere iniuriā & paticam. etenim iniuriatori est magis de bono & iniuriatio minus. Iustitia autem, quæ est in connegociatione, est commediatio inter eos, non per modum, per quem cęterę virtutes sunt mediatio: eò q̃ ista medium est relatum alteri. virtutes aūt sunt, quarū media non sunt relata ad alterum. & similiter iniuria hęc est in extremitatibus per relationem ad alterum: malitiæ autē sunt in extremitatibus nō relatis ad alterum. Et propter hoc, qū accipitur virtus, ſm q̃ est relata ad alterum, est iustitia vniuersalis ſm q̃ prædictum est. & ex isto manifestū est q̃ iustus est, qui facit iustitiam inter se & alterum, et inter alterum & alterum: & iniustus est ille, qui dat sibi plus de bono & alteri minus, & de damno ſm huius dictum, intendo q̃ det ex ipso alteri plus, & sibi ipsi minus. sed iustus est ille, qui dat æquale inter se et alterum, et inter alterū et alterū: iniustus aūt est contrarius huic.

*De iniuria & iure ciuili, scripto, & familiari.* Cap. VI.

QVoniā vero fieri potest, vt quis licet iniuste agat, nō tamē sit iniustus: qualia nam iniuste facta quispiā committens in vnaquaq̃ iniustitia iniustus continuo esse dicendus est: fur ne, an adulter, an latro? An ita quidem nihil interest. nam concūbere cum muliere quis posset non ignarus quacum rem habeat: nō tamen ex electionis principio, sed ex affectu id faceret: qui sanè iniuste qdem agit, non tamen est iniustus. sicut neq̃ fur, licet furatꝰ sit: neq̃ adulter, licet adulterū commiserit. simili modo etiam de alijs. Quo modo sanè retaliatio ad ius sese habeat dictum iam superius est. Nō est autem ignorādum id quod nunc quærimus & simpliciter ius, & ciuile ius esse. hoc autem est quod communionem vitæ affert, vt liberis hominibus & equalibus necessaria sufficiant: ateq̃ id vel proportione vel numero. quare qbus hoc non adest, inter eos neq̃ ius ciuile esse existimādum est: sed ius quoddā, & per similitudinē. Est enim ius inter illos, quibus etiam lex est: lex autem inter eos est, in quibus est iniustitia: iudicium enim iuris & iniuriæ dnudicatio est: in quibus vero est iniustitia, i ns quoq̃ iniuste facere est. Non in oibus tñ, in qbus est iniuste facere, est etiā iniustitia. hoc aūt est cū qs plus ex simplr bonis, minꝰ ex simplr malis sibi attribuit. Proptereа nō sinimus dominari hoiem, sed rōnē: eò q̃ sibi ipsi id facit, & tyrānus euadit. est aūt qui dominatur, iuris ipsius custos: at ii iuris, çqui etiā. Quoniā vero esse ipsi nihil amplius videtur, siquidem est iustus, nō enim amplius ex simplr bono sibi attribuit, nisi id ipsi, pportiōe cōueniat: iccirco alteri laborat. Atq̃ ideo iustitiam alienum esse bonum inquiunt, quēadmodum etiam prius dictum est. merces igitur quædam danda est: ea autem est honor, et donum. quibus vero hæc satis non sunt, ij tyranni efficiuntur. At vero Herile ius ac paterni num idem cum his minime est, sed simile. nullius enim erga sua simpliciter iniustitia est: possessio autem, & liberi quoad tātum fuerunt & non seperati. quasi quædam vnitas sunt:

Hic partem vltimi vbi Nō citat aūt, nō exponit Auer.

Nullius erga se iniustitia ē

sunt: at sese lædere eligit nemo: vnde nullius erga se iniustitia est. igitur neq; ciuile ius neq; iniuria erit: quippe quę & lege existant, & inter eos, in quibus esse lex potest: hi autē erant illi, quibus & dominādi, & obtēperandi æqualitas inest. Iccirco magis erga vxorem, q̄ liberos & possessiones ius est: id enim est ius familiare: quod tamen à ciuili etiam ipsum diuersum esse constat.

DIxit. Et oportet ne lateat nos, quòd iustitia absoluta, de qua hæc est pericratio, est iustitia ciuilis. et ista est iustitia illa, in qua communicant homines vt inueniatur eis coæqua distributio. & hæc, vt dictum est, iustitia est duarū partium. aut iustitia ex parte proportionis, & est iustitia diuisionis, & est quodāmodo æqualitas: aut iustitia ex parte ęqualitatis, & est iustitia conmercationibus: et quibus neutra partium horum iustitiæ inuenitur, apud illos est iustitia per modum similitudinis. Dixit. & factum iustitiæ est principibus, apud quos est lex, & apud quos est lex, apud eos est iniuria: & sunt principes. & discernuntur quidem per hoc, quòd dicitur de eis de iniuria & de iustitia ſm iudicia eorum. iustus ergo est qui iudicat secundum iustitiā: & iniustus ex principibus est ille, qui dat sibi de bono plus q̄ alteri, et de malo econtrario. Et ideo cp facientes iustitiam est idem, qui facit iniustitiam, vides homines reluctantes ne dominetur homo eis vniuersaliter, eo cp ipse conuertitur in tyrannum, & partitur bonum sibi ipsi plus, & princeps absolute est cōseruator iustitiæ. & quoniam sit seruator iustitiæ, est seruator æqualitatis. & quoniam sit seruator æqualitatis nō dat sibi aliquid plus de bono, sed est bonum per modum simplicem intendo per impermixtionem alio, nisi non sit alius, qui laborat. similiter et suo laborat, et nō laborat aliquis vt ipse, neq; operatur vtilitatem eorum vt ipse: verum tamen non est vt velle sibi ipsi ſm suum meritū. Et propter hoc dictum est, cp iustitia est bonum alterius non ratio. sicut ergo vere primum reuerentia & honor: intendo iustitiam ex dicto. Et ſm istud non est iustitia illa, quæ est iustitia secundum veritatem, & illa quę nominatur iustitia secundum quod eius est factū iustitię vna eademq; ſm tyrannos, quanto magis ſm non tyrannos, eo enim non iniuriatur aliquis in eo cp suum est absolute. et iniuriatur quidem in aliquo, ſm cp est nō ius suum quodammodo: quemadmodū iniuriatur pater filio quandoq;, ejus enim pars ipsius sit, tamen iam obsistit ne sit sicut a propria disparatus abeo. D. Et propter hoc nō proportionat aliquis iniuriam ad id quod habet, & similiter iniustitia ciuilis non proportionatur ad hoc quod habet intendo ad hoc, quod habet iustus, sed ad quod alterius est. nam iustitia ciuilis est in eo, in quo lex, & i rebus, in quarum natura est vt leis sit lex. & istæ sunt illæ, in quibus iusti est vt quidam sint prælati & quidam subditi, intēdo cp iustitia ſm veritatem inuenitur qdē inter hoies: quorū determinatio est hæc determinatio, t. qdam eorum prælati, quidam subditi.

*De iure naturali & legitimo. Cap. VII.*

CIuile autem ius aliud naturale est, aliud legitimum. naturale, quo vbicunq; eandem vim habet, & nō quia vel ita videtur, vel minime: legitimum quòd à principio vtrum hoc an illo modo fiat, nihil refert: vbi vero fuerit institutum, refert. vt mina captiuos redimi, vt capram sacrificare, non duas oues: ea item quæ de singulis sanciunt, vt Brasidæ sacrificare: nec non ea quæ sunt decretalia. Sed nonnullis omnia esse huiusmodi videntur: quia quod est natura, immobile est, & vbiq; eandem vim habet: quēadmodū ignis qui & hic & apud Persas vrit: iura vero moueri vident. At hoc non ita est, sed quodam modo. quanq̄ apud Deos fortasse nullo modo est: apud nos autem est quoddā etiam naturale, quod mobile sit, licet non omne: sed est tamen aliud natura, aliud non natura. Quidnam autem sit quod natura est, ex ijs quæ possunt aliter sese habere: & quid non natura, sed lege & institutione, siquidem vtraq; mobilia simili modo sunt: perspicuum est. & in alijs quoq; eadem determinatio accommodabitur. natura enim dextra manus potior est: licet fieri possit, vt omnes ambidextri sint. Iura vero ex institutione & vtilitate similia mensuris sunt: non enim vbiq; sunt æquales vinariæ & frumentariæ mensuræ, sed maiores sunt vbi emunt: vbi vendunt minores. simili modo non naturalia, sed humana iura, non eadem vbiq; sunt. nam neq; respublica apud omnes est eadem: sed vna tantum vbiq; ea est secundum naturam, quæ optima est. Vnūquodq; autem ius & legitimum, vt vniuersalia sese habēt ad particularia. nam quæ aguntur, multa sunt: illorū autē vnumquodq; est vnum: vniuersale enim est. iniuste autem factum et iniuria, iustificatio item & ius inter se differūt: iniuria enim cùm natura sit vel constitutione, cùm fit, iniuste factum euadit: prius vero q̄ facta fuerit, iniuria tantummodo est. nam vbi est facta, iniuste factum dicitur. simili modo etiā iustificatio. Sed id tamen quod commune est, potius iuste factum: iustificatio vero iniuste facti correctio vocatur. horum autem sigillatim quales nam & quot species sint, ac circa quæ versentur, postea cōsiderandum est.

DIxit. Iuris aūt ciuilis, quiddam est naturale legale, & quiddam legale tantum, t. positiuum. ius autē naturale est, cuius mensura est in omni loco & in omni tempore, et non cadit in ipsum commensuratio. lex autem nō naturalis, genere quidem quali naturalis est, & non est in ea diuersitas. commensuratione autem diuersificatur secūdum diuersas gentes, vt iustitia posita cōmensuratiue in de collocutionibus, & oblationibus, & orationibus positis in legibus & foris. D. Et quidam hominū vident cp omnes iustitię legales positiuæ sunt, in qbus incidit cōmensuratio, & variatio ſm cp videt vnicuiq; ex legūlatoribus, qđ sit conuenientius varie ſm locū & tēpus. quę vero sunt p naturā non diuersantur: cùm sit vis eius vna i oi loco: sicut ignis vis vna est in omni loco: intendo cp ipse mouetur sursum, vbicunq; ponatur in mundo, & quacunq; hora ponatur. Ex rebus igitur iustis secundum hæc quædam erunt effectiuę iusti, & ex parte naturæ, & quædā effectiuę ex parte consuetudinis, non ex parte naturæ suæ per suam qualitatem



qualitatem, sed ex parte positionis & vsus earum. & quemadmodum dextra manus est dextra naturaliter, & sinistra interdum fit dextra vsualiter: sic est dispositio in iustibus naturalibus & consuetudinibus. et cō mensuratio diuersificata ſm magis & minus ſm quālibet legem in istis iustitijs diuersis per legē, intendo me dia quæ sunt in ipsis, & si sint multæ & diuersæ ſm diuersas gentes, sunt tamen omnes conuenientes in hoc, cp faciunt factū iustitiæ. Et quasi in hoc similatur mensuris diuersis, quibus vtuntur in qualibet ciuitate. ipsę etenim etsi sint diuersæ omnes, tamen faciunt factum iustitiæ: intendo mēsuras tritici, & olei, et cōsimilium: quæ mensurantur. nam non sunt istæ mensuræ quanti tatis vnius apud omnes gentes. sic igitur est dispositio rerum iustarum quodāmodo. & istud est vt cōmensuratio orationū, & seruitiorum in qualibet lege. & hoc, quoniam quemadmodum leges, & modi viuendi non sunt vni in omni loco, sic se habet in rebus iustis, et est quidam modus viuendi naturalis vnus in omni loco: positiuus aūt non est vnus in omni loco. D. Proportio autem istarum rerum iustarū quæ docent, vel notificantur in hoc libro ad res, ad quas ponit dominus legū, est proportio rerum vniuersalium ad res particulares, quæ aguntur. & particularia multa sunt, vniuersalia vero comprehensa sunt: & vnumquodq; ex ipsis vnum est non multum. Et illud, de quo hoc dictum ex iusto, est in generibus suis primis. dicta autē in speciebus omnis generis ex istis duobus generibus: intendo diuisiuum & directiuum. & quid sint, & quot sint, & in quo sint, est de quo dixit, quòd perscrutaretur postremo in alio libro ab isto.

*De triplici nocumento, quòd alijs irrogatur. Cap. VIII.*

CVm iura vero & iniuriæ sint ea, quæ diximus: & iniuste agit, & iuste quispiam, cum sponte agit. nam cùm inuitus facit, neq; iniuste neq; iuste agere censendus est, nisi ex accidenti: accidit. n. vt ea quæ agunt, vel iusta sint, vel iniusta. At iuste vel iniuste factū spontaneo & inuito definitur. Cùm. n. spōtaneum fuerit, vituperatur: tunc̄q etiam est iniuste factum. Quare fit vt iniustum quidē esse quippiam possit, quod tamen nondum iniuste factū sit, nisi id etiam affuerit, vt sponte factum sit. Appello aūt spontaneum, quēadmodum etiam prius dictū est, illud quod in sua quisq; potestate situ cognoscēs, neq; ignorans agit, aut quē, aut quo, aut cuius: id est aut quē verberet, aut quare, aut cuius causa: & vnumquodq; illorum, non per accidens, neq; per vim. vt siquis apprehēsa manu ipsius alium verberet: non sponte aūt ipse id faciat, nō est enim in ipso. fieri etiā potest, vt qui verberatur, sit pater: ipse aūt hominem eum quidem esse, aut ex præsentibus aliquem sciat, patrem tamē esse ignoret. simili modo quoq; de illis quorum causa quippiam fit, definiēdum est, ijsq; quæ ad actionem totam spectāt. Quod autem ignoratur, aut non ignoratur, non est tamē in ipso: vel per vim fit: inuitum est. multa enim ex ijs, quæ sunt natura, scientes etiam agimus & patimur: quorum nihil neq; sponte est, neq; inuitū: vt senescere, vel mori. Sed id quod per accidens fit, tam in iustis q̄ in iniustis simili modo contingit. nam sicut si quis inuitus & timore iductus reddiderit depositum, is neq; iusta agere neq; iuste facere dicendus est, nisi per accidens: sic pari modo qui coactus & inuitus non reddiderit, per accidens iniuria afficere, & iniusta agere est dicendus. Ex spontaneis autē alia cum electione agimus, alia sine electione. cum electione ea agimus, quæ præconsultauimus: sine electione, quæ nulla præconsultatione adhibita facimus. Verùm, cùm tres sint læsiones, quæ in societatibus eueniunt: quę cum ignoratione fiunt, sunt peccata, cùm neq; quem, neque quod, neq; quo, neq; cuius causa existimauerat quispiam, ea egerit: vel. n. non esse peculium, vel non hoc, vel non hunc, vel nō huius causa putauit: sed accidit id, cuius causa minime putarat: veluti gratia, non vt vulneraret, sed vt stimularet: aut non quē, aut non sicut volebat. Quando igitur præter rationē euenerit læsio, infortunium est: quādo vero non præter rationē, sed sine tamē vitio, peccatum. peccat. n. quisq; cùm in se principium causę habuerit: infortunate egit, cùm extrinsecus. At cùm cognoscēs quidē, sed sine tamē præconsultatione agit quispiā, iniuste factū est: vt sunt, quę ex ira fiunt. alijsq; affectibus, q necessarij, naturalesq; hominibus accidunt. qui in his. n. lędunt, & peccāt, iniuste quidē agūt, sunt̄q; hæc iniuste facta, nondum tamē iniusti ob hæc, neq; praui ipsi homines habētur: quippe cùm læsio ipsa ex prauitate minime euenerit. Nam cùm ex electione læserit quispiam, tūc demū iniustus ac prauus est. Quocirca recte ea quæ ex ira fiūt, non esse ex prouidētia iudicantur: non. n. principium affert, qui iratus facit, sed qui ad iram prouocauit. Præterea neq; hic factum sit nē̄ne, sed iure ne an iniuria factum sit cōtrouersia est: ita siquidem apparēs iniustitia est. non. n. sicut in cōmercijs factum ne sit, contēdunt, vbi necesse est alterum prauum omnino esse, nisi ex oblitione id faciant: sed de facto consentientes, iure ne an iniuria id factum sit, altercātur: quod qui insidiose fecit, minime ignorat. quare alter iniuria se esse affectū putat, alter minime. Si autē ex electione læserit, iniuste agit: & ex his iam iniuste factus iniustus est, qui iniuriam facit: cùm vel præter proportionē fuerint, aut æquum. simili modo ēt iustus est vnusquisq;, cùm ex electione iuste egerit. iuste agit autē, si tantūmodo sponte agat. At ex ijs, quæ inuiti agimus, alia ignoscenda sunt, alia minime. nā

quæ

quæ non modo ignorãtes, sed ex ignoratione committimus, sunt ignoscenda: quæ vero non ex ignoratione, sed ignorantes facimus, ex affectu tamẽ neq; naturali neq; humano, venia digna minime sunt.

ET cũ iustitia, & non iustitia sit, quæ definita est antea. & est ea, a qua agitur iustum & non iustum: tũc quidem agens per iustitiam nominatur iustus: & agẽs per non iustitiam non iustus, quando fecerit factũ voluntarie. quando vero fecerit iustus nõ voluntarie, aut inuitus, tunc nominatur quidẽ iustus aut inuitus per accidẽs, i. accidit eis vt agant actiones iustitię, aut non iustitiæ. deinde, quando istud sic fuerit dictum iustum cõmuniter et ꝓprie. Cõmuniter ergo dicitur de omni facto iusto, siue contingat per voluntatem, siue per naturam, siue ablq; voluntate. proprie vero dicitur de facto iusto, quod fit a voluntate. & similiter inustum dicitur cõiter de omni facto, quod fuerit inustum qualitercunq; contingat. & dicitur proprie de eo quod contingit per voluntatem. Quòd autem de iusto contingit a voluntate, nominatur æquitas: & quod cõtingit ex ipso, ab ambobus rebus iustitia. et similiter nominatur inæquitas inustitia, quæ fit a voluntate: & nominatur inustitia illa, quæ fit ab illis duabus rebus. Cumq; hoc sic fuerit, tunc omnis æquitas iustitia est, et nõ omnis iusta æquitas. & similiter omnis iniquitas inustitia est, & non omnis inustitia iniquitas. Et factũ voluntarium, quemadmodum dictum est in eo quod prætexitur, est quod facit quis, & videt ꝙ facere illud in ipso est, & in hora faciẽdi non latet eum, quod facit ipsum, & cui facit ipsum, & cum quo facit ipsum, & propter quod facit ipsum. vt quod percutiat, videns ꝙ percussio in eo est, non in alio: & non facit cùm alius faceret hoc mittit, aut de necessitate: vt ꝙ quis percutiat quem manu alterius. enim ille, cuius manu percutit alius percussor, est inspontaneo vel inuite. & similiter fit in eo, qui percutit se ipsum sibi nõ ignotum: vt ꝙ percutiat hominem, de quo scit ꝙ est vnus ex hominibus, sed non scit ꝙ est pater: et ita. etenim de isto dicitur ꝙ percussit patrem sibi inuoluntarie. & similiter accidit in eo, quo percutitur, & gratia cuius percutitur. Quod autem fit scienter, attamen principium faciendi ipsum non est in eodem, sed sit actus inspontaneo, tunc ipsum neq; nominatur voluntarium, neq; inuoluntarium. Et omnes modi eius, quod per accidẽs, æquales sunt in omnibus speciebus actionum iustitiæ, etenim si quis reddit apud se depositum inspontanee propter metum, non dicitur de eo factor iustitiæ nisi per modum accidẽtis. & similiter in cæteris actionibus iustitiæ, quando agunt inuoluntarie, dicitur ꝙ factor earum est iustus per modum accidentis. Et de rebus volũtariis est, quod agitur per electionem præcedentem: vt de eis est ꝙ non agit per electionem præcedentem. quod autem agitur per electionem præcedẽtem est illud, quod agitur, postquam operatur in eo consilium, vel meditatio: sed quod agitur absq; electione præcedẽte, est quod operatur absq; præcogitatione. D. Et cùm quidem hoc sic est, tunc damnum accidens in cõnegotiationibus trium specierum est. vnum, quod accidit propter priuationẽ scientiæ. & hoc, quoniam quando quis fecerit factum non sciens cui fecit, neq; rem quo fecit, neq; propter quam rem fecit, vt ꝙ putet factor non se vulnerare & idem per factum tuum, & tamen vulnerat ipsum, aut ꝙ putet non percutere cum gladio, & tamen percutit ipso. Hæc etenim damna fiunt absq; voluntate: & damnum absq; voluntate inferentium. dãnum autem, quod fit cum voluntate, sed absq; malitia, imo propter ignorantiam, est ex peccato facultatis, quando fuerit hęc ignorantia ex eo, quæ in eo est non ignorare vel scire. si vero causa ignorãtiæ fuerit ab extra, tũc est infortunium purum. hæc igitur sunt dãna, quæ fiunt ex priuatione scientię. Sed dãna, quæ fiunt à scientia, verũtamẽ non à præcogitatione vel consilio: vt quod fit à multis ex accidentibus necessarijs vel naturalibus, sunt inusta. hi. n. isto modo inferentes dãnum, inustitiã faciunt: nõ tñ per hoc inusti sunt ſm veritatẽ: eò ꝙ necessarium, quod est causa hic, est absq; malitia illa: propter quam dicitur de faciente inustitiam ꝙ est inustus ſm veritatem. Et propter istud quidam Antiquorum non iudicabat eum, qui per iram faciebat factum dãniferum & ignoscebat irascenti: ideo ꝙ videbat ꝙ principium quidẽ actionis erat ex prouocatore iræ, non ex irascente: cùm per factum turpe inuriose prouocaret eum ad iram. Et propter hoc non contendunt corrizãtes in iudicio de facto: quando fuerit dãniferum ex parte iræ, sit dãniferum vel non: imo cõfitetur hic factor ipse: sed contendunt sit iustitia, aut non. Conaũtaq; factor probare ꝙ sit iustitia: sed inficiatur passus ꝙ sit iustitia. & hoc, quoniã homines cõcedunt ꝙ ille, qui cogit in commutationibus socium suum ad iuscendum, est malitiosus, & quòd irascens nõ facit dãnum ex parte malitiæ: & propter hoc confitetur damnum inferens factum, quemadmodum diximus, & dicit ꝙ fit iustitia: sed aduersarius improbat esse iustitiam, immo esse iniuriam. Et tertia species est dãnum, quod fit ex præcedenti consultatione. et inustus ſm hunc modum est iniurator in veritate, cũ ex proposito venerit absq; proportione in rebus, in quibus est iustitia per proportionem, aut absq; æqualitate in rebus, in quibus est iustitia per æqualitatem. & propter hoc iustus in his in veritate est ille, actionem cuius præcedit electio. iustus autem, qui opponitur prædictis duabus speciebus in iustitia: intendo eum, qui facit iustitiã inscienter, aut propter passionem vincẽtem ipsum: non est iustus ſm veritatem. D. Et ſm quasdam ignorantiarum ignoscitur ex ignorantia damnum inferenti, ſm quasdam vero non. & ſm quas non ignoscitur, sunt illæ quæ fiunt ex parte omissionis vel disciplinę, aut quarum ipsemet causa existit, vt in dispositione ebrietatis: ſm quas vero ignoscitur, sunt fientes per occasionem naturalem, aut propter occasionem accidentalem.

### De eo, quod est pati iniuriam. Cap. IX.

DVbitare autẽ quispiam posset, an satis de facienda patiendaq; iniuria definitum sit. Ac primum an sit id quod Euripides dixit: absurde inquiens,

Quo modo parẽtẽ occiderim exponã breui: ,,
Volens volentem, vel nolentem non volens. ,,

vtrum re vera fieri possit, vt sponte quispiam iniuria afficiatur, nec ne, an omne id inuitum sit: quemadmodum iniuria afficere quoque spontaneum totum est: an spontaneũ aliud, aliud sit inuitum: Et simili modo de iustificando: iuste agere. n. spontaneum totum est: vt merito vtroq; modo opponi debeat, & iniuria affici & iustificari: vt vel spontaneum vel inuitum vtrũq; esse affirmemus. Absurdum autem videretur, si iustificari spõtaneum esse totum diceremus: quippe cùm nonnulli sint, qui non sponte iustificẽtur. Nam etiam de eo dubitaret quispiã, vtrum vnusquisq; qui iniustum



stum aliquid passus est, iniuria quoq; afficiatur: an sicut in agendo, ita in patiendo quoq; res sese habeat. fieri enim potest, vt in vtrisq; ex accidenti iusta consequamur. idem autem in iniustis quoq; euenire manifestũ est: quippe cùm non idem sit iniusta agere & iniuste agere, id est iniuria afficere: neq; iniusta pati, & iniuria affici. similiter quoque iuste agere quempiam & iustificari dicẽdum est. non. n. potest quisquam iniuria affici, nisi aliquis sit, qui iniuria afficiat: neq; iustificari, nisi iuste ꝙ piam agat, iureq; afficiat. Verũ si absolute iniuria afficere est sponte lædere, sponte autem
2.l.quo. lædere, est scientem quem, & quòd, & quo modo: intẽperans vero sponte seipsum lędit: sponte is iniuria afficeretur: posset q; fieri, vt ipse seipsum quispiam iniuria afficeret. at hoc vnũ ex ijs est, quæ in dubium veniunt, vtrum iniuria afficere se ipsum quispiam possit. Adde ꝙ sponte etiam ob intẽperantiam aliquis ab alio volente iniuria afficeretur: vt hoc modo quispiam sponte affici iniuria queat. An
2.l.quo. fortasse non recta definitio est: sed, cùm dicimus lædere esse scientẽ & quem, & quòd, & quo modo, addendum est, præter illius voluntatem qui lædit. lęditur igitur sponte aliqs, atq; iniusta patitur: nullus tamen est qui iniuria sponte afficiatur, quippe cũ id velit nemo: ne incontinẽs quidem: sed præter voluntatem agat. nemo. n. vult id, quod non esse bonum existimat. at incontinẽs quod non esse agendũ putat, id agit. q. n. sua ipsius dat, sicut Homerus inquit Glaucũ dedisse Diomedi,

,, Aurea pro ferreis, ac pro centena nouennis,
nulla afficitur iniuria: quippe cũ in ipsius potestate sit dare. iniuria vero affici, minime in ipso est: sed esse aliquẽ oportet, qui iniuria afficiat. Atq; iniuria affici quidem nõ esse sponte manifestum est. Duo præterea ex ijs quæ proposuimus, supersunt dicẽda. vtrum is, qui plus præter dignitatem distribuit, iniuriam afferat an is qui id habet, fieri ne itẽ possit, vt se ipsum quispiam iniuria afficiat. Nam si fieri potest id, quod prius dictum est: & qui distribuit iniuria afficit, non qui habet plus: si quis alteri ꝙ sibi plus distribuit spõte & sciẽs, is se ipse iniuria afficit: id quod facere modesti homines consueuerunt. modestus. n. eiusmodi est, vt imminui sua non difficulter patiatur. An neq; hoc simplex est: ex alio. n. bono, si ita incidit, plus vsurpauit: vt ex gloria, aut eo quod absolute honestum est. Sed solutur etiam ex iniuria afficiẽdi definitione. nihil. n. præter suam patitur voluntatem. vt propterea affici iniuria minime possit, sed lædatur tantũ: si modo pati ipsum quippiã dicendum est. Perspicuum quoq; est, eum qui distribuit, iniuria afficere, non eum semper qui plus habet. non. n. cui iniustum inest, is iniuriam facit, sed cui inest id vt sponte hoc faciat: id autem est, vnde principium actionis proficiscitur: quod sanè in distribuẽte, non in accipiẽte cõsistit. Adde ꝙ, cùm facere multis modis dicatur: & quodã modo inanimata interficiãt, & manus, & seruus, cùm mãdauerit aliquis: hæc sanè non iniuste faciũt, sed iniusta tamen cõmittunt. Accedit ꝙ, si ignorans iudicauit quispiam, non iniuria afficit, quantum ad legitimum ius attinet, neq; iniustum iudicium est: sed quodam modo tamẽ iniustum, aliud enim legitimũ, aliud primũ ius est. At si sciẽs iudicauit iniuste, plus sibi, vsurpat & ipse vel gratiæ vel vindictę: perinde quidem ac si quis iniuste facti quoq; ipse partem acceperit: & ille etiam, qui ob hæc iniuste iudicauit, plus habet. Etenim in illis qui agrum adiudicauit, is non agrum, sed argentum accepit. Homines autem in sua potestate situm existimãt, vt iniuria afficiant. propterea etiam ius ipsum putant facile esse: quod tamẽ non est. rem habere enim cum vxore vicini, & percutere proximum, & manu porrigere pecuniam & facile est, & in ipsis: sed ita tamẽ se habentes hæc facere, neq; facile, neq; in ipsis est. Simili modo quoq; cognoscere iusta & iniusta nullam sapientiam esse existimant: propterea ꝙ difficile minime est ea intelligere, de quibus leges præscribunt. Verum iusta non hæc sunt nisi per accidens: sed ea sunt iusta, quæ quodam modo aguntur, & quodam modo distribuuntur. Id autem difficilius est, ꝙ salubria cognoscere: nam illic mel, vinum, veratrum, adustionem item & incisionem noscere facilius est: quo modo autem ad sanitatem afferendam, cui, & quando adhibenda hęc sint, tam est sanè difficile cognoscere, ꝙ medicum esse. Ob id autem ipsum etiam iusti hominis esse existimant nihilo minus iniuste agere: quoniam nihilo minus iustus. immo etiam magis facere vnumquodq; ex his potest. nam et rem habere cum muliere, & percutere: & vir fortis seu tum abijcere, & in fugam versus in vtrã partem velit, currere potest. Sed ignaue agere, & iniuste non est hæc facere, nisi per accidens. nam hæc facere est, cùm aliquis ita se habens agit. Quemadmodum etiam mederi & sanare non est incidere, aut non incidere, vel medicamẽta adhibere, aut nõ adhibere: sed quodam modo vtraq; hæc facere. Iura autem inter eos sunt, qu. bonorũ sim: pliciter iunt participes: in quibus & excessum habent & defectum. quibusdam. n. horum non est excessus,

v. iustalie

vt fortasse Dijs: quibusdam nulla pars vtilis est, vt incurabilibus & malis, sed nocent omnia: at quibusdam quadã tenus: atq; hoc propterea humanum est.

ET fortallis quæret quis quæstiones difficiles in definitione conditionum iniuriãtis, & cui iniuriatur. Primo quidem ac si dicat, quando iniuriatur quis alicui volens, & ille cui fit iniuria, vult vt iniuretur ei, an nominatur iste iniuriator, an nõ: & similiter, si fecerit quis iniuriam alteri non volens, sed volente eo, cui fit iniuria, nominabit ne receptor iniuriator? At primũ de hoc perscrutãdum est in istis, an actio iniuriosa rei, quæ fit ab altero alteri, sit tota volũtaria, an quiddam eius voluntarium, & quiddam eius inuolũtarium. Et similiter locum habet hęc perscrutatio circa actionem iustam. omni enim speciei ex speciebus iniuriæ, est species opposita ex speciebus iniustitiæ. Et forsan incõuenies est opinari q̃ omnis passio iustitiæ, quæ accidit homini totaliter, sit voluntaria. nam multi hominum agunt actiones iustitiæ absq; voluntate. & similiter est in iniustitia. Et propter hoc inquisitio est, an omni cui obuiat iniuria, fit iniuriatum, siue sit hoc voluntarie, aut inuoluntarie: aut quod fit ex hoc voluntarie non. similiter et quod fit ex hoc præter voluntatem nisi forma tantum: intendo in actionibus & passionibus. & manifestum est quod possibile est in vtrisque, scilicet actionibus & passionibus, vt dicatur de eis quòd sunt iusta per modum accidentis. Cumq; sic sit, tunc res in iniuria in hæc similis erit rei in iustitia: intendo q̃ possibile est in vtrisq; vt dicatur de eis iniuria per accidẽs. etenim non est vt agat homo actiones iniuriosas, & vt iniuretur alteri res vna. Manifestũ est ergo, quòd id, quod non fit per voluntatem, non est iniuriosum: illud autem, quod fit per voluntatem vtrisq;, intendo iniuriantis & cui fit iniuria: si dixerimus q̃ terminus iniuriæ absolute est, vt alter alteri dãnum inferat per voluntatem suam: & dixerimus q̃ terminus voluntatis est, vt factor faciat et iniuste agat hoc actum, & propter quid facit, & quo, & fuerit qui non cohibet seipsum voluntate sua: i malitia inferens sibi dãnum sua voluntate, tũc putabitur q̃ certe dicitur de ipso q̃ iniuriatur sibipsi voluntate sua. cumq; certum fuerit hoc, tunc possibile est vt dicatur q̃ interdum iniuriatur et alter sua voluntate. intendo voluntate eius cui fit iniuria. Attamẽ ista est alia quæstio ex quæstionibus grauibus, quę sunt in isto capitulo, i. an possibile sit vt iniurietur quis sibi ipsi. An ergo nostrũ est dicere, q̃ si fuerit possibile vt dãnum inferat alter alteri voluntate vtriusq; intendo eius quem tangit dãnum & interentis dãnum, tũc possibile est vt dicamus esse possibile vt alter alteri damnum inferat cum voluntate vtriusq;. Aut non est hæc dictio sana: immo possibile quidem est vt dãnum inferat alter alteri volenti, quando fuerit is, cui dãnum infertur, ignarus iuris. etenim non est possibile vt intera tur homini volenti dãnum cognoscenti ius. nullus. n. vult vt fiat sibi iniuria, scienς q̃ est iniuria absolute: & nullus vult illud quod scit, q̃ non vtile, aut q̃ dãnterum. Ille autem, qui dat pecuniam suam absq; reditu, aut absq; reditu æquali, non fit quidem iniuria: intendo non iniuriatur ei alter: eo q̃ data ab eo fuit per suam electionem: sed vt fiet iniuria homini non est ab eo, sed ab altero propter hoc, quoniã quidem iniuria ab altero non est voluntaria ei, cui fit iniuria, manifestum est: eò q̃ nullus iniuriam vult, scieς q̃ est iniuria. et autem qui tribuit absq; reditu nullas iniuriat. vt enim iniuriatur homini non est absq; ipso, sed ab iniuriante. veritatem q̃ non est vobis ab eo, cui fit iniuria, vt et iniuretur, manifestum est. Res autem, quarum primo proposuimus perscrutationem duæ sunt. Vna earum est quis iniuriatur: an ille, qui diuidit inæqualiter: an ille, cui contingit plus: intendo an iniuretur ei, cui contingit minus: an ambo. Secunda autem est, si porrexerit alteri plus quàm sibipsi, tunc iniuriatur per hoc sibipsi. diminuit etenim sibipsi scienter & voluntarie, quemadmodum faciunt humiles & inferiores: intẽdo q̃ ipsi diminuũt sibipsis volũtarie et scienter ex honore. Aut neq; hoc etiã veritatem habet absolute, sed est in ipso distincto quædã: & est vt sit porrigere eius alteri plus ſm modũ, qui sit in bono puro. Aut oportet vt dicamus q̃ nõ cõuenit et terminus iniustitiæ ſm veritatẽ: intendo iniuriæ absolute. etenim ille, cui fit iniuria, est ille q̃ obuiat dãno sine spõte sua per se: iste autem non obuiat dãno sine sponte sua: non ergo facit ei iniuriã ille, qui accipit ab eo quod dat ei, nisi q̃ est interens ei dãnum solũmodo. Et est patiens, quĩ iniuriator est ille, qui diuidit iniuste, nõ ille, cui contingit plus. non enim oportet vt denominet ab iniuria ille, apud quem est res, ſm quam fit iniuria: sed ille, qui facit hoc voluntarie. & quando fuerit diuisor accipiẽs ab alio, & dans illi, tũc principium actionis iniuriæ est ex illo qui diuidit, non ex illo qui accipit. Amplius, cùm factum dãnificrum dicatur multis modis: proportionat enim ei qui caret elegentia vt bestiæ, aut mancipio: tunc fortior qui facit iniuriam isto modo non dicitur iniuriãs, quãuis fecerit facta iniuriæ. Et, ppter hoc, quando iudicauerit diuisor iudicium iniurię nõ sciens, nõ nominatur qdem iniuriator ſm ius legale, neq; nominatur iudicũ iniustum: & est quasi iniustum, eò q̃ ius legale hoc est præter illud, quod est ius in seipso, verũtamen lex ignorant. Si autem iudicat iniuriæ sciẽs, tunc denommãdus est à specie iniuriæ, qui enim scienter iudicat, iniuste nõ facit hoc, nisi propter benuolentiam, quam habet erga illũ, cui adiudicat plus: aut propter vindictam, quam quærit in illum, cui fit iniuria: aut vt accipiat partem ex illo, in quo iudicauit, & propter hoc adiudicauit. D. Et homines vident q̃ potentes sunt ad iniuriam. & propter hoc vident q̃ actio iuris facilis: & q̃ nõ latet aliquem, quemadmodum non latet eum iniuria. & est manifestum, q̃ non latet aliquem, q̃ nõ oportet eum tacere cum vxore vicini sui, aut contristare proximum tuum: sed latet multos hominum notitia multarum rerũ præter istas, quas oportet facere: intendo q̃ facere eas est ius, et non facere eas est iniuria: aut econuerso. Et propter istud vidẽt homines q̃ scientia rerum iustarum & iniustarum non sit sapientia: & q̃ non sit difficilis cognitio rerum, quas ponit lex: & non est q̃ scit populus ex hoc omnes species iustitiæ, quæ non est iustitia per accidens: immo iustitia, quam scit populus, est iustitia absoluta: & quando fuerit diuisa est alicui speciei iustitiæ & alteri nõ, et hęc est illa, quam sciunt periti. D. Et elongatio populi à scientia huius plus est q̃ elongatio eius à scientia sanationis. etenim possibile est vt ciciat q̃ mel, & vinum, & elleborus, & cauterium omnia sanatiua sunt: qualiter autẽ oportet vt fiat sanatio cum eis, & cui, & quando, huiusmodi scientia primet medico. Et videtur quidem eis q̃ opatio iuris in eis est, & q̃ facilis est eis: eò q̃ putant q̃ non sit eis difficilius q̃ facere iniuriam, & quando fuerint ambo potentia esse sunt in subiecto vno, & fuerit homo potẽs vt agat actiones iniuriæ omnes: potens est enim vt faceat cum muliere non sua, & vt vulneret alterum, & vt fugiat a centro belli: tunc potẽs est vt faciat actiones iuris. Et non est hic factũ: etenim iniuriæ & iuris nõ est vnum nisi per accidẽs. Nam quemadmodum factum sanationis non est in secando, aut in non secando, neq; in propinando medicinam, aut non propinando: ita dico si concederemus q̃ istud sit equ-

Humiles & diminuunt sibi ipsis sponte, & scienter.





parabile rei iuris. sed in propinando de ea quãtitatem competentem, & in hora competenti, & sic de aljjs circũstantijs: similiter in re iuris non sufficit vt faciat, aut nõ faciat, sed vt faciat de hoc quantũ oportet, & quando oportet. D. Species autem iustitiæ inuentæ in iustis: & sunt illi qui tam acquisierunt bona, quæ sunt bona per se, & in quibus est præminẽtia in hac intentione, intẽdo ex parte additionis acquisitionis bonorum, sunt quidem in quibusdam eorum non potentes accepere additionem in bonũ: vt iustitia proportionata ditatus, non enim possibile est inuenire iustitiã perfectionem hac. in quibusdam autem eorum nõ inuenitur bonum proficiens pentitus: & isti sunt mali, quibus nõ est curatio vel rectificatio, sed vniuersum ipsorum dãnisum est. in quibusdã vero ipsorum inuentur bonum & malum vsque ad terminum quendam: & istud est plus, & est humanum.

## De æquitate æquo, & bono. Cap. X.

SEquitur, vt de æquitate & æquo & bono, quo modo scilicet illa ad iustitiam, hoc ad ius respiciat, disseramus. Neq; enim si quis recte cõsideret, vt idem absolute spectare, neq; vt diuersum prorsus genere videtur. & interdum æquum & bonum, hominemq; ipsum eiusmodi laudamus, ita vt ad alia quoq; trãsferre hoc nomen laudando consueuerimus, æquum hominem probum appellantes: interdum, dum rationem sequimur, absurdum videtur æquum & bonum, si præter ius quiddam est, esse laudabile. vel enim ius nõ est honestum: vel æquum & bonum non est ius, si diuersum quid est: vel si vtrunq; est honestũ, idem vtraq; sunt. Ac dubitatio quidem circa æquum & bonum ferè ex his cõtingit: in qua omnia quodam modo recte sese habent, nihilq; est quod sibi aduersẽ ac repugnet. nam cùm æquum & bonum iuris cuiusdã æquum sit, melius ius quoddam est: neq; tamen quasi diuersum aliquod genus est iure ipso melius. Ius igitur & æquum & bonum idem est. cùm enim vtraq; honesta sint, æquum & bonũ honestius, meliusq; est. Dubitatio autẽ hæc oritur, quia æquum & bonum ius est non ſm legẽ, sed legitimi iuris correctio. Cuius rei causa est, quod lex in vniuersum omnis statuit: nec fieri potest, vt recte de quibusdam in vniuersum definiat. in quibus enim necesse est, vt in vniuersum dicatur, recte autẽ id non potest: lex id sumit quod vtplurimum fit, non ignorãs sanè quod peccatur. & nihilo minus tamẽ recte sese habet: quippe cùm peccatum in lege minime sit, neque in legislatore, sed in rei ipsius natura cõsistat. statim enim rerum agendarum materia eiusmodi est. Quando igitur lex in vniuersum dixerit, & præter vniuersale postea quippiam contigerit: tunc recte se habet, si qua legislator omisit, absolute q̃ ac simpliciter loquendo peccauit, corrigatur defectus: id quod legislator etiam ipse si adesset, dixisset: & si sciuisset, ita pscribenatem legem instituisset. Iccirco ius quidem est & melius quodam iure, non eo tamen quod absolute est & simpliciter, sed eo quod ex absolute loquẽdo peccat. estq; ea æqui & boni natura, vt legis qua parte deficit, ob vniuersale, emẽdatio sit. id enim est in causa, vt etiam non omnia ſm legem sint, propterea q̃ vt de quibusdã lex sanciatur, fieri nullo modo potest. quapropter decreto opus est: indefiniti enim indefinita etiam esse regula debet. sicut ædificationis Lesbię plumbea norma, quę ad lapidis figuram transmutatur, neq; immobilis manet: sic decretum ad res ipsas accõmodatur. Quidnam igitur sit æquũ & bonum, et quid ius, & quo iure melius id sit. pspicuum iam est. Ex quo etiam patet quisnam æquus & bonus vir sit: qui. n. talia eligit, atq; agit, neque est exactus iuris exequitor in peiorem partem, sed imminuit potius, cẽt si legem ad id adiutricem habeat: is æquus & bonus est: habitusq; ipse æquitas, quæ quidem iustitia quędam, nec diuersus ab ea habitus est.

DIxit, Speculatio autem in beneficentia & beneficio, & qualiter est, pportio dispositiõis, per quam vir est beneficus ad dispositionem, per quã est iustus, & proportio actionis ad actionem: intendo actionem beneficĩ, quæ est beneficentia, & actionem iusti, quæ est iustitia: oportet vt sequat hoc, quod diximus. Non enim manifestat in perscrutãtibus de eis, q̃ sunt quasi res vna absolute, & ex omnibus modis, & non q̃ ipsæ etiam sunt conduersificatæ specie. nos enim forsan laudamus beneficẽtiam & beneficum, donec extollimus ipsum vsq; ad summum verum, quæ sunt apud nos finis laudationis: & dicimus, q̃ beneficus præeminentior est iusto, & q̃ melior. ergo cùm posuerimus q̃ beneficentia est quid præter iustitiam & laudabile, patet q̃ hoc est inconuenies. et hoc, quoniã sequitur ex ipso vt iustitia non sit beneficentia: vel vt beneficentia non sit iustitia, si fuerint duæ res, & nõ fuerint res vna virtuosa. & vtrunq; istorum est inconueniens. Difficile itaq; quod est in hac quæstione, ferè quidem sequitur eam ex parte eius, cuius fecimus mentionẽ: & sunt amb laudabiles: intendo iustitiam & beneficentiam: & non est in eis quid contrarium per seipsas ex parte, cuius laudantur in plus & minus. Supererogatio ergo. et si sit melior iustitia, tunc est ex specie iustitiq; non q̃ sit species altera à iustitia, sed sunt ambæ ex genere vno. At vero hęsitatio & dubitatio quidem est qualiter inuenitur iniustitia melius: & virtuosius ea existente indiuisibili ex modo quo est æqualis: nisi quod hoc soluitur per hoc, quod beneficentia non est iustitia posita in lege, sed est rectificatio iustitiæ legalis. Et causa in hoc est, qm̃ iustitiam legalem positã posuit legislator vniuersalem: & vniuersale non verificatur in ea in quibusdam rebus: non erit ergo vniuersale in eis vniuersaliter sed no modo, cumq; fuerint hic res cogentes dominam legis vt poneret in eis forma vniuersalia, & nõ esset possibile in naturis earum, tũc dignum fuit vt poneret eas lex vniuersales, & illæ quidem verificantur fm pauciorẽ, & ponit hoc sciens quid sit in eo de peccato. & factum eius sanum est non minus facto suo in eo, in cu-

Vniuersale apud legem positum erratica in quibusdam rebus.

Fundamentū rerū voluntariarū velociter permutatur.

ius natura ꝓssibile est vt sint fora vniuersalia, quæ ponit in eo,& propter hoc fuit hic peccatum non in lege, neq; ex parte latoris legis, sed ex pte naturæ rei. fundamentum etenim rerum voluntariarū velociter permutatur. Et quādo fuerit dominus legis dicens oratones vniuersales, & acciderit in eis aliquādo præter id, quod intendit ex iustitia & correctione, tunc statim sanat sanatione, quam vidit legislator in eo, quo secutum est peccatū, ex modo quod dixit in eo dictionem absolutam. & est quidem necessaria sanatio illius vniuersalis: ideo ꝙ nos scimus ꝙ illam conditionem, quam dimisit legislator, si tuisset præsens propter materiæ mutabilitatem, nō dimisisset eam: & si duceretur per illud ad hoc vt conderet legem. Dixit. Et propter istud facta est beneficentia iustitia quædam: & est melior iustitia quadam, non ea iustitia, quę est iustitia absolute & sm veritatem: sed est melior peccato, quod segtur iniustitia legali ex iudicio vniuersali, natura ergo, quę est benefico, per quam est beneficus, est quidem sanatio eius quod deficit legi ex re vniuersali, quā posuimus. ista igitur est causa in hoc vt non sint omnia fora legalia necessaria in omni hora: immo indiget in quibusdam horis cōmensuratione: & in quibusdam non redditur ad forum vniuersale. Et manifestum est sibi hoc ex foro posito in præcipiendo bella in lege Saracenorum. præceptum enim bellandi in ea vniuersale est, donec extirpetur radix eorum, qui diuersi sunt ab eis. & sunt hic horæ, in quibus eligibilior est pax bello. & qa populus Saracenorum tenuit pro necessario hoc præceptum vniuersale: & cum hoc fuit possibile extirpare suos inimicos: consecuti sunt damna multa ex hoc, & istud fuit ex ignorantia ipsorum intentionis legislatoris. & propter hoc oportet vt dicatur ꝙ magis quęrenda est pax quandoq; ꝙ bellum. D. Iam ergo patet quid est beneficentia & iustitia, & qua iustitia beneficentia est melior. Et ex hoc etiam manifestū est, ꝙ beneficus & supererogans est qui eligit has res & operatur eas: & est vt non vsq; ad vltimum inuestiget vniuersale declinans versus malitiam in pluribus ex modo vniuersalis, sed diminuit inde partem malā. o. propter istud inuenimus indulgentiam esse cōmendatam in multis punitionum legalium in horis quibusdam, et in indumentis quibusdam: & inuenimus dumiorem vltionis in eis excellentem esse: quāuis lex sit faciens pro eo ad sumendum vltionem, tunc tacq; beneficentia iustitia est, & non alter habitus.

### *De eo quod est facere iniuriam sibipsi. Cap. XI.*

EX his quę diximus, manifestum ēt fit, an fieri possit, vt qs iniuria seipsum afficiat, nec'ne. Nonnulla.n. sunt iura, quæ ad vniuersam virtutem spectantia à legibus sunt instituta: exēpli causa, lex nō iubet se ipsum quēpiam occidere: quæ autem non iubet, verat. Præterea cùm quis pręter legem lædit nō referens læsionem, spōte iniuriam facit: qui autem sponte facit, is scīēs & quem, & quo modo, facit. at qui ob iram seipsum iugulat, sponte præter rectam legem id agit, quod lex non permittit: iniuriam igitur facit. sed cui? ciuitati nimirum, non sibi: quippe cùm sponte patiatur: nemo vero sponte iniuria afficiat. Vnde etiam ipsum ciuitas mulctat: eiq;, qui se ipsum necauit, quasi ciuitatem iniuria affecerit, ignominia quædam irrogatur. Adde ꝙ neq; eo modo potest quispiam se ipsum iniuria afficere, quo iniustus ille est, qui solūmodo iniuste agit, & non omnino est prauus: id quod diuersum ab illo est. est.n. quodam modo iniustus ita prauus, vt ignauus: non vt totam in se habens prauitatē. Quare neq; sm hanc sibi facit iniuriam quispiam: simul.n. idem auferri, ac detrahi eidē posset: quod omnino nequit: sed semper inter plures esse ius & iniuriā necesse est. Nec non spontaneum, & ex electione, & prius. nam qui prorerea ꝙ passus est, idem vicissim facit: iniuriā facere minime videtur. ipse autē seipsum ꝝsdē simul & afficit, & afficitur. Præterea fieri posset vt sponte qspiam iniuria afficeret. Ad hæc vero sine particularibus iniuste factis iniuriā facit nemo, at nemo vel cum sua vxore adulterium committit, vel parietē suū perfodit, vel suas ipsius opes furatur. Ac demum ꝙ iniuria se ipsum quispiam afficiat, definitione ea soluitur, qua iniuria affici vnum quēq; constitutū est. Perspicuum autē est vtrunq; tam iniuria affici ꝙ afficere, esse malum: alterum.n. est minus, alterum amplius habere, ꝙ sit mediocre. Quēadmodum in medicina salubris, in exercitatoria eius rei, quæ ad bonum habitum facit, peius tamen est iniuria afficere: quippe cùm id. cum vitio sit, & vituperabile: & cum vitio quidē vel perfecto, & absolute, vel prope. Non enim omne quod spōtaneum est, est cum iniustitia. at iniuria affici sine vitio & iniustitia est: iniuria igitur affici per se minus malū est. Nihil tamē vetat, quin ex accidēti esse maius malū possit. sed ars tamē id nihil curat: quippe quæ inquit lateris dolorē maiorē esse morbum q̄; cespitationē. licet ex accidēti alterum interdum euenire queat: si contingat, vt ex cespitatiōe aliquis ceciderit, atq; ita ab hostibus captus fuerit, atque interfectus. At vero per translationē & similitudinem est ius non sibi ad se ipsum, sed sibi cum quibusdam ex suis: quāquam non omne ius, sed herile tantū vel familiare. In his.n. rationibus pars animæ nostræ rationis particeps ab ea quæ est expers, distat. ad quæ cùm spectamus, esse iniustitia quædam ad se ipsum videtur: quoniam scilicet fieri potest, vt in his aliquo modo præter suas appetitiones quispiam afficiatur. Sicut igitur principi et subdito, ita his quoque inter se esse ius quoddā videtur. Ac de iustitia quidem, cæterisq; moralibus virtutibus in hunc modum definitum sit.

DIxit. An autem possibile sit vt iniurietur quis sibimet & non iustitiam factat: aut non sit possibile', patet ex eo quod dictum est. Iam enim dictū est ꝙ est iustitiꝫs



iustitiꝫs est cōmunis: & est uniuersitas uirtutum, quas præcepit lex. et similiter de iniurijs ex eis est cōmunis: & est incursio malitiarum, quas prohibet lex, & dimissio virtutum, quas præcipit: & ex eis sunt propriæ, s. in quibus est æqualitas, & non æqualitas. Et tam determinatū est in eo quod præterijt, ꝙ iniurians in istis est, qui scit cui iniuriatur, & quomodo, & quare. qui igitur interficit seipsum ex iracundia, non est iniurians secundum intentionem propriam: eò quòd nō iniuriatur alteri à se, neq; ex præcedenti cōsultatione, sed casuæ. est autem iniuria quidem secundū intentionem cōmunem iniuriæ: cùm istud ei factum contra legem: prohibet enim lex, ne quis occidat seipsum. & iniuria quam perpetrat, aut est in se, aut in ciues: sed in se non, quoniā volens: non vult autem is, cui fit iniuria: sed iniuriatur quidem cuibus, cùm non velint hoc factum, neq; permittant: immo prohibeāt. & propterea videmus cum, qui facit hoc factum occultare se à ciuibus: & consequitur eos apud ipsum abhorrescentia multa. & huius causa est quòd iniuriatur eis. Amplius, iniuriator quidem secundum veritatem malignus est simpliciter: talis autem est qui operatur ex habitu acquisito et. occidēs verò seipsum iniuriatur vna vice tātum: nō ergo procedit eius iniuria ex habitu, à quo dicatur iniuriator: imo res rara interdum in bonis inuenitur. Amplius, si iniuriatur quis sibimet, & sit iniuria acceptio ab altero & datio alteri: tūc necessarium est vt sit acceptio & datio, & vniuersaliter additio & ablatio in uentæ in re vna simul, at hoc impossibile: immo necesse est iustitiam & iniuriam fieri in rebus pluribus vna, & voluntarie, & electiue. ideo quem pœnituerit iniuriæ, non est iniuriator: iniuriāte vero sibimet pœnituit iniuriæ: & vniuersaliter oporteret vt esset vna res eadem agens & patiēs simul: quod est impossibile. Amplius, ex hoc sequitur vt fiat iniuria viro volūtate sua: intendo vt alter iniurietur ei de voluntate sumet: & tā dictum est hoc esse impossibile. Amplius, non iniuriatur aliquis absq; eo ꝙ faciat ex actionibus iniurię particularis: vt quòd furetur, aut adulteretur, & non adulteratur aliquis cum vxore sua, neq; perfodit parietem domus suæ, neque suratur pecuniam suppsius. Et similiter impossibile est vt nominetur iniuriator secūdum vniuersum, quod conditionatum est in iniuriante, & cui fit iniuria: intendo vt nommetur iniuriator secundum veritatem. Dixit. Manifestum est autem quòd facere iniuriam & recipere eam vtrunque malum est. nam faciens eam accipit plus, patiens vero minus: quę ambo sunt præter medium, iniuria est & malum. vertūtamen iam quæritur, vtrum illorum magis eligendum facere iniuriam vel pati. & quando perspiciatur fuerit inquisitum, patebit quòd peius est facere eam q̄; pati. pati enim eam absq; malitia est: facere vero malitiosum est. & propter hoc malum quod est in iniuriante malo, quod est in eo, cui fit iniuria, maius est per se: per accidens autem potest malū & inuoluntarium, quod est in eo, cui fit iniuria maius esse: vt quod accidat et cui fit iniuria vt relinquant eum sui, & metdar in manus aliquorum, qui occidant eum & morti tradāt, qui ante factam sibi iniuriam non habuerunt huiusmodi potestatem. Dixit. Sed potētiæ quidem effectiuę, vtpote ars medicinæ, nō speculatur in eo quod per accidens, sed quod per se. & non curant quod est per accidens: vt quòd dicat quòd dolor ilꝫ periculosior est omni dolore: quamuis possit inuenirī per accidens dolor periculosior eo. Dixit. Ex parte autē iustituę, quæ dicitur per modum similitudinis & transumptionis à iustitia ciuili, & est iustitia, quę est in potentijs animę, nō oportet vt dicamus quòd exercet quis iustitiam in seipsum, aut iniuriatur sibipsi. Et hoc, quoniā illic iusti

tia quidem proportionatur parti ex partibus animæ, præter eam, cui proportionatur iniuria. & non proportionatur iustitia toti: immo iustitia proportionatur ex ea parti principanti: sicut proportionatur in conuersatione ciuili parti principanti. Et propterea distinguuntur potentiæ animæ in id, quod habet rationem, & in id quod non habet rationem: quemadmodum distinguī ciuitas in prælatū & subditos naturaliter. quando ergo obedit quod non habet rationem, et quod rationem habet, fit iustitia: & quando non obedit, fit iniuria, videtur igitur ꝙ huic parti intendo quæ non habet rationē: proportionetur iniuria in anima: cū huic parti pertineat vt agat secūdum sua deliberia. Et vniuersaliter quemadmodum inuenitur iustitia & iniuriæ inter prælatum & subditos, sic inuentus in virtibus vel potentijs animæ. Dixit. Iam igitur patet ex his tractatibus quid est iustitia: & est pertractum de moribus virtutibus figuralibus, intendo moralibus, conuertamur igitur ad virtutes rationales.

# ARISTOTELIS
## MORALIVM NICOMACHIORVM
## LIBER SEXTVS,
## *cum Auer. Exposi.*

SVMMA LIBRI.

De principijs agendi. De intellectus habitibus, scientia s. arte, intellectu, sapientia, prudentia. De prudentiæ partibus, & his, quæ ad eam conferunt. De sapientiæ, ac prudentiæ utilitate. Denique de uirtute, ac uirtutum & prudentiæ connexione.

### *De recta ratione, duplici uirtute, & partibus animæ. Cap. I.*

QVoniā prius diximus & medīū esse eligēdum, excessum neq; defectum, & mediū esse sicut ratio recta pscribit, hoc iam distinguamus. In omnibus.n. antedictis habitibus, quemadmodum in alijs, est quidam scopus ac finis, in quem respiciens is qui habet rationem, intēdit, ac remittit. est ꝙ quidam mediocritatum terminus, quas inter excessum & defectum esse dicimus, cùm fit rectā rationē exuterint. Ac si ita dicamus, verum quidē est, non tamē perspicuum: quippe cùm in omnibus alijs studijs, circa quæ est scientia, verum sit dicere, neq; amplius neque minus esse elaborandum, neq; ociādum, sed mediocriter, atq; vt recta ratio pręscribit. nam qui solum hoc habet, nihil amplius cognoscet: verbi causa qualia corpori exhibenda sint: si quis dixerit, ea quæ iubet medicina, & sicut is qui ea est ꝑditus, statuit. Iccirco oportet ēt circa animi habitus nō solum vere hoc dictum esse, sed ēt determinatum. quæ.n. sit

recta ratio, quæq; eius finitio sit. Cùm igitur virtutes animi diuideremus, alias morũ, alias mẽtis esse diximus. Ac de moralibus quidem iam disseruimus: de reliquis nunc dicamus, si prius tamẽ de anima nõnulla exposuerimus. Superius.n. duas esse animæ partes dictũ est, alteram rationis capacẽ, alteram expertem. nũc vero eodẽ modo rationis capax diuidenda est. statuanturq; duæ esse ratione præditæ partes: vna, qua eiusmodi res contẽplamur, quarum principia aliter sese habere non possunt: altera, qua ea cõsideramus, quæ esse aliter possunt. Ad ea.n. quæ genere sunt diuersa, cognoscẽda, ex animæ quoq; partibus diuersa genere ea est, quæ ad vtrũq; cognoscendũ est apta. siquidẽ ex similitudine quadam atq; affinitate cognitio ipsis contingit. Quarum altera scitẽdi, altera ratiocinandi facultas dicatur. consultare.n. & ratiocinari idẽ est. at de ijs quæ non possunt aliter sese habere, consultat nemo. Quare rõcinatrix vna quædam pars est eius animæ partis, quę rationis est capax. Quis igitur vtrarunq; harum optimus habitus sit, statuẽdum est: is.n. est vtriusq; virtus: at virtus ad opus proprium spectat.

Delijs, quæ non possunt aliter se habere, consultat nemo.

DETERMINATIO SEXTI TRACTATVS LIBRI NICOMACHIÆ ARISTOTELIS.

Vm itaq; tã dixerimus q̃ oportet vt eligamus mediũ: & est in quo nec est additio: neq; diminutio: sicq; mediũ recipit terminum sanũ: etenim Deus sanus est, in quo non est additio, neq; diminutio: tũc necessarium est nobis vt narremus de medio in vniuerso habituum voluntariorum: intendo q̃ recipit terminum sanũ. etenim omnibus habitibus latitudo quędam est: siue sint habitus morales, siue rationales. Ad istud itaq; medium intendimus speculationem, addimus igitur & demimus, donec inueniamus ipsum. & terminus medij conuenit cũ termino rationis sanæ. ambo enim definiunt per hęc, q̃ non recipiunt additionem, neq; diminutionem. Verũtamen non inuenitur medium in habitibus moralibus acquisitis per assuetudinem, sicut inuenitur in habitibus scientificis: intẽdo q̃ inuẽtio medij in moribus manifestior est inuentione eius in habitibus rationalibus. Et hoc, quoniã medium in moribus est medium sm veritatem, cùm inuẽtum sit inter extremitates: medium autem in habitibus scientialibus est, vt non fiat attributio rei per maius eo, quod sustinet: neq; per minus. & hoc medium est certa ratio, vel sanus sermo. & quando fuerit hæc scientia in anima alicuius, nõ oportet vt sciat aliquid plus ea, neq; minus: vt q̃ quærat aliquis, & dicat quibus rebus oportet vti, & dare corpori humano, & conuerti in ipsum. & dicãtur ei res, quas mandat medicina & medicus: et propter illud nõ fiunt res manifestæ absq; terminis, sed occultantur. Ideoq; non oportet nos contentos esse ex notitia habituũ notitia occulta solum modo, & est notitia esse ipsorum: sed sunt sciendi per terminos suos. D. Et cùm iam dixerimus quid est sana ratio, aut rectus sermo, & quid terminus eius, & distinxerimus virtutes animæ, & dixerimus q̃ quædam earũ figurales, i. morales, & quędam earum rationales, i. cum intellectu: & tam locuti fuerimus in virtutibus figuralibus & speciebus suis: nunc dicamus de virtutibus rationalibus, & suis speciebus sm similẽ modum. Et iam diximus in eo quod præterijt, q̃ ex partibus animæ est, quæ recipit rationem, i. terminum: & ex eis est, quę non recipit eam. illius autem, quę nõ recipit terminum, iam distinctę fuerunt species. illa vero, quę recipit rationem, & est pars ratiõalis, diuiditur primo in duas partes: vna quarum est pars rationalis, quæ apprehendit entia: quorũ causas impossibile est in nobis esse: & sunt illa, quæ nõ est possibile esse nisi à causis suis naturalibus, et secũda est illa, quæ apprehẽdit entia, quarum causas possibile est esse in nobis: & ista sunt ea, quorũ causas possibile est esse præterquam naturales. Necesse quidẽ est ergo vt diuidantur partes animę recipientis sm diuisionem generum, quæ recipiuntur, & vt mutentur sm illorũ mutationem: eò q̃ necesse est vt diuidatur receptiuum diuisione receptibilis, & diuersetur eius diuersitate. et iccirco oportet vt dicatur q̃ nomen scientię de eis dicitur sm modum proportionalitatis et assimilationis. Et apprehensio, quæ appropriatur entibus, quorum principia non sunt in nobis, nominatur scientia speculatiua: & apprehensio, quæ appropriatur entibus, quorũ causæ in nobis sunt, nominatur cognitiua operatiua: intendo eam, in qua est cogitatio propter operationẽ. non enim meditamur neq; cogitamus ad operandum res, quarum operationem impossibile est esse in nobis, sed est penes naturam. et vtitur quidem homo cogitatione opatiua in rebus, quas possibile est esse à volũtate. Cumq; sic sit, cogitatiua est vna ex partibus animę rationalis, quæ recipit rationem: & altera pars est speculatiua. & habitudo bona in vnaquaq; istarum est virtus illius partis: & virtus est secundum quantitatem operationis propriæ.

*De principijs agendi.* Cap. II.

TRia autẽ sunt, quæ in anima actionis, ac veritatis dominium habẽt: sensus, intellectus, & appetitus. Sed ex his sensus nullius principium actionis est. id quod perspicuum est ex eo, q̃ bestiæ sensum cùm habeãt, actionis participes minime sunt. Quod vero in cogitatione affirmatio & negatio est, idem in appetitu psequutio est, & fuga. Quare cũ moralis virtus habitus electiuus sit, electio vero consultatrix appetitio: propterea oportet, si modo electio proba est, vt & ratio sit vera, & appetitus rectus: & eadẽ & illa dicat, & hic persequatur. Atq; hæc cogitatio seu mens, & veritas actiua est. Contẽplatiuæ autẽ cogitationis & non actiuæ neque effectiuæ bene & male esse, est verum & falsum: hoc enim totius cogitatiuæ opus est, sed actiuæ & cogitatiuæ veritas est, quæ appetitui recto consentanea sit. Electio igit actionis principium est, vnde est motus, non cuius causa. electionis vero appetitus, & ratio quæ alicuius causa est. Vnde neq; sine intellectu & cogitatione, neq; sine morali habitu electio est. bona etenim actio, & quod itẽ contrariũ in actione est,

Cõtẽplatiuę, & actiuę nõ tis operã.



est, sine intellectu & cogitatione, & moribus non existit. Cogitatio vero ipsa nihil mouet, sed ea quæ causa alicuius est, & actiua. hæc.n. etiam effectiuæ dominatur: quippe cùm causa alicuius faciat, vnusquisq; qui facit: neq; finis absolute, sed ad aliquid & alicuius sit, id quod fit. nõ tamen id quod agitur. bona enim actio finis est: finis vero ipsius est appetitus. Iccirco vel appetitiuus intellectus, vel intellectiuus appetitus electio est. Tale autem principium est homo. Nihil aũt est eligibile, quod factum est. verbi causa Ilium expugnasse eligit nemo. nõ enim consultat quispiam de eo quod factum est, sed de eo quod futurum est, essęq; aliter potest. quod autẽ factum est, q̃n factum sit, fieri nullo modo potest.

» Iccirco recte Agatho inquit:
» Re nanq; sola hac ipse priuatur Deus:
» Vt facta minime infecta possit reddere.

Quo solo priuatur Deus.

Vtrarũq; igitur intellectuarũ partiũ opus veritas est. Quocirca sm quos habitus vtraque maxime verũ dicet, ij vtrarunq; virtutes erũt.

DIxit. In alia ergo sunt tres partes: vna est ad actionem, et est concupiscentia: & duę ad verũ, & sunt sensus, & intellectus, & apprehẽsio. Sensus non est apprehensio intellectus. & hoc manifestum est ex hoc, q̃ bruta communicant nobis in apprehensione sensus, & non in intellectu. Quod ergo est in intellectu affirmatio & negatio, huius compar in concupiscentia est prosecutio & refutatio: intendo prosecutionem delectabilis, & refutationem contristabilis. Et quemadmodum virtus moralis est habitus electionalis: & electio, quæ est ei, est concupiscentia prouentiẽs à cogitatione, & ab vsu oppositionis: & ideo apprehẽsio est verax & cõcupiscentia sana, quando fuerit electio virtuosi. Similiter illa, quæ est intellectui in rebus operabilibus vel scientialibus est affirmatio, & actio quæ est concupiscentię prosecutio: ideoq; quando istius motus prouenientis à concupiscentia principiũ fuerit, ex intellectu erit virtus. Ergo operatio quæ est partis cogitatiuę, quæ est à bono & à malo, est veritas et falsitas. & hoc, quoniam operatio omnis partis intellectualis est aut verum, aut falsum: & operatio quæ est parti cõcupiscibili, est prosecutio & refutatio, siue conueniat ei pars rationalis, aut non. Et operatio earum virtuosa, quando conueniunt, intẽdo partem intellectiuam & operatiuam, est veritas & desyderium cõueniens ei. Principium ergo tunc actionis, & motus est potentiæ electiuæ, à qua fit motus, non ei illius gratia, cuius fit motus: intendo q̃ potentia electiua est principium effectiuum, non illud gratia cuius est motus. & ideo electio est desyderium cum apprehẽsione rationali gratia alicuius. Et propterea non est electio absq; intellectu & absq; virtute morali: & potentia effectiua, à qua est inceptio motus, non mouet nisi propter aliquid: & hæc potentia effectiua est omnis quod agitur: & omne quod agitur, agitur propter aliquid. Et non est hæc potẽtia perfectio per seipsam rei, in qua inuenitur: sed est perfectio relata ad rem illam, quæ est per se complemẽtum. & concupiscentia non est nisi propter istud cõplementum: ideo q̃ terminus electionis est intellectus habens concupiscentiam, aut concupiscentia intellectus. Rerum autem, quę inueniuntur ab ista concupiscentia & intellectu, principum est homo. Et non pendet electio cum rebus præteritis. nõ enim eligit aliqs hodie apertionem ciuitatum Cosdrę: ideo quòd apertio earũ iam fuit. neq; meditatur aliquis in comparatiõe eius quod iam fuit: sed quod erit ex his, quæ possibilia sunt fieri. & illud quod iam fuit, necessarium est, ideo quòd non est possibile nisi vt fit. Et propterea videbatur quibusdam Antiquorum vel Deum priuatum esse potestate in hac specie ex tactis solummodo: intendo q̃ faciat non fuisse quod iam fuit. D. Et actio vtriusq; partis intellectus, intendo actiuæ & speculatiuæ, est veritas, i. fides, siue credulitas. Et habitus, per quos sumit fidem quælibet earum electe, sunt eis vt in pluribus: intendo per habitus scientias.

Vide principium primi libri Posteriorum.

*Habituum intellectualium enumeratio: quod scientiæ obiectum, & quæ propriætates.* Cap. III.

SVmpto igitur altius principio rursus de ipsis dicamus. Sunt autem ea, quibus anima affirmando aut negando verum dicit, numero quinq;: hæc vero sunt ars, scientia, prudentia, sapiẽtia, intellectus. nam existimatione & opinione fieri põt, vt mentiamur. Scientia igitur quid sit, inde manifestum est: si exquisite tractare, et non seq; similitudines opus est. Omnes enim id quod scimus, non posse aliter sese habere existimamus: quę autem aliter esse possunt, cùm extra cõtemplationem fuerint, an sint, nec'ne, latent. scibile igitur necessario est: ergo æternum. quæ enim necessario sunt, absolute omnia sunt æterna: quæ autem sunt æterna, generationi, & corruptioni minime subiacent. Omnis præterea scientia eiusmodi est, vt doceri: scibile vero, vt dísci posse videatur. ex præcognitis autem fit omnis doctrina: vt in resolutorijs etiã diximus. nam altera ex inductione fit: altera ratiocinatione. atq; inductio quidem principiũ est vniuersalis, ratiocinatio ex vniuersalibus. Sũt igitur principia, ex quibus constat ratiocinatio, quorũ non est rõcinatio: ergo inductio. Efficitur igitur, vt scia quidẽ demonstratiuus sit habitus: & quæcũq; alia in resolutorijs definimus. Qñ.n. quodã modo credit, & nota ipsi sunt principia: scit. Nã si non magis q̃ conclusio, ea nota sint, scietiam ex accidẽti habebit. Ac de scia quidem in hunc modũ definitũ sit.

DIxit. Et illi, in quibus sumit fidem aia per affirmationẽ & negationẽ. intendo sumit quidem in negatione & affirmatione, sunt quinq; facultates: intẽdo artem, & secunda est scientia, intendo speculatiuam: et tertia est prudentia, & quarta sapientia, et quinta intellectus. in putatione autem et arbitratione possibilis est falsitas: ideoq; nõ oportet cõnumerari habitibus veracibus. De scietia autem manifestum est, q̃ non est possibile mentem esse falsitatẽ, si oportet vt præcedat dictum in ea, neq; dubitemus. Omnes enim videmus q̃ scientia verum vltimo est illa, quę non potest esse per aliter extra animam: intendo quæ non potest esse mutari ad oppositum. quod autem possibile est esse per

 medium

modū alium præter modū illum ſm quē ſcitur, intendo vt permutetur extra aīam, hoc occultum eſt abſq; certitudine: intendo ſi eſt, aut non. Cūq; fuerit ſcientia certitudinalis ens illa, quæ non pmutatur, tunc ſeruari per ipſam eſt neceſſarium, & neceſſariū ſempiternum: ergo ipſum ſempiternum tādem. & hoc, quoniā omne quod fuerit neceſſarium abſolute, eſt ſempiternum: & ſemper ſempiternū eſt quod nec̄ generatur nec̄ corrumpitur. D. Videtur autem ſcientia omnis diſciplina, & ſcibile & diſcibile eſſe. veritatemē iam dictum in libro Demonſtrationis, q̄ omnis diſciplina equidē fit ex rebus, quarum præceſſit ſcientia: & ſunt propoſitiones vniuerſales primæ. attamen illæ accipiuntur & diſcuntur ex parte dictionis: intēdo ex parte allocutionis per eas. ſed concluſio accepta ab his propoſitionibus addiſcitur ex parte ſyllogiſmi cōpoſiti ex his propoſitiōibus. Erit igitur q̄ omnis ſcibilis addiſcitur aliquid ex parte ſermonis ipſiuſmet: intēdo anteceſſionē ſcientiæ ſignificatiōes vocabulorum: & aliquid addiſcitur ex parte ſcienti propoſitiones ſyllogiſmi & ſyllogiſmum. & propoſitiones, ex quibus ſcitur cōcluſio, non ſciuntur per ſyllogiſmum, ſed ſciuntur quidem ex parte ſignificationis vocabulorum. Principium igitur diſcendi propoſitiones vniuerſales eſt ſcientia ſignificationis vocabulorum: & principium ſcientiæ cōcluſionis eſt ſcientia propoſitionum vniuerſaliū. & cūm hoc ſic ſit, tunc ſcientia ſimpliciter eſt habitus demonſtrationalis: intendo q̄ eſt forma demonſtrationis concluſa in anima ex propoſitionibus & cōcluſione, & cæteris rebus cōditionatis in demōſtratione ex eo, quod iam numeratum eſt in libro Demonſtrationis. Quando igitur contingit alicui credulitas rei alicuius. & iuerint principia prima illius rei nota apud ipſum: tunc iā contingit eis ſcientia illius rei. Si vero non fuerint nota apud ipſum, eſt credentia eius apud ipſum per modū accidentis. D. Subiicit autem diſtinctio ſcientiæ in hoc loco ſm hanc q̄ dicitatem: cum intentio huc de ipſa ſit diſtinguere eam ab aliis.

Principiū diſcēdi propoſitiones vniuerſales eſt ſcientia ſignificationis vocabulorum.

*De arte.* *Cap.* IIII.

Eius autē quod eſſe aliter poteſt, aliud efficiendum, aliud agendum eſt. Effectio autem & actio diuerſum qd eſt. de ipſis autem his, extrarijs ēt ſermonibus credimus. Quare etiam habitus actiuus cum ratione ab effectiuo habitu cum ratione diuerſum quid eſt. neq; a ſe mutuo continentur: neque enim actio effectio, neque effectio actio eſt. Quoniam autem ædificatoria, ars quædam eſt, atq; ad quod habitus quidam cum ratione effectiuus: neq; vlla ars eſt, quæ non ſit habitus cum ratione effectiuus: neq; vllus huiuſmodi habitus, qui nō ſit ars: efficitur, vt & ars, & habitus cum ratione vera effectiuus idem ſit. Ars autem omnis circa generationem verſatur, cōminiſciturq;, & cōtemplatur, vt eorum aliqd fiat, quæ & eſſe & nō eſſe poſſunt: quorumq; principium eſt in eo qui facit, nō in eo quod efficitur. Neq; n. eorum eſt ars, quæ ex neceſſitate vel ſunt vel fiūt: neq; eorum, quæ ſunt ſm naturam: in ſe enim hæc principium habēt. Quia autem effectio & actio diuerſum quid eſt, non actionis, ſed effectionis eſſe artem neceſſe eſt: & quodā modo circa eadem verſatur & ars & fortuna. ſicut etiam Agatho inquit:

Fortunam amat ars, artē ipſa fortuna inuicē.
Ars igitur, ſicut dictum eſt, habitus quidā eſt cum ratione vera effectiuus: inertia aūt econtrario, habitus cū ratione falſa effectiuus, circa id quod aliter eſſe atq; aliter poteſt.

Quid ſit ars: quidq; inertia.

DIxit. Scientia vero, cuius ſcitum poſſibile eſt eſſe ſm alium modum ab eo ſm quem ſcitum eſt, diuiditur in duas diuiſiones: vna quarum eſt ſcientia artificians, altera efficiēs. Etenim res artificiatæ, aliæ ſunt à rebus effectuis per conſiliationem: & res effectæ ſm dictionē famoſam ſunt res conferentes in vita. & oportet quidem vt hic reciptamus dictiones famoſas, magis q̄ in alio loco. Cumq; ſit artificiatum aliud ab effecto, tūc habitus animalis artificians, qui ſit cum ratione, alius eſt ab habitu animali efficiente, qui ſit etiam cum ratione. Etenim carpentaria, & quod ſimilatur ei ex cæteris artibus, eſt habitus cum ratione, & non eſt habitus quis efficiens cum ratione veridica. & omnis ars eſt propter fieri rei illius, ad quam eſt ars tantūmodo: intendo q̄ finis eius eſt exiſtentia rei artificiatę: & artificiata ſunt res, quarum principia ab extra ſunt: intendo in efficiente, non in efficiendo: quoniam ars non agit illud quod ſit per neceſſitatem & per naturam. & hæc ſunt, quorū principia ſunt in ſemetipſis. hæc enim eſt differentia inter artificiatum & naturatum. Cumq; ſit factio aliud ab artificiatione: & artificiatū aliud ab effecto: tunc neceſſarium eſt vt ſit ars propria artificiato abſq; effecto, niſi fiat per modum fortunæ & euentus. Etenim in arte accidit multotiens quod eſt à caſu: intendo ex actionibus damnteris & vtilibus. & propter hoc dixerunt quidam Antiquorū de ea, q̄ eſt germana caſus. Et quando ſic eſt, tunc ars habitus cōmunis artificians cum ratione veridica: & terminus non artis eſt contrarium huius termini: intendo habitus artificians cum ratione mendacij.

*De prudentia.* *Cap.* V.

DE prudētia vero ita ſtatuere poſſemus, ſi conſideraremus quoſnam eſſe prudentes dicamus. Videtur igitur prudētis viri eſſe propriū, poſſe recte conſultare de ijs quę ſibiipſi bona ſunt, atq; vtilia. non ex parte, vt quænam ad ſanitatem & robur conferāt, ſed quæ ad bene viuēdum in *vniuerſum. Cui rei argumēto illud eſt, q̄ eos etiam, qui circa aliquid conſultant, prudentes appellamus, cùm ad finem aliquē bonum de ijs quorum non eſt ars, recte rōcinantur. Quare in vniuerſum quoque is erit prudens, qui eſt cōſultatorius. De ijs vero, quę aut eſſe aliter nō poſſunt, aut nequeūt ſub actionē ipſius cadere, conſultat nemo. Quapropter ſi modo ſcientia eſt cum demonſtratione: & eorū quorum principia poſſunt aliter ſe habere, nulla eſt demonſtratio: oia. n. poſſunt aliter ſe habere: de neceſſarijs autē non licet conſultare: prudētia neq; ſciētia, neq; ars eſſe vllo modo poterit. Scientia quidem, propterea quia id, quod in actionem venit, eſſe aliter poteſt: ars, quoniā aliud actionis, & aliud effectuōis genus eſt. Reſtat igitur

*a.l. vniuerſum.



igitur vt prudētia habitus ſit vera cum ratione actiuus circa ea quæ & bona & mala homini ſunt. Nam effectionis finis diuerſum qd ab ea eſt: actionis vero, non ſemper. ipſa. n. bona actio finis eſt. Propterea Periclem atq; huiuſmodi viros prudētes eſſe exiſtimamus, qa & quæ ſibi & quæ alijs hominibus ſunt bona, poſſunt contemplari. eos aūt eſſe tales putamus, qui familiares & ciuiles ſunt. Inde ēt eſt q̄ temperantiam σωφροσύνην appellamus, vtpote prudētiam conſeruātem. talem enim exiſtimationem cōſeruat: quippe cùm iucundum & moleſtum non omnem exiſtimationem corrumpat, & puertat, verbi cauſa triangulum tres angulos duobus rectis æquales habere, vel non habere: ſed eas tantum quæ ad agēdas res ſpectant. Principia enim agendarum rerum ſunt id cuius cauſa res agūtur. illi autem qui aut voluptate aut dolore corruptus eſt, principium ſtatim nō apparebit, neque eius cauſa, atq; ob id omnia eligi, atq; agi oportere: vitiū. n. eiuſmodi eſt, vt principium corrumpat. Quam ob rē neceſſe eſt prudentiam habitum eſſe cum ratione vera actiuum circa ea quæ humana bona ſunt. Iam vero artis eſt virtus, prudentiæ autē minime. Atq; in arte quidem qui ſponte peccat, magis eligendus eſt: minus, qui in prudētia idem facit: ſicut etiā circa virtutes. Igitur prudētiam non artem, ſed virtutem quandā eſſe manifeſtum eſt. Cùm autē duæ ſint animæ partes, quæ rationis capaces ſunt: prudentia alterius virtus eſſe videretur, id eſt opinatiuæ: nam circa id quod aliter ſe habere poteſt & opinio & prudentia verſatur. Adde quòd neq; habitus eſt dūtaxat cum ratione. cuius rei indicium eſt, q̄ eiuſmodi habitus eſſe obliuio poteſt, prudentiæ non poteſt.

Prudētię de finitio.

DIxit. Nomen autem prudentiæ abſolute dicimus de eis, quibus eſt bonitas conſiliationis in inuētione etus, quod eſt directius et vtilius hominibus, non in parte vna ex particularibus vtilibus vt vtilibus in ſanitate & robore, ſed in omnibus particularibus, in quibus exiſtit cōmoditas viuēdi. Et ſignum huius eſt q̄ nominamus prudentes eos, qui poteſtatem habēt verſandi cogitatum ad inueniendum finem nobile. & hoc in rebus, quæ inueniuntur abſque arte & magiſterio. Vniuerſaliter ergo prudentes ſunt illi, qui poſſunt inuenire per cogitatum ſuum res conferentes & res nocentes. & nō verſatur aliquis cogitatum ſuum, quemadmodum dictum eſt, in impoſſibilibus, neq; in neceſſarijs. Et ſciētia quidem in rebus, in quibus eſt demonſtratio: & demōſtratio quidē eſt in neceſſarijs: iterum igitur prudentia non eſt ſcientia: neq; etiam eſt magiſterium. Scientia quidem non, eò q̄ ſcitum impoſſibile eſt aliter ſe habere: magiſterium autem non, intēdo artem, eò q̄ ſubiectū eius eſt diuerſum genere. Et cùm ſic ſit, tunc prudentia vniuerſaliter eſt habitus animalis efficiens cum ratione veridica bonorum humanorum. Et tam patet q̄ magiſterium aliud eſt à prudētia: eò quòd finis actionis inuentæ per cōſiliationem alius eſt ab inuento per conſiliationem: finis autem artis eſt ipſummet artificium. Dixit. Prudentes autem ſecundum veritatem ſunt illi, qui inuentione bona ſtatuerunt, et huius cauſa vidēt homines q̄ prudentes ſunt, ſicut talis & talis: & qui fuerunt famoſi prudentes apud eos, eò q̄ potentiam habuerunt ad inuenīdum bona, quę fuerunt bona eis & hominibus: & viderunt q̄ ſimiles horum induſtriam habent ad conſtituendum quodāmodo viuendum in domo & in ciuitate: intendo eos, qui potentiā habent gubernandi propriam familiam, & rempu. D. Ideo nomen caſti in græco deriuatū eſt à nomine prudentis. prudens enim eſt qui cuſtodit opinionem ſuam, ne corrumpant eā meror aut gaudium: intendo dilectionem & concupiſcentiam: ſicut cuſtodit caſtus actionem ſuam, ne corrumpat eam delectatio vel voluptas. & eſt quidem ſic, eo q̄ nō omnis opinio corrūpitur à voluptate & triſtitia. corruptio nāq; credulitatis q̄ tres anguli trianguli ſunt æquales duobus rectis nō fit ex parte voluptatis & triſtitiæ. ſed ex parte corruptionis principiorum, quæ neceſſariam habent corruptionem credulitatis tantū. Opinio autem prudentialis corrumpitur quidē ex iſtis duabus: intendo ex parte corruptionis principiorum, & gratia delectationis & triſtitię. & corruptio eius, quæ fit ex parte delectationis & triſtitiæ, ſtatim apparet: intēdo q̄ magis apparet q̄ corruptio, quæ fit ex pte propoſitionū. Cumq; opinionem prudentialem certam non comittit corruptio ex parte concupiſcentiæ, tunc de neceſſitate prudens non eligeret res ambas ſimul: intendo ad inuentionem boni & mali: eò q̄ inuento malo eſt primo corrupto ex parte concupiſcentiæ: & diſtinguuntur etiam, eò q̄ inuento malo eſt ab habitu malitioſo. Et cùm ſic ſit, tunc prudētia ſm veritatem eſt habitus effectiuus cùm rōne veridica bonorum humanorum. Et propter hoc magiſterium indigens eſt virtute: prudentia autem terē eſt ipſa virtus. Ideoq; qui in de agit in magiſterio & peccat voluntarie, melior eſt eo, qui peccat in prudentia: & eſt deterius in prudētia, quemadmodum in virtutibus. Et ex hinc apparet q̄ prudentia virtus quædam eſt, & non magiſterium intēdo artem. D. Et ex quo eſt iſte habitus partis animæ, quæ habet rationem: intendo partem rationalem tūc ergo iſte habitus, intendo prudētialem, eſt virtus illius partis, quæ habet putationem. putatio enim eſt in rebus contingentibus: & iſte habitus, qui eſt prudentia, eſt etiam in contingentibus: & non eſt prudentia habitus rationalis tantum. Et huius ſignum eſt: quoniam omnis habitus veridicus proportionatur huic parti: intendo rationalem: & non proportionatur omnis habitus veridicus prudentiæ.

*De intellectu.* *Cap.* VI.

QVoniam vero ſcientia de vniuerſalibus ac neceſſarijs exiſtimatio eſt: rerum autē demonſtrabilium, ſcientięq; omnis principia ſunt: cùm ratione. n. eſt ſciētia: efficitur, vt principij rei ſcibilis neque ſcientia, neq; ars, neq; prudentia eſſe poſſit. Quod enim eſt ſcibile, demonſtrabile eſt: hæ autē circa ea verſant, quæ eſſe aliter poſſunt. Sed neq; vero ſapiētia horum eſt: ſapiēs. n. eſt, de nonnullis habere demonſtrationē. Si igitur ea quibus verum, & nunquam falſum dicimus circa ea quæ vel poſſunt, vel nō poſſunt aliter euenire, ſunt ſciētia & ſapientia & prudētia, & intellectus: ex tribus autē horum

esse nihil pōt, tria dico prudētiam, sapiētiam, & sciam: restat intellectū esse principiorum.

DIxit. Neq; apprehensio principiorum scientia est, nam scientia est ex habitibus veridicis: & est apprehensio rerum vniuersaliū necessariarum ex rebus, quæ sunt de necessitate prima demonstrationis: intendo propositiones primas. & hoc, quoniā omnis, quod est præter principia, scientia est. principiorum aūt non est scientia: intendo q̄ non sciuntur ex parte alterius à se, imo sciuntur quidem per seipsa, neq; etiam scientia magisterium est: eo q̄ res necessarię non fiunt per artē, & res factæ per artem sunt res cōtingentes. D. Et ea, per quę possibile est vt veraces simus, neq; mētiamur in rebus necessarijs, tria sunt, scientia, sapientia, intellectus. cùm autem intellectus principiorum primorum sit, intendo propositiones intellectas primas, tunc non est prudentia, neq; scientia, neq; sapientia.

*De sapientia.* Cap. VII.

SApientiam autem in artibus attribuere illis consueuimus, qui absolutissimi in ipsis sunt: vnde Phidiam sapientem marmorarium, Polycletum statuarium sapiētem dicimus, nihil aliud hic sapiētię nomine q̄ artis ipsius virtutē significantes. Cæterum esse alios quosdam omnino, non ex parte sapiētes existimamus, neq; alia aliqua in re sapiētes: quē admodum inquit Homerus in Margite:

,, Is nec fossor erat, nec erat robustus arator,
,, Aut alia re aliqua sapiens. sic numina diuum
,, Concessere. Quapropter exactissimā scientiarum esse sapiētiam manifestum est. Sapientē igitur non solum ea quæ ex principijs sunt cognoscere, sed etiam circa principia ipsa verum dicere oportet. Quare sapiētia erit intellectus & scientia: ac quasi habēs caput scientia rerum præstantissimarum. Absurdum. n. est, siquis scientiam ciuilem, aut prudētiam honestissimam esse existimat: nisi scilicet homo sit optimum omnium quæ in mūdo sunt. Nam si salubre & bonū hominibus ac piscibus diuersum est, album autē & rectum idē: sapiēs quoq; idē, prudens diuersum esse omnes asserarent. id enim singula quod circa seipsum quod bene se habet, considerat, prudens esse dicerēt, eiq; seipsa cōmitterēt. Vnde etiam bestias nonnullas prudētes esse inquiunt, quæ cūq; in vita traducēda prouidēdi habere vim quandam videtur. Perspicuum autem est ciuilem & sapiētiam eandem esse nullo modo posse. nam si eam quæ circa sibipsis vtilia verſatur, sapiētiam dicent, multæ erunt sapiētiæ: non. n. vna est quæ omnium animalium bonum consideret, sed singulorum diuersæ. nisi scilicet vna quoq; sit medicina circa oia quæ sunt. Quòd si hominē cęterorum animalium optimum esse dixerint, id nihil refert: quandoquidē homine alia natura sunt longe diuiniora: vt ea quæ sunt manifestissima, ex quibus mundus constitutus est. Constat igitur ex ijs quæ dicta sunt, sapiētiam esse rerū præstantissimarū natura sciētiam & intellectum. Vnde Anaxagoram & Thalē atq; huiusmodi homines, cùm ignorare ea quæ sibi vtilia sunt, viderint, non prudētes, sed sapiētes esse dicunt: ac superuacua quidē, & admiranda, et difficilia, & diuina cognoscere ipsos asserunt, sed inutilia tamē: propterea q̄ non humana bona inquirunt. prudētia autem circa humana bona versatur, atq; ea quæ in consultatiōnē cadunt. Prudentis enim id maxime opus esse dicimus, vt recte consulat: de illis autem consultat nemo, quæ euenire aliter nequeūt: neq; de ijs quorum finis aliquis non est, atq; is eiusmodi, vt agēdum bonum sit. Bonus autem consultor absolute ille est, qui quod optimum homini ex agēdis rebus est, coniectura assequi ratiocinando potest. Adde q̄ neque vniuersalium tantum prudentia est, sed opus est, vt singula etiam cognoscat: est. n. actiua. at actio circa particularia versatur. Hinc fit, vt nōnulli etiam nescientes nōnullis sciētibus actuosiores sint: & in reliquis illi qui sunt periti. nam si quis leues quidem carnes cognouerit, faciles cōcoctu esse, & salubres, quæ tamen leues sint, ignoret: is profecto sanitatem non efficiet: sed ille efficiet magis, qui auium carnes esse leues & salubres sciuerit. prudentia vero actiua est. Quare vel vtraq;, vel hanc potius habere oportet. Esset autem quædam etiam hic architectonica ac princeps.

Vide consimile i primo Metaphysi.

DIxit. Et cùm sapientia proportionetur in artibus & magisterijs, eis qui sunt periti in ipsis & excellentes, tunc manifestum est q̄ sapientia nō significat sit per aliud, nisi super virtutem magisterij. Si ergo fuerit hoc magisterium in fine certificationis, tunc palam est q̄ de illo dicetur sapientia absolute, non sapientia alicuius. Et manifestū est, q̄ sapientia, cuī inuentū iste modus ex scientia, intēdo certificatiuū, est illa, quę cognoscere facit principia: intēdo principia creditiōis & principia existētię cognitione certitudinali. Et propter hoc necessarium est sapientem vt non solum sciat q̄ est post principia: sed vt etiam cognoscat principia scientia exquisita in fine certitudinis: intendo propositiones. Et cum sic sit, tunc erit sapientia & intellectus & scientia ex rebus honorabilibus valde: intendo in fine. Inconueniens. n. est vt aliquis putat q̄ scientia ciuilis & prudentia sint in fine ex virtute: nisi credat q̄ homo sit nobilissimum, quod est in mūdo. si autem fuerint hic res nobiliores homine, tunc scientia illarum & intellectus earum est nobile illud, quod est in vltimo. D. Et oēs vident sapientē alium esse à prudente: ideo q̄ prudens apud eos est, qui opinaī optimonem rectā in oībus quę agit homo pp seipsa, & quę eligit pp seipsum: et placide accipiunt eius eligentiā homes, & cōfidunt in ipsius cogitatione. Et propter hoc dicunt homines de quibusdam ferarum q̄ sint prudentes, & sunt illæ quæ habēt potentiam ad præuidendum, & laborāt ad gubernandum seipsas labore studioso. D. Est etiā manifestum q̄ non est sapiētia & scientia ciuilis res vna eadē. nam si asserat



si asserat quis q̄ sapientia quidē sit in scientijs conferentibus homini, tunc erunt sapientiæ multæ. & quemad modum vtilitatem ferentia omnibus animalibus non sunt vna, nisi existente medicina vna omnibus speciebus animaliū, similiter conferens cognitio hominum non est res vna eadem. Si aūt dicatur hoc, eò q̄ homo nobilior est cæteris aīalibus: intendo q̄ cognitio conferentis ei est sapientia & est nobilior rerū: tunc non est hoc quidē rectum, cū sint hic res diuinæ, quæ nobiliores sunt homine: vt res, quæ sunt principia, ex quibus constitutus est mundus: et cùm sic sit, tunc notitia istorum perfecte est sapientia, non notitia rerum conferentium. Iam ergo patet ex eo quod dictum est, q̄ sapientia est intelligentia & scientia illa, quæ est in rebus honoratis valde naturaliter: intendo quæ sunt in fine honorabilitatis. Et, ppter hoc dicimus q̄ Plato & Socrates sunt sapientes: & nō dicimus q̄ sunt prudētes: cùm videamus eos ignorasse res bonas sibipsis. & dicimus q̄ scierunt res multas: & res admirandas et res difficiles, & venerabanī illas, etsi nō fuerint conferentes: eò q̄ ipsi non requirebant bona conferentia humana, sed diuina. prudētia aūt est in bonis humanis, et in quibus possibile est, vt versetur consilium: intendo vt dispensentur. Et enim actio prudentū fm plurimū quidem est versatiōis consilij. nemo aūt, vt diximus, versat consilium in rebus, quas impossibile est aliter esse, & sunt res necessariæ. neq; etiam aliquis versat consilium in his, in quibus non est complementū: intendo finem. D. Et prudens pollens consilio absolute est ille, qui arbitratur cogitatione quid est melius homini ex factis, & inuenit ipsum. Et non est prudentia completa cognitio vniuersalium ex rebus conferentibus tātum & ipsorū inuentio, sed oportet prudētem scire res vniuersales & particulares simul: propterea q̄ hæc scientia est operatiua, & operatiuum quidē circa particularia est. Et propter hoc inuenimus quosdam hominum minus scientes: verbi gratia in arte Medicinæ operantes melius quibusdā plus scientibus de vniuersalibus, & sunt illi, quorum multiplicata est experientia plus q̄ eorū scientia, sed apud quē est scientia vniuersalis absq; particulari, huic non est possibile operari quicquā per eam. sciens. n. q̄ carnes leues bonæ sunt ad digerēdum & conuenientes stomaco, non sciens autē quæ carnes sunt, non operabitur per eas penitus. sciens vero q̄ pulli sunt bonę digestionis, pōt per eos operari sanitatem. Et cū sic sit in omnibus rebus operatiuis, & sit prudentia operatiua, tunc necesse est vt sint etres ambæ: intendo vniuersale et particulare. melior. n. est cum vtraq;, quàm cùm alterutra earum. D. Prudentia autem ciuilis est, cuius proportio ad alios habitus prudentię est proportio artis carpentariæ principalis ad alias artes particulares, quę sunt sub ea.

Apud quem est scia vniuersalis absq; particulari, nō est ei possibile operari quicquā per eā.

*De partibus prudentiæ.* Cap. VIII.

ATque est quidē & ciuilis prudētia idem habitus: essentia tamē ipsis eadem non est. Eius autem prudētiæ, quæ circa ciuitatem versatur, altera est vt architectonica ac præses, quæ est legislatrix: altera vt particularis, quæ cōmuni nomine ciuilis appellatur: atq; hæc actiua est consultatiua. decretum. n. vtpote extremum agēda res est. Iccirco ciuitatem administrare hi tantūmodo dicuntur: hi enim perinde ac manuales artifices soli agunt. At vero prudētia etiam maxime ea esse videretur, qua circa seipsum & vnum quispiam vtitur: atq; hæc cōmuni nomine prudētia appellatur. illarum autem altera familiaris, alia legislatrix, alia ciuilis dicitur: atq; huius altera consultatiua, altera iudicialis. Species igit cognitiōnis quædā esset, sibipsi prospicere: sed differentiam magnam tamē habet. videturq; ille qui sua cognoscit, in hisq; versaī, prudens: ciuiles autem negociosi. Vnde ēt Eurípides:

*a.l. prudęntiæ.

*a.l. curiosū.

Quo nanq; pacto valco prudens dicier?
Cui sic licebat inter alios milites ,,
Negocio esse sine vllo, & æquam sumere ,,
Partem bonorum cætero cum exercitu? ,,
Nam curiosos, atq; agentes plurima ,,
Odere diui. Quærūt enim quod sibi bonum est: idq; agendum esse existimant. Ex hac igitur opinione euenit, vt prudētes hi sint: tametsi fortasse vniuscuiusq; bonū sine familiari & ciuili nō est. Præterea vero quo modo proprium vniuscuiusq; bonū administrare oporteat, obscurum est, atq; iccirco considerandū. Huiusce autem rei iudicium quoq; illud est, q̄ iuuenes licet geometrici & mathematici, atq; in eiusmodi rebus sapiētes euadant: prudentes tamē euadere non videtur. Causa autem ea est, q̄ particularū est prudētia, quæ ex experientia nobis innotescūt: iuuenis autem expertus non est. experientiam enim temporis afferet longitudo. Nam illud etiam consideratione dignū videtur: quid sit, q̄ puer fieri mathematicus potest, sapiens, aut naturalis nō potest. An quia illa per abstractionē sunt: horum autem principia ab experiētia sumuntur: & hæc non credunt quidem iuuenes sed dicunt: illorum vnumquodq; quid sit, obscurum non est. Præterea error in consultando, vel circa vniuersale, vel circa singulare cōtingit. vel enim omnes aquas ponderosas esse prauas, vel hanc esse ponderosam ignorat q̄ piam. Prudentiam autem non esse scientiam perspicuū est: est enim vltimi, sicut diximus: quippe cū eiusmodi sit id quod in actionē cadit. Vnde etiā intellectui opposita est, ille. n. est terminorum, quorum nulla ratio est: hæc vltimi, cuius non est sciētia, sed sensus. neq; is propriorū: sed eiusmodi, quo sentimus, in mathematicis triangulum esse vltimum. sistet. n. etiam illic: sed hic sanè sensus magis est qui est prudentia: ille species altera est.

*a.l. prudęntia est scia. Experientiā temporis afferet longitudo.

ET ista prudentia & ars gubernandi ciuitates sunt vnū subiecto. Et prudētia ciuilis est, cuius proportio ad alias prudentias est proportio principantis carpentariæ ad reliquas particulares artes carpētarias, & est prudentia quæ pertinet posteriori legum: intendo q̄ per ipsam dicit constitutiones vtiles, aut in omni tempore, aut in pluribus. & hæc est, quæ nominatur prudentia ciuilis fm veritatem. Prudētia vero, per quam inuenitur vtile fm tempus aliquod, si nominetur ciuilis, hoc erit fm participationē nominis. & est quidem

ſm veritatem operatiua, ſicut aliqua rerum particularium operabilium. dicitur vero ciuilis, eò q̃ per iſtam prudentiam fit cõmenſuratio & emẽdatio peccati incidentis in conſtitutionibus, quas promulgauit dominus legum: intẽdo poſitorem rerum vniuerſalium inuentarum per prudẽtiam vniuerſalem, & per artem, et per virtutem figuralem vniuerſalem. Et ex iſto modo dicitur de propoſito menſuris & ponderibus in ciuitate q̃ ſit ciuilis: & eſt quidem ſm veritatem, ſicut vnus illorum, qui operantur opera particularia, vt artifices operantes manu. D. Et putatur q̃ nomen prudẽtis dicitur quidem ſm plurimũ de poteſtatẽ habentibus inuentendi bona ſibipſis aut ciuilibus hominum, nõ de eis, qui poſſunt inuenire q̃ bonum & melius ſimul de ciuitate vel reipu. aut vnicuiq; manentiũ hominum, & non eſt ita. etenim hæc prudentia particularis ſit certa, quando extiterit poſt vniuerſalem cõmunem. ſpecierum autem prudentiarum, aliæ quidem ſunt regimen domeſticum, aliæ ciuile proprium & cõmune, aliæ conſiliatiuum, aliæ patrocinatiuum. D. Et fortaſſis ſcire rem ad operandũ altera manentes eſt ſcire q̃ ſcire eam tantum abſq; operatione: immo in hoc diuerſitas magna exiſtit. D. et putatur de eis, qui ſciunt bona ſibipſis, & perſeuerant in eorũ inuentione, q̃ ſint prudentes. ciuiles autem, intendo eos, qui adinueniunt bona cõmunia, ſunt illi, de ḡbus putatur q̃ multo ſint præſtantiores in operationibus. Et propter hoc dixit poeta Euripides, ſm q̃ eſtimo, qualiter eſt poſſibile q̃ ſit prudẽs ille, cui poſſibile eſt accipere bonum abſq; operatione laborioſa, & accipit ipſum cum labore, et multitudine operationis. vult vt æſtimo, cum fuerit concurſus facit ſe ſolitarium. Veritamẽ cùm illi, qui multum inſudant operationibus, ingrentes ſint per eas bonum ſibipſis, & iudicent: opportunũ eſſe vt agant iſtud, intẽdo operationes multas, videtur propter hoc q̃ omnes prudentes inquirãt quid bonum ſibipſis. attamen fortaſſis non erit illud poſſibile abſq; gubernatione ciuili. Et vniuerſaliter manifeſtũ, qualiter oportet vt inquirat homo bonum ſibipſi: an per modũ quo ſingularis eſt, aut quo eſt pars ciuium. D. Et ſignum eius, quod dixit, eſt ſ. q̃ prudentia eſt quidem cum ætate: et eſt q̃ iuuenes inueniuntur Geometræ, et vniuerſaliter boni in diſciplinabilibus, & habentes notitiam rerum earũdem ſignificatarum, & non ſunt prudẽtes. Et cauſa in hoc eſt, q̃ prudentia quidẽ exiſtit in adinuẽtione rerum particularũ & propoſitiones, per quas adinuentiuntur, fiunt notæ quidem ex parte multę experiẽtię: & iuuenes non ſunt multæ experientiæ: eò q̃ longo tempore indiget multæ experientiæ adeptio. D. Fortaſſis autem interrogabit q̃s, quare inuenũtur ex iuuenibus periti in quadruuialibus, & non in naturalibus. neq; etiam inueniunt ſapientes: intendo in metaphyſica: intendo prudentes. Huius cauſa eſt, qm̃ quædam propoſitionum iſtarum ſcientiarũ acciptuntur ex ſcientijs alijs: & quædam comprehenduntur ex multitudine experientiarum: & quaſdã earum non eſt poſſibile credere iuuenes: & in quibuſdã earum non ſunt manifeſti termini: Neq; manifeſtum eſt in eis ſi fuerit peccatũ incidẽs in propoſitione vniuerſali aut particulari: vt in iudicãdo an iſta aqua mala. hoc. n. indiget duarum propoſitionum verificatione: vna quarũ eſt, q̃ aquę ponderoſæ malæ: altera q̃ hæc aqua põderoſa. vult q̃ difficilis ſit ſcientia huius, niſi præceſſerit ante id ſcientia artis logices. & hoc non erit niſi in longo tpe. D. Neq; prudentia eſt ſcia: eò q̃ prudentia eſt apprehenſio rei operatę, & operatũ oppoſitum eſt ſcito intellecto. Etenim intellectus non apprehẽdit res particulares operabiles: prudentia vero apprehenſio quidem eſt rerũ ſenſibilium. & ego non intendo per ſenſibilia hoc, quod apprehendunt ſenſus: imo volo equidem per illud potentiam illam, quæ ſentit q̃ ſimplicius illud, quod eſt in figuris, eſt figura trium angulorũ & eſt phantaſtica. attamen phantaſtica, quæ videre facit opabile, propinquior eſt ſenſui, q̃ phantaſtica, quæ eſt in doctrina.

Intelle. 4. nõ apprehendit res particulares operabiles.

*De bona conſultatione.* Cap. IX.

IAm vero quærere & cõſultare inter ſe differunt: conſultare enim quærere aliquid eſt. Oportet autẽ de bona conſultatione q̃dnam ſit, ſtatuere: vtrum ſcientia aliqua, an opinio, an bona coniectatio, an aliquod aliud genus. Scientia quidẽ non eſt: non. n. de ijs quę ſciunt, inquirunt. bona autẽ conſultatio, conſultatio quædam eſt. qui vero conſultat quęrit, & ratiocinatur. Sed neq; bona coniectatio eſt: quippe cùm & abſq; ratione, & citum q̃d bona coniectatio ſit: lõgo autẽ tempore conſultent. Vnde aiunt, cito agẽda eſſe quæ conſultaueris: tarde vero ac diu conſultandum. Adde q̃ ſolertia & bona conſultatio diuerſa inter ſe ſunt. ſolertia vero bona quædam coniectatio eſt. Neq; vero bona conſultatio opinio vlla eſt ſed quoniam errat, qui male conſultat: qui bene, recte id facit: bonam conſultationem eſſe rectitudinem quandam perſpicuum eſt: quæ tamẽ neq; ſcientię eſt, neq; opinionis. ſciẽtiæ ſiquidẽ neq; rectitudo vlla eſt, neq; error: opinionis autẽ veritas rectitudo eſt. Accedit, q̃ definitum iam omne id eſt, cuius eſt opinio. Quinetiã neq; ſine ratione, bona conſultatio eſt: cogitatione igitur eſt inferior: quippe cùm nondum ſit enũciatio. nam opinio non inquiſitio, ſed enunciatio iam eſt. qui autẽ conſultat, ſiue bene, ſiue male id faciat, quærit aliquid, ac ratiocinatur. Sed bona conſultatio cõſultationis rectitudo quædam eſt. iccirco primum quid ſit, & circa quid verſetur conſultatio, eſt quærẽdum. Quoniã vero rectitudo pluribus modis dicitur: non omnem rectitudinẽ eſſe bonam conſultationem perſpicuũ eſt. incontinens. n. & prauus quod proponit ſibi ratiocinãdo videre, aſſequetur: vt ita recte quidẽ conſultauerit: magnum tamẽ malum ſibi compararit. At bene conſultaſſe eſſe bonum quoddam videtur. talis. n. rectitudo conſultationis bona cõſultatio eſt, quę ad bonũ aſſequẽdum ſpectat. Sed fieri tamen põt, vt falſa ratiocinatione id aſſequamur, quod q̃ oportet facere aſſequamur, per quod tamẽ oportet, non aſſequamur: ſed medius terminus falſus ſit. quare neq; eadẽ erit bona conſultatio, qua quod oportet quidem aſſequetur quiſpiã, non tamẽ per quod oportet. Prẽterea fieri poteſt, vt multo tẽpore aliquis, aliquis vero cito conſultans quippiam aſſequatur. ergo neq; illa adhuc bona conſultatio eſt: ſed ea rectitudo, quæ ſm vtilitatẽ &

id quod



*q. l. quo eſt opus.*

id quod oportet, & ſicut, & quando, exiſtit. Fieri itẽ poteſt, vt & abſolute bene conſultet quiſpiam, & ad quẽdam finẽ. Bona itaq; conſultatio abſolute ea eſt, quæ ad finẽ abſolute: quædam vero bona cõſultatio, quæ ad quendam finẽ ſpectans pficitur. Si igitur prudentium eſt bene conſultare, bona conſultatio rectitudo ea eſſe videretur, quæ ſm vtilitatẽ ad quẽdam finem ſpectat, cuius prudentia vera exiſtimatio eſt.

DIxit. Et manifeſtũ eſt q̃ inter quærere abſolutum & verſationem conſilij differentia quædam eſt. etenim verſatio conſilij quærere quiddam eſt, i. quærere cogitatione: quærere vero interdũ cõtingit abſq; cogitatione. Vnde hoc, in quo nobis eſt conſyderandum, eſt an bonitas verſionis cõſilij eſt ſcientia, an bonitas ſagacitatis, aut genus quoddam ad bonũ. Et putatur non eſſe ſcientia: eò q̃ illius qui verſat conſilium, actio eſt quæſtio ſcientiæ rei alicuius: qui aũt ſcit rem, non quærit eius ſcientiam. De bonitate autem verſationis conſilij manifeſtum eſt q̃ eſt verſatio quædam conſilij: & verſatio conſilij eſt inquiſitio per meditationem. Et ſimiliter non eſt etiã bonitas ſagacitatis & arbitrationis. etenim bonitas ſit ſemper per velocitatem intellectus, & mutationem cogitationis velociter: verſatio vero conſilij ſemper fit in tempore longo. Ideoq; dicunt homines q̃ non oportet vt cito agãtur res illæ, in quibus eſt verſatio conſilij, neq; illæ, in quibus verſatur cõſilium tempore modico. Et bonitas arbitrationis eſt velocitas intellectus: & velocitas intellectus eſt abſq; bonitate verſationis conſilij. Neq; etiam eſt bonitas verſationis cõſilij putatio ex putationibus: eò q̃ putatio non eſt inquiſitio, verũtamen ſi fuerit ille, qui bonificat verſationem conſilij, non peccans, tũc patet q̃ bonitas verſationis conſilij eſt certitudo quædã conſilij. Et hinc declaratur q̃ non eſt ſcientia. nam ſcientię non eſt bonitas, cùm non ſit peccatum in ea: putationem autem ſanæ inuenitur veritas, ſicut inuenitur verſatio conſilij, & non eſt verſatio conſilij putatio ſana. Attamen, cùm ſit abſq; ratione, tunc remanet, vt pertineat potentiæ cogitatiuæ. & propter iſtam potentiam requirit q̃ eſt bonum quoddam, de quo nondum apprehendit q̃ bonum: putatio autem non requirit q̃ nondum eſt apud eam bonum quoddam, ſed fit hoc qdem poſtquam apprehendit, quoniã bonum quoddam. & propter hoc putatio apprehendens, nõ requiſitrix. qui vero verſat conſilium verſatione bona aut mala, poſt hoc requirit aliqd & cogitat in ipſo. Bonitas ergo verſationis conſilij certitudo quædam eſt. ideoq; perſeruandum nobis eſt primo quid eſt verſatio conſilij, & in qua re ſit iſta certitudo. Certitudo enim inuenitur in multis ſpeciebus: & propter hoc non omnis certitudo eſt bonum conſilium. malt nãq; interdum verſatur conſilium ſanum ad inueniendum malum aliquod. & hoc factum eorum non eſt bonitas conſilij: eſt etenim malum & bonitas conſilij bonum. Et propter hoc putatur q̃ bonitas conſilij ſit inuentio boni. verũtamen hæc inuentio interdũ fit non per ſe, & hoc, qm̃ inuenta fuerit veritas per propoſitiones falſas: & interdum fit per ſe, ſ. quando inuenta fuerit veritas per propoſitiones veras. Iterum ergo non ſufficit vt dicatur de bonitate verſationis conſilij q̃ eſt adeptio boni, & inuentio eius quod oportet inueniri, donec additio fuerit ei. & per hoc, & quod oportet vt inueniatur, intendo inuentionem boni, per illud per quod oportet inueniri. & eſt ſyllogiſmus verarũ propoſitionũ & ſanæ figuræ. & ſimiliter etiam non eſt introitus tempori in terminum bonitatis verſationis conſilij. Iam enim inuenitur bonum per cogitationem ſanam in tempore lõgo, & iam inuenitur in tempore breui. neq; etiam certitudo eſt certitudo conſilij, quod proportionatur ad omne bonum, ſed ad bonũ conferens, non ad bonũ, quod eſt ruſticia, neq; ad aliquod tale in bonis. Cũ ergo fuerit homo interdum mouens conſiliũ, quod eſt bonum abſolute ex inuentione finis, qui eſt etiam finis & complementum abſolute, tunc certitudo inuẽta in hoc conſilio, eſt bonitas verſationis conſilij abſolute. Qui autem verſauerit conſilium in eo, quod eſt finis quis non abſolute, ſed quibuſdam prudentiũ, tunc bonitas verſationis conſilij in hmõi finibus eſt ſanitas talis cõſilij in relatione ad illum finẽ: & prudens eſt, qui habet putationem veram à bonitate verſationis conſilij.

*De perſpicacia.* Cap. X.

IAm vero perſpicacia quoq; eſt & hebetudo, quibus homines perſpicaces atq; hebetes dicimus. neq; omnino idẽ cum ſcietia vel opinione hæc eſt: omnes. n. eſſent perſpicaces. neq; eſt vna aliqua ex ſingulis ſcientijs: verbi cauſa neq; medicina: de ſalubribus. n. eſſet. neq; geometria: nam circa magnitudines verſaretur. neq; enim de ijs quæ ſemper ſunt, & motu carẽt, perſpicacia eſt, neq; de ijs quæ quomodolibet fiunt: ſed de quibus dubitaret quiſpiam, atq; conſultaret. Ideo circa eadem quidẽ, circa quæ prudentia, verſatur: idẽ tamẽ prndẽtia & perſpicacia non eſt. prudentia. n. præceptiua eſt: quid enim agẽdum aut non agẽdum ſit, finis eſt ipſius: perſpicacia vero iudicatiua tantũmodo. idem nãq; eſt perſpicacia & bona pſpicacia: perſpicaces ſiquidem ẽt bene perſpicaces ſunt. Neq; vero habere, neq; acquirere prudẽtiam pſpicacia eſt: ſed ſicut pſpicere dicitur diſcere, cùm ſcientia quiſpiam vtitur: ita quoq; cùm opinione vtitur ad ea iudicãda, de quibus prudẽtia eſt, alio dicẽte: & iudicanda quidẽ recte: bene. n. & recte idẽ eſt: & inde nomẽ hoc venit pſpicacia, qua bene pſpicaces homines ſunt, ex ea ſcilicet quæ in diſcẽdo conſiſtit. diſcere enim ſæpenumero, perſpicere dicimus.

DIxit. Et potẽtia ingenij, & non ingenij, per quam dicimus q̃ hoc eſt habens ingenium, & hoc non habet ingenium, eſt etiam aliud à potentia putationis & ſcientiæ. nam ſi non, eſſet oĩs, apud quem eſſet ſcientia aut putatio, ingenioſus. nec etiam potentia ingenij eſt vna ex ſcientijs particularibus, vt ſcientia Medicinæ, qua exiſtit in rebus receptuis curationis, vt ſcientia dimẽſionis quæ exiſtit in magnitudinibus: eò q̃ ingenium non eſt in rebus neceſſarijs, neq; in rebus, quarũ notitia cauſaliter ſe habet, ſed in rebus difficilibus, in ḡbus verſatio ſit conſilij. Et propter hoc ſit quidem ingenium in rebus eiſdem, in quibus eſt prudentia: verũtamen non eſt ingenium & prudentia res vna. nam prudentia eſt apprehenſio agendorum & non agendorum: ingenium autem eſt ſententiãs & iudicans, et eſt ipſum, & acceptio intẽtionis vnum & idem. attamen, quemadmodum nominamus receptionem ſcientiæ diſciplinam & ſcientiam, ſic quãdo fuerit ille, qui vtitur

putatione, iudicans in rebus, in quibus est prudẽtia, iudicium bonum, & dicitur de eo ꝙ est ingeniosus. D. Et transumitur quidem istud nomen ad hoc factum in prudẽtia ex speculatione in doctrinalibus. videmus. n. quadriuiales dominos ingeniorum vel ingeniosos. &, postquam consilium bonum est cuius finis bonum, & hoc quidem inuenitur ex virtuoso, erit consilium bonum iudicium rectum procedẽs à virtuoso. & propter hoc multotiens dicimus ꝙ virtuosi domini sunt consiliorum bonorum: & ꝙ domini consiliorum bonorum sunt virtuosi. consilium ergo bonum est iudicium sanum existens in virtuoso, vt diximus, & sanum est verax. Cumq; sit hoc totum, quemadmodum determinatum, tunc omnes habitus, quos definiumus, tendũt ad vnum finem. Nos quidem dicimus, ꝙ hoc est consilium, vel opinio, & discretio, vel ingenium, & prudentia, & intellectus: & proportionamus eas ad homines eosdem: intendo ꝙ quosdam eorum nominamus consiliarios, & quosdam ingeniosos, & quosdam prudentes. et tota eorum vniuersitas intendit rem vnã, et sunt particulares postremæ operabiles. et propter hoc sunt omnes istæ potentiæ operatiuæ.

*De sententia.* Cap. XI.

IAm quæ vocatur sententia, qua bene sentientes, & habere sententiam quosdam dicimus, est æqui & boni viri iudicium rectum. Cui rei id argumentum est, ꝙ æquum & bonum virum maxime esse ad consentiendum id est ignoscendum idoneum dicimus: æquitatem vero esse, habere consensionem & veriam circa singula. consensio autem sentẽtia est iudicatiua recta æqui & boni viri: at recta ea est, quæ est veracis. Sunt autẽ omnes habitus cõsentanee ad idem tẽdentes: nam & sententiam, & perspicaciam, & prudẽtiam, & intellectum ad eosdem referẽtes dicimus: dum & sentẽtiam, & intellectum iã habere, & prudentes, & perspicaces appellamus. omnes. n. facultates hę vltimorum sunt & particulariũ. Atq; in eo quidẽ ꝙ ad iudicandum idoneus quispiam est, de ijs quæ egit prudens, perspicax & bene sentiens, seu consentiẽs erit: nam æqua cõmunia bonis omnibus sunt, in eo ꝙ ad alium spectant. Agendæ autem res ex ijs sunt quæ particularia & vltima omniũ sunt. nam & prudentem oportet ea cognoscere: et perspicacia & sentẽtia circa agenda versatur. at hæc vltima sunt. Intellectus quoq; vltimorum est in vtrãq; partem. primorum enim & vltimorum terminorum intellectus est, non ratio. ille quidem, qui in demonstrationibus versatur, imobilium terminorum, & primorum: alter qui in actiuis cõsistit, vltimi, & eius quod cuenire aliter atque aliter potest, & alterius propositionis. Hæ enim eius cuius causa aliquid est, principia sunt: quippe cùm ex singularibus vniuersalia existant, quorum sanè habere sensum oportet: is autem sensus intellectus est. Quocirca esse etiam hæc naturalia

*2.l. aliqua.

videtur, ac sapiens quidem natura nemo est: sed sentẽtiam habet, & perspicaciam, & intellectum. Indicium cuius illud est, ꝙ hæc sequi etiam ætates existimamus: talisq; ætas intellectu & sentẽtia prædita est, quasi causa ex natura ipsa sit. Ideo & principiũ & finis intellectus est. ex his enim, & de his demõstrationes fiũt. Quare peritorum hominum & seniorũ seu prudentum pronunciationibus & opinionibus absq; demonstratione, non minus q̃ demonstrationibus attẽdendum est. quia nãq; ex ipsa experientia visum habẽt, principia intuentur. Quid igitur sapientia & prudẽtia sit: & circa quæ vtraq; versetur: tum alterius alterius aiæ portionis virtutẽ esse, dictũ iam est.

DIxit. Sententia autem & iudicium fiũt quidem in rebus, quibus est prudẽtia, & bonitas ingenij vel discretionis, & bonitas cõsilij. Et qdem fiunt istæ virtutes ad finem suum. intendo ꝙ, quando fuerit finis inuentus per eas bonum, tũc sunt virtutes, & postquam est omnis notitia operabilium notitia rerum particularium: eò ꝙ intentum per hanc notitiam est operatio, et operabilia & ingenium & consilium sunt quidẽ in operabilibus: & ista sunt vltima in generatione & particularia. D. Et intellectus, cùm sit comprehensorum terminorum primorum, & termini primi sunt semper vltima, intendo particularia, tunc intellectus inuenietur ex vltimis, i. ex particularibus ſm ſpẽs duas: vna quarum est apprehensor terminorum primorum, qui sunt rebus necessarijs & sunt principia demonstrationum speculatiuarum: & altera est apprehensor terminorum primorum, qui sunt rebus prioribus: & sunt principia conclusionum operatiuarum. & sunt quidem termini vniuersales: eò ꝙ vniuersale quidem inuenitur particularibus: & intellectus non est aliquid nisi apprehensio vniuersalis. Et propter istud patet de re intellectus ꝙ est res comprehensa nobis ex particularibus per naturam. & propter hoc intellectus est aliud à sapientia. & similiter opinio, & ingenium sunt: etiam comprehensa per naturã, vt intellectus. Et huius signũ est, quoniam videmus quidem ꝙ hominem oportet addiscere res, quando fuerit habens intellectum & opinionem: eò ꝙ natura causa est intellectus & opinionis, non volũtas. & eo intellectus naturaliter habet initium & consummationem: intendo & generatur & completur: eò ꝙ vniuersitas rerum, quæ sunt per naturam, initium habent & consummationẽ. demonstrationes igitur fiunt ex huiusmodi propositionibus. D. Et ideo oportet vt auscultemus narrationem dominorum experientiarum, & sunt seniores, absq; exigentia demõstrationis super eo ad quod innuunt. & illud non est minus eo, in quo auscultantur demonstrationes: propterea ꝙ seniores tam apprehenderunt per experiẽtiam propositiones, ex quibus habuerunt demonstratiuam sufficientiam ad illud, quod nobis ostendunt. apud nos autem non sunt illæ propositiones: nam experientia quidem fit ex parte ætatis. D. Iam dictum est quid est prudentia & quid sapientia: & in quibus rebus est vtraque earum: & ꝙ vtraq; earum virtus, & cuius partis ex partibus animæ est virtus.

*De utilitate sapientiæ, & prudentiæ.* Cap. XII.

DVbitaret aũt quispiam de ipsis his habitibus qua in re vtiles sint. sapientia. n. nihil contẽplatur quo fieri homo felix possit; quippe



quippe cũ nullius sit gẽnerationis: at prudentia hoc quidem habet, sed cuius causa opus ipsa est: siquidem prudentia est, quę circa ea versatur, q̃ iusta, & honesta, & bona homini sunt: ea autem sunt huiusmodi, quæ agere viri boni est. at nihilo magis ad agendũ idonei eò ꝙ cognoscimus ipsa hęc, sumus, siquidẽ habitus virtutes sunt: quemadmodum neq; salubria, neq; bonæ habitudini conuenientia, quę non eò ꝙ faciunt, sed quia ex habitu existunt, ita dicũtur. nihilo enim ad agendum idonei magis ex eo sumus, ꝙ medicinam aut exercitatoriã habemus. Quod si non horum causa prudentia statuenda est, sed vt probi fiant: ijs sanè qui probi sunt, nihil erit vtilis: quin etiam neq; ijs qui non habent: quippe cùm nihil referat, habeat'ne aliquis, an habentibus alijs obediat: satisq; nobis sit: quemadmodum & in sanitate. nam quamuis sani esse velimus, medicinã tamen non discimus. Accedit ad hæc ꝙ absurdum esse videretur, si principalior & præstantior quàm sapientia ea esset, quæ ipsa esset deterior: quæ enim facit, circa singula dominatur, atq; imperat. De his igitur dicendum est: nunc enim de ipsis tantum dubitationem exposuimus. Primum itaq; vtrasq; per se necessario esse expetendas dicimus, cùm vtriusq; animæ portionis virtutes sint, licet neutra ex ipsis quicquam efficiat. Deinde etiam efficiũt quidem, nõ tamen vt medicina sanitatem: sed vt sanitas bonę habitudinis operationes, sic sapientia felicitatẽ. cũ. n. totius virtutis pars sit, dũ habẽt, atq; opant, felicẽ facit. Præterea opus & ex prudẽtia et ex morali virtute perficitur. virtus enim propositũ scopũ: prudẽtia quę ad ipsum tẽdũt, recta efficit. Quarę aũt aiæ ptis, id est altricis, nulla talis virtus est: quippe cũ in ea agere aut non agere situm minime sit. At vero de eo, quòd ex prudentia ad agenda vel honesta vel iusta nihilo aptiores sint homines, paulo altius incipiẽdum est, hoc sumpto initio: quemadmodum iusta agentes nonnullos nondum esse iustos dicimus, vt eos qui ea quæ à legibus præcipiuntur, vel inuiti faciunt, vel ex ignoratione, vel ob aliquid aliud, & nõ ob ipsa, cũ tamen ea agãt, quæ oportet, quæq; bonum virum decet: ita licet, vt quodam modo se habens quispiam singula agat, vt bonus sit: id est ex electione, & ipsorum eorum causa quę aguntur. Electionem igitur rectam virtus facit: quæcunque autem natura comparatum est, vt illius causa agantur, non virtutis, sed alterius facultatis sunt. Attendendum autem est, ac de his manifestius dicẽdũ. Est itaq; facultas quædam quam calliditatem vocant: ea est talis, vt quæ ad suppositum scopum cõducunt, agere possit, atq; assequi: atq; hæc quidem si propositum honestum sit, est laudabilis: si prauum, versutia est. Vnde etiam prudẽtes callidos, & versutos esse dicimus. Prudentia vero hæc facultas non est: non sine tamen facultate hac existit: sed habit⁹ oculo huic animæ non absque virtute acquiritur, sicut diximus, & perspicuũ est. Ratiocinationes enim agendarum rerum principium habent. quando quidem eiusmodi est finis, & quod optimũ est: quodcunq; illud fuerit. Sit enim verbi causa, quod inciderit: id nisi bono viro non appareret: propterea ꝙ distorquet prauitas, facitq; vt circa actiua principia fallamur. Quare non posse quempiam prudentem esse nisi bonus sit, manifestum est.

DIxit. Et fortassis quæret quis quæstionem grauẽ, & dicet, quæ vtilitas est sapientiæ, non enim videmus acquiri ex eius notitia aliquid, per qd' felix fiat homo: propterea ꝙ ipsa nõ efficit aliquid, neq; operatur. per prudentiam autẽ acquirunt res felicitantes, at neq; secundum ꝙ prudentia tantum, intendo per se, sed secũdum ꝙ est in rebus bonis iustis: & istæ sunt, quas operatur vir bonus. & propter hoc nos non sumus magis operatores per hunc habitũ, eò ꝙ sit habitus rebus bonis: sed eò ꝙ habitus prudentiæ tantum: intendo eò ꝙ nos tacimus bonam consiliationem, quemadmodum quoniam quando fuerimus scientes res curatiuas, non sumus completius operantes in arte medicinæ, sed eò ꝙ magis medicet tantum. Non est igitur prudentia felicitans per se, cùm non dicatur de eo prudentia propter scientiam, sed propter hoc ꝙ per le pertinet virtuosis rebus. non est ergo proficiens per se penitus. ideoq; videmus ꝙ non oportet nos recipere consilium virtuosis illis, quibus non est scientia versationis cõsilii, neq; a scientibus illis, quibus non est virtus: quemadmodum facimus in sanitate. etenim sani esse volumus: attamen nõ proficimus in sanitate, nisi per vtraq; res simul: intendo per scientiam medicinę & per velle sanitatem. ideoq; quando volumus sanitatem, addicimus medicinã. et itaq; igitur sapientia felicitãs per se: prudẽtia vero per aliud, non per se. Amplius, fortassis videbitur esse inconueniens vt sit res, quæ est sub sapiẽtia magis certa quàm sapientia, nam sapientia regit omnes artes, & principatur eis, et imperat quid operentur secundum ꝙ dictum est in altero loco ab isto. Veruntamen non istud propositum, neq; hoc intentum à nobis: intendo quæ inter vtrasq; præeminent. nõ enim intendimus, nisi determinare quæ vtilitas sapientiæ. Dicimus ergo q̃ necessariũ est vt sit eligibilis per se vt sit virtus, & si non agat aliquid: eò ꝙ ipsa est perfectio partis ex partibus animæ: & omne quod est complementum vel perfectio partis ex partibus animæ, est virtus. Amplius, ipsa quidem facit felicitatem per se, non quomodo facit medicina sanitatem: immo est quasi ipsamet. fanitas igitur ipsa quidem facit felicitatem, non per hoc, ꝙ ipsa sit alterum à felicitate: sed quoniam ipsius comprehẽsio tantum est ipsamet felicitas, cùm sit ipsa voluta non propter aliud à se. & hoc est felicitatis dispositio: intendo ꝙ ipsa quæritur propter se, & alia ab ea propter eam. D. Et intellectus quidem proportionatur perfectioni, & complemento in prudentibus secundum mensuram habitus prudentię, et secundum mensuram virtutis moralis cõiugatę prudẽtiæ, etenim virtus rectificat propositum: et prudentia sanat inuentionem propositi: intẽdo finis.

Pars

Pars autem concupiſcibilis, et eſt ea, cui proportionantur virtutes figurales, t. morales, non habet hanc ſpeciē virtutis: intēdo virtutem apprehenſionis, cùm non habeat partem rationis. D. Quoniam autem non fit prudens perfectius operans & meliꝰ conſiliās, eò ꝙ actio ſua fieri habeat ī rebus virtuoſis & bonis, dicere oportet, poſtquam reſumpſerimus ſermonē à ſupra parum, & ponamus principium noſtrum de hoc illud quod dico. & hoc eſt: quoniā quemadmodum dicimus ꝙ quidam hominum operantur res iuſtitiæ abſcꝙ eo ꝙ ſint iuſti, ſicut illi, qui faciunt quod præcipiūt leges aut præter voluntatem ſuam, aut propter ignorātiam eius qđ operantur, aut agunt hoc propter aliquid aliud nō gratia illarum rerum earundem: & vniuerſaliter quemadmodum non nominamus iſtos virtuoſos, quāuis operentur quod oportet, & totum quod operatur virtuoſus: ſic videtur ꝙ ſit res in prudente illo, qui habet potētiam, per quam inuenit particularia bonitate cōſiliationis, t. particularia, cum ſit bonum ſiue malum, quando contigerit eum inuenire per conſiliationem particularia, quæ ſunt bonum, non dicimus de eo, ꝙ virtuoſus necꝙ ꝙ bonus: intendo ex modo, quo eſt bonæ conſiliationis tantum, ad inuentēdum omne, cuius inciderit electio. D. non enim omne, ſuper qđ cadit electio, eſt virtuoſum: immo illud, quod conuertit ad hoc electionem, vt ſit virtuoſa, virtus eſt, non potētia prudentiæ. Et propter hoc potentia, per quam inuenitur vel extrahitur omne illud, ſuper quod ceciderit electio, non eſt virtus moralis, ſed potentiæ alterius: & eſt illa, quæ nominaſ, qñ inuenitur per eā bonū, induſtria vel prudētia proprie, vt quando inuenitur per eam malum, aſtucia, vel calliditas, vel doloſitas. Et ꝓpter hoc eſt, quod videmus ꝙ quidam prudentium ſunt aſtuti, & quidam callidi, & quidam fraudulenti. Veruntamen potentia, per quam inuenitur bonum, & eſt illa, quæ nominatur prudentia, ſecundum veritatem non eſt partis alterius ex partibus animæ quam illius, cuius eſt potentia ad intuendū quodcunꝙ contingit de bono aut malo, necꝙ idem etiam eſt abſcꝙ virtute. & hoc, quoniam factori aſcribitur bonitas vel malitia, ex omnibus quidem factis ſuis præſens intectum per huiuſmodi facta. & de bono aliud quidem eſt in dicto & eſt rectum: & aliud in fine, & eſt quod apprehenditur per dictum. & quando non fuerit bonum in fine, nō apparet bonum quod eſt in dicto, ſed vincit malitia, quæ eſt in fine ſuper bonitatem, quæ eſt in dicto. & ſimiliter vincit finis ſuper principium factoris, & efficit ipſum malum, cùm fuerit malus. Et cum ſic ſit, non poteſt eſſe prudentia illa, quę eſt virtus abſcꝙ hoc, ꝙ contingetur ei virtus figuralis: & non inuenitur hæc prudentia niſi in viro bono.

*De naturali uirtute, & de uirtutum & prudentiæ connexione.* Cap. XIII.

SEd conſiderandum rurſus etiam de virtute eſt: nam ſimili modo quoꝙ virtus ſeſe habet. ſicut prudentia cū calliditate non idem quidem, ſed ſimile tamen quid eſt: ita virtus naturalis cum ea, quæ propriæ virtus dicitur. Omnibus enim ſinguli ex moribus eſſe quodam modo natura videntur. nam & iuſti & temperantes & fortes ſumus, & cetera ſtatim ab ipſo ortu habemus. Sed aliud tamen eſt quod quærimus, vt proprie bonum ſit, & talia alio modo adſint. Et enim pueris & beſtijs naturales inſunt habitus: ſed ſine intellectu, & mente eſſe noxꝙ apparent. Cæterum tantum inſpici videntur: quòd quemadmodum in corpore valido quòd ſine viſu mouetur, cōtingit, vt vehementer erret, propterea ꝙ viſu careat: ita quoꝙ hic euenit, † ſi intellectum acceperit, in agēdo differt: atꝙ habitus licet ſimilis ſit, ꝓprie tamen virtus tūc erit. Quare quēadmodū in opinatiua parte duæ ſpecies ſunt, calliditas, & prudētia: ita in morali duæ quoꝙ ſunt: quarū altera virtus naturalis, altera ꝓprie virtus eſt: atꝙ harū ea q̄ ꝓprie virtus ē, nō ſine prudētia exiſtit. Vnde etiā oēs virtutes prudētias eſſe inquiūt: & Socrates partim recte q̄rebat, partim errabat. ꝙ enim prudētias eſſe oēs virtutes opinabatur, errabat: recte dicebat, ꝙ non ſine prudētia eſſe eas aſſerebat. Signum autem illud eſt, quòd nunc omnes cùm deſinunt virtutē, vbi habitum eam eſſe dixerunt, & ad quę eſt, adiungunt ſecundum rectam rationem. recta autem ratio eſt, quæ ſecundum prudentiam exiſtit. Videntur igitur vaticinari quodam modo omnes talem eſſe habitum virtutem, qui ſecundum prudentiam exiſtit. Paululum tamen tranſcundū eſt. virtus enim non tam ſecundum rectam rationem, quàm cum recta ratione habitus eſt: at recta de huiuſmodi ratio eſt prudētia. Ac Socrates quidem rationes virtutes eſſe exiſtimabat: ſcientias enim eas eſſe omnes dicebat: nos cum ratione eſſe arbitramur. Ex his igit quæ dicta ſunt, conſtat neqꝙ proprie bonum eſſe ſine prudentia, neqꝙ prudētem ſine morali virtute quempiam poſſe. Quin etiam ratio illa hinc ſolui poſſet, qua ſeparatas eſſe inter ſe virtutes diſſereret aliquis: eo quòd idem ad omnes aptiſſimus minime ſit, atꝙ iccirco alias iam, alias nondum acquiſierit. hoc ſiquidem in naturalibus virtutibus licet: in ijs vero quibus abſolute bonus vocatur quiſpiam, non licet. ſimul enim cum prudentia, quę vna eſt, omnes exiſtent. Perſpicuum autem eſt & prudentia eſſe opus, etiam ſi non eſſet actiua, propterea quòd partis animæ virtus eſt: & ſine prudentia et virtute eſſe electionem rectam non poſſe: eò quòd hæc finem: illa quæ ad finem tendunt vt agamus, facit. At vero neqꝙ præſidet ſapientiæ: neqꝙ melioris quàm ipſa partis eſt. quemadmodum neqꝙ ſanitati medicina: neqꝙ enim ipſa vtitur, ſed vt fiat prouidet. quocirca illius cauſa præcipit, nō autem illi. Simile præterea illud eſt, ſiquis ciuilem, propterea quòd de omnibus p̄cipit, quæ in ciuitate ſunt: Dijs præeſſe ac dominari etiam diceret.

† 2.l.6 vno

DIxit. Inquiramus etiam & perſcrutemur de proportione virtutis naturalis ad virtutem electiuā: & eſt illa, quæ eſt in fine nobilitatis & honorificentiæ. & proportio quidem iſtius virtutis, intendo naturalē ad electiuam, propinqua eſt proportioni prudentiæ ad ſolertiam:



ſolertiam: quemadmodum eſt prudentia, quando proprie dicitur, & bonitas opinationis non ſunt res vna, ſed conſimiles: ſic ſimilatur virtus naturalis virtuti directiuæ: intendo electiuam, etenim in omni ſpecie ex ſpeciebus virtutis, vna per naturam, & altera per acquiſitionem. Et hoc, quoniam nos multotiens inuenimus vnum ex hominibus per naturam caſtum aut audacē, & ſic de alijs virtutibus. & ſunt inuētæ in eis iſtę virtutes ſtatim à natiuitate eoꝝ, niſi ꝙ nos inquirimus quidem virtutem illam, quæ fit per electionē & acquiſitionem. Et hoc, quoniam virtutes naturales inuentūtur in pueris, & multæ earum in feris & in multis animalium: & vniuerſaliter vt plurimum ſunt damniferæ, quando fuerint abſcꝙ intellectu et diſcretione. Et videtur ꝙ virtus naturalis nō appareat niſi propter exuberantiam ipſius: intendo in quibuſdam individuorum: quemadmodum contingit corpori mobili motu vehementi vt manifeſtetur manifeſtatione vehemēti magis q̄ manifeſtetur quietū. & ſi non, tunc non eſſet nudus ab eis vllus: intendo à poſſibilitate recipiēdi virtutem electiuam. & virtus equidem fit, quando fuerit actio ſecundum ꝙ videt intellectus, & in hora quam videt, & in quantitate quam videt. quādo igitur qđ videt intellectus de hoc, conuerſum fuerit in habitum, ſtatim facta eſt veritas ſecundum veritatem directiua. Quemadmodum enim in ſpecie naturalis duæ ſunt ſpecies putationis, vna naturalis, & ſunt prima putabilia: & altera acquiſita & apprehenſa à primis. & quemadmodū etiam: in intellectu ſunt duæ ſpecies: vna naturalis, & altera acquiſita, & eſt quæ nominatur ſcientia: ſic videtur ꝙ ſit in virtutibus figuralibus: intendo morales. Et propter hoc eſt quod dicimus, ꝙ virtus figuralis electiua non fit abſcꝙ prudentia. & propter eſſe eius ſemper cum prudentia dixerunt quidam hominum ꝙ omnes virtutes morales prudentiæ ſunt: vt Socra. Et iſti modo quodam peccant, & modo quodā recte dicunt, peccant quidem, credentes ꝙ omnes virtutes ſint prudentiæ: dicunt vero recte, eò ꝙ nō eſt poſſibile vt inueniatur virtus figuralis electiua abſcꝙ prudentia. Cuius ſignum eſt, ꝙ omnes definientes virtutem moralem, dicunt eam eſſe habitum, qui fit ſecundum commenſurationem rectæ rationis. rectum autem eſt ſecundum mēſuram intellectus, verbi gratia in fortitudine. dicunt ꝙ eſt audacia ſecundum ꝙ oportet, & quando, & quātum, & cætera huiuſmodi. & omnia iſta in vnaquaqꝙ diſpoſitionum non comprehenduntur niſi per prudentiam. D. Et iam videtur veriſimile ꝙ aggregatio Antiquorum in conuenientia ipſorum ꝙ hic habitus, intēdo moralem, proportionetur prudentię, cucurrit curſu diuinationis, velut in proportione eius ad intellectum: & non incluſerunt per hoc totum, quod oportuit includi. Et propterea dicimus nos ꝙ ipſa non eſt recta ratio tantum, ſed eſt habitus excellens cum recta ratione: & ratio recta coniugata ei eſt prudētia. Et Socrates iam putabat ꝙ omnes virtutes eſſent ſcientię: nos autem dicimus ꝙ ſunt cum ratione: intēdo rationem ſanam. Et hoc manifeſtum eſt ex eo qđ dictum eſt, ꝙ non eſt poſſibile vt ſit virtus electiua abſcꝙ prudentia, ſicut dictū eſt etiā ꝙ non fit poſſibile vt ſit prudentia: intendo virtutem rationalem abſcꝙ virtute morali. D. & iſta pars animæ, intendo moralem, proportionatur etiam rationi: ſi hoc trāſire permiſſum fuerit. vult propterea ꝙ audita ratione & obedit eius imperio. D. & manifeſtū eſt ꝙ iſtarum virtutum, intendo rationalem & moralem, quædam coniugatę ſunt quibuſdam: propterea ꝙ non inuenitur vna ipſarum completa, quando ſeparata fuerit à ſua ſocia: intendo quādo ſeparata fuerit vis prudentiæ à morali & electiua prudētia. nam hoc quidem in naturali ex ipſis poſſibile eſt: in directiua autem, tendo honorabiliorem ex morali, & eſt electiua, nō eſt poſſibile. non enim poſſibile eſt vt ſit abſcꝙ prudentia: ſicut non eſt poſſibile in prudentia ſecundum ꝙ operatiua eſt vt ſit abſcꝙ virtute morali. nam actio virtutis moralis non fit abſcꝙ eligentia ſana: eligentia autem ſana non fit abſcꝙ prudentia. virtus ergo moralis eſt illa, quæ agit bonum, quod eſt finis: & virtus prudētiæ eſt illa, quæ monſtrat illi potentiæ quid agat. Ideoꝙ non attribuitur hęc actio, intendo actionē virtutis moralis, virtuti prudentiæ: cùm non ſit operatrix virtutis moralis: ſed eſt quidem monſtratrix illi potentię. eſt igitur quaſi effectrix potentiæ operantis finem, ſed ipſa operatur finem. Et ideo non attribuitur hæc actio, intendo moralem, neqꝙ ſapiētiæ, neqꝙ alicui ex virtutibus rationalibus: quemadmodum non attribuitur actio ſanationis arti medicinæ. ipſa enim non ſanat, ſed mōſtrat quo modo fiat ſanatio ei, qui facit eam, & eſt adiutor medicinæ. hæc eſt igitur proportio habitus prudentię ad habitum moralem: intendo ꝙ prudētia eſt, quæ imperat: & mos eſt, qui operatur. nō attribuitur itaqꝙ hæc actio prudentiæ, niſi quia imperat ei, non ꝙ operatur eam. Et videtur ex quo attribuitur ei actio iſto modo, ꝙ ſit quaſi princeps habitus moralis: quemadmodū gubernatio ciuilis vniuerſalis, intendo artem regiminis ciuilis, eſt habitus principās omnibus habitibus, qui ſunt in ciuitate: intēdo artes, quę ſunt ſub hac arte, eò ꝙ ipſa imperat artibus, quę ſub ea ſunt, qđ agant. D. Et poſt hoc oportet vt accipiamus in inceptione alia: vult poſt finitionē ſermonis ī virtutibus moralibus & rōnalib⁹.

# ARISTOTELIS
## MORALIVM NICOMACHIORVM
## LIBER SEPTIMVS,
## *cum Auer. Expoſi.*

SVMMA LIBRI.

De heroica uirtute: De continentia, & earum oppoſitis. De continente & incontinente. De uoluptate, & ipſius ſpeciebus, ac de dolore.

### De heroica uirtute, continentia, & earum oppoſitis. Cap. I.

POſt hęc alio ſumpto initio dicendum eſt, rerum circa mores fugiendarum tres ſpecies eſſe, vitium, incontinentiam, & feritatem: quarum duabus quæ ſunt contraria, manifeſtum eſt: alterum enim virtutem, alterum continentiam vocamus. feritati autem maxime conuenire quiſpiam diceret virtutem, quæ ſupra nos eſt, heroicam quandam, ac diuinam. quemadmodum Homerus Priamum de Hectore dicentem induxit, eò ꝙ valde erat bonus,

Non hominis mortalis filius ille
Eſſe videbatur: ſed magna é ſtirpe deorum.

Quòd ſi ex hominibus, ſicut dicunt, ob virtutis excellentiam diuini efficiuntur: huiuſmodi quidam ſcilicet eſſet habitus, qui feritati op

oppoſitus.

ponitur. Nam ſicut beſtiæ neque vitium eſt, neq; virtus, ita neq; Dei: ſed hæc præſtantius quid virtute, illa diuerſum quoddam à vitio genus eſt. Quoniam vero rarum eſt, vt vir diuinus ſit: quemadmodum Lacones, cùm aliquem valde admirantur, diuinus, inquiunt, vir eſt: ſic & ferinus natura inter homines rarus aliquis eſt: maxime tamẽ inter Barbaros reperitur. fiunt vero nonnulla etiam ex morbis, & læſionibus. quin etiã eos homines, qui virtijs exuperãt, ita infamamus. Sed de tali quidem affectione poſterius mentio quædam facienda eſt. de vitio autem dictum eſt prius. De incontinentia vero & mollitie, & delicijs nũc eſt differendum: de continentia item & tolerantia. neq; enim quaſi ijdem cum virtute & prauitate habitus ſint, neque vt diuerſum genus, vtraq; harum exiſtimanda eſt. Oportet autem, ſicut in alijs fecimus, ponere ea quæ apparent, & prius dubitare, deinde ita demonſtrare. ac maxime quidem omnia illuſtria & probabilia circa hos affectus: ſin minus, pleraq;, & præcipua producere debemus. nam ſi ſoluantur ea, quæ difficultatem habent, illuſtria vero & probabilia relinquantur: ſatis erit demonſtratum. Videtur igitur continentia et tolerantia ex bonis & laudabilibus: incontinentia vero & mollicies ex prauis & vituperatione dignis rebus eſſe. Idem quoque eſſe contínens & perſtans in conſilio rationis, idem incontinens et rationis conſilio excedens. atq; incontinens quidem cognoſcens prauа eſſe quæ agit, ob affectum tamen agit: at continẽs cùm prauas ſciat eſſe cupiditates, ob rationẽ eas non ſequitur. Temperantem quoq; continentem & tolerantem eſſe dicunt. atq; eum qui eiuſmodi ſit, alij omnem eſſe temperantẽ aſſerunt, alij minime: & intemperantem incõtinentem, & incontinentem intemperantem confuſe, alij diuerſos eſſe aiunt. At prudẽtem interdum negant eſſe poſſe incontinentem: interdum nonnullos qui ſint prudentes et callidi, eſſe incontinentes affirmant. adde quòd incontinẽtes & iræ, & honoris, & lucri etiam dicuntur. Atque ea quidem quæ dicuntur, huiuſmodi ſunt.

DETERMINATIO SEPTIMI TRACTATVS LIBRI NICOMACHIAE ARISTOTELIS.

DIctũ itaq; de virtutibus moralibus & rationalibus, oportet vt vertamur circa id genus alterũ. Dicimus igitur paſſiones, quæ inueniuntur in mortalibus, exuperabilibus ſunt tres, malitia, incontinentia, ferocitas. Contrariũ autem dicendũ eſt huic malitiæ: intemperantiam manifeſtã aiunt. in alijs enim contrarium eſt bonitas vel virtus, & contrarium intemperantiæ eſt temperantia. ferocitatis vero cõtrarium dicendũ eſt q̃ ſit virtus ſuperexcellẽs humanam naturam: & eſt virtus, de qua dicitur q̃ ſit diuina, prout dicimus de quibuſdam hominum q̃ ſint angelici & diuini propter eminẽtiam virtutis in eis. Et oportet quidem vt ſit hic habitus cõtrarius ferocitati: eò q̃ quẽadmodũ feris non eſt inveritate neq; malitia, neq; virtus: nam hominis hęc, ꝓprie ſunt: immo eis eſt malitia excedens genus malitiæ humanæ: & propter hoc nominatur homo egrediens ſpeciem ſuam in ſuperfluitate malitiæ, ferinus vel lupinus: ſic cùm Deus nõ ſit bonus modo quo homo, immo bonitas eius ſupergrediens eſt genus naturæ bonitatis, quæ eſt hominꝭ, nominatur qui præcellit in hoc habitu & egreditur genus ſuum, diuinus. cũq; ſit iſtarũ extremitatum diſpoſitio hæc diſpoſitio, oportet eas contrarias eſſe per naturam. Et propter hoc viri diuini pauci ſunt valde in hominibus: & viri ferini vel lupini pauci ſunt etiam. & ſunt quidem ſecundum plus in hominibus, qui ſunt in diſtantia nota ex parte auſtrali: & ſunt nigri ſiue Æthiopes, et eorum conterminꝭ. & etiam ex altera parte Sclaui, & eorũ cõterminꝭ. D. & iam inuẽta fuit ferocitas in quibuſdam hominum ex parte infirmitatis accidentis eis. D. & ſermo de malitia ferina ingrediens eſt ſub ſermone de malitia vniuerſali: quamuis oportuerit vt propriam faceremus rememorationem iſtius malitiæ ex cæteris malitijs. & iam primitus diximus de virtute et malitia. De quo autem hic loqui volumus eſt intemperantia & diſſolutio & relaxatio, & eſt obedientia & executio concupiſcentiarum, & delectationum oppoſitus: & eſt retentio à concupiſcentijs & tolerãtia. non enim oportet æſtimari de iſtis habitibus oppoſitis, intendo continentiam fuit à voluptatibus & incontinentiam, q̃ intrent ſub oppoſitis, quę ſunt malitia & virtus ex omni modo: intẽdo q̃ continens ſit virtuoſus, & diſſolutus vitioſus. neq; etiam æſtimandum eſt q̃ egredientes ſint ab iſtis generibus ex omni modo, donec ſint duæ naturæ & duo genera diuerſa. D. Oportet igitur vt faciamus in perſecutatione de hoc ſimile et, quod fecimus in perſecutatione de eo, quod præceſſit de iſtis rebꝰ. videlicet vt præmittamus ſermones & orationes dubitabiles, qui componuntur ex propoſitionibus famoſis, deinde veniamus poſt hoc cum orationibus demonſtratiuis. demonſtrationes enim perfectiores ſunt & nobiliores, quando inducuntur poſt orationes dubitabiles. & hoc neceſſarium eſt vt faciamus aut in omnibus iſtis paſſionibus, de quibus loquimur in hoc libro, aut in pluribus earum, aut in præpollentibus, quando enim inductus fuerit ſermo, per quem diſſoluitur dubitatio, quam neceſſariam fecerunt propoſitiones famoſæ, & in quo conſeruantur etiam illæ propoſitiones, intendo ut nõ deſtruuntur in toto, tunc erit in demonſtratione adducta ſufficientia completa. Dixit. Et iam putatur de continentia & tolerantia vel patientia q̃ ſunt de habitibus virtuoſis laudabilibus: & putatur etiam de incontinẽtia intolerantia q̃ ſint de habitibus vituperabilibus. Et ſimiliter putatur cõtinens eſſe ille, qui perſeuerare facit rationem i eo q̃ meretur vt abſtineatur ab eo: & q̃ ille eſt non continens, qui facit non perſeuerare rationem abſtinendo à concupiſcẽtijs. & hoc quoniam non continens eſt ille, qui ſcit q̃ operatio eſt mala, et operatur eam. Cõtinens aũt eſt ille, qui poſtquam ſciuerit q̃ concupiſcentiæ malę, abſtinet ab eis, & non ſequitur concupiſcentiam obediens rationi. Et quidam hominum nominant caſtum continentem & tolerantem, & nominant etiam continentem & tolerantem caſtum. & quidam neutrum noſant nomine alterius. & ſimiliter etiam quidam nominant non caſtum non continentem, & non continentem nõ caſtum.

Deus nõ eſt bonus modo quo hõ: ſed bonitas eius ſupergredit genus naturę humanę.

Demõſtrationes perfectiores ſunt cę quę inducuntur poſt orationes dubitabiles. Vide 1. Cœ. cõ. 81.



caſtum. et eſt ex hominibus, qui dicit q̃ nõ caſtus alius eſt à non continente. De prudente autem quidam dicunt q̃ impoſſibile eſt vt ſit incõtinens. dicũt ergo, omnis prudens continens eſt. & forte dicunt q̃ inuenitur aliquis hominum prudens in hoc, q̃ non continet animam ſuam in ira, nec in honore nec in lucro. D. Hæc eſt ergo ſumma eius, quod dixerũt hoĩes de iſtis rebus.

*De continente & incontinente.* Cap. 11.

DVbitaret autem quiſpiam quo modo recte exiſtimans aliquis agat incontinẽter. Nam vt ſciens quiſpiam agat, aiunt nonnulli fieri nullo modo poſſe. abſurdum enim eſt ſi adſit ſcientia, vt exiſtimabat Socrates, aliud quid dominari, ac quaſi mancipium hominem trahere. Socrates enim aduerſus rationem omnino pugnabat, quaſi nulla eſſet incontinentia. neminem ſiquidem aiebat exiſtimantem præter id quod optimum eſt, agere, ſed ex ignoratione. quæ ſanc oratio rijs aduerſatur quæ euidenter apparent. quęrendumq; eſt circa affectum, ſi ex ignoratione agit quiſpiam, quis ignorationis modus ſit. nam non exiſtimare qui incontinenter agit agenda eſſe ea q̃ agit, ante q̃ in affectu ſit cõſtitutus, manifeſtum eſt. Sunt aũt nõnulli, qui alia concedũt, alia non. Scientia enim nihil eſſe potẽtius concedunt: illud non dant, præter id quod viſum fuerit melius, agere neminem. ac propterea inquiunt incontinentem non ſcientiam, ſed opinionem habẽtem à voluptatibus ſuperari. Veruntamen ſi opinio, non ſcientia, neq; valida exiſtimatio eſt, quæ reſiſtit, ſed remiſſa qualis eſt in ambigentibus: venia danda eſt q̃ non in his perſiſtat quiſpiam aduerſus vehementes cupiditates. at prauitati, aut alicui ex alijs vituperatione dignis rebus venia non datur. Prudentia igitur reſiſtente id fit: validiſſima enim res ea eſt, ſed eſt abſurdum. fiet enim vt idem ſimul & prudens ſit & incontinens. at facere ſponte prauiſſima quæq; prudentis eſſe nemo diceret. Præterea ad agendum idoneum eſſe prudentem ſuperius demonſtratũ eſt: quippe qui vltimorum quidam ſit, & virtutes reliquas habeat. Adde q̃ ſi continens ex eo eſt quòd vehementes & prauas habet cupiditates: neque temperans erit continens, neq; continens temperans: propterea quòd neq; quod nimium eſt, neq; prauas habere cupiditates eſt temperantis: ſed tamen oportet. Nam ſi bonę ſint cupiditates, habitus qui prohibet, ne eas ſequamur, prauus eſt: qua re effi cietur vt non omnis continentia honeſta ſit. ſi imbecillæ vero ſint & non prauæ, nihil egregium erit: ſi prauæ & imbecillæ, nihil magnũ. Præterea, ſi continentia facit, vt in omni opinione perſiſtamus etiam in falſa, praua eſt: ſi item ab omni opinione exturbat incontinentia, aliqua incontinentia reperietur, quę honeſta ſit: vt Sophoclis Neoptolemus i Philocte-te. laude dignus enim eſt, cùm in rjs quæ ipſi Vlyſſes ſuaſerat, quia mentiri ægre ferebat, non perſtet. Quin etiam captioſa ratio mentiens, dubitatio eſt. dum enim volunt incredibilia conuincere, vt ſi aſſequuti fuerint, arguti eſſe videantur: facta ratiocinatio dubitatio euadit. vincta enim mens eſt, dum ſtare quidem non vult, propterea q̃ non placet quod concluſum eſt: quia tamen quo modo ſoluat rationem non habet, progredi nõ poteſt. Euenit autem ex quadam ratione, vt imprudentia cum incontinentia virtus ſit. cõtraria enim agit ob incontinentiam q̃ exiſtimet: mala autem eſſe bona, non eſſęque agẽda exiſtimat: quare bona & non mala aget. Accedit quòd qui ex eo q̃ perſuaſus eſt, & ex electione tucũda & agit & ſectatur, melior eſſe eo videretur, qui non ex conſilio, ſed ex incontinentia eadem agit. aptior enim eſt, vt curetur: quippe qui admittere diſſuaſionem poſſit. at incontinẽs ei prouerbio eſt obnoxius, quo dicimus, quando aquafauces ſtrangulat, quid amplius bibere opus eſt? nam ſi non perſuaſus eſſet ea quæ agit, ſi diſſuaderetur, deſiſteret: nunc autem perſuaſus, nihilo minus alia agit. Inſuper ſi circa omnia incontinẽtia & continentia verſatur, quis abſolute incontinens erit? nam omnes incontinẽtias qui habeat, eſt nemo. quoſdam autẽ abſolute eſſe dicimus. Ac tales quidem dubitationes incidunt. ex his autem alia tollenda ſunt, alia relinquenda: quippe cùm dubitationis ſolutio nihil aliud ſit q̃ inuentio ſit.

Dubitatiõis ſolutio what... aliud ſit q̃ inuentio eſt.

DIxit. Et fortaſſis hæ ſit abitus qualiter poſſit eſſe vt homo videat opinionem ſuam, & non contineat animam ſuam. Iam enim dixerunt quidam hominum q̃ qui ſciuerit q̃ quid malũ eſt, nõ eſt poſſibile vt agat ipſum: cùm puretur q̃ illud quod facit rem, non eſt aliquid aliud ab eo, quod ſcit eam. ſi autem fuerit pars illa, cui eſt ſcientia alia ab ea, quæ continetur, donec homo ſit in hora, qua non continet animam ſuam quaſi liber, in hora autem qua continet quaſi captus: tunc poſſibile eſt vt quis, apud quem eſt ſcientia malitiæ rei nõ contineat animam ſuam ab ea. & ſecundum iſtud fuit q̃ quidam apud quem eſt ſcientia contineat & quidam non. Socrates autem contradicebat huic opinioni ſermone vniuerſali, dicens q̃ nec vnus eorum, qui habẽt ſcientiam rei, eſt incontinens. & q̃ non eſt poſſibile vt faciat aliquis factum prauum niſi propter ignorãtiam. D. ſed huic dictioni contradicunt ea, quæ ſunt apparentia ſenſui. videmus enim quamplurimos habentes ſcientiam malitię rei, & tamen non continent ab ea propter paſſionem concupiſcentialem. D. conſyderare igitur nos oportet, ſi fuerit itaq; paſſio ex parte ignorantię ſolum, tunc ablatio ignorãtię cauſa eſt ablationis paſſionis. ablatio vero ignorantię ſcientia eſt, & nominetur ſciens incontinens. & ſi fuerit paſſio ex parte potentiæ alterius, tunc erit paſſio cum ſcientia: intendo privationem continentiæ. & manifeſtum eſt q̃ apud illum, qui continet ſe, eſt ſcientia eius, à quo ſe continet, antequam

quam veniat ad passionem. an autem sit apud eum scientia, quando venerit ad passionem, in hoc dubium est. Ex hominibus ergo sunt, qui absolute dicunt ꝙ putat sed non scit. cùm enim concesserint ꝙ nō est res melior scientia: incontinens vero vituperabilis est, cùm vincant eum voluptates: dixerunt ꝙ incontinens non est sciens, sed possibile est vt habeat opinionē. Et hoc, quoniam cum fuerit et opinio, & non fuerit scientia firma prohibitiua sed debilis, quemadmodum in ebrijs, tunc possibile est vt patiatur à concupiscentijs malis. & propter hoc indulgetur istis: & proprie quando desyderia vehementia fuerint. & non sunt malitiosi, cùm nihil ex malitijs habeat indulgentiā neq; ex vituperijs. Cùmq; hoc sic fuerit, tunc prudentia illa, quæ prohibet à malitijs, fortis est valde. veruntamen quando posuerimus istud, sequitur etiam inconueniens: & est, ꝙ quidā prudentes non continēt se: & nullus dicit quòd prudens faciat aliquid mali voluntarie. Et etiam iam demonstratum fuit in tractatu, qui est ante istum, ꝙ prudentia est virtus rationalis operatiua: eò ꝙ consyderat in particularibus. et ꝙ impeccabile est quin contingat et virtus figuralis. istud itaq; est, quod accidit dubitationis in eo, qui non continet se, an habeat scientiam, an non. Quod autem incidit dubitationis in eo qui continet an sit casus an non, est istud, si habuerit continens desyderia vehementia prauа in hora continentiæ suæ, tunc continens non est castus: eò ꝙ qui habet concupiscentias fortes non est castus: & castus est ille, cui non inueniuntur malitię. Amplius si continens contineat se à desyderijs diuersis, tunc habitus prohibēs ab executione horum desyderiorum prauus non est. igitur omnis continens virtuosus: castus autē omnis virtuosus est. Amplius, non erit continens quid preciosum, cùm sit continens, qui continet se secundum opinionem visam sibi, neq; operatę eius diuersum. opinio enim erit prauа, & interdum bona. quædam ergo continentia non erit virtus, sed vitium, qui continet se secundum opiniones prauas: & si incontinens est ille, qui non continet se secundum omnem opinionem, erit ergo quidam incontinens res virtuosas, vt ille qui non continet se secūdum opiniones corruptiuam. Et Aristo. exemplificat eos per indiuiduos famosa apud eos, laudata ex hoc, ꝙ nō continuerunt se secundum opiniones erroneas, & ex eis vituperauerunt propter continentiam sui secundum tales opiniones. Qui ergo nō potuerit certificari per seipsum de opinione falsa, contingit vt non esse continentem virtuosius sit quam esse continentem. qui enim potest certificari de falsitate conclusionis, alligatus est propter opinionem. nam non est in potestate alicuius non opinari hoc ꝙd opinatur. credulitas ergo necessaria est. Et etiā ille, qui est non continens, permutatur ab opinione erroneā per quamcunq; modicam hęsitationem accidentem ei, & est facilis persuasionis: quamuis nō appareat ei fœditas sua, & corruptio per sermonem persuasionū perfecta persuasione: eo ꝙ non est in electione eius vt appareat ei fœditas sua, quamdiu non fuerit apparētia perfecta, neq; vt ignoret ꝙ scitū ex hoc. Accidit igitur ex hoc vt fiat ei, qui non sit cum continētia, virtus, operatur enim contrarium eius quod putat: eò ꝙ non est apud eum continentia. & hoc, qm̄ bona interdum opinatur, & nō facit bonum, aut facit bona et mala simul. & hoc secundum ꝙ putat de eis. Et erit secundum hoc ille, qui requirit res exhilarantes & delectantes, & persuadetur ei quacunq; modica psuasione, melior eo, qui facit hoc per rationem rationem: eo ꝙ facilius permutabilis est ab opinionibus turpibus quam continens. istud ergo, ex quo putatur ꝙ non continens melior sit continente, quanto magis ne sit continentia virtus. veruntamen qui non continet se, diuersus est legi in fine virtutis ducit: quippe cùm mouere vnumquodq; ex mēbris queat. Quare fit vt ex ratione quodā modo & opinione incontinēter quispiam agat: q̄ quidē opinio non per se, sed ex accidēti contraria sit. cupiditas enim, non opinio rectæ rationi contraria est. Vnde etiam bestię incontinentes propterea nō sunt, quia particularium imaginationem & memoriam habēt, non vniuersalium existimationem. Quo modo vero soluatur ignorantia, & incontinens rursus efficiatur sciens: eadem ratio est, quę & de temulento et dormiente, nō propria huius affectionis. quæ quidem à naturæ indagatoribus audiēda est. Quoniam autem vltima propositio est expositæ sensui rei opinio, actionumq; domina est: hanc vel non habet, qui in affectu est constitutus, vel ita habet, vt non tamen eo quòd habet eam liceat scire, sed dicere duntaxat, non secus ac vino oppressus Empedoclis carmina. propterea item quòd vltimus terminus non est vniuersalis, neq; ita vt vniuersalis scientiam efficere videtur. Atq; id qd quærebat Socrates videtur contingere. non enim affectus existit presente ea, quæ videtur * proprie esse scientia, quippe quæ neque ipsa ex affectu distrahatur: sed presente ea quę sensua est. Vtrum igitur cognoscens nec ne, & quo modo cognoscens agere incontinenter quispiam possit, hactenus dictum sit.

* a. l. domina

DIxit. Quando igitur voluerimus firmare super veritatem in omnibus his rebus, oportet vt inquiramus sermones, qui tollant qualdam istarum rerum, & dimittant quasdam earum: intendo qui tollant partem falsam ex vnoquoq; istorum contrariorū: & an solutio hæsitationis est inuentio partis veræ in vnoquoq; istorū sermonū cōtrariorum. Perscrutemur ergo primo an ille, qui est non continens, sciens sit, an non. & si sciens, qualiter scit, & est non continens. Deinde perscrutemur secundo in quibus actionibus oportet vt ponātur continens & non continens: intendo an oportet vt ponantur in vnoquoq; cōtristabilium & delectabilium, an in quibusdam speciebus eorum definitis: & an continens & tolerans est res vna, an vnumquodq; eorum alterum est à socio suo. Et similiter perscrutemur in re eorum, de quibus earū perscrutationi cognata hæc est perscrutatio, & dependet ab ea. Ea aut, de quibus perscrutantur ex re continentes & non continentes, duo sunt. primum, an continens & non continens sint in rebus vnis eisdem, intendo in actionibus vnis eisdem: an ergo continens et non continens sunt in omnibus actionibus, an quibusdam earum. De re nempe continentis patens est ꝙ non dicitur secundum vnam intentionem in omnibus rebus. & hoc, quoniam absolute dicitur in rebus, in quibus est castitas vel temperātia eodem modo non continens. si enim diceretur continens absolute de rebus, quę sunt extra actiones, in quibus sit castitas, contingeret vt de quo dicitur ex istis actionibus non continens, diceretur de eo nō castus etiā. & hoc, qm̄ nō continēs absolute dicitur quē de eo, qui non est castus. & si res sic se habeat, tunc non continens dicetur quidē de rebus, quæ sunt extra actiones castitatis cum determinatione, i. non continens irę, aut non continens amo

perij. qui enim diuersus est legi huic, non inuenitur remedium per quod possit rectificari. & est vniuersaliter, quemadmodum dicitur in prouerbio, quādo aqua suffocauerit, tunc quid erit bibendum super eam? et est: hoc falsum sic, eò ꝙ res naturalis exigit ꝙ, quando credit homo rem aliquam, operetur secundum credulitatem illam: &, quando variata fuerit illa credulitas, abstineat ab operatione: & qui est non continens, dum retinet se ab operatione, nō est creditio eius ad necesse esse huius operationis magis quàm fuit ante, dum non cōtinebat se. Et propter hoc non est differentia inter eius duas dispositiones, nisi ꝙ non agit ipsum in vna duarū dispositionum, & agit ipsum in secunda. D. Et etiam de quo perscrutādum est in re continentiæ est, quoniā, si non mutuantur continens, & non continens in omnibus actionibus, tunc in qua earum est continens & non continens absolute, & in qua earum non, apparet, enim ꝙ non continentia & continentia dicuntur secundum modum vnum de omnibus rebus, neq; continēs & incontinens dicuntur de omnibus secundum modū vnum. & hoc, quoniam de quodam hominū dicimus ꝙ non continens absolute, & de quodam etiam ꝙ continens absolute. de quodam autem dicitur hoc cum determinatione, vt non continens iræ, aut continens irę. D. Species igitur dubitationum, quę incidunt in his rebus hæ sunt, & species aliæ similes his.

## *Quonam pacto incontinentes agant.* Cap. III.

PRimum igitur consyderandum est, vtrū cognoscentes nec ne, agant, & quo modo cognoscentes. deinde circa quæ incontinens et continens, hoc est vtrum circa omnes voluptates & ægritudines, an circa definitas aliquas statuendus sit. tum vtrum continens & tolerans idem sit, an diuersus. & simili modo de cæteris quæ cognata contemplationi huic sunt. Initium autem consyderationis est, vtrum continens & incontinens in eo quòd circa quædam, an in eo quòd quodam modo versantur, habeant differentiam. id autem qd dico tale est: vtrum incontinens ex eò quòd circa talia versatur tantummodo, sit incontinens, an ex eò quòd quodam modo versatur, an non, sed ex vtrisq;. Deinde an incontinentia & continētia circa omnia versetur, nec ne. qui enim absolute est incontinens, non circa omnia versatur, sed circa quæ intemperans: neq; absolute ad ea sese habet: idem enim cū intemperātia esset: sed eò ꝙ hoc modo habet. ille enim ex electione ducitur præsentem voluptatem semper esse persequendam existimans: incontinens vero cùm non existimet, persequitur. Nam si vera opinio, & non scientia sit, ex qua incontinenter agunt homines, nihil ad rationem id refert: cùm nonnulli ex ijs qui opinantur, non ambigant, sed certo se scire existimēt. Si igitur opinantes propterea quia leuiter credūt, magis quàm scientes præter existimationem suam agent: scientia ab opinione nihil differet. nōnulli enim sunt, qui nihilo minorem ijs quę opinantur, quàm alij ijs quæ

ris pecuniæ. nisi enim in istis esset continentia, esset delectabile præsens ex ipsis electum apud vnumquemq;. D. Quoniam autem ex arbitratione occulta, quæ non est scientia, sed opinio vel putatio, interdum fit continentia, tunc non est in hoc diuersitas: eò q; multi ex habentibus arbitrationes, qui sunt putationes, non dubitant in eo quod videtur eis de hoc: immo putãt q; illud quod apud eos est scientia, fit veridica. & propter hoc inuenimus ex istis qui operãtur amplius, quàm operatur habens scientiam. Si ergo habentes putationem cũ hoc q; operãtur plus quàm operetur sciens, eò q; credulitas ipsorum non est minor credulitate scientis, interdum faciunt diuersum eius quod vident, intendo q; putant: tunc sciens interdũ facit diuersum eius quod scit. sed inuenimus plures in habentium putationes credentium q; sint scientia exquisita factêtes diuersum eius qd̃ putant: necessarium est ergo vt aliquis, apud quem est scientia: interdum agat diuersum suæ scientiæ. D. & istud est, qd̃ arguit talis vir Heraclitus, cuius fecit memoriam ex Antiquis in hoc, q; non continens sit scíes. D. Et tamen distinctio in hoc est, quoniam cùm habẽs scientiam dicatur dupliciter, vno modo de vtente scientia, altero de non vtẽte: vt sit malus ille, apud quem est scientia & non vtitur ea, nõ ille apud quem non est scientia penitus: manifestum est q; non continens vituperabilis est: eò q; habet sciam, & non vtitur ea. Scia ergo inuenta cũ incontinẽtia est scia dicta de non vtente, nõ de vtente: et etiam eò quòd sciens est equidem habens scientiam, quando fuerit et actu species syllogismi ambarum. veruntamen interdum habet ambas, & operatur secundum non scientiam. & hoc est, quando fuerit sciens propositionem vniuersalem vsu tantum, & particularem absq; vsu: propterea q; operatio non est nisi in particularibus. Et hoc, quoniam non est possibile vt ab vniuersali fiat operatio alicuius: eò q; quiddam eius in mẽte est, quiddam extra animam. propositio autem particularis est illa quæ agit, verbi gratia quoniã apud quem fuerit scientia q; res siccæ conuenientiores sunt omni homini, & non fuerit vsus propositione dicente q; ipse homo non recipiet res siccas: sed quando fuerit huiusmodi inuentũ hominẽ alicui, & dixerimus q; non est tractum diuersum scientię factoris: tunc aut dicemus de isto q; non habet scientiam, aut q; nõ facit diuersum suæ scientiæ. dubitatio ergo incidens in isto est quidem propter diuersitatem intẽtionum, de quibus dicitur nomen scientię. Iam ergo patet ex isto q; non est impossibile vt inueniatur actio diuersa scientiæ: & iam etiam inuenimus dispositionem scientialẽ in eis, qui non vtuntur ea, diuersificari donec mutetur de hoc. Et putatur nomen scientiæ dici modis aliis præter duos modos prędictos. videmus enim q; dispositio scientialis, quæ non est in vsu, diuersificatur in inuentione sua in vigilante & dormiente, & in demente & ebrio. Cùmq; sit sic, tunc secundum istum modum inuenientur dispositiones scientiales in dominis concupiscentiarum, qui non reguntur secundum suas scientias, vt iracundi & voluptuosi. & quædam dispositionum permutant corpora permutatione manifesta, quanto magis scientiam. & cum non fiat operatio à dispositionibus scientialibus sic se habentibus, manifestum est q; oportet credere q; dispositiones scientiales, quę sunt in eis, qui non continẽt se, taliter se habent intẽdo vt in ebrijs & dementibus. D. De hoc q; dicetur q; orationes virtutis sint ipsa virtus, nõ habemus signum penitus. etenim illos, quibus sunt istę occasiones ex ipsis vt desyderosos naturaliter inuenimus volentes ex his cum demõstrationibus super actiones virtutes, et introducũt exhortationes Empedo. & aliorum, quæ continent instigationes ad virtutes absq; hoc q; operẽtur aliquid ex his: eò q; ille qui operatur secundum hoc quod scit de virtutibus, indiget in hoc assuetudine, & non præparatur ei adeptio huius assuetudinis, nisi in tempore cui sit quantitas. Et cùm hoc totum sic sit, tunc oportet vt credamus quòd scientia apud illos, qui non continent se, est vt scientia illorum, qui succedũt occasionibus. D. Et forsitan patebit hæc intentio etiam, quãdo perscrutatum fuerit de hoc ex ipsis, q̃ dicta sunt in scientia Naturali. illic enim tam demonstratum fuit q; apprehensio, quæ est rationis, est vniuersalis, & q̃ est phantasiæ, est particularis, i. in particularibus: quorum melius est motiuum, eò q; bonum: & petus motiuum, eò q; delectabile solũ. duæ ergo opiniones sibi cõtradicẽtes sunt naturaliter. Quãdo ergo conueniunt ambę opiniones in re aliqua: intendo opinionem vniuersalem, quę est ex parte intellectus, & particularem quæ est ex parte concupiscentiæ: tunc oportet q; dicatur q; comprehẽsio conclusionis ex duabus opinionibus est secundum fortunam: eò q; earum conuentiõa per fortunam est: & oportet vt sit actio statim sequens comprehensionem cõclusionis. vt si apud nos fuerit opinio, quoniam expedit vt gustetur omne dulce: & cognoscamus per sensum, q; hoc dulce: statim gustabimus ipsum, dũmodo nõ sit aliquid prohibens. cùm vero fuerit opinio vniuersalis prohibens gustationem vt sciamus q; omne dulce mouet choleram: & fit apprehensio huius, ad quod immittur fiens per sensum, quoniam dulce mouens ad ipsum, tunc motio rationis erit hæc contraria motioni concupiscentiæ. quæ si vicerit, erit non continentia cum existentia scientię. Erit igitur non continentia interdum cum ratione, quando fuerit ratio conueniens concupiscentiæ: & interdum non erit, quando fuerit aduersans ei. et non continẽtia, quæ est contraria per se opinioni sanæ, est illa, quę fit ex parte concupiscentiæ solum: illa vero, quæ fit ex parte ambarum simul, intendo rationem et concupiscentiã, non est contraria rationi sanæ per se, licet per accidens. D. & propter hoc q; incontinentia fit, quando concupiscẽtia contraria fuerit opinioni vniuersali, non dicimus q; feræ habeant incontinentiam, cùm non sit eis apprehẽsio uniuersalis: & est quidem eis apprehensio particularis, & est phãtasia, & memoria. D. Cùm itaq; eũ, qui non continet se, iam uicerit concupiscentia ipsius: tunc quomodo est possibile ut sit sciens, nisi sicut dicimus in ebrioso et dormiente q; est sciẽs? et huic occasioni, quę est uictoria concupiscentiæ, non est terminus unus motus: oportet ergo ut requiramus notitiam eius à domino scientię Naturalis. Et propter hoc est, q; dicimus q; dominus huius occasionis, aut non scit propositionem maiorem, quæ est caput syllogismi, & causa actionum honorabilium: aut si scit, erit hoc per modum deficientem, donec nõ sciat qualiter non scit eam: sed loquitur cum ea, sicut loquitur ebrius sermones Empedoclis in stigatiuos ad uirtutes: eò q; non est ei scientia neq; opinio uniuersalis, ex parte cuius putat q; uniuersale similiter particulari: intẽdo q; non distinguit extremitatem maiorem & minorem in syllogismo: neq; ordinat in se ipso ordinatione vera ducente ad scientiam propter victoriam concupiscentiæ. Et ex hinc videtur q; dictio sit vera per aliquem modorum. etenim non sit hoc occasio ei, de quo putatur q; sciat scientia veridica: neq; in uenitur in scientia uenusta ista occasio. D. Hæc ergo ẽ̃ttas dictionis de eo, qui nõ cõtinet se cum scia & sine scia, & qualiter scit et non continet se, sufficiens est hic.

Nõ est posse vt ab vniuersali fiat operatio alicuius: eò q; quiddam eius in mẽte est, quiddam extra animam. propositio autem particularis est illa quæ agit.

*Circa quæ continens & incontinens versetur.* Cap. IIII.

IAm vero vtrum aliquis absolute incontinẽs sit, an omnes ex parte: et si sit, circa quę versetur, dicendum deinceps est. Circa voluptates



ptates quidem & dolores continentes & tolerantes, necnon incõtinentes & molles versari, pspicuũ est. Quoniã vero ex ijs, quę voluptatem afferunt, alia necessaria sunt, alia eligenda quidẽ per se, sed eiusmodi tamen vt excessum etiam habeant: necessaria quæ ad corpus spectant, cuiusmodi sunt alimẽtum, veneris vsus, ac cętera huiusmodi corporalia, circa quę temperantiam & intemperantiam constituimus: non necessaria, sed per se eligẽda, victoria, honor, diuitiæ, ac reliqua talia, quæ bona sunt & iucunda: eos qui in his præter rectam rationẽ quæ in ipsis est, absolute quidẽ incontinentes non dicimus: sed addentes pecuniarum, lucri, honoris, iræ incontinentes appellamus, & nõ absolute: vtpote diuersos, & qui ex similitudine dicãtur. Non secus atq; ille homo dicebat̃ qui in Olympijs vicit. illius enim communis ratio à propria parum distabat: sed diuersa tñ erat. Cui rei id signũ est, qd̃ incontinẽtia, non vt error tãtum, sed vt vitium quoddam, quod aut absolute, aut ex parte aliqua sit, vituperatur: horum autem nemo. sed illorum qui circa corporales fruitiones versantur, circa quas temperantẽ & intemperantem existere diximus, qui non ex electione, sed præter electionem & consiliũ excessus & iucũdorum sectatur, & molestorum fugit, famis videlicet, sitis, caloris, frigoris, cęterorumq; oium, q̃ ad tactũ gustatumq; spectant: is non cum additione, q; circa hæc scilicet sit, verbi causa irę, sed absolute tantummodo incontinens dicitur. Indicio illud est: nam intemperãtes circa has, non circa aliquã ex illis dicuntur. & propterea incontinentem & intemperantẽ, continẽtem item & temperãtem non ex illis quempiam in eodem constituimus, propterea q; circa easdem quodam modo voluptates, doloresq; eosdẽ versantur. quanq; hi circa eadẽ quidẽ vtriq; versantur, non tñ eodem modo: illi enim eligunt: hi non eligunt. Vnde magis intemperãtem eũ diceremus, qui vel nihil, vel leuiter cupiens & excessus sectatur, & dolores mediocres fugit: q̃ hũc qui propterea idem facit, qa vehemente cupiditate afficitur. quid enim faceret ille, si aut valida aliqua cupiditas, aut ĩ necessariarũ rerum inopia vehemẽs dolor incesseret. Quoniam vero ex cupiditatibus & voluptatibus aliq; sunt ex ijs, q̃ genere sunt honesta ac proba: nam iucundorum nõnulla natura sunt expetenda, alia his cõtraria, alia media, sicut prius diuisum à nobis est: vt pecuniæ, lucrum, victoria, & honor: in oibus porrò & talibus, & medijs, nõ quia afficiuntur, & cupiũt, & amant, vituperãtur homines: sed quia quo dam modo, afficiuntur, & excedunt. Iccirco quicunque præter rationẽm vel superantur, vel aliquid ex ijs quæ natura sunt honesta & bona, persequuntur. vt illi qui circa honorem magis quàm oporteat, studet, vel circa filios & parentes: bona enim hæc sunt, & qui circa ea studet, laudari consuerũt: sed in his tamen excessus etiam quidam est, siquis quemadmodum Niobe aduersus Deos pugnaret: aut erga patrem ita esset affectus, vt Satyrus qui patricola appellabatur. valde enim insanire videbatur. Nulla igit̃ circa hæc prauitas existit ob id quod dictũ est: propterea q; vnumquodq; per se est ex ijs quę natura sunt expetẽda: prauitatis tñ & fugiendi excessus ipsorum sunt. simili modo quoq; nec incontinentia, quippe cùm incontinentia non modo fugienda, verũ etiã ex ijs sit, quæ vituperatione digna habentur. ex affectus tñ similitudine incontinentiã adiũgentes circa vnumquodq; dicunt. vt malum medicum, malum histrionem, quem absolute malum nullo modo vocarent. Quemadmodum itaq; neque hic propterea quòd vnum quodque ipsorum non vitium, sed proportione simile est: ita videlicet etiam illic existimandum est incontinentiam & continẽtiam eam duntaxat esse, quæ circa eadem, circa quę temperantia versatur, & intemperantia. nam circa iram per similitudinem dicimus: vnde etiã addentes iræ incontinentem, sicut honoris, & lucri appellamus.

DIxit. Si aũt inueniatur incontinens absolute in specie vna aut in multis, tunc q̃ sunt illa vna, aut quæ sunt illæ multę, & de hoc loquamur. Manifestũ est aũt q; actiones eorũ qui continent se, & sunt tolerãtes siue patientes, & eorum qui non continẽt se, & sunt dissoluti vel lubrici, sunt circa delectationes & tristitias. Attamen quædam rerum, quæ faciunt delectationem & tristitiam, sunt de necessitate: & q̃dam earũ cum electione non necessarię: et quibusdã istarum est superfluitas, & quibusdam nõ, necessariarum aũt q̃dam sunt corporales, et q̃dam aĩales. corporales vt delideria, quę fiunt in nutrimento, & vbi q̃ proportionantur sensui tactus: de quibus diximus in præcedẽtibus q; circa ea est castitas et non castitas, vel temperantia & intemperãtia. Et aĩales necessariæ sunt, vt victoria, & honor, & diuitiæ. & istæ sunt necessariæ vno modo, & electiuę alio modo. De illis aũt, qui excedunt in hoc genere, intẽdo aĩale, q̃ritate & equale, non dicitur q; incontinentes absolute sint, sed q; incontinẽtes circa lucrum, aut honorẽ, aut victoriam, aut iram. & sic̃ non dicitur etiam de eis non continens, sm q; istæ species intrantes sunt sub nõ continente vniuersali: donec sit non continens intentio vna dicta de oibus istis speciebus. Deinde distinguitur vnaquæq; ab ipsis distinctione appropriate ipsam. & portior significationum super hoc est, q; non continens absolute nõ vituperatur per hoc, q; peccet in tactu tuo tñ: sed etiam pp hoc, q; iniurians sit sibi ipsi absolute: ideoq; vilipenditur ab oibus. Qui aũt proportionatur ab illa, intendo victoriam, lucra, & quod similatur eis, non est vilis apud quenq̃. Neq; etiam de eo, qui vitat delectationibus corporalib⁹, ad quas pro portione tur nõ castus, dicitur incõtinens, q̃diu requisierit res existi-

larantes necessarias, & fugerit res cõtristantes: vt sunt
tames, & sitis, & alia ab his, quæ proportionantur sen-
sui tactus & gustui: sed dicitur qdẽ incontinẽs in his, qñ
cõcupierit ex his hoc, quod est ab electiõe, vt colores
cõquinales varios, et multimodos sapores, cũ scia eius,
ꝙ hęc damnifera sunt, neꝙ dicitur incontinens in istis,
sicut dicitur in ira. absolute enim dicitur I istis: in ira ve
ro cũ determinatione: intẽdo incontinens irę. Et huius
signũ est, qñ incontinens in concupiscentijs proportio
natis sensui tactus & gustus dicitur dissolutus. & pp
hoc oportet vt ponamus non continentẽ & non castũ,
& castum & continẽtem in delectationibus et tristitijs
vnum & idem. & incontinẽs in istis etiam diuersificat.
quoddam enim est ex electione, et quoddã est ex victo
ria concupiscentiæ. Ideoꝙ dicimus, ꝙ nõ castus magis
est quis, qñ fuerit debilis concupiscentiæ: eò ꝙ nõ casti
tas qdem sit tunc ex parte electionis purę: & vt hoc est
fugere à contristabilibus paruis, & quęrere exhilarãtia
modica. qui vero desyderat vehemẽs desyderiũ, igno
scẽdum: & proprie, qñ acciderit ei hoc in rebus necessa
rijs. Et desyderiorum & delectationum qdam sunt bo
næ virtuosa absolute: eò ꝙ quoddã delectabile eligibile
est naturaliter: & quoddã contrarium huic, intẽdo ma
lum absolute: & quoddam inter hoc, vt desyderium lu
crandi diuittas, & honoris, & victoriæ, et quod simila
istis ex medijs. & hoc, qñ huiusmodi media nõ vitupe
rantur ſm suũ vniuersum: intẽdo ſm modũ quo sunt de
syderiũ pecuniæ, aut honoris: & vituperanť ſm modũ
superfluitatis et defectus. Et pp hoc oẽs, qui retinẽt se ma
gis q̃ oportet à desyderijs, & solliciti sunt i inquisitione
rerũ, q̃ sunt per naturam conferẽtes & bonę: vt illi qui
studiosos exhibẽt seipsos in ingressione honoris, & filio
rum, & pecuniæ: cõmendãtur & non vituperantur. ve
runtñ in hoc est excessus quis: vt in regibus, q occidũt
filios suos, vel patres causa ingrendi principatũ. Cũqꝫ
sic sit, tũc non est vnũ ex istis ſm vniuersum naturę suę
malum: malitię aũt naturaliter sunt illę, à qbus fugitur
ſm vniuersum ipsarũ, & sunt in fine vituperationis. &
ſm nõ castitas vel intemperantia non est qdem solũ ex
his, à qbus fugiendũ, sed ex vituperabilibus: verũtamẽ
postq̃ fuerit excessus i istis ens passio, ſm ꝙ nõ oportet
dicij de ipso absolute nomẽ non virtutis, intendo mali-
tię. attamen nõ dicitur nomen istud, intẽdo nomen ma
litiæ, de vnoquoꝙ ex ipsis absolute, sed cũ determina-
tione. Sicut ergo nõ dicitur hoc nomẽ malitiæ, eò ꝙ sit
hæc malitia absolute, sed eò ꝙ sunt hic res proportiona
tę malitiæ: sic dicitur nomẽ malitię de excessibus istis
rebus, quarũ substãtia bonũ per modũ similitudinis &
ꝓportionalitatis. & ex quo sunt nõ continẽtia & nõ ca
stitas malitiæ absolute, est necesse vt sit continẽtia et in
continentia in rebus, in quibus inuenitur castitas et nõ
castitas. qui aũt non continet se circa irã, dicetur qdem
de eo nõ cõtinens ſm similitudinem nõ continentis cir
ca res, in qbus nõ est castitas. et pp hoc non absolute di
xerunt de ipso nomen incontinentis, sed dixerunt incõ
tinentem irę. & similiter fecerunt in honore & lucro: in
tendo in illo, qui est in excessu circa illa.

*Circa iucunda præter naturam non esse incontinen-
tiam, cuiusq. duas esse species.* Cap. V.

CVm aũt nonnulla iucunda natura sint,
atꝙ ex his alia absolute ac simplr, alia ꝓ
generibus animalium atꝙ hoium: nonnulla
vero nõ natura, sed partim ex lęsionibus, par-
tim ex cõsuetudine, partim etiam ob naturas
prauas huiusmodi sint: circa quoꝙ horũ sin-
gula inspicere similes habitus possumus. Di-
co autẽ ferinos: cuiusmodi erat ea mulier, quæ
grauidarum ventres rescindere, atꝙ inde fœ-
tus comedere consueuisse inquiũt. vel ea, qui-
bus aiũt quasdam efferatas circa Pontum na-
tiones oblectari. alios enim crudis, alios huma
nis carnibus vesci, alios sibi inuicem infantes
ad epulandum mutuare perhibent, vel quod
de Phalaride dicitur. Atꝙ hi quidem ferini ha
bitus sunt. alij vero nonnullis ex morbo & in
sania contingũt: vt illi, qui matrem mactauit,
& in cibum sumpsit: qui item conserui secur
comedit. alij item morbosi sunt, vel ex consue
tudine: vt pilorum euulsiones, vnguĩ rosio-
nes, carbonum etiã & terræ comestiones: prę
terea venereorum vsus cum maribꝰ: id quod
tum natura, tum consuetudine euenit, quem-
admodũ illis qui à pueritia cõsueuerunt. Qui
buscunqꝫ igitur in causa est natura, eos incon
tinẽtes appellaret nemo: sicut neꝙ fœminas,
ꝙ non subagitent, sed subagitentur: simili mo
do neꝙ eos qui ex cõsuetudine morbose sese
habent. Ac cùm habet quidem vnumquodꝙ
horũ quispiam, vitij terminos excedit, perin-
de atꝙ immanitas acferitas: cùm habet tamẽ
& vel superat, vel superatur, ea neꝙ continẽ-
tia absolute, neꝙ incontinẽtia est, sed ex simi-
litudine. sicut etiam ille qui circa iram affectus
est, non incontinẽs, sed hoc modo affectionis
incontinens dicendus est. Omne enim exce-
dens vitium & imprudentia, & timiditas, et in
temperantia, & acerbitas partim ferinum est,
partim morbosum. Qui nanqꝫ talis natura est
vt oia timeat, etiam si mus obstrepuerit, ferina
is timiditate timidus est. quidam etiam felem
ex morbo timebat. ex imprudẽtibus item qui
irrationabiles sunt, et sensu tantũmodo viuũt,
ferini habentur: cuiusmodi nonnullæ longin
quorum Barbarorũ nationes sunt. Qui autẽ
ex morbo aut comitiali, aut insania idẽ faciũt,
morbosi sunt. Fieri vero põt vt ex his aliqua
interdum quispiam habeat tantum, & non su
peretur. quemadmodum si Phalaris cupiens
infantem edere, se cohibuisset: vel ad venereo
rum nefariam voluptatẽ incitatus, quispiam.
fit etiã, vt non solũ habeat hæc aliqs, verũ etiã
superetur. Quemadmodũ igitẽ prauitas, q̃ hoi
conuenit, absolute prauitas dicit, q̃ vero cum
additione appellatur, nõ absolute, sed ferina,
vel morbosa prauitas vocatur: eodẽ modo et
se incontinentiã patet aliam ferinam, aliã mor
bosam. absolute vero solam eam, q̃ intẽperan
tię humanę correspondet. Incontinentiã itaqꝫ
& continentiam circa ea tm̃ versari, circa quæ
intemperantia & temperantia, circa alia vero
aliam incontinentię speciem esse, quę non ab
solute, sed per trãslationẽ ita dicatẽ, pspicuũ est.

Dixit.



DIxit. Et cum delectationum q̃dam sint per naturã
& q̃dam non sic: & quæ per naturam quædam in
ueniuntur sic absolute, intẽdo vniuersirati animalium
& hominibus: & quædam appropriantur quibusdam
speciebus afalium & modis hoium: & non per naturã,
quædam propter amentiam & ęgritudinem, & q̃dam
propter consuetudinem, & quædam propter naturam
malam ferinam: tunc manifestũ est ꝙ dispositiones ma
læ contrariæ sunt speciebus istarum delectationum, &
ꝙ ipsæ superfluunt per superfluentiam istarum rerum:
intendo inueniuntur ſm earum naturalitatem. D. Et
intelligo quidem per delectationes ferinas, vt illius de
qua narratur ꝙ scindebat ventres prægnantium, et co-
medebat embryones. & vt dicunt ꝙ quidã hoium fa-
cti sunt syluestres in confinio talis villæ, scilicet Ponti,
quorum qdam amabant comestionem carnium cruda
rum, & qdam carnium humanarum, & quidam inuita
bant vicissim quosdam ad conuiuia facta ex embryoni
bus filiorum suorum: intendo ꝙ inuitabant et reinuita
bantur. D. Oia igitur hæc facta feralia sunt & lupina:
& quædam eorum fiunt propter ęgritudinem & amen
tiam, quæ aiũt propter amentiam, vt quod narratur de
viro, qui amens factus comedit matrem suam: & de al
tero, qui comedit hepar socij sui. quę vero propter ęgri
tudines & assuetudines sunt, vt delectatio ex depilatio
ne capillorum, & pcisione vnguĩ, & comestione car-
borum & luti. D. & de istis est concubitus masculo-
rum. etenim hoc accidit quibusdam hoium ex parte na
turæ malę, quibusdam vero ex parte consuetudinis: vt
illis qui consueuerunt incarcerationem statim à pueri-
tia. Dixit. De illis ergo, quibus causa est natura mala,
nemo dicit ꝙ incontinentes sunt. & similiter qbus ęgri
tudo causa est victoriæ horũ desyderiorũ super ipsos,
nemo dicit ꝙ sint incontinentes, cùm non sit de natura
ipsorum vt sint continentes: sed sunt res aliq̃. quèadmo
dum nõ dicitur de feris vel lupis ꝙ sunt incontinentes,
eò ꝙ comedũt carnem crudam. omnes enim istisunt in
malitia egredientes terminum, sicut est ferina. et ꝓpter
hoc non oportet vt dicatur incontinẽs de omni eo, qui
non possidet seipsum in huiusmodi desyderijs. Et hoc,
qñ omnis stultitia superflua, & timiditas superflua, &
non castitas vel intemperantia superflua, quædã est na
turalis, & quædam ægritudinalis. Timiditas qdem na
turalis, vt eius qui timet oia. quidam enim istorum ex-
pauescũt vocem muris, qñ clamauit, qualis est timidi-
tas feralis: et quidam eorum expauescunt propter cau-
sam ægritudinalem. & vtr ista desyderia egredientia à
natura inueniuntur in stolidis, qbus non est intellectus
naturaliter, & non viuunt nisi sensu vt habitatores ex-
tremitatum habitabilium: intendo distãtiam meridio-
nalem & distantiam septẽtrionalem. & hoc aut per na
turam, aut ꝓp illud, qđ accidit eis pluries ex causis ęgri
tudinalibus inducentibus ista desyderia, vt epilepsia et
mania. D. Et forte potẽ est vt aliquid istorum desyde
riorum egredientium à natura sit in homine aliquo, qui
retinebit se ab eis, ita vt nõ vincãt ipsum: vt contingit
viro famoso apud ipsos, qui desyderabat comestionẽ
infantis, & tñ retinebat se ab ea. & vt contingit in mul
tis hoibus, qui desyderant concubitus fœdos, & tñ re-
trahunt se ab eis. & fortuitu non erit potẽ eis, in quibus
fuerint huiusmodi res vt contineant seipsos. Cùm itaqꝫ
istud sic fuerit, dicetur de quibusdã malitijs q̃ sint ma-
litiæ absolutæ, & sunt naturales: & de quibusdã ꝙ sint
ferales, propter earum augmentum & superfluitatem:
& de quibusdam earum ꝙ sint ęgritudinales: & vtr nõ
dicitur nomen malitię ſm vnam speciem simplicem. et
cum nomen non virtutis, & malitiæ nomen significẽt
idem, manifestum est ꝙ nõ virtus dicitur de tribus spe
ciebus: aut absolute, aut ꝙ quædam feralis, aut quædã
ęgritudinalis. & quę dicitur absolute, est illa, quæ dici
tur non castitas vel intẽperantia: & est melior illis. D.
Quòd igitẽ incontinẽtia & cõtinẽtia dicunt de rebus, in
qbus est castitas, et i alijs rebus spẽs alię sunt incontinẽ
tię, de qbus dr̃ hoc nomen per modum trãsumptionis:
intẽdo ꝓ accõmodationẽ, tã patuit ex his, q̃ diximus.

*De incontinentia iræ, & voluptatum differentijs,
& vitio humano.* Cap. VI.

IAm vero minus turpem esse incontinen-
tiam irę, q̃ cupiditatum consyderemus. ira
enim audire qdem rationem videtur, sed non
recte tñ percipere, quemadmodum festini mi
nistri faciunt, qui prius q̃ oia quę dicuntur, au
diverint, excurrunt: deinde † ab actione aber- † a.l. a mſda
rãt: & canes quoꝙ anteq̃ inspexerint, an ami to.
cus sit quispiam, si strepitum tantummodo fe
cerit, latrãt: ita ira ob feruorem, celeritatemꝙ
naturæ, audiens quidem, sed non quid præci-
piatur, attendẽs, ad vindictam incitatur. nam
statim vbi ratio vel imaginatio contumeliam
aut contemptum esse ostenderit, ipsa quasi ra
tiocinando collegerit bellũ ei esse inferendũ,
indignatur. at cupiditas si tm̃ ratio aut sensus
suaue esse aliqd dixerit, ad fruitionẽ ei⁹ incita
tur. quare ira rationẽ quodã modo seq̃t: cupi-
ditas non seq̃t. turpior igit̃ cupiditas est. irę. n.
incontinens à ratione quodã modo vincitur:
hic vero à cupiditate, nõ à ratione superatur.
Præterea magis ignoscendum est, si quis natu
rales appetitiones sequatur: nam talibus etiã
cupiditatibus q̃ cões oibus sunt, & quatenus
sunt communes, venia magis dari consueuit.
at iracundia & acerbitas naturalis magis est q̃
cupiditates q̃ excedunt, & necessarię minime
sunt. quemadmodũ ille, qui se excusabat ꝙ pa
trem verberasset: nam hic, inquit, suum, & ille
item suum verberauit: & cõmonstrans infan-
tem, hic etiã inquit, vbi vir euaserit, me ipsum
verberabit: gentile. n. nobis hoc est. ille quoꝙ
qui trahebatur à filio, vbi ad ianuam deuentũ
est, desistere iubebat: nam se quoꝙ eousqꝫ pa
trẽ suũ traxisse. Adde ꝙ qui insidiosius agunt,
sunt iniustiores: iracũdus vero minime est in-
sidiosus, sed apertus, sicut etiã ira. at cupiditas
huiusmodi est, qualem etiã Venerem dicunt.
Cyprigenæ enim fraudes nectentis, & «
Zonam de pectore soluit, inquit Homerus, «
Hic fraus est, quæ vel prudẽtes decipit ipsos. «
Quare si iniustior & turpior incontinẽtia hęc
est, q̃ ea quę circa iram versatur: & absolute in
cõtinentia, & quodã modo vitiũ erit. Accedit
ꝙ dolore affectus cõtumelia vtiť nemo. Qui
aũt ex ira qspiã facit cũ dolore id facit: q vero
cõtumelia vtiť, cũ voluptate. si igit̃ ea sunt in-
iustiora ob q̃ indignari maxime cõuenit, incõ
tinẽtia quoꝙ cupiditatis eiusmodi erit: qppe
cũ in ira contumelia minime sit. incontinen-

Habitatores extremitatũ habitabilium vtuũt solum sensu.

Nomen malitię ꝙnõ dicitur ſm vnam speciẽ simplicẽ.

tiam itaq; cupiditatis ea q̃ circa iram exíſtit eſſe turpiorem: continentiã item & incontinentiam circa cupiditates & voluptates corporis verſari, manifeſtum eſt. Harũ aũt ipſarum differẽtiq; ſumẽdę ſunt. ſicut enim à principio dictum fuit, aliq; tam genere q̃ magnitudine humanæ ſunt ac naturales: aliq; ferinæ: aliæ ex læſionibus & morbis euenientes. ac circa harũ primas temperantia & intemperantia verſat: vnde beſtias neq; temperãtes neq; intemperantes dicimus, niſi per tranſlationẽ: & ſi quo alio modo omnino a ſaliũ genus aliud ab alio tum contumelia & ſalacitate, tũ voracitate differt. Non enim electionem, neq; rationem habent: ſed è natura non ſecus ac furentes hoies exceſſerũt. feritas aũt minus quidem cũ ꝑ vitiũ, ſed horribilius tñ malum eſt. quippe cũ nõ ſit corrupta, quemadmodũ in hoie optima pars, ſed deſit, & nõ habeat. Simile nãq; eſt perinde ac ſi inanimatum ad animatum conferre velimus, vtrum peius ſit. ſemper enim prauitas eius quod non habet principium: intellectus autem eſt principium: minus idonea ad nocẽdum eſt. Non ſecus igitur eſt ac ſi iniuſtitiam ad iniuſtum hominẽ quiſpiã conferat: vtrũq; enim aliquo modo peius eſt, millies plura eni mala homo malus ꝑ beſtia perpetraret.

DIxit. Nunc iurẽ dicemus de incontinentia, q̃ circa iram, quã minus fœda ea, q̃ circa concupiſcẽtiam. videtur. n. quẽ ꝓ iudia: aliquid a rõne itellectus: ſed nõ audit per totum. intendo ꝙ potentia irascibilis in diſpoſitione ire imaginem quã q; addam eius, qđ imperat potẽti ſimplicius ſed non totum. Habet ergo ſe in hoc ad modum ſeruus ꝓ ꝓpere. Vidam, qui anticipant hoc, qđ mandatur eis, inter ſcompetere percipiũt, peccãt ergo in hoc ergo dominos uos, & ad modum latrantium, cũ audiũt vocẽ, antequã cognoſcant an ſit vox amici an inimici. & cauta in hoc eſt, qñ ira ꝓpter calidratẽ naturę fugit & feſtinantiam vel velocitatem cũ audit aliquid a potentia rationali imperari ad vindictã, non diſcernit illud exquiſite, ſed ꝑtu inſit fines mãdati. etenim intellectus & ꝓhãtaſia ambę: ineſt ſunt rem irascibilem: quã ipſa meditatur, et vſi mundum oportunum ad vindictam, ſed vis irascibilis non accepta de vindicta illud, quod videtur intelle ſtus: ſed argumentatur oportere bellari contra oẽm mentientem huiuſmodi medicinam, & peruenire vſq; ad finem in vindictis. concupiſcentia autẽ ſtatim vt indicauerit intellectus aut ſenſus, q̃ hoc delectabile, conuertitur ad ipſum, abſq; hoc q̃ audiat et pensetur de hoc intellectus aliquid, intendo neq; parum neq; multum. ſ. omiſſo et qui eſt in vtraſcibili, irascibilis ergo ſimiliter modũ auditurix eſt aliquo modo ab intelle ctu, & ſequens ipſum quodammodo: concupiſcibilis aũt nihil audit ab ipſo, neq; ſequitur eũ. Amplius homo amplorem poteſtatem habet ſuper concupiſcẽtias naturales q̃ ſuper iram, magis ergo intrant ſub voluntatem, ſ. plus tantum in rebus voluntariis, q̃to magis & concupiſcentias naturales communes oibus hę ſuperant ſe admittere, ſm q̃ ſe ſuperant in communitate. D. & hoc qm̃ nõ apiſcentię ꝓprię difficiliores ſunt ſub ſuperationis. ira ergo magis naturalis eſt q̃ voluntaria: cõ cupiſcentia vero voluntaria magis q̃ naturalis: intẽdo ꝙ voluntas eſt victor ſuper eam q̃ natura, econuerſo ret in ira. et non eſt ſolũ ira naturalior concupiſcentia cõ, ſed etiam propria. & ideo cadit magis ignorantia circa iram q̃ circa concupiſcẽtiam propriam ꝓpter hoc, ꝙ ſit naturalis domino concupiſcentię, vt in illo qui ignoſcebat filio ſuo verberanti unique, ꝓpter hoc ꝙ ipſe etiam iam verberauerat patrem ſuum: & ꝙ filius filij ſui etiã verberaturus eſſet ipſum uentem ad ętatem, vt in illo, qui dicebat filio dehoneſtanti ipſum appropinquanti iam introitu portæ domus, hic ceſſa: nã hic ceſſauit ego à dehoneſtatione patris mei. Amplius qui magis latere quærunt magis iniuriantes ſunt irati: aut non quærunt latebras, concupiſcentiæ vero quærunt. D. & ꝓpter hoc cũ concupiſcentiæ proportionentur veneri, dictum eſt ꝙ ipſa proſternit natũ latenti et fraudulenta occaſione, & caput ipſum. Cùmq; res ſit ſm hæc incontinẽtia, quę de concupiſcentia dicitur, iniuſtior eſt & turpior, q̃ incontinentia, quæ fit in ira. & ideo irascens non eſt incontinens abſolute, ſed incontinens irę. D. Amplius, ſi ille, qui vituperat per iram, vituperat ꝓpter imperũ accidẽtem ei: qui aũt amore retrahẽdi, non vituperat niſi delectationis cauſa: tunc irascens ſimilatur querenti vltionem. ideoq; ſi ſit mouens iram iuſtã vt pluribus magis iniurians illo qui mouet iram, tũc erit incontinentia iuſta motor eius magis iniurians illo qui mouet ad concupiſcentiam iniuſtam. non autem ſe habet ſic res: eò ꝙ motor in cõcupiſcentia iuſta eſt iuſtus: ideoq; nõ eſt vituperatio irati detractoria: et eſt detractoria eius, qui incepit vituperationem. D. Quod ergo incontinens in concupiſcentiis turpior eſt incontinẽti in ira: & ꝙ incontinentia in concupiſcentiis & delectationibus corporalibus, patet ex dictis. D. Oportet aũt vt accipiamus ad diſtinguendum concupiſcibilia, & eam quibus eſt caſtitas. tam aũt dictum fuit ꝙ concupiſcentiarum q̃dam ſunt humanę naturales in genere et ſ̃tutate, & q̃dam ſerales, & q̃dam ægritudinales. & caſtitas & nõ caſtitas inuentuntur q̃dem in rebus naturalibus ex ipſis: ideoq; non dicimus de feris ꝙ caſtæ neq; ꝙ incaſtę, niſi per trãſumptionem nominis. D. & vlr ſpecies aſalis ferocis, ſ. quæ peſſima eſt in illo genere, aut peſſima in alio genere per id, qđ in eo eſt de ferocitate & mã ſuetudine, minus mala eſt in homine feroce: eò ꝙ aſal ferox non habet intellectum neq; eligentiam, homo aũt ferox habet. Eſt ergo malitia inuenta in hoie feroce vehementius contriſtans & tumoroſior: eo ꝙ cõtriſtatio ſit q̃dem ſm quãtitatem corruptionis boni: & bonum, qđ corruptum eſt in hoie feroce, melius eſt bono, quod corruptum eſt in alio aſali feroce. & hoc, qm̃ proportio boni, quod corruptum eſt in hoie, ad bonum, quod eſt corruptum in alio aſali, eſt ſicut proportio boni, qđ corrumpitur in aſiato ad bonũ quod corrumpitur in maſiato. ideoq; malitia, quæ eſt in aſiato, maior eſt ea quæ eſt in maſiato. & ſic̃ malitia q̃ eſt in rõnali, maior eſt ea q̃ eſt in irrationali. Et iſta cõparatio eadem eſt cõparatio iniuriæ feræ ad iniuriam hoís feralis. & qñ iniuria ſeralis nõ eſt multifaria, cũ non habeat principium intellectus: iniuria aũt humana habet principiũ intellectus: et ꝙ homo principium intellectus maius eſt neceſſario. & propter hoc, ſicut dixit, cõuenies eſt vt faciat ferox ex iniuria magis, eò ꝙ fera vicibus multis eſt.

### *De continente, incontinente, tolerante, & molli.* Cap. VII.

AT vero circa tactus guſtatusq; voluptates & dolores, cupiditates itẽ & fugas, circa quas intẽperãtia & temperãtia definita prius eſt, ita ſe habere quiſpiam poteſt, vt vel qbus pleriq; ſunt ſuperiores ab ijs vincaſ: vel ea ſuperet, quibus pleriq; ſuccumbũt. Ex his aũt qui circa voluptates verſatur, alter incõtinens, alter continens: qui circa dolores, alter mollis, tolerans alter dicitur. plurimorum vero habitus medij ſunt, licet magis ad deteriores declinent. Sed quia nonnullæ voluptates neceſſariæ ſunt, aliq; non neceſſariæ, & quadã tenus: exceſſus vero & defectus neceſſarij minime ſunt: et ſimili modo etiam circa cupiditates & dolores res ſe ſe habet: qui iucundarum rerum exceſſus vel cũ exceſſu, vel ex electione et propter ipſas, nullamq; aliam ob rẽ euenientem perſequitur, intemperans eſt. Neceſſe enim eſt hunc nõ eſſe eiuſmodi, vt eum pœniteat: quare eſt incurabilis: nam quẽ non pœnitet, incurabilis eſt. q vero deficit, eſt huic oppoſitus. qui eſt medius, temperans. ſimili modo quoq; qui corporis dolores, nõ quia ſit inferior & vincatur, ſed ex electione fugit. At eorum qui non eligunt, alter ob voluptatem, alter ob id ꝙ fugit dolorem ex cupiditate euenientem, ducitur: quare inter ſe differunt. vni cuiq; enim peior eſſe videretur, ſiquis aut nihil, aut leuiter cupiens turpe aliquid perpetraret: q̃ ſi vehementi cupiditate affectus idem faceret. item ſi non iratus, q̃ ſi iratus verberaret quiſpiam. quid. n. ageret, ſi in affectu eſſet conſtitutus? ideo intemperans incontinente deterior eſt. Ex ijs vero quos diximus, alter i mollitiæ ſpecie magis eſt: alter eſt incontinens. incontinenti aũt continens: molli tolerans opponitur. tolerare enim in reſiſtendo conſiſtit, continentia in continẽdo et cohibendo. diuerſum autem eſt reſiſtere & cohibere. non ſecus ac non ſuperari, & vincere, vthac cauſa continentia ꝙ tolerantia ſit expetibilior. Qui vero deficit in ijs aduerſus quæ pleriq; renituntur, & poſſunt: is mollis eſt, & delicatus: delicię. n. mollitia quędam eſt. qui, ſ. pallium trahit, ne ſi ipſum tollat, dolorem ſibi laborando creet: & dum ęgrotantem imitatur, miſerum eſſe non exiſtimat, cùm miſero ſimilis ſit. Parí modo quoq; circa continentiã & incontinentiã res ſeſe habet. non enim ſiquis vehementibus & modũ excedentibus aut voluptatibus, aut doloribus vincitur: id mirum eſt. quin ſi reſiſtens vincitur, venia etiam dignũ habetur: vt Theodecti Philoctetes à vipera morſus: aut Carcini in Alope Cercyon: & ſicut ij qui cùm cohibere riſum nitantur: in profuſum cachinnum erũpunt: id quod Xenophanto contigit. Sed ſi ab ijs vincitur, ijſq; nequit repugnare, qbus pleriq; poſſunt reſiſtere: atq; id non ex natura generis, aut morbo. Quemadmodũ apud Pertarũ reges mollities ex genere eſt: & ſicut fœmina à mari diſtat. Iocoſus quoq; eſſe intẽperãs videtur. ſed eſt mollis. iocus enim cũ ſit requies, relaxatio eſt. Iocoſus vero ex ijs eſt, qui in hac excedunt. Incontinentia alia temeritas, alia imbecillitas eſt. nam alij vbi conſultarũt, in ijs quę decreuerunt, ob affectum poſtea nõ perſtant: alij quia non cõſultarunt, ab affectu ducuntur. nonnulli enim, quẽadmodũ qui ſe prius titillarint, nõ titillantur: ita quoq; ipſi cũ præſenſerint, ac prœuiderit, ſeq; ipſos & rationem præexcitarint, ſiue iucundum, ſiue moleſtum quippiam fuerit: ab affectu non ſuperãtur. præcipue vero celeres, & atra bile affecti temeraria incontinentia ſunt incontinẽtes. alij enim ob celeritatem, hi ob vehementiam rationem non expectãt, propterea ꝙ prochues ad ſequendam imaginationem ſunt.

DIxit. Quòd autẽ delectationes & triſtitię, quę fiũt in ſenſu tactus & guſtus, intẽdo ꝙ inquiſitio & fuga, quę fiunt in iſtis rebus in ea in quibus ſit caſtitas & non caſtitas, tam determinatum in prœcedẽtibus huius libri. Et qui noſcatur ex his incontinẽs & continens, eſt is qui circa delectationes: qui vero nominaſ diſſolutus & tolerans, eſt is qui eſt circa triſtitias. & in vnoquoq; iſtorum duorum generum diſpoſitiones multę ſuperãt ſe in malitia, & ſuperant ſe oppoſita ipſorum etiam ſm hoc in bonitate. & hoc etiam ſm ſuperationem delectationis in ſeipſis. Et hoc qñ quædã delectationum ſunt neceſſariæ, & q̃dam in hora quadam: & malitia in iſtis eſt in additione & diminutione. & ſimiliter de triſtitijs inuentibus de neceſſitate malitia in ipſis eſt in additione & diminutione, qui autem ſuperfluit in inquirendo additiones rerum delectabilium ex electione ſua nõ propter rem accidẽtalem, talis eſt incaſtus. Cõuenies. n. eſt vt hunc non ſequatur pœnitẽtia ex proſecutione de ſyderiorum: ideo hic incurabilis eſt. qui enim non pœnitet ex proſecutione concupiſcentiarũ, inſanabilis eſt. qui vero deficit circa concupiſcẽtias neceſſarias, oppoſitus eſt et qui ſuperfluit ipſis. medius autem inter eos caſtus eſt, & ſimiliter qui fugit triſtitias vitæ voluntarie, non propter hoc ꝙ vincat ipſum illæ triſtitiæ, vtuperabilis eſt etiam. D. Fugientes autem res, quas non concupiſcunt, duobus modis ſunt: vnus ſequitur delectationes, alter fugit triſtitias. & ideo eſt inter eos diuerſitas. & eſt conueniens q̃ putetur de eo, qui facit turpẽ actionem quiete, & remiſſe abſq; concupiſcentia, q̃ in omnibus diſpoſitiõ bus ſuis peior ſit eo, qui facit actionem turpem propter concupiſcentiam vehemẽtem, & propter hoc ille, qui verberat abſq; ira, peior eſt eo qui verberat cum ira. et dignior ignoſcentia iſte eſt ille, qui verberat propter aliquam occaſionẽ vincentẽ ipſum. & cuius gratia eſt incaſtus peior incontinente. eò ꝙ incõtinẽs victus eſt à deſyderio: & incaſtus eligit ipſum, præterq; vinceretur ab ipſo. Et vnus eorum, de quibus dicitur non continens, eſt diſſolutus, et alter nõ caſtus, & opponuntur ſitu. continens quidem non continenti & diſſolutus tolerant. & tolerantia aliud eſt à continentia: tolerantia enim refutatio eſt, cõtinentia vero refutatio. & refutatio aliud eſt à retractione, ſicut vincere aliud eſt à vinci. & propter hoc continentia dignior eſt q̃ tolerantia, intendo nobilior. D. Qui autem debilis eſt ad implendum ea, ad quorum repulſionem potentes ſunt plures hominum, eſt diſſolutus & lubricus. etenim lubricus eſt diſſolutus quis, vt illi qui requnt: aliquem, qui referat eius geſta omnibus horis ſuis quatenus non cadant in triſtitiam neq; laborem penitus. et vtilli, qui ſe aſſimilant ægris in exigendo tuitionationes & conſolationes. hi enim ægrotantes nõ confitentes

se sanos in aliqua horarū cū in oībus dispositionib⁹ suis, dissimilenť se illis, qui requirūt media. D. Et in contenēta & nō cōtinentia diuersitas in receptione ignoscētię, & receptione. nō enim mirū est, neq; à quo sit dissentiēdū vt indulgeat ei qui superatus est à cōcupiscentijs fortibus et tristitijs superfluis, vt quod indultum fuit tali, qñ non cōtinuit se tunc, cùm morsus fuit à vipera. et in hoc genus intrant illi, qui vincuntur à risu. Non indulgetur aūt ei, qui vincitur à rebus, super quorū repulsionem potentes sunt plures hoīum, cùm non vicerit eum per naturam propriam sibi: vt ī dissolutione, quę inuenitur in quadam gente & nō in alia: vt in dissolutione, quæ appropriatur fœminis & non masculis. D. Et videtur de iocoso q̄ sit non castus & lubricus. & iocus dignior est vt significet super hoc, q̄ dominus eius requirit quidem per ipsum recreationē, q̄ fit per iocum, qua significet q̄ dominus eius superfluus sit in requisitione recreationis. D. Et q̄dam incontinentia cum p̄udentia est: q̄dam autem absq; ea. prudentes q̄dem sunt illi, qui versant consilium, et percipiunt rectū, posteq̄ dimittunt ipsum, & sequuntur passiones. debiles aūt ad p̄ssionem sunt illi, qui sequūtur passiones absq; eo q̄ vtātur consiliatione. & continentium q̄dam sunt qui continent se propter opinionem rectam, vt illi qui non gargarizant in principijs passionum gulæ, eò q̄ iam reperti sunt q̄ gargarismus non proficit in illa hora: et q̄dam ipsorum sunt, qui cōtinent se propter quāc̄unq; leuem ęstimationem superuenientē eis. D. & illi qui sunt nō continentes cū p̄ssione, sunt q̄bus dominatur cholera nigra, et enim q̄dam istorū p̄p velocitatē q̄ est in eis: & q̄dā eorū p̄p voluptatē nō sequuntur rōnem: intendo nō auscultant ad hoc q̄d mandatis, & sequūtur phantasiā.

*Quæ incontinentis & intemperantis differentia sit.* Cap. VIII.

AT intemperās sicut dictum est, non est eiusmodi, vt eū pœniteat, perstat enim in proposito: sed incontinētem quodam modo pœnitet. quo circa nō sicut dubitauimus, ita ese res habet, sed hic facile potest sanari, ille incurabilis est: quippe cùm prauitas ex morbis aquę inter cutem & tabi: incontinentia commutabilibus perq; similis sit. illa enim continua, hæc nō continua improbitas est. atq; omnino diuersum est incontinentiæ & vitij genus: vitium enim latet, incontinentia nō latet. Ex ijs autem ipsis illi qui exturbātur, meliores sunt, q̄ qui rationem habēt, atq; in ea non persistūt. à minori enim affectu superantur: et nō incōsulti vt alteri sunt. nam similis incontinens est ijs, qui & cito, & pauco vino, & pauciore etiā q̄ plerię inebriantur. Incontinentiam igitur non esse vitium manifestum est: sed quadā ex parte fortasse. hęc enim præter electionem, id ex electione est. sed i actionibus tñ habet similitudinem. quemadmodū Demodocus in Milesios dicebat: Milesij sané non sunt quidē imprudentes: sed ea tñ agunt, quę imprudentes solent: sic incontinentes licet iniusti non sint, iniuste tñ agunt. Quoniam vero alter talis est vt nō ex eo q̄ persuasus sit, voluptates corporis supra modum, & præter rectam rationem sequatur: alter autem persuasus est, quia est talis vt eas sequatur: illi dissuaderi facile potest: huic non potest. Virtus enim & prauitas principiū altera corrūpit, altera conseruat. in actionibus aūt principium illud est cuius causa res fit, sicut in mathematicis suppositiones. nam neq; illic ratio est quę doctrinam tradat principiorū, neq; hic. sed virtus vel naturalis, vel assuetudine comparata recte opinādi circa principium præceptrix est. Ac temperās quidem huiusmodi est: huic vero contrarius intemperās. est etiam quidam qui ex affectu è recta ratione exturbatur: quem sané superat affectus, vt ex recta ratione minime agat, non tñ ita superat, vt talis euadat, qui eiusmodi voluptates effuse sibi esse sectandas p̄suasum habeat: atq; hic est incontinens, qui intemperante melior est: nec est absolute prauus: quippe cū in eo id q̄d optimum est, i. principium ipsum conseruetur. contrarius huic alius est qui p̄sistit, neq; ex affectu exturbatur. Hinc igitur alterū prouum, alterum prauum esse habitum patet.

DIxit. Incastus ergo, quēadmodum dictum est, non pœnitens. & pp hoc non est incontinens incastus: eò q̄ incontinēs pœnitens est. vnt ergo nō est curatio, & est ille cui non est pœnitentia: alius autem sanabilis est. D. incastitas itaq; similatur ægritudinibus incurabilibus, vt tympaniti & phthisi: incontinentia vero curabilibus, vt causis doloris capitis. & vīr quidē genus incontinētis aliud est à genere incasti. incastus enim occultat incastitatē suam, cùm incaste agat ex proposito & electione: incontinens autem non est possibile vt occultet: est enim quasi victus ab illecebra. Et illi, quorū incontinētiæ causa est debilitas intellectus eorum, meliores sunt eis, in quibus salua est ratio, & non sequuntur eam. et hoc, q̄m illi, qui sunt debilium intellectuum, ducuntur à minore accidēte passionis, quod accidit ipsis, & non prævident & percipiunt rectam rationē. & vīr incontinens quidem similis est ei, qui inebriatur à modico vino propter debilitatem cerebri sui, & nō similatur ei qui inebriatur ex eo, ex quo inebriātur plures hominum: intendo q̄ incontinens vincibilis est à modica passione propter debilitatem intellectus sui: quemadmodum debilis cerebri vincibilis est à pauco vino propter debilitatem cerebri sui. Incontinens ergo non est malus absolute, sed est fm dimidiam malitiam: cùm sit quiddam actionis eius per electionem, & quiddam nō per electionem: intendo q̄m vincibilis est à passione, & sibi indulgetur incontinētię eius, qui paucæ est experiētiæ. & pp hoc huiusmodi non iniuriantur fm veritatē, licet faciant actiones iniurię: intendo incontinentes pp paucā experientiā. Cùm itaq; qui talis est, nō sit vt ille, qui vertitur delectationibus corporalibus superflue, & in comparatione non recta, i. corrupta, & est incastus, tunc posse est vt agat actum virtutis, narrādo sciam suā ex parte experientię & sufficientiæ persuasiuę: intendo eum, qui perpetrat mala propter modicam experiētiā: incasto aūt nō est hoc posse. Ideo non seiungitur virtus a malitia, nisi ex parte sanitatis principij speculationis & corruptionis ipsius. & hoc, q̄m principiū in virtute, tarum est, & in vitio corruptum. et intendo per principium rem, propter quam est actio: & est illud, quod habetur ex rebus operabilibus habitudine terminorum & principiorum ex rebus mathematicis: & non est ratio verax, intendo eam, per quam acquiritur opinio



nio recta effectiua boni: sed effectiuum boni est virtus naturalis & sensualis. & hoc, quoniam virtus sensualis causa est sanitatis opinionis: & natura causa est virtutis voluntariæ: & actionis virtuosæ causa sunt istæ duæ: intendo virtutem & opinionem rectam. Et propterea ille, qui facit bonum inuentum in delectationibus et tristitijs cum virtute et opinione sana, est castus. & contrarius et incastus est: intendo eum, qui facit malum, quod est in delectationibus & tristitijs cum malitia & opinione corrupta. & forsitan aliquis hominum diuertit à ratiocinatione sana, quæ videtur et à ratiocinatione corrupta, quæ apparet ei propter occasionem, quæ est in ipso; intendo fortitudinem concipiscentiæ, vt q̄ ducat ipsum hoc ad opinandum q̄ oporteat eo re quirere delectationes inuerecunde & vt, & ad non consyderandum exigētiam legis circa illud. & hic quidem etiam est incontinens, & magis ignoscendum est et q̄ incasto, eò q̄ incastus natura facit actiones incasti propter ratiocinationē peruersam, quā videat in his actionibus ex parte occasionis, q̄ fit in ipso: sed facit eas propter malitiam. & hac de causa est species hæc non continentiæ melior non castitate. neq; est malitiosa simpliciter, eò q̄ principium actionis ipso saluum est & bonū: intendo rationem. & est quidem victus ab occasione. & inuentur species alia oppositi ei, & est ille qui constans est: & non recedit ab eo, quod videtur ei de recto pp occasionē. Et manifestū est q̄ hęc dispositio virtuosa est, & cōtraria ei⁹ virtuosa: q̄uis nō sit virtuosa simplr.

*De continentis & pertinacis conuenientia et differentia.* Cap. IX.

VTrum igitur continēs is est, qui in quacunq; ratione & qualicunq; electione, an qui in recta tantum persistit? vtrum item incontinens, qui in qualicunq; & ratione & electione perstat, an qui in falsa ratione, & nō recta electione permanet? nunquid ex accidēti in qualicunq; per se vero in vera ratione, & in recta electione persistit alter alter non persistit: nam siquis illud ob hoc eligit & sectatur hoc per se: prius illud ex accidenti sectatē, atq; eligit: per se autem simpliciter & absolute appellamus. Quare fit vt quodam modo in qualicunq; opinione: absolute autem in vera alter perseueret, alter non perseueret. Sunt autem nonnulli in opinione perseuerātes, quos per tinaces vocant, vt obstinati, & qui non facile dissuasionem admittunt: qui similitudinē quidem cum continente quandam habent, sicut prodigus cū liberali, audax cum forti: diuersi tamen in multis sunt. continens enim ex affectu & cupiditate non immutatur: nam cùm inciderit, suasioni obtemperans est: ille non à ratione. cupiditates enim admittunt pleriq;, atq; à voluptatibus ducuntur. Ac sunt quidem pertinaces qui suæ sunt sententiæ homines, & meruditi, & rustici. atq; hi quidem suæ sunt sententiæ, ex voluptate & dolore: gaudent enim cùm vincunt, si nō dissuasi fuerint: dolent contra si sua, perinde ac sint decreta, irrita fuerint effecta. vt hac ratione incontinenti magis, quàm cōtinēti similes sint. Sed sunt etiam quidam qui in ijs quæ decreuerunt nō perstant, neq; tamen ob incontinentiam: vt in Philoctete Sophoclis Neoptolemus. atqui is ob voluptatem quidem, nō persistit: sed honestum erat. verum enim dicere ipsi erat honestum, cùm ad mentiēdum ab Vlysse fuisset persuasus. non enim omnis qui ob voluptatem quippiam agit, intemperans est, aut prauus, aut incontinens: sed qui ob turpem voluptatem agit. Cùm autem sit quidam etiam talis, qui corporalibus minus quàm oporteat oblectetur, neq; in ratione tamen persistat: inter hunc & incontinentem medius continēs est. incontinens enim in ratione non persistit, quia magis quàm oportet: hic, quia minus q̄ oportet, quippiam sectatur. at continens persistat, & ob neutrum immutatur. Si continētia vero honesta est, vtroq; hos contrarios habitus esse pratios, sicuti etiam videntur. necesse est. quia tamen alter ex his in paucis, et raro solet reperiri: fit, vt, quemadmodum temperantia intemperantiæ esse contraria tantum videtur, sic incontinentiæ continentia esse videatur. Cæterum quia multa dicūtur ex similitudine, consequitur, vt continētia temperantis quoq; per similitudinem sit. nam & continēs eiusmodi est, vt nihil præter rectam rationem ob corporis voluptates faciat: & similiter temperās. sed ille tamē prauas habet cupiditates: hic non habet: atq; hic est talis, vt præter rationem non oblectetur: ille vt oblectetur quidē, sed tamen non ducatur. Similes item incontinens et intemperās inter se sunt: qui quidem, cùm sint diuersi, vtriq; corporis voluptates sequuntur: sed alter oportere existimans, alter non existimans id facit.

DIxit. Et si continētia est dispositio bona, tunc quæritur an continens est ille, qui constans est in omni opinione recta, quam videt siue non rectam, an ille qui cōstans est in opinione recta. & similiter quæritur etiā de incontinente, an est ille, qui non est constans in quacunq; opinione, aut qui nō est constans in opinione recta. & tam dubitatum fuit de hoc in præcedentibus. et quando determinata fuerit res in isto, patebit q̄ continens per se est ille, qui constans est in re vera. & incontinens, qui non est constans in ipsa. incontinens autem fm quācunq; opinionem, & continēs fm quācunq; opinionem sunt continens et incōtinens per modū accidētis: intendo q̄ ipsi contigerit q̄ opinio sana sit, quæ videtur ei, est virtuosæ continentiæ: & quādo contigerit huius conuersum, est continentia in ipso, non virtus. & similiter in incontinente quod opponitur huic. & comparatur res rei fm veritatē, qui fuerit per se. erunt igitur tres modi: ille, qui constans est in quacunq; opinione. & oppositus huic, i. constans in quacunq; opinione. & medius inter eos, virtuosus videlicet: et est finis vt constans in opinione recta, & non constans in opinione falsa. D. Et eos, qui constantes sunt in quacunq; opinione, nominant eos homines fortes in proposito. & sunt illi, quorum difficilis est permutatio ab eo quod credunt, & recipiunt ex facili illud, quod primo proponitur

tur eis ex opinionibus. & iste assimilatur cõtinenti ſm veritatem, quem mediũ esse iam diximus. & eius similatio ipsi est sicut similatio prodigi ad magnificum, qui medius est inter prodigum & auarum: intendo q̃ hæc extremitas istorum est honorabilior extremitate et opposita, cùm propinquior sit medio. ideoq̃ continẽs ſm opinionem omnem melior est incontinẽte ſm omnem opinionẽ. & est inter eos magna diuersitas. etenim continens ſm omnem opinionem non mutatur propter cõcupiscẽtiam & passionem, & vir est bonæ creditionis, obediens dicto rationis: qui vero fuerit incontinens in omni opinione, non obedit rationi, & sequitur omnes concupiscentias. D. & fortis quidem proposit, & cõtinẽtes ſm omnem opinionẽ sunt hoiẽs, qui habẽt proposita approbatum sibi: & non est apud ipsos cognitio. & isti sunt rusticolæ: intendo hoies rudes habitatores villularum. & sunt quidem isti propositum habentes proprium in delectatione & tristitia: ideoq̃ gaudẽt isti ex victoria sua super delectationem & tristitiam: et tristantur, quãdo vincuntur credulitas ipsorum, & ingreditur super eos dubitatio i opinionibus, de quibus credunt q̃ sint veruntq̃ . similiores ergo sunt contrariis q̃ incontinẽtibus. D. Sunt autem quidam hoium, qui non firmantur in eo qđ opinantur & credunt, non propter incontinentiam, intendo nõ propter delectationẽ vilem, sed propter delectationem nobilem bonam: vt ille, qui recedit ab opinione falsa, quam credebat, propter delectationem sui ex iectione veraci. ex hoc itaq̃ non est incastus, neq̃ malus, neq̃ incontinens ille, qui non firmatur ſm rõnem propter delectationem quãlibet, sed qui non firmatur propter delectationem turpem. D. Et cum polectur vt quidam hoium appetant delectationes minus q̃ oportet, & non firmãtur ſm rationem: intendo q̃ ſm rationẽ rectam, tũc ille, qui est ſm hãc dispositionem est inter continẽtem & incontinentem. & hoc qui incontinens, qui nõ appetit minus q̃ oportet, non firmatur in eo qđ et videtur vt in pluribus. incontinens autem, cuius appetitus minor est q̃ oportet, est quidem incontinens in paucioribus: intendo q̃ inconstans est in paucioribus. cõtinens autem est ille, qui firme consistit propter id, quod et usum fuerit, & nõ mutatur. Si ergo fuerit continens virtuosus, oportebit ut sint istæ duæ dispositiones contrariæ ciuiles. ueruntamen vna earum deterior est altera: nam vna earum est in paucis, & altera i multis. erit ergo malitia illa minus agens, & ultra plus. D. Et quemadmodum putatur de castitate q̃ sit cõtraria incastitatis: sic putatur de cõtinentia q̃ sit contraria incontinentiæ. D. & tamen nihil est cogens vt sit continens ipse castus, nisi nominetur continens propter similitudinem ſm q̃ nominatur mulier res nominibus multarum rerum propter similitudinem, quæ est inter eas, & modus dissimilitudinis, qui est inter istos duos est, qui continens & castus sunt ambo non facientes duerium eius, quod mandat facẽdum ratio & optimo rẽ ex passione a delectationibꝰ corporalibus. veruntamen differẽtia est inter eos, q̃ in continente inuitantur concupiscentiæ praues: nisi qđ rettinet ipsum i eis, & tristatur ex retentione: casto vero non est concupiscentia praua, & vnus eorum non delectatur ex retentionis gratia cõtristationis suę ex retentione concupiscentiarum, & est continens: alter autem delectatur ex retentionis, & est castus. Et quem admodũ continens similatur casto, ablq̃ hoc q̃ sit ipse castus. sic nõ continens similatur non casto, cũ ambo requirãt res delectabiles corporales. attamen inter eos etiam differen tia est: hoc, q̃ vnus eorum videt appetendum esse delectabilia corporalia, & fugiendũ esse a cõtristabilibus, & iste ſm q̃ videt de hoc: & alter facit hoc, & non videt illud, & est incontinens.

*Prudentiam & incontinentiam simul in eodem non esse. Cap. X.*

SEd neq̃ vt idẽm simul & prudens & incontinens sit, fieri vllo modo potest. qui enim prudens sit, eum simul & probum esse moribus demonstratum est. Adde q̃ non in eo solum q̃ cognoscit, est prudens quispiam, sed in eo q̃ est actuosus: incontinens autem actuosus non est. Callidum tamen esse incontinentem, nihil vetat. vnde etiam prudentes esse nonnulli videtur, qui sint incontinentes: propterea q̃ calliditas eo modo quo superius diximus à prudentia discrepat: estq̃ quãtum ad rationem spectat, proxima: quãtum ad electionem, diuersa. Neq̃ igitur vt cognoscens, & contemplans, sed vt dormiens, & vino oppressus. ac spõte quidem agit: quodam ẽnim modo cognoscit & quid, & cuius causa facit: prauus tamen non est: quippe cũ electio eius proba sit. quare semiprauus est, & non iniustus. non enim est insidiosus. Alter enim ex ipsis in ijs quæ consultaunt, non perstat: alter qui atra bile est affectus, ne consultat quidem omnino. Ac similis quidem est incontinẽs ciuitati, quæ omnia quidem quæ fieri debent, decernat, leges q̃ bonas habeat, sed eis tamen non vtatur: quemadmodum Anaxandrides cauillatus est: Nil iura curãs cõsulebat ciuitas: prauus vero vtẽti qdẽ legibus, sed malis, similis est. Versatur autem incontinẽtia et cõtinẽtia circa id quod multitudinis habitum excedit: nam alter amplius, alter minus perstat, q̃ multitudinis facultas sit. Atq̃ ex incõtinẽtijs sanabilior illa est, qua qui atra bile sunt prædicti, vti consueuerunt, q̃ ea quæ illorum est qui consultant, sed postea tamen in ijs quę consultarunt, non persistunt. incontinentes item ex assuetudine, q̃ ex natura sanari facili⁹ possunt: quippe cùm consuetudinem q̃ naturam immutare facilius sit. nam ob id quoq̃ consuetudinem mutare est difficile, quia naturæ perq̃ similis est: quemadmodum etiã Euenus inqt: Consuetudo quidem rerũ tractatio longa est: Quam procedentem naturam dicimus esse. Quid igitur continentia sit & incontinentia, quid tolerantia & mollities: quamq̃ hi habitus inter se rationem habeant, dictum iam est.

Consuetudinem q̃ naturam immutare facilius ẽ.

DIxit. Est aũt impoſe vt sit hõ prudẽs et incõtinens simul. tam. n. demõstratum fuit in tractatu pcedẽti q̃ prudẽs et virtuosus more vnus sunt. Amplius prudẽs qdem nõ est solũ prudens per scĩam, sed & per operationẽ: intẽdo vt sit opatio eius cõueniens fuę scię: incõtinẽtis aũt operatio nõ cõuenit suę scię. Astutũ vero nihil phibet incõtinentẽ esse. ideoq̃ putãt qdã hoium q̃ cõtingat incõtinentem prudentẽ esse. & hoc cò q̃ latet differẽtia, q̃ est inter astutũ et prudentẽ, ſm q̃ ante iam determinatũ est: intẽdo in præcedenti tractatu, & hoc, quoniam



quoniã vnum sunt in forma, & diuersificãtur quidem ex parte electionis. prudẽs nanq̃ nõ adinuenit semper nisi bonum: astutus aũt adinuenit & bonũ & malum. D. Et non refert inter eum qui scit & opatur per scientiam suam, & eum qui scit & non operatur, aut operatur & non scit, nisi sicut dormientem & vigilem, & sicut inter ebrũ, qui bibit de voluntate sua, & sobrium. ebrius ergo simjãt ei qui scit & nõ operatur per scientiam suam: operatur enim turpe & videt quòd turpe: sed dispositio ebrietatis facit hoc facile et. q̃ autem operatur absq̃ scientia est sicut dormiens. & ideo non est vnus ex istis malitiosus veraciter: eò q̃ quisq̃ istorum est bonus potẽtia et aptitudine: malitiosus autem non est bonus neq̃ potentia neq̃ actu. & propter hoc non est vnus duorum modorum incontinentium intuitiosus: intendo eum qui est incontinens propter priuationem scientiæ, & eũ qui est incontinens habens scientiam propter victoriam concupiscentiæ. neuter enim istorum fraudulẽtus est. intendo per fraudulentũ, qui facit iniuriam ex præconsiliatione & electione rõnali. vnus enim incontinentium est ille, qui incõstans est in opinione, quam videt: & alter mobilis vtilis in moribus, nihil præmeditans. D. Et similatur incontinẽs ciuitati, quæ habet leges nobiles, & non vtitur eis penitus, & malitiosus similatur ciuitati habenti leges iniquas, & vtenti eis. Incontinentia ergo & continentia, quando superexcedunt, ponunt habentes ſm dispositionem, in qua excedunt plures hominum: continens quidem superflue, eò q̃ eius continentia plus est q̃ plurium hominum: incontinens autem, eò q̃ eius cõtinentia minus est q̃ plurium hominum. Qui autem incontinentium citius curabilis est, est ille, cuius incontinentia est propter choleram nigram, cùm non pecceat ex præmeditatione & præiudicio, qui autẽ præmeditantur & præiudicant & non constant super iudicatũ, difficilius curabiles sunt, & similiter illi, qui incontinẽtes sunt propter assuetudinem, citius curabiles sunt illis, qui incontinentes sunt propter naturam. permutatio. n. cõsuetudinis facilior est permutatione naturæ. difficilis est enim in consuetudine, eò q̃ ipsa similatur naturæ. D. Ex hac ergo dictione demonstratum est quid continens & quid incontinens, & quid tolerans & qd dissolutus vel mollis, & qualis sit proportio istarũ dispositionum quarũdam ad quasdã. Et hic explicit postremum eius, quod dixit de intentionibus, quę appropriantur huic tractatui: neq̃ repetetur in alio ex tractatibus istius libri. loquitur enim in tractatu, qui est post hunc, de delectatione, et perserutatio de ipsa complebitur in postremo tractatu huius libri.

*De voluptate. Cap. XI.*

ATvero de voluptate & dolore contemplari eius est qui circa ciuilem facultatem philosophatur. is enim finis eius architectus est, ad quem spectãtes vnũquodq̃ tum malum, tum bonum appellamus. Præterea de his cõsiderare necessarium etiam est: quippe cùm virtutem moralem & vitiũ circa voluptates, & dolores cõstituerimus: & felicitatem pleriq̃ existere cum voluptate asserant: vnde etiam beatum à verbo χαίρειν quod est gaudere, μακάριον nominarint. Quibusdam igitur nũlla voluptas neq̃ per se neq̃ ex accidenti esse bonum videtur: non enim posse idem & bonum esse & voluptatem asserunt. alij nõnullas bonas, pleraſq̃ prauas esse opinantur. tertia sentẽtia præterea est, etiã si omnes sint bonæ, optimum tamen voluptatem esse nullo modo posse. Atq̃ omnino qdem nõ esse bonum propterea dicũt, q̃ omnis voluptas generatio est sensibilis in naturã nulla enim gnatio finibus est cognata. verbi causa nulla ædificatio domus est. Temperans præterea voluptates fugit. item prudẽs quod dolore vacat, persequitur, non quod iucundum est. voluptates etiam prudẽtiæ sunt impedimẽto. atq̃ eò magis, quò quis magis oblectatur. vt in venereorum voluptate cõtingit: in qua cõstitutus nemo intelligere quippiã potest. Huc accedit, q̃ voluptatis nulla ars est: cùm tamen bonum omne opus artis esse censeat. Adde q̃ pueri quoq̃ & bestiæ voluptates psequunt. Quòd aũt non oẽs esse probas dicant, propterea est, quia turpes etiam nonnullæ, & probroſæ, & noxiæ quoq̃ reperiuntur. quippe cùm morbosa sint quędam ex ijs quæ voluptate afficiũt. At nõ optimum esse voluptatem asserunt, ob id quia nõ finis, sed generatio est. Atq̃ ea quidem quæ dicuntur, huiusmodi sunt.

*Improbatio rationum de uoluptate. Cap. XII.*

ATenim nõ effici ex his vt voluptas aut bonum aut optimum non sit, hinc perspicuum erit: primum, quia bonum dupliciter, alterum enim absolute, alterum alicui bonum dicitur: & naturæ & habitus id sequentur: quare sequẽtur quoq̃ idem & motiones, & generationes. Quæ item esse prauæ videntur, absolutæ aliæ sunt prauæ, non tamen alicui, sed eligẽdæ alicui sunt: aliæ ne huic quidem, nisi aliquãdo, & paruo tempore, & non sunt eligendæ. quædam vero ne voluptates quidem sunt, sed videtur: quæcunq̃ cum dolore, & medicinæ causa existunt: cuiusmodi voluptates ægrotantium sunt. Præterea cùm bonum aliud operatio sit, aliud habitus: quæ in naturalem habitum constituunt, ex accidenti suaues ac iucũdę sunt, operatio autem est in cupiditatibus submõlesti habitus, ac naturæ. Nam sine dolore etiam & cupiditate voluptates existunt. vt contemplandi operationes, quæ minime indigẽtis naturæ sunt. Argumento id est, q̃ non eadem iucunditate oblectantur, dũ repletur natura, & dum constituta est: sed dum est constituta, ijs quæ absolute sunt iucunda: dum repletur, contrarijs etiam gaudẽt. accidit siquidem & amaris delectantur: quorum nihil neq̃ natura, neq̃ absolute iucundum est: quare neq̃ ipsę voluptates. sicut enim iucunda inter sese distant, ita

*v.l. defectũ.*

quoq̃

quoq; voluptates quæ ab ipsis euenĩũt. Adde ꝙ nõ est necesse, vt aliud quid melius voluptate sit, quẽadmodum nõnulli dicũt, finem ipsum gñationis: generatiões enim voluptates non sunt, neq; cum gñatione omnes existũt, sed operationes sunt & fines: neq; ex ijs quæ gignũtur, sed ex ijs quibus vtimur, efficiũtur. finis itẽ non omnium diuersum quid est, sed earum quæ ad naturę perfectionẽ deducuntur. Vnde sensibilem gñationem voluptatem esse dicere, nõ recte se habet: sed potius dicendum est, operationẽ esse eam habitus qui ẽm naturam est, & potius ꝙ sensibilẽ, impedimento vacantẽ. Videtur aũt ex eo generatio esse, qa proprie bonũ est: operationem enim gñationem esse existimant, cùm tamen diuersa sit. Nam ꝙ aiunt prauas eas esse, quia morbosa nõnulla sunt iucũda, idẽ de salubribus dicendũ esset. quędam. n. ex ipsis ad rem pecuniariam prauа sunt: vt hoc modo prauа ambo essent. at in hoc nõ sunt prauа: quippe cùm contẽplari quoq; quãtum ad sanitatem attinet, nocumẽtum interdum afferat. Neq; prudẽtię vero, neq; alicui habitui impedimẽto est ea quæ ab vnoquoq; procedit voluptas, sed alienæ. nam quæ a contẽplando & discendo proueniũt magis vt contemplemur, ac discamus, efficiunt. Nullam vero voluptatẽ artis vllius esse opus, ꝓbabiliter cõtingit: quippe cũ neq; alterius operationis vllius ars sit, sed facultatis. tamen & vnguentaria ars, & obsonatoria esse voluptatis videntur. Quòd autem tẽperans fugiat, & prudens dolore carentẽ vitam persequatur, ꝓsequantur itẽ tam pueri, q̃ bestię omnia eodẽ modo soluuntur. Nam quia dictum est quo modo bonæ absolute, & quo modo nõ bonæ voluptates omnes sint: tales pueri & bestiæ ꝓsequuntur: harumq; indolẽtiam prudẽs sectatur, quæ cum cupiditate & dolore existũt & corporis sunt: huiusmodi. n. sunt hæ: harum itẽ excessus ẽm quos intẽperans intemperans est. propterea temperans has fugit: nam etiam temperantis voluptates sunt.

*De uoluptatum speciebus.* Cap. XIII.

CÆterum dolor quoq; esse malum & fugiendum conceditur: atq; alius absolute malus, alius ex quodam modo impedimento est. fugiendæ aũt rei, quatenus est fugienda & mala, bonum cõtrarium est: bonum igitur quoddam esse voluptatem necesse est. Nam quẽadmodum soluebat Speusippus, non competit solutio. sicut malus minori & æquali, ita cõtrarium huic esse. non. n. idẽ quod malum aliquod voluptatẽ esse quispiam dixerit. Iam vero si nõnullæ voluptates sunt prauæ, nihil vetat aliquã esse optimũ: sicut scientiam aliquã, licet prauę quędã sint. fortasse vero etiam necessariũ est, siquidẽ vniuscuiusq; habitus operationes sine impedimẽto sunt, siue oĩum operatio sit felicitas, siue alicuius ipsorum, si impedimento vacet, eã esse maximè expetẽdam. hoc autẽ est voluptas. Quare efficitur, vt quædã voluptas optimum sit, licet multæ voluptates forte absolutæ prauę sint. ac propterea omnes felicẽ vitam iucundam esse existimãt: voluptatẽq; felicitati consentanee annectũt: quippe cùm nulla operatio quæ impeditur, ꝓfecta sit, felicitas vero sit ex perfectis. Ideo fit, vt ex corpis & externis bonis, fortunaq; ipsa insup indigeat felix, ne hæc impediant. Nã qui eum qui rota torquet, & calamitatibus magnis opprimit, si bonus sit, felicem esse dicunt: vel inuiti, vel sponte nihil dicunt. Quia vero insup fortuna indiget felix: idem esse nõnullis fortunæ prosperitas, & felicitas videtur: cũ tamen nõ sit: nam ipsa quoque cùm excedit, impedimẽto est. ac fortasse nõ amplius fortunæ prosperitas appellari iure põt: quippe cũ eius definitio ad felicitatem spectet. Quòd itẽ omnes & bestiæ & homines voluptatem sequuntur, id ipsum esse quodam modo optimum indicat.

Nõ prorsus fama illa perit, quã multa ꝑ orbẽ
Turba hominum celebrat. »
Sed qa neq; eadẽ natura, neq; idẽ habitus optimus aut est, aut videtur: neq; voluptatẽ eandem oẽs, voluptatem tamen oẽs sequuntur. fortasse ẽt non eam sequuntur, quam putãt, neq; quam dicerẽt, sed eandem. oĩa. n. natura diuinũ quid habẽt. Sed corporis voluptates nominis huius hæreditatẽ consequuntæ ex eo sunt, ꝙ sæpe in ipsas incidũt homines, oẽsq; earum sunt participes. vnde quia solæ notæ sunt, solas has esse opinantur. Perspicuum ẽt est, nisi voluptas sit bonũ & opatio, fieri non posse, vt iucũde felix vitam traducat. Cuius enim causa indigeret ipsa, si non est bonũ: sed etiam moleste viuere poterit. nã neq; malum neq; bonũ est dolor, si neq; voluptas. Quare cur fugeret: neq; igitur probi viri vita erit iucundior, nisi etiam ꝓ operationes ipsius sint.

*De corporis uoluptatibus.* Cap. XIIII.

AT vero de corporis voluptatibus considerandum illis est, qui nõnullas voluptates valde eligẽdas esse dicunt, illas videlicet quæ honestæ sunt, sed non corporales, & eas circa quas versatur intẽperans. Qui fit igitur, vt contrarij dolores prauі sint? malo etenim bonũ contrarium est. An ita bonę sunt illæ



illæ quæ sunt necessariæ, propterea ꝙ quod non est malum, bonũ est? An aliquatenus bonæ sunt? Habituum. n. & motuum, quorum melioris excessus non est, neq; voluptatis est excessus: quorũ autem est, est etiam voluptatis. at corporis bonorũ est excessus, & prauus prosequẽdo excessum, & non necessarias voluptates prauus est: oẽs siquidem & obsonijs & vinis & venereis quodam modo oblectantur, sed non vt debẽt. Contra in dolore. non enim excessum fugit quispiam, sed omnino fugit: quippe cùm excessui dolor contrarius minime sit, sed ei qui excessum persequitur. Quoniam aũt non tãtum opus est, vt verum dicamus, sed etiam oportet, vt falsi causam explicemus: hoc. n. ad fidem faciẽdam cõducit; nam cùm rationi consentanea visa fuerit causa, cur verum appareat esse, quod verũ non est: facit, vt vero magis fidẽ adhibeamus: iccirco dicẽdum est, qui fiat, vt corporis voluptates expetibiliores esse videãtur. Primum igitur, quia expellit dolorẽ: atq; ob doloris excessum excedẽtem voluptatẽ, quasi medela quędam sit, atq; oĩno corporis voluptatem persequuntur. medelæ autẽ vehementes fiũt: vnde eas etiam persequũtur, quia circa contrarium videtur. atq; ob duo hęc bonum nõ esse voluptas videtur, sicut dictũ est: quoniã aliæ prauæ naturę actiones sunt, siue ab ortu vt bestiarum, siue ex consuetudine, vt prauorũ hominum: aliæ sunt medelæ, quia sunt indigentis: melius ꝙ est habere ꝙ fieri: aliæ accidunt, dum perficiuntur. ex accidenti igitur probæ sunt. Adde ꝙ quia vehemẽtes sunt, illi eas ꝑsequuntur, qui lætari alijs nequeũt. ipsi siqdem sitis quasdam sibi prꝑarãt. quando igitur innoxiæ sunt increpatione vacat: quãdo noxiç, prauũ est. neq; enim habẽt alia quibus lætentur, & neutrũ habere pleriſq; molestũ est ob naturam. Semp enim laborat animal: quẽadmodum etiã naturales disputationes testantur, quæ videre & audire esse molestum affẽrunt. sed cõsueti iam sumus, vt inquiũt. similiter etiam in iuuentute ob auctionem perinde ac temulenti afficiũtur: & iuuentus iucundum qd est. Atra bile vero affecti, natura semper medela indigẽt. corpus. n. eorum ex temperatura semp mordetur: semperq; appetitu vehemẽti incitantur. voluptas autem & contraria & quæuis, modo sit vehemẽs, dolorem expellit. ac propterea intẽperantes ac prauі euadunt. Quæ autẽ sine dolore sunt voluptates, excessum nõ habẽt. atq; hæ natura, nõ ex accidenti iucũdarum rerũ sunt. Ex accidenti autẽ iucũda appello quæ medicinã afferunt: nam quia accidit, vt medicinã consequamur, dum id quod sanum subsiat, agit aliquid: propterea esse iucundum videtur: natura vero iucunda, quæ talis naturæ actionem efficiunt. Nulla autẽ res propterea est, quæ cadẽ semper suauis sit, quia simplex natura nostra minime est, sed institum diuersum quid etiam habet, quo est corruptibilis: vt si alterum quid agat, id alteri naturæ sit præter naturam. cùm vero adæquãtur, neq; molestum, neq; iucundum id quod agitur esse videat. Nam si alicuius natura simplex sit, ei semper eadem actio erit iucundissima. atq; iccirco Deus semp vna ac simplici gaudet voluptate. neq; enim motionis tantum, sed immobilitatis etiam operatio est: magisq; in quiete q̃ in motu voluptas consistit. At vero mutatio omnium res suauissima est, vt poeta inquit, ob prauitatẽ quandam. sicut. n. homo prauus mutabilis est: ita etiam natura, quæ mutatione indiget: non. n. est simplex, neq; proba. Ac de continẽtia quidem & incontinentia, & de voluptate & dolore: quidq; vnũquodq; horum, & quo modo alia ex ipsis sunt bona, alia mala, dictũ iam est. posthac vero de amicitia dicemus.

Deus semp vna ac simplici gaudet voluptate.

Voluptas in quiete magis q̃ in motu consistit.

# ARISTOTELIS
## MORALIVM NICOMACHIORVM
## LIBER OCTAVVS,
### *cum Auer. Exposi.*

SVMMA LIBRI.

*De amicitia, & eius speciebus. De amicis: ac de multis, quæ circa amicitiam & amicos sunt consyderanda.*

*De amicitia.* Cap. I.

POst hæc sequitur, vt de amicitia differamus: quippe quæ aut virtus quædam, aut cùm virtute est. Resq; est ad vitã maxie necessaria. absq; amicis enim viuere, licet cætera bona omnia supperterent, eligeret nemo. nã & diuites, & principatus, potestatesq; habentes maxime indigere amicis vident. Quid enim prodest eiusmodi prosperitas, si beneficium tollat, quod erga amicos & præcipue sit, & maxime laudatur? aut quo modo sine amicis custodiri, cõseruariq; possit: quanto. n. amplior, tanto etiam periculosior est. In paupertate etiam & reliquis infortunijs amicos esse vnicum refugium putant. Iuuenibus item cõducit ad id vt non peccẽt: & senioribus ad obsequium & ad defectum

Absq; amicis vita nemo eligeret.

actionum, ad quas ob imbecillitatem auxilio indigent: & ijs qui in statu sunt constituti, ad honestas res capessendas. Si bini simul ire parent. nam & ad intelligendum & agendū magis idonei sunt. Ineſſe etiam natura ei videtur quod genuit, erga id quod genitū est: ei item quod genitum est, erga id quod genuit; atq; id non tam in hominibus, q̄ in auibus, & pleriſq; alijs animalibus cōtingit: & ijs item quæ eiusdem nationis sunt, & hominibus præcipue: vnde humanos, id est hominum amatores laudamus. Quàm familiaris etiam atque amica res sit homini vnuſquiſq; homo, in erroribus quoq; conſpicere licet. Videtur etiam ciuitates cōtinere amicitia. & legislatores magis ipſi q̄ iuſtitiæ ſtudēt: concordia. n. eſſe ſimile quid amicitię videtur, quam illi maxime affectāt: ſeditionē vero, quæ inimicitia est, maxime expellūt. nam ſi ſint amici, iuſtitia opus non est: ſin autem ſint iuſti, amicitia indigēt. Adde q̄ id quod maxime ius est, eſſe amicabile videtur: neq; ſolum neceſſariū est, verum etiam honeſtum. amicorum. n. amatores laudamus. multorumq; amicitia vna quædā eſſe ex honeſtis rebus videtur. præterea nonnulli coſdē & bonos viros & amicos eſſe opinantur. Controuerſia autē de ipſa non parua est. nam alij ſimilitudinem quādam eam eſſe ſtatuunt, & ſimiles amicos. vnde ſimilem inquiunt ad ſimilem ire, & graculum ad graculum, & cętera huiuſmodi. alij e contrario figulos omnes tales eſſe inter ſe dicunt: ac de ipſis altius, & naturalius inueſtigant. Euripides quidem inquiens:

» Humentē amare pluuiam cū terra est arida,
» Cœlūq; ſacrum cum grauatū est imbribus,
» Telluris arentis cadere in ſinum appetere.

Et Heraclitus aduerſarium eſſe conferēs: & ex differētibus pulcherrimam coaptationem fieri: & omnia ex lite oriri. contraria vero his aſſerunt cum alijs: tum Empedocles, ſimile. n. ſimile appetere ait. Sed naturales dubitationes miſſas faciamus: q̄ppe quæ præſenti conſiderationi minime ſint accōmodatæ. quę autē humanæ ſunt, & ad mores affectusq; pertinent: inſpiciamus: vtrum videlicet inter omnes homines amicitia contingat: an fieri non poſſit, vt prauī amici ſint: vtrum item vna ſpecies amicitiæ an plures reperiantur. Qui enim vnam eſſe ſpeciem, ex eo opinantur, q̄ magis & minus admittit: non idoneo argumento nituntur: nam ea etiam, quæ diuerſa ſunt ſpecie, magis & minus admittere conſueuerunt. de quibus antea iam dictum eſt.

## DETERMINATIO OCTAVI TRACTATVS LIBRI NICOMACHIÆ ARISTOTELIS.

DIxit. Dictionē aūt in his quę præceſſerunt ſequitur dictio in dilectionibus, & modis eorum. dilectio etenim virtus est de noſtris virtutibus, & est de rebus neceſſarijs homini in vita ſua. et exiſtentia eius per ipſam nobilior eſt, cum hoc q̄ eſt neceſſaria et in vita. Fortaſſis enim nemo volet vitā abſq; amicis: intendo nemo ex illis, quibus ſunt reliqua bona, vt diuites, & rectores, et domini poteſtatū, & vniuerſaliter illi, qui in bona & venuſta diſpoſitione ſunt. et hoc, q̄n iſti vident q̄ venuſta diſpoſitio cupitur quidem ꝓpter benefacere famoſum, & notorium. Nam ſi non, tunc quidem quod remanet de venuſta diſpoſitione, quādo deſuit ex ea exhibitio beneficij famoſi & notorij, & benefacere notorium, fit quidem maxime erga amicos, et per amicos exiſtit homo precipue honoratus, & laudatus. et etiam qualiter eſt poſſibile vt ſit homo ſaluus abſque amicis. etenim quanto maior fuerit opulentia & excellētia dignitatis eminentior, tanto eſt ruinæ ſuſpicatio imminentior, & ſaluationis indigentia, quæ ab amicis eſt amplior. Et etiam videtur q̄ non ſit refugium in pauptate, & in cęteris calamitatibus ſortunæ niſi verſus amicos. Et amici ſunt adoleſcentibus refugium, & ducatus ad nō peccandum. & ſenibus ſubſidium in ſuis indigentijs & calamitatibus, & occaſionibus eis truſtibus ex defectu ſuarum operationū, & ꝓpter debilitatem ipſorum: & adiuuāt iuuenes in actionibus ſuis nobilius. nā duo, quando coniunguntur, ſortiores ſunt ad agēdum & intelligendum. D. Videtur autem quoddam genus dilectionum eſſe per naturā: vt habitudo patris cum filio. & iſtud genus dilectionis non ſolū inuenitur in hominibus, ſed in pluribus animalium. & de iſtis eſt dilectio, quæ inuenitur vni ſpeciei, & præcipue homini, & ex hoc laudatur amator hominū. eſtq; in hoc loco difficile, an poſſibile ſit vt omnis homo amet omnem hominem, & vt amicus ſit omni homini. Et videtur q̄ dilectio, quæ propria eſt ciuibus ad inuicem, honoratior ſit ea quæ propria eſt vni: & q̄ ſtudium legislatoris in cōmēſuratione huius dilectionis & firmatione eius ſit plus ſtudio eius in ponendo iuſtitiam & eius cōmēſuratione. & videtur q̄ conuenientia in opinione conſeruatio quædam ſit dilectionis. ideoq; maxime legislatores ad inducendum vnitatem opinionis & firmādum eam, laborantes ad remotionem diſſenſionum: eò q̄ diuerſitas in opinione inimicitia eſt. & quādo fuerint homines amici, nō indigent poſitione iuſtitiæ: quādo vero iuſti fuerint, adhuc indigent amicitia, non enim de neceſſitate diligentes ſunt: ſed eſſe iuſtos diligentes res eſt, per quam iuſtitia completior fit, & melior. D. Et quidam homines vident q̄ amicos eſſe bonos, ex vtrute amicitię eſt: intēdo q̄ amicum eſſe bonū est nobilius. & quidam vident q̄ amici & bont ſunt vnum & idem, i. omnis amicus bonus eſt: & omnis bonus amicus. Et in hoc eſt dubitatio nō modica. Iam quidā vident q̄ amicum eſt ſimile, & inimicum cōtrarium. & quidam vident econuerſo: & q̄ vterq; amicorum mouet alterum, & mouetur ab altero. Et Antiqui naturalium dixerunt in hac intentione dictionis cōtrarias ſententias. vna, quarum erat, q̄ agentia in inuicē ſunt conſimilia: vt dictū Empedoclis, q̄ ſimile appetit ſimile: & vt ſermo contrarius huic q̄ diuerſa æqualiter aptata ſunt, vt ex eis bona fiat comparatio. D. Attamen iſta dubitatio, & quod circa ipſam eſt ex difficilibus quæſtionibus,



ſtionibus, oportet vt relinquaſ in hac ſcientia: etenim est eſſentialis Naturali ſcientiæ. quod autē de iſtis quæſtionibus pertinet moribus & accidentibus animę inquirendum eſt in hac ſcientia: vt an poſſibile ſit q̄ omnis homo diligat omnem hominem, aut non eſt poſſibile vt dilectio ſit inter malos: & vt ſit perſcrutatio an ſpecies dilectionis ſit vna vel plures. Etenim qui putāt q̄ dilectio vnica ſit ſpecies, propter hoc, q̄ recipit magis & minus, non habent ſignum ſufficiens ex hoc: eò q̄ additionem & diminutionem recipiunt res diuerſæ ſecundum ſpeciem. & iam dicta eſt de hoc dicto in alto ab hoc libro.

### De amabili. Cap. II.

FOrtaſſe vero de his cōſtabit ſi amabile ipſum cognitum fuerit. quippe cùm non quodlibet amari videatur, ſed quod amabile eſt: id autem aut bonum, aut iucundum, aut vtile ſit. Vtile autem id eſſe videri poteſt, per quod bonum aliquod aut voluptas efficitur: ita vt bonum & iucundum amabilia ſint, vt fines. Vtrum igitur bonum amāt, an quod ipſis bonum eſt? diſcrepant enim interdū hæc. ſimiliter quoq; circa ipſum iucundum. Videtur autem quod ipſi bonum eſt, amare vnuſquiſq;: & eſſe quidem quod abſolute bonum eſt, amabile: cui vero, qd' cuiq; eſt. at amat vnuſquiſq; non quod ipſi eſt bonū, ſed quod apparet: ſed id nihil refert. nam amabile apparens erit. Cū tria vero ſint, ꝓpter quæ amāt homines, de inanimatorum amore amicitia minime dicitur: q̄ppe cùm neq; redamatio, neq; volūtas boni illorum vlla ſit. ridiculum enim eſſet fortaſſe, ſi vino q̄ſpiam bona velit: nam ſi modo aliquid eſt, ſaluum eſſe illud vult aliquis, vt ipſe habeat. Amico autem inquiūt bona velle oportere illius cauſa: eosq; qui ita bona volunt, ſi non idem ab illo exiſtat, beneuolos dicūt. beneuolētiam enim in mutua affectione amicitiam eſſe. An addendum eſt non latētem. nā multi beneuoli ſunt ijs etiam quos nō viderunt: quos ſcilicet putant modeſtos eſſe, vel vtiles. quo etiam modo illorum quiſpiam erga hos affici poſſet. ac beneuoli quidem eſſe inter ſe hi videtur: amicos autem eos qui quo modo inter ſe affecti ſint, ignorant, appellare quis poſſet? Oportet igitur, vt beneuoli mutuo inter ſe ſint, velintq; bona ob vnum aliquid ex ijs, quæ dicta ſunt.

DIxit. & forſan patebit hæc intentio quādo ſcitum fuerit an amatum vnum ſit, an plura. patet enim q̄ nō amatur omnis res, ſed amatur quidem amatum tantum: & q̄ amatum triplicis est ſpeciei, bonū, & delectabile, & vtile. D. Fortaſſis autem putabitur quòd vtile eſt conferēs ad hæc duo. & ſi ſic eſt, erit q̄ omnes amabūt, aut bonū, aut delectabile. Vtrum ergo amici amant ſe admuicem propter bonum quod in ſeipſo bonum, aut ꝓpter bonum quod eſt in relatione ad ipſos: forte enim in quadam iſtarum amicitiarum diuerſitas eſt. & huiuſmodi accidit in amicitia ex parte delectabilis relati: intēdo q̄ alter amet alterum propter delectationem ex ipſo: intendo q̄ accidit in hoc etiam diuerſitas & corruptela. Et iſtæ duæ ſpecies amicitiæ cōmunes ſunt omnibus hominibus. videtur enim q̄ quilibet amet delectabile, quod apud ipſum eſt delectabile, & ſimiliter bonum, quod eſt bonum comparatum ei. illi autem, quorum alter amat alterum propter amationem boni in ſeipſo: intendo eos, quorum vterq; amat ſocium ſuum ꝓpter bonū, quod eſt in eo, habet amicitiam, quæ non corrumpitur neq; mutatur, non enim amat alter alterum, eò q̄ bonus ſibi. intendo amatores: ſed eo q̄ patet ei, quoniā in ſeipſo bona amantur. ergo in hac eſt equidem ſcitum tantum: & in tali eſt, quod cōferat aut delectet. D. Propter hoc igitur neceſſe est vt modi amantium tres ſint, & ſimiliter amationum. dixit. cui autem non eſt aſa, huic non dilectio vel amatio. quibus enim non ſunt animæ, in his non inuenitur dilectio: intendo retributionē ſm æqualitatē. ideoq; ridendum eſt de dilectione dicentis q̄ bonus amat bona per modū, quo dicimus q̄ bonus amat eum qui eſt bonus. & forte velit dictor iſte per hoc q̄ bonus vult q̄ bona ſaluentur & conſeruentur ſaluatione & cōſeruatione in exiſtentia ſua, donec ei ſint. D. Et iam dixerunt q̄ amicus eſt ille, qui vult bona amico ſuo, & propter amicum ſuum. illos autē, qui volunt ſibi inuicem bona per iſtum modum, nominamus aſſigatores vel exhortatores. & hoc, quādo fuerit vt vterq; eorum ab altero vtilitas, quæ eſt altera ab ipſo. quādo vero nō fuerit hoc, non nominamus eos exhortatores: exhortatio enim quæ eſt diſpoſitio, eſt dilectio duorum coæquipollentium in paſſione: intēdo in contributione, cùm exhortatio quidē inueniatur ab hac diſpoſitione. D. Addendum autem ad hunc terminum, quādo neuter eorum occultat à ſocio ſuo ſtatum ſuum: tunc enim ſit exhortatio ab indiuiduo ad indiuiduum, quāuis non manifeſtet ei ſtatum ſuum. & hoc ꝓpter illud, quod imperat ex vtilitate in illo iduiduo aut apteitudine ad bonum. veritamen huiuſmodi non nominātur exhortatores, donec ſit ab altero ad alterum coæquipollentia in hac intentione. & æqua contributio. & quādo hoc fuerit, non poterit eſſe vt celet alter eorum ſi ſuum ab altero: immo patefaciūt ſibi ſtatus ſuos admuicem. & quando fuerit exhortatio dilectio, quæ niſi eſt poſſibile in coamantibus q̄ celet alter alterū ſtatum ſuū? Neceſſarium ergo eſt vt amantes exhortent ſe admuicem, & velint bona ſibi inuicē, & conſcelēt ſibi inuicem ſtatus ſuos, neq; celent quicquam ex eis quæ de eis dicuntur.

### De ſpeciebus amicitiæ. Cap. III.

EA vero inter ſe ſpecie differūt: ergo dilectiones quoq; & amicitiæ. tres. n. æquales numero amabilibus amicitię ſpecies ſunt: quippe cùm in vnoquoq; ſit redamatio non latēs. qui autē mutuo ſe amant, volūt ſibi mutuo bona eatenus, quatenus amāt. Qui quidem ob vtilitatē amant ſe mutuo, non per ſe amāt: ſed quatenus bonum aliquod à ſe mutuo percipiunt. Simili modo qui ob voluptatem amici ſunt: non. n. vrbanos amant, quia qualitate quadam ſunt affecti, ſed quia iucundi ipſis ſunt. ita & qui ob vtilitatem, & qui ob voluptatē amant: illi ob ſuum bonum, hi ob ſuam voluptatē diligunt. nō quatenus eſt ille qui amatur, ſed quatenus eſt vtilis, vel iucundus. Ex accidēti igitur amicitiæ hæ ſunt. non

enim

enim quatenus est ille qui amatur, quicunq; is sit, eatenus amatur: sed quatenus bonũ aliquid alter, alter voluptatẽ affert. Huiusmodi autẽ amicitię dissolui facile possunt, cùm similes ipsi nõ permaneant. nam si non amplius iucũdi, aut vtiles fuerint, amare desistunt. at vtile nõ permanet, sed alias aliud euadit: quo fit, vt dissoluto eo, ob quod amici erãt, amicitia quoq; ipsa dissoluatur, quippe quæ, ppter illud erat. Maxime vero inter senes huiusmodi amicitia videtur existere: nõ enim qui hac ætate sunt, iucũdum persequuntur, sed vtile: quicũq; item ex iuuenibus in statuq; cõstitutis hominibus vtilitatẽ sectãtur. Tales autem neq; viuere simul consueuerũt: quandoq; ẽt neq; sunt iucũdi: neq; tali consuetudine indigent, nisi vtiles sint. eatenus. n. sunt iucundi, quatenus bonũ aliquod sperant. inter has hospitalem etiam reponũt. At iuuenum amicitia esse ob voluptatẽ videtur: quippe cùm ex affectu vitam traducãt: & maxime quod sibi iucũdum est, quodq; est præsens sectẽtur. mutata autẽ ætate iucũda ipsa etiam diuersa euadunt: vnde cito amici & fiũt, & esse desinunt. quia amicitia vnà cum iucũditate mutatur. talis vero voluptatis velox mutatio est. Iuuenes etiã amatorij sunt: quippe cùm ex perturbationis affectu & voluptate multa illa amatoriq; affectiõis vis oriatur. ideo fit vt & amẽt, & cito desiũt, sæpe eodem die sentẽtiam mutãtes: simulq; toto die versari, & cõuiuere velint. ita. n. id quod ex amicitia requirunt, ipsis euenit. Bonorum vero & eorũ qui in virtute sunt similes, amicitia pfecta demum est. hi. n. mutuo sibi bona similiter volunt, quatenus sunt boni: boni autẽ sunt per se. at qui amicis bona volũt ipsorũ causa, maxime amici sunt: quippe cùm per se, ita sese habeãt, & non ex accidẽti. vnde horum amicitia præcipue permanet, quoad boni fuerint: virtus vero stabilis res est. Estq; vterq; & absolute bonus & amico, nã boni & absolute, & sibi mutuo boni sunt. vtiles itẽ, & iucundi similiter. boni. n. sunt & absolute, & sibi mutuo iucũdi. singulis siquidẽ propriæ actiones, & tales voluptatem afferũt: bonorum aũt actiones tales, vel similes sunt. Vnde fit vt talis amicitia stabilis merito sit. in ipsa enim omnia quę amicis esse debẽt, coniungũtur. nam cùm omnis amicitia ob bonum sit, aut ob voluptatẽ, vel absolute, vel amãti, & per similitudinẽ quandam: huic oia antedicta per se in sunt. huic. n. similes etiam reliquæ sunt: & absolute bonum, absoluteq; iucũdum inest. hæc autem maxime amabilia sunt: & amare etiã & quæ maxime est amicitia atq; optima in his est. Par autem est, vt raræ tales amicitiæ sint: quippe cũ paũci huiusmodi reperiãtur. adde q; tempore & cõsuetudine indiget. nã, vt est in prouerbio, fieri nequit, vt mutuo hoies sese cognoscant prius q; salem qui dicitur, cõsumpserint: neq; prius sese admittant, sintq; inter se amici, q; alter alteri amabilis & videaẽ esse, & credatur. Qui autẽ cito sese gerũt amice inter se, volũt illi quidem esse amici: sed non sunt tamẽ, nisi quoq; & amabiles sint, & se esse non ignorẽt. ac voluntas quidem amicitiæ velox est, amicitia minime. hæc igitur & tempore & reliquis perfecta est: ex omnibusq; his existit: similisq; vtrique ab vtroque est. id quod inesse amicis necesse est.

*vel. hæc reliqua sunt.

DIxit. Cùm amata tria sint diuersa fm formã, oportet vt sint modi dilectionum diuersi fm formam. species ergo dilectionũ tres sunt, æquales numero speciebus rerum amatarum: & in vnaquaq; earũ est coæquipollentia in dilectione nõ latens, t. correlatiuo fm æqualitatem. D. Et qui diligunt inuicem, volũt bona sibi mutuò fm speciem dilectionis qua diligũt. Qui ergo diligunt propter vtilitatem, non volunt bonum dilectionis, ppter dilectum, sed vt bonum voluntũ contingat eis ex dilecto. ipsi ergo volunt bona quidẽ amato, eò q; eis bona. Similiter qui amãt delectationũ causa, amant quidem vt contingant bona amicis suis propter suam delectationem, econuerso illis, qui se amant inuicem propter formã amati, quæ est virtus. Ideoq; dilectiones, quæ sunt propter delectans aut, ppter conferens, sunt dilectiones propter accidens. etenim diligitur quidem conferens & delectãs: & ex quo acciderit conferenti & delectanti q; sint in hoc individuo, diligitur hoc individuum. D. Dilectiones autem, quæ sunt propter vtilitatem & delectationem, sunt etiæ dissolutionis: eò q; delectatio cito pmutatur, & similiter vtilitas. quando ergo mutatur gratia cuius erat dilectio, mutatur & dilectio, cùm fuerit dilecto relatiua. D. Et dilectio, quæ est propter vtile, est vt plurimũ dilectio senioru. etenim seniores non requirunt delectabilia, immo vt plurimum vtilia. eò q; non amant concupiscentias, & delectantur quidem plurimum in vtilibus. & fm hunc modum est amicitia eorum, qui ex adolescentibus & iuuenibus reqrunt quod melius est & vtilius. Et qui sunt fm hanc dispositionem, nõ conuiuunt sibi inuicẽ vt plurimum. & hoc, quũ illi vt plurimum non coassociantur se delectationis causa: neq; fit inter eos assotiatio penitus nisi fuerint proficientes sibi mutuò. delectabilius enim apud ipsos est proficuũ, quod sperant ex societate amici. & amicitia inuenitur in isto genere, quando enim contingit vtilitas, contingit hæc amicitia. De amicitia autem adolescentium putatur q; fit quidẽ causa delectationis, eo q; adolescentes amant quidem concupiscentias, & vt plurimũ requirunt delectabile apud ipsos, & præcipue illud quod est præsens. ideoq;, quãdo mutata fuerit propinquitas, quę est inter ipsos, mutatur & dilectio. & ideo cito fiunt amici, & cito interfecãtur. etenim amicitia mutatur, mutata hac delectatione: intendo eam quæ fit ex coniunctione. & hæc delectatio cito mutaẽ. Et adolescentes sunt amatores: eò q; plurimum amoris fit quidem cũ vitio concupiscentiæ & delectationis. & hæc est in adolescentibus valida. & iccirco cito & concopulanẽ, & fit diuortium inter eos multotiens in vna die: & trãsmutãtur à dispositione ad dispositionem, & volunt vt sint copulati



lati per eam in vita sua. etenim ẽ quidem amicitia eis, quando fuerint fm hanc dispositionem. D. Amicitia autem perfecta est amicitia bonorum consimilium in virtute. isti enim volunt sibi inuicem bonum propter suam consimilitudinem in virtute: & volunt bonum amico inquantum amicus, id est virtuosus: intendo q; vnusquisque eorum vult bonum socio suo, secundum quòd bonus. qui autem volunt bonum magis vtilitatis & dilectionis causa, horum amicitia est quidem propter seipsos per se, non per modum accidentis. & est propter amicos suos per modum accidentis: & hoc, quoniam ipsi volunt quidem bona amicis suis propter semetipsos. Dixit. Amicitia vero bonorum est amicitia per se. non enim volunt bonum amico propter seipsos: sed volunt quidem bonum et inquantum bonus & virtuosus, horum igitur amicitia durabit, quãdiu durauerit vita ipsorum: & ex quo fuerit virtus firma, erit istorum amicitia firma. Et vnusquisq; istorum bonus est absolute, non relatiue: neq; permiscetur bonitati eius malitia aliqua. & isti proficiunt sibimuicem per se, & similiter etiam delectantur ex seinuicem absolute, t. delectatur alter ex altero: eò q; actiones appropriatæ vnicuiq; ex modis animalium delectabiles sunt ei. & actiones propriæ hominibus inueniunt quidem in virtuosis consimilibus: & ex consimilitudine, quæ est inter istos delectatur vnusquisq; eorum actione amici sui: quemadmodũ delectatur suipsius actione. Et ista dilectio ex cæteris modis dilectionum digna est vt perseueret, & firma permaneat plus cæteris dilectionibus: eò q; aggregantur in ista omnia, quæ oportet inueniri in coamantibus. omnis enim dilectio præter istam, fit quidem propter delectationem aut propter vtilitatem: & vtraq; istarum, aut est per modum absolutum, aut per modum comparationis ad amantem: & per modum quendam similitudinis. & indubitanter ea quę est absolute, melior est ea, quæ nõ est absolute. & ista dilectio est illa, cui inuenitur vtile absolute, & delectabile absolute. et propter hoc oportet vt sit ista dilectio eius verissima dilectionum, cùm amatum in ea sit amatissimum amatorum: intendo bonum absolute, et vtile absolute, et huic dilectioni inuenitur per se bonum & vtile, cùm inueniatur ei bonũ absolutum & vtile absolutum. examinatio & experiẽtia fiunt quidem magis in istis rebus absolutis: intẽdo q; amici examinant quidem se adinuicem, & probant & exquirũt in bonis absolutis. & hoc, quoniã amicus delectatiõis fm veritatem est, quãdo delectatur vterq; amicorum cum altero delectatione absoluta: & similiter est in vtilitate. Nisi q; fortassis ista dilectio pauca est & rara: eò q; isti pauci sunt, intendo virtuosos: & eò q; indigetur in cognitione esse huius dilectionis tempore experientię. vt dicti in prouerbio, q; oportet vt qui profitentur amicitiam, demonstrent se esse tales, quales esse profitentur: & ne recipiatur dictum eorũ in professione amicitię, donec appareat quòd vterque eorum amatus sit ab altero, & verificet per facta sua quòd talis. Dixit. Illi autem, qui volunt promptitudinem in voluntatibus suis quem amant, volunt vt sint amici: & non sunt donec dilectio sit ex vtrisque, & sit ex eis æqualiter, id est, vt vterque eorum diligat alterum secũdum quantitatem, qua diligit eum alter. etenim voluntas prompta ad voluntatem amati, interdum conuertitur in amicitiam. & conuertitur amicitia in voluntate prompta in aliqua horarum. Dixit. & hæc amicitia, quæ est amicitia bonorum, fit completa ex parte temporis, cùm sit longissimi temporis: & ex parte causarum amicitiæ: & etiam ex parte eius, q; causæ amicitiæ sunt in vtroque ipsorum consimiles. & hoc oportet vt sit in amicis.

*Honestam amicitiam proprie dici amicitiam, alias uero ex accidenti. Cap. IIII.*

AT vero quæ ob iucundum existit amicitia, huius similitudinem habet nã boni iucundi inter se sunt: simili modo quoque qui ob vtilitatem amant: quippe cùm boni quoque tales erga se mutuo sint. Maxime autem inter hos etiam amicitiæ tunc perdurãt, cùm æqualitas ab vtriusq; mutuo exhibetur, vt voluptas: neque tantummodo ita, verum etiam ab eodem, vt vbanis: sed nõ vt amatori & amato. hi enim nõ ijsdem oblectãtur: sed alter amore illius, alter obsequis amatoris gaudet. quo fit, vt desinẽte ætatis flore, quandoq; etiam amicitia ipsa desinat: quippe cùm alteri facies non amplius iucunda fit, alteri obsequium non præsteturr. Multi autem permanent, si pares moribus cùm sint, ex consuetudine mores dilexerunt. at qui nõ iucunditatem in amatorijs rebus, sed vtilitatem cõpensant, ij minus & amãt, & perseuerant. Qui vero ob vtilitatem sunt amici: vnà cum vtilitate dissoluuntur: nam non sui mutuo erãt amici, sed vtilitatis. Atq; ob voluptatem quidem & vtilitatem & praui inter se, & boni erga pravos, & neuter erga qualemcũq; esse amicus potest: at per seipsos non nisi bonos esse manifestum est. prauitatem enim, nisi vtilitas aliqua intercedat, mutua cõsuetudine non oblectantur. solaq; est bonorum amicitia, in qua nullus calũniæ locus pateat. non enim facile cuipiam de eo credunt, qui lõgo tempore ab ipsis fuerit probatus. & credere in his est, & nulla iniuria se mutuo afficere: & quicquid demum in vera amicitia esse censetur. In alijs vero societatibus nihil vetat, quo minus talia existant. nam cùm homines eos quoq; amicos vocent, qui ob vtilitatem sunt amici, vt ciuitates: contæderationes enim inter ciuitates fieri vtilitatis causa videntur: & eos qui ob voluptatem se mutuo diligũt, vt pueri: fortasse tales homines dicere amicos nos quoq; debemus: speciesq; amicitiæ esse plures: ac primo quidẽ & proprie cũ quæ bonorũ est horum, quatenus sunt boni: reliqua vero per similitudinẽ: quatenus. n. bonum qd, & simile inter ipsos est, eatenus sunt amici. iucũdũ siquidẽ voluptuosis hibus bonũ qd est. sed non admodũ hæ coniunguntur: neq; ijdẽ & ob vtilitatẽ et ob iucũditatẽ fiũt amici. quę. n. ex accidẽtu sunt, non admodũ copulant. Cũ vero in has spẽs amicitia distributa sit: praui ob vtilitatẽ vel voluptatẽ, qua in re sunt similes: boni ob seipsos sunt amici. in eo. n. q; boni sunt, sese mutuo amãt. atq; hi absolute amici. illi ex accẽnti sunt, & qa cùm his habẽt similitudinẽ.

I: bom

ET boni delectantur ex mutuam [illegible] copsimili, inter [illegible] separati, & [illegible] mutuam. Et [illegible] q̃dem si dubitet, quando fuerit causam dicens eam re. vna eademq; vtroq; diligentium, intendo specie & quantitate: vt q̃ vterq; ipsorum proficeret ille dicit fore æquitatem. & maxime quando fuerit delectatio & vtilitas in re vna cadẽ, non in duabus rebus diuersis, vt in amore & amabili. Rem vterq; delectat ex altero: attamẽ delectatio ipsorum est in duabus rebus diuersis, amator enim delectatur forma iam thæ & amabilis delectatur fetuitio amatoris. & quando deficiet alterum istorum, forte deficiet dilectio: eo q̃ non tunc in aliqua horarum amabile est non delectabilis, ut non eric fetuitium ab amatore. Et multotiens firmat amicitia amatoris, quando vterq; amauerit alterum propter experiẽtiam morum suorum ex longa conuersatione simul. etenim longa cõuersatio facit eos hæreditare assimilationem in moribus. & interitio societatis delectabilis est apud istos in cambio & permutatione ab amico ad amicum. & conferens vtilitatem in hac amicitia, intendo amicitiam amoris, est amator: etenim amator vtilis est: attamen sunt paucæ amicitiæ & stabiliates. D. Illi autem, qui sunt amicet propter vtile, cum ipsorum amicitia dissoluat ad amicitiam vtilitorem, intendo permutetur, non sunt amici sm veritatem alter alterius: sed sunt amici quidem gratia illius, quod videm: bonũ esse sumpsius, siue delectationem, siue vtilitatem. & ideo possibile est vt sit hæc amicitia inter malos, & inter bonos & malos, & inter eos, in quibus est aliquid ex vtroq;: intendo ex malitia & bonitate. D. Manifestum est autẽ q̃ qui sunt amici per se, sunt boni amicitiam: eo q̃ illi non gaudent ex mutuam, nisi ad vtilitas. & de suo bonũ sola non tradetur, neq; timent turbationes detractorias: eo q̃ non est suæ [illegible] timentur dicti sunt detractores contra eum, qui amicus sic est tempore multo, & hoc, qñ amicus in hac [illegible] non inuenit iniuriam amico suo in aliqua horarum, neq; q̃ videatur iniuria. & ex quo non fit iniuria [illegible] dilectione, non est dubium quin perseuer in assima, in modum autem dictum dilectionum nihil prohibet inciderc iniuriã, & simile iniuriæ. D. Postquam autem est de consuetudine hominum [illegible] eos, qui contingunt causa profectionis [illegible] bashuius cuitatis et præ quæ in eo, in quo [illegible] dubium quin sit bonum, vt illi qui [illegible] enim in hac [illegible] videtur enim [illegible] vt salutationis, vel alterius ex [illegible] bellum. & eos, qui amicitiam [illegible] vt pueri necesse est nobis vt [illegible] & [illegible] admodũ amicos, i. ponimus [illegible] & [illegible] dilectionis. Secundum hoc ergo multæ cũ ipsa species dilectionis vel etiam dignior earum sm veritatem est dilectio bonorum sm q̃ bona: intendo eos, qui diligunt ipsa [illegible] cuitatis bonitatis tantum, de residuis autem dicitur tamen dilectionis per modum [illegible] sm [illegible] quod sunt, aut simile bono, nõ sm bonum absolutum. dilectionis q̃ bonum quodd̃ est amatori secundum se. Similiter se habet in vtili intendo quæ [illegible] dilectio non continuatur [illegible] tur copulatione pura, donec [illegible] vtilitates vnã, intendo & vnaquæq; [illegible] non est propter seipsos, sed est quidem propter [illegible] vtile. amici ergo eorum per accidens est id quod per accidens est nõ [illegible] D. Cuiuscunq; [illegible] dilectionem dilectionis [illegible] vtilitatem [illegible] amicitiam admirabilem propter delectabile et vtile. amicabile delectatur ex fetuitate, & proficiunt sibimuicẽ, quando fuerint consimiles: boni autem sunt amici per se, sm q̃ boni.

*Qui dicendi amici, et q ad amicitiã apti. Cap. V.*

QVemadmodum autem in virtutibus alij ex habitu, alij ex operatione boni dicuntur: ita quoq; in amicitia est. nam qui in conuictu degunt, mutua cõsuetudine oblectantur, & bona sibi mutuo suppeditant, qui vero dormiunt, vel locis diuisi sunt, non operantur illi quidem: sed ita tamen affecti sunt, vt amice operẽtur. Nam loca non amicitiam absolute, sed operationem dissoluunt. sicq; diuturna absentia fuerit, amicitiæ quoque videtur obliuionem inducere. vnde dictum est: multas iam amicitias dissoluit inaffabilitas. Senes autem aut austeri esse ad amicitiam idonei non videntur: quippe cùm parum voluptatis in ipsis insit: cùm molesto autem, aut nõ suaui versari possit nemo, natura enim quod molestũ est, fugere: quod iucundum, appetere videtur. Sed qui se mutuo admittunt, non tamen simul viuunt: beneuolis potius, quàm amicis similes sunt. nã nihil est ita amicorum, vt simul viuere. præsidium enim indigi appetũt: simul autem diem traducere etiam beati: quippe cum solitarijs his esse minime conueniat: simul vero degere non liceat, nisi iucundi sint, ijsdemq; oblectentur. id quod habere sodalicia amicitia videt. Ac maxime quidẽ amicitia, sicut sæpius iã diximus, bonorũ est. quod.n. absolute bonũ, ac iucundũ est, amabile est, atq; eligibile: vnicuiq; vero, qd' vnicuiq; est tale. bonus aũt bono ob vtraq; hæc. Cæterũ dilectio affectui, amicitia habitui similis est. Dilectio.n. nihilo minus est erga inanata cùm electione vero redamant: at electio ab habitu est: & bona volũt ijs quos amant, illorum causa nõ ex affectu, sed ex habitu: & amãtes amicum, quod sibiip sis bonũ est, amant. bonus.n. vir amicus effectus bonũ ei fit, cui est amicus. vterq; igitur & quod sibi bonũ est, amat: & æqualẽ vicẽ voluntati & iucunditati refert. æqualitas.n. amicitia dicit. At hęc in bonorũ amicitia maxime insunt. In aulteris vero & senibus eo minus amicitia fit, quo sunt morosiores, minusq; cõsuetudinibus gaudẽt: hæc.n. maxime videntur esse amica, amicitiæq; effectricia. atq; iccirco iuuenes cito amici efficiuntẽ: senes non ita: quippe cũ non fiant amici illis, qbus non oblectãtur. Simili modo quoq; austeri. sed hi beneuoli quidẽ inter se sunt, qa bona volunt, & ad indigentias subueniunt: amici tamen non admodũ sunt, propterea q̃ non simul diẽ trãducunt, neq; mutua cõsuetudine delectãtur. quæ ad amicitiã pertinere maxime videntur.

Et isti



DIxit. Et isti sunt socij per habitum dilectionalẽ animalem, & per actum huius habitus. quemadmodum in virtute dicitur q̃ virtuosus est virtuosus habitu: & q̃ est virtuosus actu, intendo actu illius habitus: similiter in amicitia. amici enim interdum sunt amici actu, sm q̃ cognoscũtur in vita, & cõgaudent sibi inuicem, & fortitur alter ex altero bona: & interdũ sunt amici per habitum dilectionalẽ solum, & si non agant actiones amicitiæ. & hoc, quando fuerint dormientes aut fetuncti in locis. quando enim fetuncti fuerint non agunt actiones amicorum. verũtamen habitus eorum animalis habitus est amicorum: eò q̃ fetunctio localis non dissoluit amicitiam absolute, sed dissoluit quidem actiões amicitiæ. D. Si vero fuerit absentia diuturna, iam putatur q̃ necessariam faciant resolutionem amicitiæ per obliuionẽ. ideoq; dicitur q̃ peregrinatio vel discessio multas dissoluit amicitias. D. Et nõ videtur q̃ veterani repleti amaritudine sint viri amicitiq; eò q̃ delectatio in ipsis modica est: & non potest aliquis finire dies suos in assectatione contristante, aut quę non delectat. patet enim q̃ natura vt plurimũ respuit contristans, & concupiscit delectans. D. Propter hoc igitur qui amant fetuicem, & non contingitur in vita, potius assimilantur exhortatoribus q̃ amicis: eò q̃ nihil istorum amicorũ similatur associationi in vita, cùm non delectantur ex fetuicem. sunt igitur tanquã egentes, qui non desyderant nisi vtilitatem tantum: cũ non sit apud eos delectatio, & isti sunt amici vtilitatis. viri autem gloriæ & exultationis, ipsi sunt qui desyderant associationem, et propter hoc dicitur, q̃ tiõ oportet vt isti tales sint viri diuitiarum, sed nobili fulgentes comitatu. aliorum enim ab istis non est possibile vt sit associatio admuicem: eò q̃ non delectantur ex fetuicem, neq; gaudent ex rebus eisdem: quemadmodum putatur esse in amicitia associatiua. Cumq; sic sit, amicitia, quæ maxime est, amicitia bonorum est, sicut dictũ est multotiẽs. putatur enim q̃ amatum virtuosum est bonum absolutum, & delectabile absolutum. & vtraq; istarum intentionũ existit coamicantibus, ppter virtutem sm æqualitatem: intendo q̃ vterq; eorum delectatur ex socio suo delectatione absoluta, & amat ipsum, eo q̃ bonum absolutum, nõ bonum quodd.am. bonus enim desyderat bonum sm ambas has intentiones, & desyderatur ipse à bono: intendo propter desyderium delectandi ex ipso, & desyderium bonum. D. Coamicatio ergo passio est: amicitia vero habitus & virtus. Ideoq; non est amicitia in inanimato: ipsa enim qdem cum contributione: & fit quidem contributio ex parte electionis: & electio ex parte habitus rationis. et propter hoc amici boni volunt bona suis amatis non propter passionẽ, sed propter habitum, qui virtus est. & quando amauerint amicum, amant bonũ quod existit in ipsis. & propter hoc, quando bonus fit amicus, facit amicum suum bonum. vnusquisq; igitur amicorum bonorum amat in socio suo bonum inuentum in ipso, & contribuit et sm æqualitatem in voluntate, & in specie voluntatiua, i. vult ei ex æquipollẽtia contributionis & vtilitatis speciem, quam vult et alter, & quãtitatem, quam vult alter. & ista est, quæ dicitur amicitia æqualitatis. et hoc maxime quidem inuentur in amicitia bonorum. D. Et parum contingit vt inueniatur amicitia inter animosos vel magnanimos: propterea q̃ graues & difficiles sunt admuicem, & ppter paucitatem gaudij sui ex conclusione & associatione. & hoc, eò q̃ videtur q̃ associatio vtplurimum fit amicitia & esse sua amicitiæ. ideo q̃ adolescentes sunt velocis amicitiq propter velocitatem ipsorum ad associationem, & delectationem eorum ex ipsa. veteram autem graues sunt ad amicitiam propter paucitatem alacritatis suæ ex occursu alterius alteri: ãmmo sunt sicut ferui viles in moribus. & sm veritatem iunt quidem exhortatores, eò q̃ volũt bona sibi mutuem & succurrunt indigentia: amici vero non, eo q̃ non perseuerant in societate, neq; gaudent ex mutuę, quod maxime peq alijs amicitiæ est: intẽdo q̃ actuo ista est actio amicitiæ magis q̃ cæteræ actiones.

*In qua amicitia plures possint esse amici. Cap. VI.*

AT vero vt multis qspiã sit amicus amicitia ptecta, fieri non põt. quemadmodum neq; vt amore multorũ simul aliquis capiatur. exupationi.n. simile hoc est. quod aũt est hmõi, ad vnum spectare natura cõsueuit. Multos vero eidẽ simul vehemẽter placere, non facile est: fortasse ẽt neq; bonũ esse. opus præterea est & experimentũ capere, & cõsuetudine vti: id quod perq; difficile est. Ob vtilitatem tñ & iucunditatem fieri põt, vt multis quis placeat: multi.n. tales sunt; & in breui tẽpore ministrationes fiunt. Magisq; ex his ea similis est amicitiæ quæ ex iucunditate existit, cũ eadem ab vtriq; exhibẽtur: & sese mutuo, vel ijsdẽ oblectantur: cuiusmodi iuuenũ amicitiæ sunt: magisq; in his quod liberale est, cõspicitur. Quę vero est ob vtilitatẽ, vulgarium hoium est. Et beati vtilibus minime indigẽt, sed iucundis. volunt.n. simul cum aliquibus viuere, & molestiã paruo tempore tolerant. nã assidue, sustineret nemo: quin ne bonũ qui dẽ ipsum, si molestũ ipsi esset. secundo amicos iucundos quærũt. fortasse vero oportet vt ẽt bonos, cũ tales ipsi sint: & sibi ipsis itẽ bonos. ita.n. ipsis inerunt ea, quę amicis inesse debẽt. At qui in potestatibus constituti sunt, dissimiles amicis vti videntur: alij.n. ipsis vtiles, alij iucundi sunt. vt aũt vtraq; ijdẽ exhibeãt, non admodum cõtingit: quippe cũ neq; iucũdos cũ virtute, neq; vtiles ad honestas res quęrãt: sed alios vrbanos voluptatis causa, alios idoneos ad agenda ea quæ mandata fuerint. hęc autem in eodem non admodum sunt, plurium quidem virum esse simul & iucũdum & vtilem, dictũ iam est. Sed ei qui excellit, huiusmodi amicus fieri nõ solet, nisi etiam virtute excellatur: sin minus, non adæquat ex rata portione superatus. Cæterũ non admodum tales esse consueuerunt. Atq; hæ quidem amicitiæ in æqualitate consistunt. eadem.n. ab vtriq; exhibentur, volũtq; sibi mutuo: aut alterum pro altero recompensant, vt voluptatem pro vtilitate. has autem minus esse amicitias, minusq; permanere dictum iam est. Sed & ob similitudinem & ob dissimilitudinẽ eiusdem & esse & non esse amicitiæ videntur. ex similitudine.n. quam habent cum ea quæ est ex virtute, videntur amicitiæ: quippe cùm alteram

iucunditatem, altera vtilitatem in se habeat, quæ vtraq; illi etiam insunt: in eo vero q̃ illa calumnia vacat, stabilisq̃ est, hæ cito imutantur, alijsq̃ multis differunt: ex illius dissimilitudine amicitiæ non videntur.

DIxit. Et fortassis non cõtingit inueniri plures vno amico amicitiæ perfectæ: sicut nõ contingit amatorem vnũ habere plures amasias simul. omne enim, quod in fine est & superexcellentia, naturã habet, quæ exigit vt cõparetur vni. quod.n.in fine est & vnũ est. Ideoq; non est possibile vt vni placeant plura placentia vltima. illud.n.in quo alius et cõmunicat, non dicitur esse in vltimo. & etiam rara est multitudo amicorum sm bonitatem propter paucitatem bonorũ. neq; etiam quia non est certũ virum amicum esse, nisi post longam experientiam, & permixtionẽ multã & societatem. & hoc est difficile. hæc est ergo res, quæ appropriatur amicitiæ bonorũ. In amicitia autem, quæ fit propter vtilitatẽ et delectationẽ, possibile est esse plures vno amico simul. possibile est enim vt placeãt vni plures ex istis eo q̃ multi talium inueniuntur, et acquiritur eorum experientia modico. Et videt q̃ plus istis duabus sit amicitia, quæ fit propter delectationẽ, cum ista sit ab ambobus sm equalitatẽ: intendo vt gaudeãt ex mutuo æqualiter, & lætantur ex rebus vnis equaliter & ista est vt amicitia adolescẽtium: & quibus maxime est hęc amicitia, sunt viri libertatis. Amicitia vero, quæ fit per vtilitatẽ, est amicitia mercatorum. D. Viri autem gloriæ & exultationis non indigent rebus vtilibus, se habentibus quidem. & propter hoc nõ sunt associati quorundam hominum. & hoc, quoniam isti non sustinent contristans. Dixit. Et fortassis non tolerat aliquis contristabile tolerãtia sempiterna, etiam si teneat contristabile bonum ipsum: intendo q̃ non tolerat aliquis non contristans, quanto minus contristans, quo.non est bonum. & propterea requirimus vt amici delectabiles sint & boni sint: & tales sunt, in quibus inueniuntur quicquid inueniri oportet in amicis. Dixit. Dominus autem potestatum & regnorũ, & qui similatur eis ex istis modis hominũ, videntur vti amicis, & acceptare eos propter præpollentiam super eos. & cauta in hoc est, quoniam socij delectationum secundum eos, qui vident quod ipsi sint amici, alij sunt a tocys cum tatum. quod autem sint socij delectationis eisdem socijs vt tantis non contingit multotiens, sed parum eo quod isti non requirunt delectabiles cum virtute, neq; vtiles sm virtutem. si enim requirerent delectationem sm virtutem, contungerent cum delectatione vtilitatem. ex similiter, si requirerent vtile cum virtute, contungerent cum vtili delectationẽ. sed isti desyderãt quidem ex hominibus eum, qui est iucundus moribus propter delectationem: & volunt delectabiliorem motuum actum, quam imperant, & ista non contunguntur in eodem multotiens: intendo delectabile istimo boni vtile quãtus tam dictum sit quod simul delectabile & vtile. Verũtamen virtuosus virtute perfecta non fit amicus neq; vni istorum: intendo vtros potestatum & regnorum, nisi fuerint excellẽtis virtutis, inter homines perfectam. & si non, tunc coæquabitur vtilitatis virtute. & quando non æquatur et, non assimilatur et non mutatur in istis dilectio quæ fit sm æqualitatem in pluribus: quanto minus quæ fit sm æqualitatem in virtute absolute: eò quòd ista dilectio sit quidem, quando inueniuntur in vnoquoq; ipsorum res vna eademq; vt quod sit inuentum vno ipsorum, gratia cuius est dilectior, ipsa eadem virtus, quę est inuenta in altero: aut vtilitas, quæ est in vno ipsorum ipsa eadem vtilitas, quæ est in altero. & similiter se habet in dilectione. in amicis autem istorum, intendo dominorum regni, & in dominijs regni non inueniuntur res eædem, gratia quarum sunt amici: sed rex accipit amicos dilectionis causa, & amici associãtur ei propter vtilitatem. Dixit. iam dictum fuit de his, quę sunt præter dilectionem bonorum, quòd ipsæ sunt dilectiones minus, & quod nõ perseverant. Dixit. Quibusdam autem visum est, quod sint dilectiones propter similitudinem, quę inuentur inter eas, et inter dilectiones, quæ sunt propter cõsimilitudinem in virtute: alijs vero visum est quod non sint dilectiones propter priuationem similitudinis. Modus autem similitudinis cum illis est, quando inuentur in eis delectabile et vtile: & hæc duo inueniuntur in illis magis quàm in istis: intendo in dilectione delectabilis, & in dilectione vtilis: eo quod in illa inueniuntur delectabile & vtile perfecte: intendo in ea, quæ est propter appetitum virtutis. Modus vero priuationis similitudinis inter eas est, quod illa non mutatur: intendo amicitiam appetitus virtutis: istæ autem mutantur velociter; & seiunguntur abinuicem. propter hoc igitur viderunt multi hominum, ne nominentur istæ dilectiones: eò quòd non assimilantur illi.

### *De amicitia in supereminentia. Cap. VII.*

ALtera est amicitiæ species ex supereminentia: vt patris erga filiũ, & deniq; seniori erga iuniorẽ, & viro erga vxorẽ, & principi omni erga subditos. Sed hę inter se etiam differunt. non.n.eadẽ est parentibus erga liberos, et principibus erga subditos: verũ neq; patri erga filium, & filio erga patrem: neq; viro erga vxorẽ, & vxori erga virũ. diuersa.n. vnicuiq; horũ virtus, diuersumq; opus est: diuersa itẽ ea ob quæ amãt: diuersi igitur etiam amores, & amicitiæ erunt. atq; eadem qdem vtriq; ab altero neq; exhibentur, neq; sunt requirenda: sed cũ parentibus liberi ea tribuũt, quæ debentur ijs qui genuerunt, & parentes filijs ea quæ filijs exhiberi debent: stabilis talium, ac bona amicitia est. In omnibus autem amicitijs, quæ per supereminentiã existunt, amor ẽt proportione esse debet. vt meliorem amari magis, q̃ amare, & vtiliorẽ, & aliorum vnumquenq; similiter. cùm.n.pro dignitate amor extiterit: tunc quodã modo æqualitas fit. id quod esse amicitiæ videt. At vero æquale in iustis et amicitia esse nõ similiter videtur. nã in iustis primo est quod est pro dignitate, secundo quod in quãtitate est: in amicitia vero quod est in quãtitate primo, secũdo quod pro dignitate est. id aũt perspicuũ est, si multa virtutis & vitij, affluentiq; aut alicuius alterius distantia fuerit: non.n.amplius sunt amici. sed ne esse quidẽ se dignum putãt. Hoc aũt in Dijs clarissime patet, qui plurimum oibus bonis præstant. itẽ in regibus: neq;.n.his pleriq; esse amicos se dignũ ducũt, cũ inferiores longe sint: neq; optimis & sapientissimis, illi qui nihili sunt. In his tñ exacta prędefinitio non est,



est, quouscq; sint amici. multis.n.ablatis adhuc manet. si vero longe seperatus aliquis sit, vt Deus, nõ amplius manet. Vnde ẽt in dubitationẽ venit: nũquid amici amicis maxima ex bonis velint, vt Deos esse: non.n.amplius ipsis erũt amici: neq; ẽt erunt bona: amici.n.bona sunt. Si igit recte dictum est, amicum amico velle bona eius ipsius causa: eũ ipsum qualiscunq; est, manere oporteret: homini autem permanẽti maxima bona adesse volet. & fortasse non omnia: sibiipsi enim maxime bona vnusquisq; vult.

DIxit. Et ex speciebus dilectiõis est spẽs altera, quę inuentur sm additionẽ & superfluitatẽ: sicut dilectio patris ad filiũ, & senis ad iuuenẽ, & viri ad mulierem, & ois prælati ad subditũ. D. Et in hac dilectione diuersitas est inter condiligentes, & inter istos modos meipsos, eò q̃ non est dilectio patrũ erga filios, vt dilectio prælatorũ erga subditos: neq; dilectio patris erga filium, vt filij erga patrẽ: neq; vtt erga mulierẽ, vt mulieris erga virũ: eò q̃ virtus vnuscuiusq; istorũ & actio eius diuersa est: et ex quo coamatio in istis est, p̃ter virtutẽ aut actionẽ, necesse est vt diuersificẽtur dilectiones in istis penes diuersitatẽ eorum, gratia quorum fiunt dilectiones. & propter hoc non requrit quilibet horũ a suo compari specie vnam ex actione, sm q̃ mereretur sua dilectio. pater ergo requrit à filio reuerentiam: & qñ reuerentius fuerit ipsum sm q̃ conuenit, firmabit dilectio patris & debitũ habitudinis. quod aũt requrit filius a patre, est vt sint erga ipsum actiones patris. & similiter requrit prælatus à subdito donec sit dilectio inter ambos, aliud ab eo quod requrit subditus à prælato. & similiter est dispositio viri cũ mulliere. D. Et oportet vt sit dilectio perfecta in istis sm proportionem, non sm æqualitatẽ: intendo qñ non sunt cogẽtia ad dilectionem in dilectis sm æqualitatem. & hoc qñ oportet vt amet vitior ex ipsis meliorẽ amplius q̃ melior vtiliorẽ. & similiter est in vtiliore: intendo q̃ vtilior amicorũ oportet vt sit amatus magis q̃ amans. qñ ergo amor inuentus fuerit in amicis sm mensurã meriti, erit istarum æqualitas quæsita: intendo dilectionem ex parte proportionis: & si non sit æqualitas vera, put est in amicis, quorũ actiões sunt species vnius, & mensuræ vnius. Æqualitas ergo in dilectione dicetur ẽt sm duas intentiones, quẽadmodum dicitur in iustitia. vna earũ est æqualitas in quantitate: altera æqualitas ex parte proportionalitatis. verumtũ primum in iustitia aliud est à primo in dilectione, nã primum in æqualitate iustitiæ est quod fit penes mensurã meriti æqualis ex parte proportionis. & secundũ est illud, quod fit penes quantitatẽ. primum aũt in dilectione intendo præcedens, est æquale in quãtitate: dilectio vero, quæ est sm proportionalitatẽ, posterior est illa dilectione: intẽdo vt sit dilectio vnuscuiusq; amicorũ sm proportionem debiti vnius ad alterum non sm æqualitatem. & qñ diuersaꝝ debita, manifestũ est q̃ inuentur inter debita distantia multa: intendo vt diuersi penes virtutẽ & vitiũ, aut penes esse, aut penes aliqd aliud. cumq; fuerit distãtia valida inter duo, patẽs est q̃ non sit inter ea amicitia: neq; prẽparat quisquã eorũ seipsum ad hoc. Et istud patet valde in Dijs. nemo.n.prẽparat seipsum ad hoc vt sit eis amicus, cũ sit præeminẽtia eorũ in bonis multa valde. Et declaratur hoc ẽt ex regibus. nam qui sunt multo inferiores ipsis, nõ prẽparãt seipsos, vt sint amici eis. & similiter qbus non est quãtitas idonea ad tatis in aliqua rerũ, non prẽparãt seipsos, vt sint amici virtuosorũ & sapientum valde ex hoibus. D. Nõ est aũt in hoc quantitas nota in distãtia, versus quam finiat amicitia. & si superfluat distãtia non erit amicitia, apparet.n.q̃, qñ superat vnus aliũ in rebus multis, ad hoc fit inter eos cũ hoc amicitia. qñ vero superuenerit ipsum in fine multitudinis rerũ & bonitatis, tũc tã non erit amicitia. terminus aũt inter hæc duo imanifestus & indeterminatus in seipso. D. Et ex hinc depẽdet difficultas quædã, & est q̃ fortassis amici non volũt amicis suis bona extrinsa. si ergo hęc se habent, causa dissoluet amicitiã. & ẽt tunc nõ erunt ipsi tales vno gñe ex generibus boni. Et tã putabunt q̃ amicus in spẽs bonitatis tales vno gñe vno intendo eo quales in bonitate vt q̃ eo æquales vni speciei. ideoq; dicit ẽt q̃ amicus vult bona amico suo, eò q̃ ipse est ipse. vt si amicus sit ut amicus ens ille, qui vult amico suo bonum: sed, quod cõuenit et unicuiq; homo, et sm dispõm eius, sm cuiusmet eius bonum humanũ, volet ergo & bona extrinsa.

### *Amicitiam magis consistere in eo vt amet, quàm vt ametur. Cap. VIII.*

PLeriq; aũt ob ambitionem amari magis videntur velle, q̃ amare. vnde amatores adulatorum pleriq; sunt. adulator.n. amicus est qui excellit, aut se esse talẽ, magis q̃ amare, q̃si amari se simulat amat autem & hoc modo, quod videlicet pleriq; appetunt, prope accedere inter se vidẽtur. sed non per se in honorem eligere vidẽtur, sed ex accidenti. gaudẽt enim pleriq;, cũ ab his, qui in potestate constituti sunt, honorantur, ob spem; q̃ppe cũ si aliquare indiguerint, eã ab ipsis consequuntur. se esse existimentes, atq; ita honore quasi signo quodam benefici accipiendi lętari consueverunt. Qui vero à probis viris & scientibus honorẽ affectant, ij propriã opinionẽ de se ipsis confirmare cupiũt: gaudentq; q̃ boni sint, eorũ iudicio quod dicunt, credentes. at amari per se gaudẽt, quo circa id melius esse, q̃si honorari: & amicitia expetenda per se esse videretur. Sed in eo q̃ amat aliqs magis, q̃si in eo q̃ amatur, consistere videtur. Argumento sunt matres, quæ amando gaudẽt. nõnullæ enim filios suos educandos tradunt, amantq; scientes, redamari non curant, si vtrumq; non potest: sed satis ipsis videtur, si liberos suos bene agẽtes inspiciant. amantq; ipsos, etiam si ob ignorationẽ illi quæ matri debentur, tribuere nequeãt. Cùm vero amicitia magis in amando consistat, & amatores amicorũ laudentur: amare esse amicorũ virtus videt. quare inter quos hoc pro dignitate fit: ij stabiles amici sunt: amicitiaq; eorũ permanet. at hoc modo illi ẽt qui inæquales sunt, amici maxime esse nt: eò q̃ ad æquari possunt. æqualitas vero & similitudo amicitia est. & præcipue ea quæ est ex virtute similitudo. cũ enim stabiles per se ipsi sint: ẽt inter se mutuo permanent: & neq; indigẽt prauis, neq; talia subministrãt: sed vt ita dicam, ẽt prohibent. bonorũ siqui-

dem est neq; ipsos peccare, neq; amicis pmittere. Praui aũt firmitatem quidem nullam habent, neq;.n. sibiipsi similes permanẽt. sed ad paruũ tempus tamẽ amici fiunt, prauitate inter se mutuo oblectati. qui vero sunt vtiles, & iucundi, diutius durãt: permanent.n. quoad voluptates & vtilitates sibi mutuo exhibuerint. Ex contrarijs autẽ maxime videtur fieri amicitia, quæ ob vtilitatẽ existit. vt pauper diuitti, imperito sciens amicus fit. quod.n. consequitur aliqs indigus, illud appetens aliud qd recompẽsat. Huc trahere ẽt quispiam posset amatorẽ & amatũ, pulchrum itẽ & turpem. Vnde amatores ridiculi interdum videntur, dum sicut amant, ita se esse amandos censent. si simili modo sanè essent amabiles, fortasse censere ita deberent: cũ nihil vero huiusmodi habeant, ridiculũ est. Sed forsitan neq; cõtrarium per se contrariũ appetit, sed ex accidẽti: medij aũt appetitio est, quod bonũ est. verbi causa sicco bonũ est non si humidum euadat, sed si ad mediũ perueniat. calido itẽ & alijs, simili modo. Verum hæc cũ paulo à proposito alieniora sint, in præsentia omittantur.

DIxit. Et multi eorum, de quibus putatur q; amẽt honorem, volunt amari magis q̃ amare. & propter hoc est q; multi sunt amatores laudatores ex hominibus. Laudator enim est amicus, addens in amicitia eius, cui quod conuenit: & ipse vult esse amator magis q̃ amatus. & vir fit amator, propinquũ est ad hoc vt sit honorator eius, qui appetit honorem nõ per se, sed propter vtile. & maxime qui appetit honorẽ à regibus et principibus. Appetit quidem eũ per modum accidentis, non per se. ipsi.n. appetunt quidem honoratorem, propter ipsum consequendi suum propositũ: æstimant.n. q; impetrent ab honoratoribus omne, quod indigent. gaudent ergo ex honoratione eorũ, & ponũt eam signũ exaudiendi eos. D. Illi aũt, qui deiyderant honorem ab eis, qui sunt emeriti & noti, desyderãt qui dẽ honorẽ ab eis, quatenus per hoc intelligere faciant: qm̃ & ipsi emeriti sunt & noti, quẽadmodum illi, gaudent ergo per hoc q; ipsi boni, & per creditionẽ eius de ipsis honoratoribus eorũ cũ non honorẽt boni nisi bonos, neq; emeritos nisi emeritos & notos. & similiter et appetant vt sint amatis eo q; dilectio eligibilis est per se. Et putat q; potius sit in amato q; in amãte. Et signũ huius sunt matres, quæ gaudent ex sua dilectione. quædam.n. ipsarũ dant quicquid habent filijs suis absq; retributione: neq; requirũt remunerationẽ ex eo, q; tam impartiuntur filijs de bonis. et vniuersaliter nõ diligant aliquid nisi bonũ statum, & decorũ filiorum suorum. & ẽt amant eos, quãtus ipsi nõ reuerentur eas aliqua reuerẽtia debita matribus, propter ignorãtiam ipsorũ. Negligentium proprij iuris. Cum ergo dilectio potior sit in dilecto q; in diligẽte. & laudatur qui amat amicos necesse est vt sit virtus amicitiæ vtilitatio habitus amicitiæ ab vtroq; coamantiũ, donec aggregent eligibile & laudabile in vtriq; intendo vt vterq; ipsorum sit amans imitatus. & quando sic est, tũc in quibus manentur dilectio fm meritũ vel idonetatem, non fm equalitatẽ, sunt et perseuerantes in amicitia. & ista est amicitia comproportionalitũ in virtute. amicitia autem q; talitatis dignior est vt sit in eoq; qualibus in virtute: quẽadmodum amicitia ꝓportionalitatis dignior est vt sit in diuersatis in virtute: intẽdo vt sit amicitia, i. dilectuo, & actuo dilectionis in quolibet ipsorum fm mensurã virtutis suę ad virtutem cõparis sui. & fit qui dem istorum amicitia perseuerans vt amicitia coequalium: eò q; isti consimiles sunt, 1. cõproportionales: & proportionalitas est æqualitas quædã: intendo amicitia quædam coæqualis, quanto magis consimilitudo virtuosorum: eò q; cura pseuerantiæ amicitiæ eorũ est perseuerantia ipsorũmet in virtute. & isti, vt dicunt, non indigent rebus malis. neq; ergo facilũ eas sibiinuicem: imo prohibent eas abinuicem, cũ non faciãt hoc vt peccent circa bona, neq; vt mandent amicos suos peccare circa ea. Malorum autem consimilium non perseuerat dilectio: eo quòd ipsi non perseuerant in sua consimilitudine: sed variantur in dispositionibus suis. fiunt autem amici in tempore modico: & quisque eorum lætatur ex malo iuxta comparis. isti ergo, prout diximus, non stabiliuntur ex parte consimilitudinis: ex parte autẽ vtilitatis & dilectionis stabiliuntur multotiens, quãdiu perseuerant lucrates sibiinuicem delectationes, & vtilitates. D. Et arbitrantur q; dilectio, quę est propter vtilitatẽ, vt plurimũ est quidem inter contrarios: vt dilectio pauperis erga diuitẽ, & ignorãtis erga scientem. verũtamen diues nõ amicatur pauperi inquantũ paup: sed vult ab eo pro hoc, quod dat ei de pecunia, aliã rem. D. Et forsitan intrare facit quis in dilectionẽ contrariorum amasiũ & amasiam, & formosum & deformẽ. at si amicitiã exhibuerit deformis formoso propter eius formam: non tũ amicabitur formosus deformi propter suã deformitatem. Et ex hinc apparet q; amasij sunt digni vt derideantur, cũ voluerint aliquando vt amentur. cũ autem amentur, fortassis in ipsis est idoneitas gratia cuius amanf: quãdo vero non fuerit in eis idoneitas rei vltius & velint amari, tũc digni sunt derisione. D. Et forsitan appetet contrarium suum per accidens. & hoc, qm̃ contrarium appetit quidem illud, quod est bonũ. & hoc est mediocre. verbi gratia, qm̃ non est bonum sicco vt fiat humidus, sed vt deueniat ad mediũ. et similiter calido nõ est bonum vt fiat frigidus, sed tẽperatus. vult, vt æstimo, q; excessus in rebus oppositis desyderat medium. D. Nisi q; hæc pfecutatio i. manifestabilis est ex hac seẽtia, id est non est essentialis et relinquatur as ergo eam.

### De *ciuili amicitia.* Cap. IX.

VIdetur autem, quemadmodum in principio dictum est, circa eadẽ, & in ijsdem et amicitia esse, et ius. in omni.n. societate esse quoddã ius videtur, & amicitię quoq;: conuectores.n. & cõmilitones tanquã amicos appellant: pari modo ẽt qui in alijs societatibus versantur. quatenus aũt inter se cõmercium habent, eatenus amicitia inter ipsos est: nã & ius. & prouerbium cõmunes res amicorum esse inqt: recte sanè. in cõitate siquidẽ amicitia est: fratribus aũt & sodalibus cõmunia omnia sunt: reliqs definita, atq; aliquibus plura, quibusdã pauciora: quippe cũ amicitiæ quoque aliæ magis sint, aliæ minus. Differunt aũt & iura ipsa. non.n. eadem sunt parentibus erga filios, & fratribus iter se: neq; sodalibus eadem, & ciuibus. Simili modo ẽt in reliqs amicitijs. diuersæ igitur ẽt iniuriæ ad vnũquenq; horum sunt: incrementũq; accipiũt, quo magis





gis erga amicos fiunt. vt pecunijs sodalẽ priuare grauius est, q; ciuẽ: & non opẽ ferre fratri q; alieno: patrem itẽ percutere q; quẽlibet alium. Augeri ẽt simul cũ amicitia ius ipsum natura consueuit: vtpote cũ ijsdem consistãt, & æqualiter ptingant. At vero societates oẽs partibus ciuilis similes sunt. nam ob vtile aliquod conueniunt hoies, aliquidq; eorũ comparantes quę ad vitã pertinent: & ciuilis societas vtilitatis gratia videtur, & à principio constitisse, & perseuerare. id.n. & legũlatores consectant, & ius esse inqunt, quod cõiter conducit. Reliquæ igit societates particulatim vtilitatẽ appetunt. exẽpli causa, nauigatores eam quæ ex nauigatione euenit, vel ad pecuniarũ comparationẽ, vel tale aliqd spectantẽ: commilitones eam quæ ex bello acgritur, siue pecunias, siue victoriã, siue vrbẽ appetant. similiter quoq; tribules, & curiales. Nõnullæ vero societates fieri ob voluptatẽ videntur, chorealium scilicet sodaliũ, & contributorũ: quæ sacrificij, & conuictus causa conficiunt. Atq; hæ quidem oẽs sub ciuili cõstitutæ sunt. non enim præsentẽ vtilitatem ciuilis appetit, sed ad oẽm vitam spectat. Et qui sacrificia faciũt, circa eaq; cõuentus, honores Dijs exhibent: & sibipsis cũ voluptate requiem cõparant. prisca.n. sacrificia & conuentus vidẽtur post fructuum collectiones quasi primitiæ quædam fieri consueuisse: in his.n. maxime tẽporibus ocio vacabant. omnes igitur societates partes esse ciuilis videntur. tales autem amicitiæ tales societates consequentur.

VIdetur autem, quemadmodum dictũ est primo, q; neq; dilectio, neq; iustitia inuẽtę sint, nisi in eo, quod proportionatur nobis, ẽt in nobis: eò q; putatur q; in omni cõmunicatione & cõnegociatione iustitia quædam sit, & amicitia quædam. etenim conbociati in itineratione nominantur amici: & similiter cõmilitantes nominantur amici: & vniuersaliter quicunq; communicant in actione aliqua, nominantur amici. et mensura amicitiæ eorum, & fm mensuram cõmunicationis & coadiuuationis. & dictum est quidem in prouerbio, q; quod amicorum est, cõmune est: eò q; amicitia cõitas. & propter hoc vniuersum, quod confratrũ est & sociorum, cõmune est. & portio virtuosorũ in istis cõicationibus ex vtilibus, gratia quorum est cõmunitas mensurata, est quibusdã magis & quibusdam minus: ideoq; sunt quædã amicitiarũ magis, & quædã earum minus: intẽdo q; amicitia sequitur bonũ existens in cõnegociatione. Et similiter iustitia diuersificatur in seipsa diuersitate cõicationis. & ꝓpter hoc est dilectio patrum, & filiorũ, & fratrum, & sociorũ adinuicem, et dilectio ciuium vnius ciuitatis adinuicẽ diuersificatorum. intẽdo q; dilectio patrũ erga filios diuersa est à dilectione fratrũ. & similiter dilectio diuersaf à dilectione sociorũ. & similiter dilectio sociorũ diuersatur à dilectione ciuiũ. & similiter in cæteris dilectionibus. Et propter istud sunt species iustitiæ in eis diuersæ: & malitia aduersatur iustitię magis circa dilectionem matorem q; circa minorẽ, & propter hoc rapina, pecuniq;, et defraudatio ipsius à socio peior est q; à conciue: & derelictio sine adiutorio peior est derelictione extranei. & similiter frangere caput patris peius est q; frangere eius, qui non est pater. D. Et patet q; iustitia augetur per augmentum dilectionis, quasi ambæ sint in rebus eisdẽ, & finitur per augmentũ eius apud modos equalitatis. D. Et vniuersitas specierum cõicationum particularũ similis est partibus habitudinis ciuilis: intendo cõmunicationẽ publicam. oẽs.n. desyderant rẽ vnam eandem: & est illud, quod desyderat habitudo ciuilis. per oẽs enim eos inquiritur conueniens in vita. & videtur de cõitate ciuitatis vel ciuili, q; gaudet per illud, quod conuenientius est vt per ipsum inspiratu consociatio & perduret etiam. & illud est propositũ latoris legum: et dicũt q; iustitia est conuenientius cõi intendo hominicõmun. Etenim reliquę cõicationes particulares desyderant cõuenientius particulari. vt nauigatores maris causa lucrandi pecunias, aut alterius causa ex his, pro quibus laborat in mari, & similiter cõmunicantes ẽt in malitia desyderant conuenientius in pręsentio: vt puta pecuniã, si huius fuerit appetitus: aut victoria, si illa desyderet: aut captionem ciuitatis, si ad hoc tendat desyderium: similiter se habet.n. hoibus vnus lucri: intendo q; inquisitio eorum est bonum particularis inquisiti per illã vtilitatem. D. Et putat de quibusdam cõmunicationibus, q; fiunt causa delectationis ex cõclusione, & recreationis, vt conuictiones ciuium in festis decollationum, & sacrificiorum: intendit quod apud nos dicitur Pascha. D. Verissime est enim q; omnia ista intrent sub habitudinem ciuile, intendo cõmunicationem publicam, ciuitas nempe non desyderat hoc, quod conuenientius est alicui, sed quod oibus. D. Et qui offerũt sacrificia in tota vita sua, & honorant Deũ in istis cõgregationibus, ipsi quidẽ lucrantur sibipsis per hoc recreationẽ ex operatione illa cum delectatione. & hoc patẽs esti ex decollatione & celebratione antiqua Paschæ. fiebant.n. post frugũ collectione: & eligebant quidam illã horam propter duas intentiones: vna, quia tunc queruntur à frugum collectione: secũda, sacrificium tunc erat quasi gratiarũ actio pro adeptione frugũ illius anni. & quando sic est, tunc iam patet, q; vniuersę cõmunicationes partes sunt habitudinis ciuilis, & q; sequitur omnem cõmunicationem amicitia quædam fm modum illius cõmunicationis.

### De *speciebus ciualitatis.* Cap. X.

CIuilitatis vero tres species sunt, totidẽq; transgressiones, quasi corruptiões quædam illarũ. Ac ciuilitates quidem, regnum, & optimi potentia, & tertia quæ à censibus existit: quam censipotẽtiam vocare accommodatum videtur: sed plerisq; rẽpublicam eã appellare consueuerunt. harum optima regnũ, pessima censipotentia est. Ac regni quidem transgressio tyrannis est. ambo.n. vnius imperio constant: plurimum tñ differunt. Tyrannus enim suam, rex subditorũ vtilitatem spectat. non.n. est rex nisi ex seipse sufficiat, omnibusq; bonis excellat: at qui talis est, nullare indiget. quocirca vtilitatem non sibi, sed subditis procurabit. nã qui eiusmodi non est, sortitiuus potius est, q; rex. Tyrãnis vero ecõtrario huic, suum ipsius bonum persequitur. clariusq; eam esse pessimam manifestum est. id.n. est pessimum, quod optimo est contra-

Tyrannus sub. rex subditorum vtilitatem spectat.

rium: è regno autẽ in tyrannidẽ transitus fit: tyrannis.n.principatus vnius prauitas est. & prauus rex,tyrãnus euadit. Ex optimi potentia autem in paucipotentiã fit mutatio, vitio principũ qui præter dignitatẽ res ciuitatis distribuunt, & oĩa,aut pleraq; bona sibiipsis reseruant,& magistratus semper ĩsdem demandãt, diuitias plurimi faciẽtes. vnde pauci atq; ĩdem praui loco optimorũ dominantur. Sed ex cẽsipotẽtia in populi potentiã:hæ.n.finitimæ inter se sunt. multitudinis.n. & cẽsipotẽtia esse cõsueuit, & æquales oẽs qui in censu sunt. At populipotẽtia, quippe cũ paulum reipublicę speciẽ transgrediatur,minime prauа est. Ac respublicæ quidẽ seu ciuitates in hunc maxime modũ immutãtur. ita.n.ad minimum & facillime trãseunt. Quarũ similitudines & quasi exẽpla sumere ẽt in familijs qspiam posset.patris.n,erga filios societas figurã regni habet: quippe cũ patri cura filiorum sit. vnde ẽt Homerus Iouem patrẽ appellat: eò q; regnũ paternũ imperium esse debet. At apud Persas patris imperiũ tyranniciũ est,qui vt seruis filijs suis vtunt. Tyrannicum itẽ est heri erga seruos:in co.n.id qd' hero vtile est, agitur. Sed hoc esse rectũ videtur.Persicum illud prauũ,atq; errans.eorsi.n. qui sunt diuersi,diuersa quoq; imperia sunt. Viri & vxoris optimatũ potestati simile apparet:pro dignitate siquidẽ imperat vir, ac circa ea circa quæ virum decet: quæ aũt vxori conueniunt, ea illi attribuit. nã hoĩum dominus esse velit vir, in paucipotentiam delabitur: præter dignitatem.n.id facit,& nõ quatenus est melior. Interdum vero vxores quoq;, quibus patrimoniũ omne obtigit,dñantur: vnde non ex virtute sed ex diuitijs & potentia, sicut in paucorum potẽtatu impia fiunt. Fratrum aũt societas cenſipotentiæ similis est. sunt.n.æquales, nisi quatenus ætatibus distant. vnde si longe ætatibus diuersi sint, fraterna inter ipsos amicitia non amplius est. Populipotentia autẽ in ijs maxime cohabitationibus apparet, quæ sine domino sunt.ubi enim æquales oẽs.in ijs item,vbi cũ princeps imbellis sit, potestatem agendi quidlibet vnusquisq; habet.

Dixit. Et species habitudinum ciuilium tres sunt:et oppositæ eis tres. Prima est principatus regis: intendit regem vtilium virtuosum. Secunda principatus honorũ.intendit reges multos coadutores in gubernationem virtuosam robue. & illud fit per hoc, vt vnusquisq; ipsorum addatur partem gubernationis altam ab ea,quam adducit alter. cùm non contingit aggregari partes gubernationis, nisi in vno. D. & tertia est principatus honoris. intendit ciuitatem, cuius finis est honor. D. & quidam nominum nomnant eã vsum vitæ & melior omnium istarum est principatus regis: & vehementior oppositionum est oppositio, quæ nominatur principatus congregationum. D. Et principatus tyrannidis & regni vnus & idẽ est per formam: & inter vtrunq; diuersitas est multa:eò q; intentio tyranni est bonum suum: & intentio regis est bonum eorum, quibus præest, non bonum suũpsius, non tamen est rex, qui non est excusatus ab omni exigentia proeurationis,& nõ est virtuosus vniuersitate virtutum. & hoc, quoniã rex quando fuerit virtuosus & excusatus ab omni exigentia procurationis,non est indigens aliqua re:cumq; non fuerit vllius egens, non erit intentio eius in principatu ad vtilitatem propriam: sed intẽdet vtilia gregi suo. D. qui vero non fuerit talis, conueniens elt vt sit princeps forte: intendit casu, non merito vel idoneitate. Tyrannus autem contrarius est regi fm veritatem:eò q; inquirit proprium bonum, & rex bonum alterius. & istud oppositum est peius oppositorum & magis patens, qũ malum: & est in seipso tale,eò q; contrarium est bono absolute, quod est principatus regis: & contrarium bono absoluto est malum absolutum. D. Et principatus mutatur ex regno ad tyrannidem:eò q; tyrãnidis mahitia est pertinens principatui virtutis:intendo malitiam contra principatũ regis vnius.cùm ergo vterq; principatus regni & tyrannidis pertineant principi vni: & non differunt nisi fm finẽ principis, fit mutatio istius principatus ex regno ad tyrannidem mutatione principis tantum:& hoc est facillimum. D. Sed principatus bonorũ propter multitudinem principum mutatur ad principatum paucorum:intendit principatum diuitum,qui ponunt finem gubernationis diuitias:& istud est oppositum huius principatus. D.& est deterior principatuum: ideo q; principes diuidũt bona ciuitatis nõ fm merita: & conuertunt vniuersa bona aut plura ipsorum ad seipsos:et studeut vt principatus semper sit eorũdem, velut filiorum,& nepotum,vt arbitror ideo q; diuitiæ apud eos sunt causa principatus. D.& principes huius ciuitatis pauci sunt & mali loco eorum, qui merentur principatum ex virtuosis. D. Principatus autem honoris mutatur ad principatum cõmunitatis:intendo congregationalem.& est qui nominatur fm libertatem. D.Et enim isti duo principatus compropinquos valde habent terminos: eò q; principatus honoris requit etiam vt sint principes in ipso multi,et vt omnes coæquales sint in honore. D. Et principatus libertatis paucæ est mutatæ: eò q; oppositio eius ex specie principatus honoris patica. D. Ad ista namq; opposita pmutãtur isti principatus vtplurimũ, & felitna est permutatio quo tadam idmucem. quod autem est extra istas comper mutationes, vt q; permutetur regnũ ad aliud q; ad tyrannidem,parum est & graue. Et istud est, quod narrauit Arist. & est diuersum vitæ vel semitæ Platonis, qui videt q; principatus regni primo permutatur ad principatum honoris, & principatus honoris ad principatum diuitiarum, & principatus diuitiarũ ad principatum congregationum,& principatus cõgregationis ad principatum tyrannidis. Et verisimile est, quoniã quando perseruatio exqsita fit de hoc,patet q; res est, quæ currit cursu naturæ in compermutatione istorum principatuum est, vt dixit Arist.non vt dicit Plato. D. Et est possibile vt tnuentamus simile istis regiminibus in regimine domus: intendo hospitium: conuersatio enim patris cũ filijs suis in hospitio simlaĩ conuersationi regis cũ grege suo.curiosus est enim rex gregis sui: quemadmodum pater filiorum.et ideo nominauit Homerus regem patrem:intdiget.n.rex, vt eius regimen sit paternum regimen. D. Apud Persas autem regimen patris tyrannidale est: ipsi enim tractãt filios tãquam seruos.& regimen domini erga seruum tyrannidale: eò q; dominus vtĩ seruo, aut ei melius fuerit, non

Nota differentiã inter Platonẽ & Arist.

*a.l. discipliparum.



non seruo. Videtur autem q; regimen patris erga filios directum sit. Perfarum autem peccãs. Qñ autem regimen vel principatus bonorum diuersum est: eò q; quilibet eorum exercet proprium officiũ, & saluat alteri officium sibi proprium: similatur ipsorũ regimen regimini viri,& mulieris in hospitio. vir etenim dominatur in hospitio rebus,quæ ad eum pertinẽt, & dimittit dominium mulieri super res sibi pertinentes. quando ergo vir dominatur vniuerso,quod suũ et quod mulieris conuertitur ad paucitatem regiminis. intendit q; conuertitur ad dispositionem similantem principatui paucorum,intendo diuitis.et facit quidem hoc per idoneitatem,quam arbitratur ex seipso, siue potẽtiam, siue diuitias, non per hoc q; illud melius. Et forsitle dominantur mulieres in hutusmodi hospitijs & ciuitatibus simulibus istis hospitijs, quãdo fuerit in eis ista idoneitas, verũtamen dominium ipsorum non fit fm virtutem tunc,sed propter diuitias aut potentiam:quemadmodũ res se habet in dominio, vel in principatu paucorum:nitẽdo q; non sit fm virtutem,sed fm diuitias. D. Dominium autem fratrum in domibus similatur principatui honoris: eò q; fratres coæquantur in omni re, præterquã in annis.& propter hanc causam, quando fuerit diuersitas in annis multa, nõ erit ibi dilectio fraterna. Principatus autem cõmunitatum, intendo principatum liberorum, vtplurimum similatur statui hospitij, in quo non est paterfamilias vel dominus.familia enim illius hospitij coæquales sunt: & similiter principatu aggregationis princeps debdis est.

## *De amicitia regia, paterna, familiari & fraterna.* Cap. XI.

IN vnaquaq; autem ciuilitate eatenus amicitia apparet,quatenus & ius. Regi sanè erga subditos in beneficij supereminentia. bene facit enim ijs qui sub regno suo sunt: siquidem bonus cùm sit,ipsorum curam habet, vt bene agant,non secus atq; ouium pastor. vnde Homerus Agamemnonem pastorem populorum dixit. Talis autem paterna etiã est: tametsi magnitudine beneficiorum præstat. auctor enim eius est quod videtur esse maximum, vt videlicet sint filij: eorumq; educationis,& institutionis:id quod maioribus quoq; attribuitur. Nam & pater filiorũ, & maiores nepotum, & rex à se rectorum natura imperium obtinet. Atq; amicitiæ hæ in supereminentia sunt. atq; iccirco honorantur parẽtes: ac ius inter hos non idem est,sed pro dignitate.sic enim & amicitia. Viri item & vxoris eadem amicitia est,atq; in optimi potentia constituta: quippe cũ fm virtutem & præstantiori amplius bonum sit, & vnicuiq; quod cõuenit.ita quoq; etiam ius. At vero fratrum amicitia sodalitiæ est similis:æquales siquidẽ sunt & coætanei. atq; huiusmodi similiũ morum, similiumq; affectuũ plerunq; sunt. huic similis reipublicæ illius amicitia est,quæ ex censis constat: qppe cùm in ea æquales inter se esse ciues debeãt.ac probi: per vices q;,& ex æquo principatus fiat.simili modo amicitia. In trãsgressionibus autem sicut iuris, ita amicitiæ ẽt parum admodum est: & minimum omnium in pessima.in tyrãnide siquidem amicitiæ reperitur aut nihil, aut parum. in quibus enim principi & subdito cõmune est nihil.in ijs neque amicitia est: qppe cùm neq; ius aliquod sit,sed tale qppiam, quod artifici erga instrumentum, animæ erga corpus, hero erga seruum: nam hæc vtilitatem ab ijs consequuntur,qui ipsis vti consueuerunt. Sed erga inanimata neq; amicitia vlla est:neq; ius:neq; erga equum,aut bouem, neq; erga seruũ, quatenus seruus est:nihil.n.habẽt cõmune. nam sicut seruus animatũ est instrumẽtum, ita instrumentum inaiatus seruus est. quocirca in eo q; est seruus, erga ipsum amicitia non est: in eo q; homo,est: quippe cũ vnicuiq; hominis ius quoddã esse videatur erga vnũquemq;, qui cũ ipso legis,ac fœderis esse particeps potest. & amicitia igit erit, quatenus homo est. Atq; in tyrannidibus qdem & amicitiæ,& iuris parum admodũ est: in populi administrationibus plurimum. cùm enim sint æquales, multa inter se habent communia.

DIxit. Et vnicuiq; ex istis sex modis conuenientium regnatio est propria,intẽdo gubernationem propriam:et in vnoquoq; eorũ inuenitur diuisio fm mensuram istius materiæ in ipso. Dilectio quidem regis erga subditos abundans est fm abũdantiam ipsorum in benefactionibus & operationibus, & ipsi diligunt eum fm benefactionem eius ipsis.rex enim, quãdo bonus fuerit, benefacit his, super quos regnat, & vtilitat eos propter esse actiones eorum iustas: quẽadmodum vtilitat pastor gregem suum. & propter hoc Homerus poeta nominat præfatos nomine dertuzo à noie gregis,& istud regimen est nobilius regiminum. Et diuersificatur quidem regimen patris, & regis in magnitudine vtilium, intendo q; regimen regis maioris est vtilitatis, & cõmunis regimine patris in genere vnum sunt, putat enim de pare q; ipse sit causa esse filiorum, & nutritionis eorũ,& doctrinationis. ideoq; debitum habent filij,vt retribuant patri in delectationibus bonorum in quibus oportet. & ipse similiter portare habet hanc honoris exhibitionem in suis antecessoribus ex parentibus. pater itaq; filiorum prælatus est naturaliter.et quemadmodum est pater eis,quos genuit,ijs est filius eis qui præcesserunt cõgenitoribus. & hæc est dispositio regis erga eos,quos regit & in terra tenet. intendo q; amor eius erga eos est amor patertus,& honoratio ipsorũ erga eum est honoratio filialis, etenim rex est causa esse animæ, & fieri eius, & eruditionis eius, & doctrinationis eius, & gratia huius honorandi filij patres. D. Et dilectio & iustitia in istis non est vnum & idem, sed superabundans fm idoneitatem: intendo q; dilectio erit plus,& iustitia tuerit plus. D. Et simliter dilectio in principatu bonorum sit etiam fm mensuram virtutis. intendo q; melior est amabilior,& vniuersaliter eius dilectio ipsis fm mensuram, quam oportet vnicuiq; ex ipsis & similiter iustitia. Dilectio autem tt fraterna est quidem coæqualis,et similiter dilectio factorum eò q; ipsi coæquales,& proprietat. & conuenientium passionum inuentuntur simul. & in bonitate ira, & confundum inorum vtplurimum. & istà similiter locis principatus honoris: eò q; ista pmanentes vitæ vide

vt sint ciues coæquales in idoneitate vel merito, & vt sit regimen in ipsis particulare, & sm æqualitatem: intẽdo in omni individuo. & similiter dilectio in istis est etiam coæqualis, & iustitia econuerso ei, quod est in ciuitate regis, & honorum. D. Quemadmodum autem in oppositionibus tribus iustitia modica est, sic & dilectio: & minime tit in peiori earum, & est tyrannis. etenim in tyrannide nihil est dilectionis, & iustitiæ, nisi sit quid modicum. in tyrannide nanq; nihil est cõmune prælato & subdito, neq; est inter ea dilectio, neq; iustitia. & hoc, qñ communicatio, quæ est inter prælatum & subditum, humilis est cõmunicationi, quæ est inter artificem & instrumentum, & animam & corpus, & dominum & seruum. per instrumentum enim proficit vtens eo, & ipsum per illum etiã. attamen instrumento nõ est dilectio erga artificem, neq; animæ erga corpus, cùm neutris istorum fit anima. et similiter non inuenitur inter ea iustitia. Neq; est etiam dilectio & iustitia in quolibet animarum qualitercũq; contingat. in quibusdam n. animarum, qbus nõ est ratio, nõ inuenitur dilectio neq; iustitia, nisi sm cõmunitatem rationis. similiter neq; seruus amatur inquãtum seruus. est enim seruus quidem inquantum instrumentum, & instrumento non est dilectio. ideoq; dictum est, q seruus est instrumentum animatum: & instrumentũ seruus inanimatus. inquantum ergo seruus non proportionatur ei dilectio & proportionatur quidem inquantum homo. D. putatur autem hoc esse necessario iustitia quædam inter quoslibet duos homines, & cõmunicantes maxime, siue per legem, siue per conditionem & conuenientiam. & similiter dilectio meritabiliter erit inter quoslibet duos homines cõparticipantes sm mensuram eius quod est inter eos de iustitia. D. In principatibus autem tyrannidalibus modica est dilectio, & similiter iustitia. in principatu vero cõmunitatum, intendo congregationalem iustitiam & dilectio est plus: eo q in illis amicitiæ multæ cõmunicatæ: & sunt coæquales in illis [illegible] & eis dilectio, vt dictũ est, fit quidem in conuersatione communicabili, i. participabili.

*De amicitia sodalitia, & filiali. Cap. XII.*

IN cõmunione igitur & societate oĩs amicitia cõstitit, sicut dictũ est. cõsanguineam tñ & sodalitiam segregaret quispiã: nam ciuiles, & tribules, & nauticæ, & quæ sunt huiusmodi, socialibus magis similes sunt. esse enim quasi ex pactione quidam videtur. inter has vero aliquis ẽt hospitalitiam reponeret. Consanguinea autẽ esse multiformis videtur, & tota ex paterna dependere. parentes. n. amant liberos, quasi ex se ipsis quippiã sint. magis q; scit parẽtes qui ex se orti sint liberi, q̃ nati ex illis se esse genitos. maiorẽ item id a quo aliquid est, cũ genito habet necessitudinis cõnexionẽ; q; quidem factum est, cũ eo qui fecit. proprium. n. est q̃libet vult quippiã, esse id quod ex ipso oritur. vt dẽs, vt capillus, et quodlibet eorum id habet: illorum aũt nullum a quo oritur vel minus accedit ẽt longinquitas temporis. hi siquidẽ liberos statim vbi nati sunt, amãt: illi progressu temporis parẽtes, vbi intelligentiã, aut sensum adepti sunt. Atq; hinc cur mas tres magis diligãt, etiam patet. Parẽtes igitur filios vt seipsos amãt: qui. n. ex ipsis oriuntur, sunt quasi alteri ipsi, dũ separati sunt. filij autem parẽtes, vt ab illis producti. At fratres se mutuo diligũt ex eo, q; ex ijsdem nati sunt. eadem. n. quam cùm illis habẽt, natura ipsos inter se esse idẽ facit: vnde inquiunt eundẽ sanguinem, eandẽq; radicẽ, atq; huiusmodi. sunt itaq; idẽ quodam modo ẽt in distinctis. Multum etiã ad amicitiam facit & coeducatio, & ætas: ætate. n. æqualẽ æqualis delectat: & consuescẽtes sodales sunt. vnde fraterna hęc amicitia sodalitiæ est psimilis. Patrueles itẽ, & reliqui cognati ex his coniunctionem habẽt, eò q; videlicet ab ijsdem sunt: suntq; alij propinquiores, alij alieniores, quò vel propius, vel lõgius auctor generis abest. Estq; amicitia filijs erga parẽtes, & hominibus erga Deos tãquam erga bonũ quoddam, atq; excellẽs. beneficia. n. maxima cõtulere: quippe cũ sint in causa vt & sint, & enutriti atq; educati fuerit, posteaquam in lucẽ venerunt. habetq; huiusmodi amicitia iucũditatẽ atq; vtilitatẽ eo magis q; alienæ: quo etiam cõmunior vita inter ipsos est. Sunt itẽ in fraterna, ea quæ in sodalitia, & magis inter probos, & omnino similes: quo cõiunctiores etiam ab ortu se mutuo diligunt, quoq; moribus sunt similiores, qui ex ijsdẽ nati sunt, simulq; nutriti, atq; instituti similiter. Temporis præterea cõprobatio plurima, ac firmissima est. Atq; in cæteris cognatis ita amicitię ratio pro portione seruaẽ. Viro itẽ & vxori amicitia esse natura videtur: homo enim cõiugale magis, q; ciuile animal est: quãto prior magisq; necessaria est familia q; ciuitas, & filiorum quoq; procreatio animalibus cõmunior. Sed alijs quidẽ animalibus eatenus cõmunicatio est: at homines non sobolis procreãdæ tantũmodo, sed rerũ etiam quæ ad vitam spectãt, comparãdarum causa cohabitãt. officia. n. continuo diuisa inter ipsos sunt, alia viri, & alia vxoris: sibiq; mutuo opitulãtur, quæ propria sunt, in cõmune conferentes. atq; ob id & vtilitas & iucunditas esse in hac amicitia videtur. esse etiam posset ob virtutẽ si probi essent: est siquidẽ vtriusq; virtus: atq; eiusmodi re gauderẽt. Vinculum autem ipsorum esse filij videtur. vnde citius qui liberis carẽt, dissoluũt consueuerunt: quippe cùm filij commune bonum ambobus sit: quod aũt cõmune est, cõnectit. At vero cùm quæritur quo modo viro cum vxore sit conuiuendum, & demum amico cùm amico: nihil aliud quæri videtur, q; quo pacto ius est. neq; n. amico erga amicũ, neq; erga alienum, & sodalẽ, & condiscipulũ idẽ ius esse constat.

Dixit, Et



DIxit. Et conueniens est vt distinguatur inter dilectionem, quæ est ex parte conuenientiæ generis, i. consanguinitatis, & dilectionem, quę est ex parte societatis: intendit q; illa naturalis est, & ista consuetudinalis. D. Dilectiones autẽ ciuiles & socIales: vt illę, quæ sunt inter homines connauigantes in eadem naue, aut conuenientes in eodem itinere, & quæcunq; huiusmodi sunt, similantur dilectionibus, quæ fiunt a simul conuersantibus propter participationem in re vna, aut in rebus vnis eisdem. nam fiunt quidẽ causa contribuẽdi in vtili, et causa conuenendi sm indigentiam alterutram. D. & fortassis intromittet aliquis in hoc genus dilectionem extraneorum adnuicem. D. Et iam patet q; dilectiones generis multæ sunt dissolutionis & corruptionis, nisi q; omnes proportionantur dilectioni paternæ, & parẽtes amant filios, eò q; sunt pars ipsorum: filij vero amant parẽtes, eò q; sunt ab ipsis, & recognoscentia parentum erga illos, qui ex ipsis sunt, plus est q̃ recognoscẽtia filiorum erga illos, à quibus sunt. & propter hoc genitum magis proprium est genitori q̃i genitor genito. etenim illud, quod est pars alicuius, magis propriũ est q̃ sit res suo factori. genitum autem pars generantis est, vt dentes & capilli. & generans factor est geniti, & non solum præcellit dilectio patris dilectionẽ filij sm hanc intentionem, sed etiam in tempore. intendo q; dilectio patris erga filiũ prior est tẽpore dilectione filij erga patrem: eò q; patres diligunt statim ex quo nascuntur: filij vero amãt quidem post processum temporis, dum cognouerint filij parẽtes suos aut intellectu aut sensu. Et declaratur ex isto q; matres amplius diligunt q̃ patres: eò q; plus partũ filij ex matre est. Parentes ergo amãt filios propter seipsos: eò q; illud, quod est ex aliquo, est quasi alterum ipsum: præter quàm quòd est distinctum. filij vero amant parentes: eò q; fieri ex ipsis est. Et fratres amant seinuicem: eò q; fieri eorum est ex hominibus eisdem, & sunt parẽtes eorum, & homines qui continuantur hac continuatione adinuicem, genus sunt. & propter istud dictum fuit de generibus, q; sunguis vnus est & radix vna. & hoc ideo q; isti sunt res vna per speciem quandam, & sunt distincti. sunt ergo vnum quibusdam, & sunt distincti quibusdam. D. Et contunctio in nutritione & cohabitatione in crescentia multum facit ad conuenientiam dilectionis. vt accidit in caballis, qui copulãtur in vno vinculo: etenim cùm iungantur sub eodem iugo, amant seinuicem, & commixti socij sunt propter habitudinem suam i loco vno: ideoq; similatur dilectio socialis dilectioni fraternæ. D. Dilectionis autem filiorum, fratrum, vel sororum, & reliquorum propinquorum causa est q; sunt progenitri à quibusdam eisdem, id est ex patre vno aut matre vna: et excellentia eorum in dilectione sit sm appropinquationem eorum vni principio, in quo participant, et elongationem ab ipso. D. Et dilectio filiorum erga parentes & hominum erga Deum vnius generis est: et dilectio rei effectiuæ boni et nobilis. & hoc, quoniã actio ipsorum est magnitudo beneficij, cùm sint causa fieri et nutritionis & instructionis, dicitur quidem cũctorum pater, aut filiorum. D. & in dilectione sociorũ plus est delectationis & vtilitatis, q̃ in dilectione extraneorũ sm mensuram communicationis eorum. & simul conuersationis in vita: intendo q; communicatio eorum in vita amplior est & longior q̃ extraneorũ. Et similiter dilectione fraterna est ex delectatione, & vtilitate ad modum eius, quod est in dilectione socIali, & maxime in idoneis, & consimilibus ex ipsis. etenim dilectio eorum adinuicem est secũdum mensuram consimilitudinis in moribus, & appropinquationem cuiusdam est. demi: intendo illos qui fuerunt causa ipsorum: & maxime quando nutriti fuerint simul & doctrinati, & prolongata fuerit experientia eorum adinuicem in veritate complementi, donec firmetur dilectio eorum valde. Et similiter inuenitur dilectio in reliquis rebus cogentibus ad dilectionem secundum mensuram, quæ inuenitur in illis, quæ sunt ex vno genere. intendo q; quemadmodum excellit dilectio generis secundum excellentiã eorum in propinquitate, & elongatione ab effectiue dilectionis, i. à patre cõmum ipsis, sic excellit ea, quæ est ex parte reliquarum rerum effectiuarum dilectionis secundum excellentiam illarum ipsis. D. Dilectio autem, quæ est inter virum & mulierẽ, naturalis est: et est prior dilectione cuili, tempore, & natura quemadmodum dilectio cõdomesticorum prior est natura, & tempore dilectione conciuium secundum mensuram, quia domus naturaliter præcedit ciuitatem & est magis necessaria in esse, intendo in esse hominis. Amplius actio cõmunis mulieri et viro generatio est. et est prior actionum communium naturaliter, cùm communis sit hominum & aliis: intendo quoniam inuenitur animalibus. Et est prima actionum cogentium comunitionem maris & fœminæ in vno, vbi est gratia cuius motus artificialis in mansione vna. mas autem et fœmina ex hominibus non morantur in vna mansione propter generationem tantum, sed cum hoc propter coadiutorium in vita. etenim operationes viri & naturaliter aliæ sunt: ab operationibus mulieris: et vterq; eorum indiget operatione sui comparis: & quando deduxerint operationes proprias in commune, inuenietur sufficientia in vita. et propterea videmus q; ista dilectio aggregat vtile. delectans etenim quãdo virtuosa fuerit, inuenitur inter eos secundum mensuram idoneitatis naturalis: intendo ex eo q; vterq; ipsorum est virtus propria sibi: & erit quãtitas dilectionis inter eos secundum quantitatem idoneitatis. D. & causa vniens est, vt delectatio vterq; eorum per existentiam colligationis inter eos. & putatur q; colligatio sit proles, ideo q; eis, qui prolem nõ habẽt, eiusmodi est delectatio, etenim proles est homi commune eis, & commune coniungit & ligat. D. Et inquisitio quidem qualiter oportet vt sit societas viri ad mulierem in vita, & vniuersaliter qualiter oportet vt sit societas amici ad amicum in vita, patet q; non est aliud, quàm inquisito qualiter fiat iustitia inter eos in vita. etenim palam est q; non oportet vt sit vita amici cum amico, sicut vita eius cum extraneo: neque etiam vt sit vita eius cum socio absolute, sicut cum socio in doctrinatione.

*De duplici iure, & de compensanda amicitia. Cap. XIII.*

CVm tres sint amicitiæ, quemadmodum in principio dictum est, & in vna quaq; alij in æqualitate, alij in excellentia sint amici: similiter enim boni fiunt amici, & melior peior: similiter etiam iucundi, & ob vtilitatem, vel equales in adiumentis exhibendis, vel differẽtes: eos qui in æqualitate consistunt, & amando & reliquis adæquari oportet: eos vero qui sunt inæquales, reddere quod proportione sui pereminentię requiritur, Expostulationes autem & querelæ in ea amicitia fieri consueuerunt, quę ex vtilitate est, vel sola, vel maxime: atq; id non iniuria. qui enim ob virtutem amici sunt, ad beneficia sibi mutuo conferenda sunt prompti: quod virtutis & amicitiæ proprium est. eorum vero qui in hoc certant, ex

postulationes nullę,neq; pugnę esse possunt, quippe cùm erga eum qui amat et benefacit, indignetur nemo:sed si gratus sit, benefaciendo etiam ipse respondeat: quíq; benefaciendo exuperat, cùm cõsequatur id quod cupit, accusare nullo modo amicũ possit: nã vterq; bonum appetit. Neq; in ijs admodũ quæ ex voluptate consistunt,contingere accusatio cõsueuit.simul enim vtrisq; id fit,quod cupiunt, si conuictu mutuo oblectãtur.ridiculus enim videretur,qui non oblectantem accusaret,cũ liceat non simul degere. At ea est expostulatrix amicitia quæ ex vtilitate cõtrahitur. nam cùm ob commodum proprium mutua consuetudine vtantur,pluris semper indigent,minusq; se habere existimant,quàm conueniat: accusantq; q; quantum indigent, tantum etiã non consequuntur, cùm digni sint: qui vero benefaciunt, tantũ exhibere nequeunt, quantum indigent illi qui accipiũt. Videtur autem sicut ius est duplex,alterum non scriptum,alterum legitimum:sic amicitia,quę ex vtilitate fit,moralis altera esse,altera legitima.querelæ igitur tunc præcipue oriuntur,cum non ex eadem contractus fiunt ac dissolutiones. Ac legitima quidẽ in condictis consistit,altera omnino vulgaris è manu in manum; liberalior altera in tempus,ex pacto tamen quid pro quo reddẽdum sit.in qua manifestum quidem est & non ambiguum quod debetur: sed amica dilatio concedítur. vnde inter nonnullos exhis iudicia minime fiunt: sed acquiescendum putant,cum fide inter se cõtraxerint. Sed moralis non in condictis versatur. sed tanquam amico donat, aut quodcunq; aliud alteri exhibet:deinde aut æquale aut amplius sibi esse recipiendum censet,quasi non dederit, sed mutuarit.cùm autem non sicut contraxit, etiam dissoluat:alterum accusabit.hoc vero contingit, propterea quòd volunt quidem honestaomnes,aut plerique,sed vtilia tamen eligũt:honestum enim est beneficium conferre,non vt vicissim recipiamus.vtile autem beneficio affici est.Siquis igit potest, retribuere debet dignas gratias ijs quæ accepit, atq; id sponte:inutus enim amicus faciẽdus non est. igitur eò q; aberrauerit in principio, ab eoq; acceperit beneficium,a quo non oportebat: non enim ab amico accepit, atq; eo qui propter ipsum id faceret: perinde ac si ex condicto beneficio affectus sit.ita dissoluendum. pepigisset siquidem qui potest,se esse redditurum:et eum qui non potest,neq; ille qui dedit,dignum cẽsuisset qui acciperet. quare si potest, reddendum est. in principio autem est considerandum, à quo et qua conditione beneficio afficiat quispiam, vt his acquiescat, vel minime. Dubitationem autem hæc res habet, vtrum vtilitate eius q accepit, an beneficio eius q cõtulit,metiendum sit id quod retribuere debemus. qui enim acceperũt, extenuãtes rẽ talia se accepisse à benemeritis dicunt, quæ sicut illis parua erant,ita ipsi accipere ab alijs poterant:illi vero contra, quæ maxima erant apud se, & ab alijs non licebat, & in periculis,ac necessitatibus huiusmodi se dedisse aiunt. nũquid igitur quia ob vtilitatem est amicitia,eius qui beneficio est affectus vtilitas mensura est? hic enim est is qui indiget:& ille huic opitulatur, quasi æquam gratiam recepturus. tanta igitur fuit opitulatio,quãtum adiutus est. vnde tantum est illi reddendum,quantum est consequutus vel etiã amplius.id quod honestius est.In amicitijs autem quæ ex vtilitate existunt, crimina tiones nullæ sunt. sed eius electio qui beneficiũ cõtulit,mensuræ similis est:qppe cũ virtutis,ac morũ præcipua vis in electione cõsistat.

DIxit.Cùm autem dilectiones sint trium specierum vt dictum est ante. & si in vnaquaq; earum interdum dissidio & amicitia fit æqualitatẽ ex vtroq; amantium,& interdum sit secundum præeminentiam: erit amicus petori secundum æqualitatem: & erunt similiter consolectantes secundum æqualitatem:intendo bonos. D. & similiter inuicem amet causa vtilitatis cœquales & diuersi: & similiter et in amicitia propter delectationem inueniuntur duæ species. D. veruntamen in cœqualibus oportet vt sit dilectio eorum cœqualibus. & vt ipsi cœquales sint. amicitia autem cæterarum rerum:qui vero non sunt cœquales, oportet vt præeminentia inter eos in dilectione fiat secundum debitam mensuram proportionis eorum admittentem. D. Species quærelarum,quæ fiunt dehonestatis causa,inueniuntur quidem in dilectione,quæ est propter vtilitatem: & merito inueniuntur in hac: etenim, aut plus quàm in cæteris. etenim illi,qui sunt amici propter virtutem, amant bene facere sibi inuicem in actu: eo q; beneficentia in dilectione inuenitur inter dilectiones naturaliter propter virtutem & dilectionem:intendo q; in natura virtutis, & dilectionis est vt sequatur eas beneficentia. D. & istorum contentio non erit querela neq; litigatio. eò q; nullus litigiue est exhibere actionem. decẽtem ei quem amat. cumq; si decentia actionis exhilarans,non queret amicus virtuosus vindictam ex amico suo, nisi per decentiam actionis, quando fuerit superabundans. veruntamen cum decentia actionis, & si sit superabundans,nõ erit illis querimonia: amicus etenim cũ æstimat se inuenisse ex eo supra desyderium suum ex amico suo, non erit illic querela: eo q; ex isto prouenit amico suo bonum, & omnis homo appetit bonum. D. Neq; etiam erit multa querela in dilectione, quæ est propter delectationem: eò q; illud, quo gaudent & delectantur, est inuentum eis simul vtrisq;. etenim vterq; eorum gaudet ex suo compari, & delectatur ex esse suo cum ipso. D. qui autem profitetur amicitiam, & ingratus existit amico,& non congaudens ei, dignus fortasse existit dehonestate. qui enim ista via procedit, possibile est vt non perseueretur cum eo, neq; die vnica. D. Et ex amicitijs est amicitia dehonestatiua,scea, quæ sit propter vtilitatem vel quæstum. quibus enim eorum,qui vtuntur seinuicem gratia quęstus, plus appetitur vtilitatis quàm oporteat:



oporteat.culpant ergo socios suos,cùm requirãt ab eis vt proficiant ipsis iuxta mensuram appetituum suorũ. viri autẽ benefici non semper possunt conferre omnia, quibus indigent cupidi: ideoq; frequenter vituperant ipsos. D. Videtur autẽ dilectio, quæ est propter quæstum duarum esse specierum,quemadmodum iustitia. sicut enim iustitiæ quiddam est quod acquiritur,s.iustitia naturalis,& quiddam quod acquiritur,s.iustitia positiua legalis: similiter est de electione, quædam enim est naturalis & est coniugata iustitiæ naturali, & quædam est positiua,& est coniugata iustitiæ legali: intendo eam,quæ est ex eis in connegociatione, & in contributione secundum viam legis:intendo secundum cõditiones,quas conditionauit lex:intendo q; cõnegociatio secũdum terminum legis necessariam facit dilectionem. & species quærimoniæ vt plurimum fiunt in hac dilectione,quando nõ fuerit connegociatio secundum mensurã idoneitatis,sed fuerit permutata: intendo quãdo ceciderit in ea defraudatio. Et dilectio legalis, quæ fit ex parte connegociationis in rebus,quæ existimantur secundum mensuram suam:intendo q; sint non prec̃j ambobus connegociantibus, quædam est mercalis secundum totalitatem suam, & est ea quę fit per dationem & acceptionem statim manu ad manum:& quædam est magis liberalis & propiquior beneficio,& est connegociatio quæ fit secundum indutias & mutuum intrans est in hoc capitulum. & quãuis in hoc commercio sit commutatio alicuius pro aliquo, tamen prærogatiua in ipso palam est,neq; dubitatur in ea. & connegociatio de manu ad manum non facit necessariam dilectionem: quę vero fit secundum indutias cogit ad diligendum, & beneficentia in ipsa manifesta est. D. & propter hoc vident multi homines q; indignum est vt oporteat mutantem ad inducias repetere sua iudiciario strepitu:immo q; potius regratiandum est ei, & est honorandus.In commercio autem morali,s.in quo est iustitia non scripta,& dilectio naturalis, non fit datio alicuius æstimando vt recipiatur pro eo æqualens: sed datio beneficentiæ tantum: vt quod dat amicus amico absq; expectatione retributionis. in connegociatione autem mercimoniali non dat quis aliquid nisi intentione recipiendi æqualens, aut plus. cùmq; sic fit quasi nõ dat:immo quod dat, dat secũdum viam mutuandi vel accommodandi. D. & non est connegociantium querelositas in hora negociandi similis ei quæ fit post separationem: vult secũdum q; æstimo q; in hora separationis querelosus est aliquis connegociãtium de socio suo de aliquo, quod est aliud ab eo, de quo cũ relabitur post separationem. vt si participat maculam in venditione, quam videat cum occultauisse ab eo.plurimum autem fit hoc in hora negocij propter difficultatem restituendi. D. & accidit quidem querela in commercio: eò q; vniuersitas hominum,aut plures ipsorum appetunt de eorum,sed prælegunt vtile:& decorum est vt sit beneficium non retributionis intuitu: & vtile est vt vir benefaciat ei, qui potens est ad retribuendũ secũdum mẽsurã impensi beneficij. Qui vero non retribuit non est amicus: eò q; quando nõ retribuit homini amicus eius secundum beneficium,fit, ac si esset amicus eius præter sponte suam. opinatur enim q; amicus eius sit tanq; ille, cui videtur q; errauerit circa ipsum in principio fouerunt is.& cui videtur q; illud qd̃ percepit de bono,tale quidẽ bonum nõ est, quale prouenit ab eo,à quo procedit bonum.non enim est ex amico, immo nõ est nisi ex eo,qui benefecit errãter.& hoc, quoniam beneficus ex parte erroris, est beneficus insponte.nec. Cùmq; sic sit,tũc,quemadmodum oportet vt ille, cui impenditur beneficium notorium, recognoscat ipsum et retribuat, sic fortassis opportunum est vt qui non potest satisfacere cõdigne, satagit retribuere iuxta posse suum.& hoc, quoniam non stat condigna satisfactio, nisi propter impotentiam suam, conuenies est vt amicus eius reputet, quòd si posset plus, complete satisfaceret. D. Oportet itaq; vt incipiamus & perficiamur per id quod est beneficium ex amicis,& secundum quid: & an tolerat amicus retributionem,an non:et si tolerat,quando tolerat eã.in hoc enim contentio est & dubitatio an oporteat, vt sit satisfactio secũdum mensuram profectus proficientis,aut secundum mensuram factus ipsius: factoris:intendo secundum mensuram beneficij, non secundum passionem ab ipso. patientium enim consuetudo est vt dicant, q; non receperunt à benefactoribus nisi res,quæ modicę sunt apud eos,aut: profectus ipsis,& q; nullus est auarus huiusmodi rerum. benefactores ergo dicunt eius contrarium, s. q; ipsi dederunt quidem plurimum eius,quod apud eos est,& optimum et quale eõ est possibile accipere ab alijs, nisi per violentiam aut coactionem: & q; similatur huic. D. Veruntamen cum sit hæc amicitia propter quæstum, oportet vt sit satisfactio mea secundum passionem patientis, indigentia namq; est quidem secũdum mensuram passionis,& supleetio quidem eius est in hac, oportet igitur vt satisfaciat et per id, à quo patitur passionem eos,qui facta eius passionem. & hoc, quoniam substitutio quidem est vt proficiat et quantum proficit per ipsum,& vt restituat secũdum mensurã quam recipit:& si amplius fuerit, erit melius. D. In dilectionibus autem,quæ fiunt secundum mensuram virtutis vnusquisq; condigentium non est species vlla ex speciebus querelarum. & comparatio in ipsis non est, nisi secũdum q; eligit factor ex benefacto. plures enim virtutum & morum constituit quidam in electione: intẽdo q; virtus est electio quædam ad actionem decoram,vel ad agendum decorum.

*De querelis in amicitia per superemineniam,et de abdicatione.* Cap. XIIII.

IN illis vero quæ ex supereminentia fiunt, dissensiones quoq; accidere consueuerũt: vterq; enim plus sibi esse habendum censet. quod quãdo fit,amicitia dissoluitur. nam qui melior est,conuenire sibi existimat,vt plus habeat:bono enim amplius esse tribuendum.similiter etiam qui est vtilior:inutilẽ enim aiunt non oportere æqualem partem habere: alios qui ministrationem futuram non amicitiam, nisi pro dignitate operũ fiant ea,quæ in amicitia aguntur.putant siquidem sicut in pecuniarum communicatione plura accipiũt, qui plura contulerunt: ita in amicitia quoq; esse faciẽdũ. At indigus et peior econtrario:boni enim amici esse opem ferre indigẽtibus.quid enim inquiunt, prodest, si probo viro aut potenti quispiam sit amicus, si nullam vtilitatẽ ex eo sit consequuturus? videtur autem vterq; rescte censere.oportetq; vtrique ex amicitia amplius quidem tribui, non eiusdem tamen rei amplius:sed ei qui excellit,honoris: ei qui indiget, lucri.virtutis enim & beneficij præmiũ honor,indigẽtiæ subsidiũ lucrum est.Hoc ità se habere in rebus publicis apparet.non enim honore afficitur, qui nullum bonum reip. affert:quippe cùm id quod publicum est, ei de-

tur, qui de republica bene meretur. publicum autem quoddam est honor. nō enim fieri potest, vt & lucretur quispiam ex republica, & honoretur: cùm in omnibus minus habere sustineat nemo. ei igitur qui in pecunijs est inferior, honorem: et qui munera non accepit, pecunias tribuunt. quod enim pro dignitate fit, amicitiam, sicut dictum est, & adæquat, & conseruat. Ita igitur etiam cum inæqualibus versandum est. ab eoq; qui aut in pecunijs aut in virtute est adiutus, retribuēdus honor est: atq; id, quatenus facultas ipsius fert. quod .n. fieri potest, nō quod pro dignitate fit, amicitia exigit. Neq; enim qd' pro dignitate fit, i oibus est: sicut in honoribus qui Dijs, aut parētibus exhibētur: nemo .n. referre his dignā gratiā possset: sed qui pro viribus colit, is esse, pbus videtur. Atq; iccirco nō licere filio patrē abdicare, patri aūt filiū licere videreť. reddere .n. oportet eum qui debet. at quicquid fecerit filius, nihil dignum collatis beneficijs fecit. quare lem per debet. gbus aūt debetur, ijs dimittendi est facultas: igit patri quoq; erit. Adde q nemo fortasse vnq; abscessurus ab eo videretur, nisi prauitate exuperaret. nam p̄ter naturalē amicitiā subsidiū nō detrectare humanū est. ei vero fugiendū est, aut nō studendū opem ferre, si sit prauus. beneficio .n. affici volunt plerique, facere autem vt inutile fugere consueuerunt. Ac de his quidem hactenus dictum sit.

DIXIT. Et eugentia diuersificatur in amicitijs, q̄ sunt fm p̄missionem & additionem, nō fm coæqualitatem intendo q̄. non fuerint mensuræ coamantiū coæquales. vnicuiq; enim istorum videtur q̄ competit et magis eo bono quod præcipitur de amico suo, et qñ sic fuerit, diuertit incabitur amicitia. & est quidem sic: eò q̄ p̄eminens æstimat q̄ ipse melior: & omnes æstimant q̄ meliori plus debetur de bono: eo q̄ ipse p̄eminet, & eò q̄ ipse vtilior. neq; asserit aliquis q̄ eum oporteat esse æqualem bono: sed q̄ ipsi existimāt q̄ actiones dilectionis, qñ non sunt ex coamantibus fm mēsuram proportionis iuxtā ad vtilitatesq; ex ipsis, intēdo fm mensurā, quam oportet per se, dignius est ut sit obsequium & seruitus, q̄ dilectio. quemadmodum enim oportet in communicatione pecuniarum ut percipiat plus qui laborauit plus in earum adunatione & acquisitione, sic in dilectione. intendo q̄ oportet ut p̄meminens recipiat plus dilectionis operum dilectionis q̄ alius. Ideoq; amicus indigentiū, qñ excellens fuerit uel virtuosus, dabit eis fm mensuram sufficientiæ eorum, & ipsi honorāt eum fm mensuram dationis suæ, qñ fuerint boni. associantur ergo cum utilitatis causa, & ipse non habet utilitatem ex eis penitus. ueruntamen quilibet istorum sanam habet opinionem de socio suo: oportet ergo ut eminētior istorum amet ut exhibeat et minor uel inferior plus honoris q̄ ipse et & ut ipse impendat inferiori plus commodi & lucri, q̄ inferiori. etenim honorificētia præmiū est virtutis. & emolumentum fulcimentum est inopiarū. D. Et uidetur hoc fi. esse in conuersatione ciuitana. nullus enim honorat rem, quæ lucrari facit bonū cōe ciuitati. istud enim est homo cōis. & nō honorat ullum hominem cōem: immo honorat quidē hoiem proprium, & individua p̄cedunt seinuicem in nobilitate & ignobilitate. Et post q̄ honoratio est minoratio iniuriq honorantis, et est aliquis non tolerans minorationem, nō cōferunt hoies honorationem nisi ei, quē consequitur etiā minoratio: vt puta per collationē pecuniæ ipsis, donec fiat honoratio æqualis pecuniæ collationi. etenim actiones, q̄ fiunt fm idoneitatem, res diuersatas efficiunt coæquales. & qñ fuerit coæquales, conseruaf amicitia fm suam habitudinē. Et pp hoc oportet vt sint honorationes eorum, qui non sunt æquales in nobilitate, aut vtilitate fm inæqualitatē: immo sunt coexcedētes fm mensurā idoneitatis. et videtur q̄ sint honorationes in quibusdam amicitiarum necessariæ vel debitæ ex peruentione earum ad finem possibilitatis: ita vt sint fm posse laudantium, non fm exigentiam idoneitatis laudandorum: cùm videamus hic res plures, ad quarum non sufficimus condignas honorationes, vt domini & patres. nullus enim ad condignas istorū sufficit honorationes. attamen, qñ seruierit eis fm q̄titatem sui posse, opinamur hoc est condignum. D. Et pp hoc fortassis extimatur illicitum esse filio bellari contra patrē: et qñ debitor existit filio patri, vt retribuat ei q̄ tam tribuit ipsi pater. &, qñ fecerit pater bona, non prior fecit hoc ei, neq; p̄ter debitū: immo tanq; debitor ei, cui assistit obnoxius. D. Et fortassis non est potentia alicui vt relinquat patrē suū sine adiutorio. etenim nō videt aliqs vt nō adiuuet eum, qui nō fuerit supabundantis malitiæ, & neq; fugiat ab eo. hoies nāq; amici sunt naturaliter, & in moribus ipsorū est, ne auarus sit aliqs adiutorij ergā alterū, qui non fuerit supabundantis malitiæ: maxime ergo ne erga eum cui debitor extiterit: & cuius dignius est vt sollicitetur et studeat in subsidium q̄ vt fugiat ab ipso. à quibus vero potius fugiendum q̄ ipsorū intendendum adiutorio, sunt viri malitiarū ex hoibus: &, sunt illi, qui volunt vt bene agatur cum ipsis: & fugiunt, ne ipsi aliquid hoc faciant: ac si illud quod eis fit, non proficiat ipsis. D. De istis igitur tūn dictum sit.

# ARISTOTELIS MORALIVM NICOMACHIORVM LIBER NONVS, *cum Auer. Exposi.*

SVMMA LIBRI.

*De amicitiæ conseruatione, ac ipsius operibus. De beneuolentia, concordia, beneficentia, amore sui. De amicis felicis, amicorū numero, in qua fortuna sint habēdi, & ipsorū p̄cipuo munere.*

*Quæ conseruent amicitiam.* Cap. 1.

IN omnibus amicitijs, quę dissimiles specie sunt, id qd' proportione respondet, sicut dictum est, amicitiam cōseruat. quemadmodum & in ciuili, sutori pro calceis pro dignitate commutatio fit: textori ītē, & reliquis. Atq; hic communis mensura nummus comparatus est, ad quem omnia referuntur, quoq; mensurantur omnia. In amatoria autem amator interdum criminatur, q̄ cùm supra modum amet, non redametur: cùm nihil ipse, si ita inciderit, amabile in se habeat: sępe item amatus, quòd cùm ille prius promiserit omnia, nihil postea præstet. Huiusmodi autem querimoniæ contingunt, cùm alter voluptatis causa amatum amat, alter amatorē ob vtilitatem: & hæc ambobus non adsunt. nam cùm horum causa amicitia constet, cū ea non fiunt ob quæ amabant, amicitiæ dissolutio efficitur. non enī se mutuo amabant, sed ea quę vtrisq; aderant, quæ stabilia non sunt. quocirca huiusmodi etiam sunt amicitię. At morum amicitia per se cùm sit, permanet, sicut dictum est. Dissentiunt aūt etiam cùm alia fiunt ipsis, & non ea quæ appetunt. perinde enim est ac si nihil fiat, cùm id non consequitur quispiam quod cupit. quemadmodum citharœdo ille qui quanto melius caneret, tanto plura pollicitus fuerat: cùm repeteret mane quod fuerat ipsi promissum, voluptatum pro voluptate reddidisse se dixit. si igitur vterq; id volebat, satis habuisset: sin alter oblectationem, alter lucrum, & ille habet, hic minime: non recte id quod ad societatē spectat, inter hos esset. quibus enim indiget quispiam, ijs & studet atq; illius causa * hæc dabit. Sed dignitatem rei statuere vtrius est: eius ne qui prius contulit, an eius qui prius accepit: ille enim qui confert, ei videtur permittere. id quod aiunt etiam Protagoram facere cōsueuisse. cùm enim qualiacunque docuisset: ei qui didicerat iubebat æstimare, quanti videretur esse digna ea quę sciebat, et tantum accipiebat. in talibus autem * satis est nonnullis illud: Ast homini merces. At qui cùm pecuniam præceperint, nihil postea faciunt ex ijs quæ dixerunt: ob nimios promissionū excessus merito in accusationes incidunt. non enim prestant ea, quæ pepigerūt. Atq; hoc fortasse sophistæ coguntur facere, propterea q̄ nemo eis daret argentum ob ea quæ sciunt. hi igitur cùm non faciant ea, ob quæ mercedem acceperunt, merito accusantur. Vbi vero nulla submīnistrationis pactio fit: illos qui per se prius dant, absq; crimine vllo esse dictum iam est. eiusmodi enim amicitia est, quæ ex virtute conflatur. retributioq; est ex electione facienda. ea enim amici, & virtutis est. Ita etiam conuenit ijs qui philosophiæ causa inter se habent societatem. non enim pecunijs dignitas æstimatur: neq; honor æquis parabilis exhiberi posset: sed fortasse satis est, sicut etiam erga Deos, et parentes, id quod fieri potest. Quòd si datio eiusmodi non fuerit, sed ob aliquod maxime quidem fortasse ea facienda est retributio, quæ vtrisq; pro dignitate esse videatur: sin id non contingit, non modo necessarium videbitur, vt is qui prius ha-

* a.l. gadem dat.

* a.l. placet

Nota philosophię dignitatem.



bet, ipse statuat, verum etiam iustum: quātam enim is vtilitatem cōsequutus fuerit, aut pro quanto voluptatem elegerit, si tantum ille receperit: dignam remunerationem habebit. nā etiam i venalibus rebus ita fieri apparet. Quibusdam etiam in locis leges sunt, ne de voluntarijs commercijs iudicia fiant: eò quòd oporteat cum eo cui credidit, ita dissolucre, quemadmodum societatem iunxit. iustius enim esse putat, vt cui permissum est, is statuat, quā qui permisit. Nam plerunq; non æque æstimant qui habent, & qui habere volunt. tua enim singulis & quæ dant, digna multo precio videntur. sed retributio tamen tanta fit, quantam statuerint illi qui acceperūt. Oportet autem fortasse non tanti æstimare, quāti apparet alicui cū habet: sed quāti æstimabat, anteq; haberet.

DETERMINATIO NONI TRACTATVS LIBRI NICOMACHIAE ARISTOTELIS.

DIXIT. In omnibus autem, in quibus sunt

species vtilium duę sunt, maxime quidem conuenientiæ & proportionis inter huiusmodi vtilia coæquatori ter ea, et contentat illas dilectiones, vt in artibus ciuilibus, quando præparatur cotiorum commutat cum artifice calciamentorum hoc, quod meretur eius calciamentum, t. dat ei quod æquualet calciamento, & fiet utur dilectio inter eos, & fiunt inter in reliqs artibus, conseruatur qdē dilectio inter cō negociantes secundum eas, quando fuerit commercia tio secūdū proportionem & æqualitatem. D. Et propter istud ponitur esse mensura communis in istis ciuitatibus rebus omnibus, per quam mensurantur: & est denarius, per denarium etenim cognoscitur valor rerum: & per ipsum fit æstimatio, donec etiam proportio earum adimucē. D. In habitudine vero amoris dilectionalis fortunatu cautabitur amatius amatā, quando amauerit eam amore super excellente, & ipsa non amauerit ipsum similiter, vel econuerso. si vero non amauerit eū penitus, tunc plurimi contingit amatium querelosam esse de amata: eò q̄ promittit et promissiones variet as, & nihil soluit earum. Et accidit quidem hęc querelositas vt plurimum, quādo amatius amauerit amatā causa vtilitatis, & non fuerit amor propter declarationem in vtroq;. etenim propter communem declarationem firmatur dilectio: & contingit declinatio dilectionis, quando non fuerint res, propter quas fuit dilectio, & istud accidit, quando nō fuerit dilectio propter ipsos met diligentes, sed propter res non permanituas, et propter hoc dilectiones etiam etiam non permanitiq;. Dilectiones vero, quæ propter virtutem sunt, perficiuntur: eò q̄ vterq; condiligentium diligit socium per se virtutis gratia: virtus autem super mutabilis est. Et dilectiones, quæ sunt propter vtilitatem, non tolum permutantur propter ablationem rerum vtilium, verum etiam permutantur existentibus vtilibus solum secūdum modum, secundum quem erat desyderata. nisi enim desyderatum contingeret desyderantī modo, desyderans reputaret apud ipsum, ac si non esset penitus. & similiter si contingat et res, quam non amat, vt qui promittit eā tot remunerationem iuxta mensuram bonitatis eam

tus sui, quandoq; interpellatur de promisso, dicit, satisfaciam tibi pro delectatione, quam habui ex cantu tuo per aliam delectationem. si ergo fuerit delectatio accepta vtriusq; voluntati, erit per hoc satisfactio. quando vero fuerit alter volens delectationem, vt auditor cantus, alter autem lucrū, non est satisfactio. quando itaq; vtriusq; commercantium non contingit a socio suo voluntum, non fit commercium. hinc oportet eo quod desyderiū vtriusq; est qdem rei qua indiget, & dat vtriq; quod apud ipsum est gratia desyderati, quod est apud socium suum, & ante fuerit datio in illis, secundum mensuram meriti conseruatur connegociatio. & sic hoc, caderet vtiq; secundum mensuram, qua accepit. D. Protagoras, quando enim docebat aliquid, faciebat discipulo vt honoraret eum ad mensuram, q̄ a discipulo erat ab ipso. D. & quibusdam hominum placet magis intentione premium intendo vt recipiant a discipulo ex precio ad quantitatem eius, quod discipulus habet. D. Et ex hominibus sunt qui accipiunt præmia eorum, quod promittunt, et nihil tacitum de promisso propter superfluitatem promissorum. & dignum est vt istis conueniant ad petitiones quarundam intendo vt quis quorum habetur de eis, q̄ non faciunt quod concesserunt, & promiserunt ex ieiunio. D. Et conuenientes vt hi sunt arbitrores, vult vt arbitror, Sophistæ, sic [illegible] res, cogunt ad illud eo quod non dat ab principio rationem pro eo quod docet, vult, vt arbitror, ipsum habere illud, quod docet nullius valoris, vtpote vacuum & vilissimum. dicunt vero ad inquirēdum de disciplina, vtrum est de promissionibus, quas impossibile est adimplere vt quod promisit. Hebitus de doctrina Medicinæ petit recipere unum modicum tempore: & postea ut a discipulo precium competens huic intentioni. D. Et dignum est ut iste dedicatum ad luchementores. species quarundam omnium [illegible] non fiunt secundum quantitatem acceptorum. D. Non contemnuntur eo quod omnia non sunt ratione, finaret penitus recipere, pro quibus receperunt doctrinam sub condicione faciendi eis quandatio in eis fuit eo pro datore, et ex eius beneficio, et datio quidem quæ fit per hunc modum, fundatur dilectione quę fit ad [illegible] tiente propter virtutem. Virtus enim cuiusq; rei horum loco est ad beneficiorum fui, non ad modum retributionis. & cum sit fatista suo ad placitum, non erit quę sit, & fatista suo, & amicitia, et virtus unum amicorum est finis inspiciendi posse suum ad fatistaciendum eis modo quoq; amicorum. non enim est fatista suo ille qui non potest retribuere meritum virtutis, nihil impētato tuus posse. D. [illegible] ideo ut quilibet modo fit fatista suo et, quidocet Paulo, quando eo q̄ merito eius capiebat, nel eius dignitatem [illegible] q̄ pro [illegible] meritum neq; remuneratur in hoc commercio retributio digna neq; equalis imo videre immo conuenientes est ut sit eius premium exhibitio honoris secundum locum possibilitatem, et in reuerentia patris & eorum Deorum: & si nō in hoc, co æquale merito, neq; proximum ei. D. Et quamvis res sic se habeat in isto, oportet tamen i quibusdam rerum ut fiat fatista suo secundum æqualitatē vel plurimum, vult, ut primo, in commercio, quod fit inutilitatibus. D. Et æqualitas fit secundum mensuram, quę videtur vtriq; commercantibus esse secundum meritum. & si non, contingat videri vtriq; fit autem mensura meriti mutuata in ipso conuenies est ut necessarium sit legi ordinare in ipso mensuram meriti. immo necessariū est hoc esse. secundum mensuram ergo, qua proficit alter eorum, vel delectatur ut fit retributio non secundum quantitatem, quæ videtur ipsimet in [illegible] & hæc intentio patens est in quibusdam ciuitatibus q̄ [illegible] & sunt illæ, in quibus fuit lex. In [illegible] autem non sunt leges: eo q̄ difficile est ut in tali re statuatur tadicium secundum meritum

ram meriti in commercationibus voluntarijs. aut non inuenitur: & est dispositio in qua oportet ut uterq; cōmercantium cedat, & appropinquet socio suo. ponitur ergo huiusmodi dispositio ens dispositio beneplaciti & acceptationis ab utriq; intēdo beneplacitum per modum commercij & commixtionis. Etenim dator videt q̄ illud, per quod ipse lætificat, dignius est modo apprecationis: & quod lætificat ipsum, eò q̄ dantes ut plurimum non honorant secūdum æqualitatem eos quibus dant, & uolant accipere lætificans. & res propriè unicuiq; ex hominibus, quę procedū: ex ipsis, patens est, q̄ quando dederit ei cui non sunt propriæ, dignus est pluris: intēdo remunerationem siue præmium. sic res uterq; se habet, tūc remuneratio uel satisfactio fit secūdum mensuram, quam ordinātes uel in quam conuenit illi, qui accipiunt, cum eis quidam intendo de quo uident opere remuneratio fit secundum condignum. D. Et oportet ne sit honoratio, & unaquæq; secūdum quātitatem, q̄ apparet, q̄ merecatur res, pro qua fit remuneratio, sed secundum quantitatem meriti in se. Dixit interdum enim quod apparet diuersum est ab existentia rei in se.

## *Singulis pro dignitate beneficia esse rependenda.* Cap. II.

AT vero huiusmodi res dubitationem admittūt vtrum videlicet patri omnia retribuenda sint, & parendū in omnibus an ægrotans debeat medico obtemperare: & qui eligit imperatorem, bellicæ rei peritum hominē eligere: Simili modo amico ne magis, an probo viro interuendum: & bene merito reddēda ne magis gratia sit, quam sodali dandum, si vtriq; non liceat: Numquid facile omnibus huiusmodi exacte definire facile non est: multas enim atq; omnigenas & magnitudine & paruitate, & honestate, & necessitate habent differētias. illud tamen obscurum non est, non omnia eidem esse reddenda. Et beneficia retribuenda, vt plurimum, magis sunt, q̄ sodali inseruiendum: & sicut mutuum cui debet quispiam, reddendum magis, q̄ sodali dandum. Sed fortasse neq; hoc semper: vt si quis redemptus à latronibus fuerit, vtrum is vicissim redimere eum debet, qui liberavit, quicūq; ille sit, an nō capto quidem, sed repetenti reddere, an patrē redimere: redimere enim patrem magis etiā q̄ seipsum debere videretur. Quod igitur dictum est, in vniuersum debitum est reddēdū: sed si datio honestate, aut necessitate superexcedat, ad hæc est declinandum. Interdum enim neq; equum est, vt quod prius alter contulit beneficium, rependamus: cùm ille probum virum esse sciens benefecerit: ab hoc vero fiat retributio ei quem prauum esse existimat. nam neque ei, qui mutuauit, remutuandum est. ille enim cùm putaret se recepturum esse, probo viro mutuauit: hic autem à prauo recepturum se quippiam non sperat. siue igitur re vera ita res se habet, equalis dignitas minime est: siue non ita quidem est, sed opinan-

tur,



fur, non absurde facere viderentē. Veruntamē id quod sæpe dictum à nobis est, disputationes de affectibus & actionibus ita definitæ accertæ sunt, sicut ea, circa quæ versantur. Non omnia igitur omnibus esse retribuenda, neq; patri omnia: quemadmodum neq; Ioui omnia sacrificantur: obscurum minime est. quia vero alia parētibus, & fratribus, & sodalibus, & benemeritis reddenda sunt: singulis propria & accommodata sunt attribuēda. Ita vero etiam facere videntur. ad nuptias enim cognatos inuitant: his enim cōmune genus est: atq; iccirco actiones quoq; quę circa id fiunt, communes sunt. ob eandem causam quoq; ad sponsalia conuenire debere cognatos maxime existimant. Parentibus autem alimenta præcipue suppeditanda esse viderentur, vtpote cùm debeamus: cumq; illis qui i causa sunt, vt simus, honestius sit, quàm nobis ipsis i his opem ferre. honor quoq; parentibus quemadmodum Dijs, exhibendus est: non omnis tamen parentibus. neque enim idem patri & matri: neq; is qui conuenit sapienti, aut duci, sed paternus: & simili modo maternus. Omnibus item seniori honor pro ætate reddēdus est, assurgendo, & sessione cedendo, atq; huiusmodi cæteris. sodalibus autem et fratribus loquutio libera, omniumq; communitas exhibenda est. Cognatis itaq; & tribulibus & ciuibus, reliquisq; omnibus enitēdum est, vt semper quod accōmodatū est, tribuamus, quæq; vnicuiq; insunt quantum ad coniunctionem, & virtutem, & vsum attinet, comparatione facta dijudicemus. atq; eorum quidem quę eiusdem sunt generis facilius iudicium est: difficilius eorum quę differunt. non ob id tamen desistendum: sed ita vt fieri potest, facienda distinctio est.

DIxit. Et in hoc est exercitatio ex parte modi ex modis dubitatiōis difficilis, scilicet an oportet vt vniuersum reuerentiarum exhibeatur vni speciei ex speciebus hominum, quibus debentur reuerentiæ. vt in patre, verbi gratia, an oportet vt honoretur secundum omnes honores. & vt concedatur et omne quod petit, & satisfaciat in hoc iuxta dictum sui: an oportet vt satisfactat infirmo iuxta dictum medici tantum: & prædicanti iuxta dictum ducis exercitus, non cuiuscunq; ex hominibus. D. Et similiter dubitatur, an oportet vt seruiatur amico, quemadmodum seruitur virtuoso: & quis dignior est remuneratione, qui incipit beneficium notorium, aut qui non incipit ipsum. & quoniam non est possibile vt exhibeatur beneficiū notorū vtriusq;, intendo incipienti cū ipso, & non incipienti, est dignius vt exhibeatur incipienti. D. Et fortasse non facile est determinare in hoc secundum certitudinem: intendo illud quod debetur ipsis singulis hominum: eò q̄ in eis est diuersitas multa, propter diuersitatem istarum rerum in magnitudine & paruitate, & honitate & necessitate: intēdo q̄ hoc vt estimo: eò q̄ in eis est qd̄ est pp necessitatē, & in eis est qd̄ est pp melius: et intendit pp magnitudinem & paruitatem in donicate. D. Quòd autem non oportet concedere omnes res omni homini secūdum terminum vnum manifestum est, eo enim nō oportet vt conuentatur exhibitio benefici, vel bigratia ad eum qui non incepit eam ipso, ab ipso: eo quia non incipit eum eo, & hoc vt in pluribus autem vt est, qui non incipit eum beneficio, de ut plus q̄ et qui incepit eum beneficio, et hoc, quoniam pluries est, q̄ [illegible] quia quod grior est recompensatione eius, qui dat [illegible] q̄ est quasi accommodatum quod accommodat tantū & accōmodatum ex debito restituendum est: ideoq; oportet vt donetur ifti plus quam alij. D. Et certum est ergo istud, vt quem absolacium præbet, is oportet vt absoluat eū, qui ipsum absolacium, quando accidit, in nō intendit q̄ in hoc dubitatio est, vtrum tamen pacis est, q̄ debitor est vt vt absoluat parte iam postea quam scipsum. & similiter si fuerit datio præcedens, aut propter melius, veritatem non oportet quidem vt sit æqualis et quod facit incipiens cum dat nunc, immo fortuitu, vt fit datio præcedens, quādo facit à quo est inceptio dationis, bonus nobilis, aut propter necessitatem & forsan oportet vt sit diminuta, cui dationis à quo est inceptio datiōis, malus vilis, [illegible] oportet propter hoc vt restituamus accommodatum & recompensemus et, quando malignus vilis et cui inceptio eo q̄ non meretur hoc, cum hoc quod accommodatur, non sit eius proprium, ipse ergo vult vt eo quod non est ei proprium per accommodationem eius quod accommodatur, & qui non speratur accepere quod ei est proprium: sed hoc, quod non est ei proprium, hoc est moris peruersi valde. si ergo accommodatio fiat iustis secundum veritatem, intendo nequam, non oportet vt eius dignus habitio fit æqualis, & si non sufficientalis, putatur autem talis esse, fortalis non æstimabitur de eo, qui si non satisfaciat q̄ egerat qd̄ eō oportet. Et si uerū talis est, quemadmodum dictum est plures q̄ homines in indigentia sui inuicem cum actionibus & possibilibus coæquales sunt: et eorum tamen sunt in hoc distinctionum & ordinum terminatorum. Quoniam ergo non oportet vt dentur omnibus eis res eędem, intendo vt sit digna habitio in eis equalis, manifestum est. patribus namq; impedimentum aliud quam filiabus, & filiabus aliud q̄ socrs, & beneficio collatoribus aliud q̄ non conferentibus, et eis qui contulerunt beneficia, datum qd̄ suū est, & satisfacit eis ex debito. Et manifestacq; sic se habet res: intēdo q̄ homines dant vnicuiq; modo sibi proprū hoc quod ipsi, verbi gratia, mutuant quidem ad nuptias suorum cognatorum, aut ex parte consanguinitatis, aut ex parte alterius a istius cohabitationis & compassionis: & captum vt parentes habeant similes suos in rebus propriis eis vt plurimum, hoc enim debitum est fieri. Et ex parte huius inconuenientis est talle dignum videri homines vtriusq; partes [illegible] & satisfaciant experiris eorum: eò q̄ [illegible] esse: & q̄ magis debeant dent ad [illegible] & satisfaciant eis in eo, quo indigent ceteris rebus. & debitum reputent vt honorent eos secūdum modum honorandi Deum: attamen oportet vt honoretur præter vniuersio honore honor itaq; patris non est quasi honor matris: nec honor sapientis quasi honor ducis exercitus, sed honorandus est pater honore patrio, et materno. & similiter singuli per sibi propria intendo per id, quod competit vtriq; eorum ex victus adiutatione & assurrectione & loci exhibitiōe, et reliquis exactionibus honorationis. D. Exhibendaq; est eis, & fratribus, & vniuersaliter consanguineis omnibus propinquitate speciali aliqua simul cōsentiendo vnicuiq; sibi proprium. & oportet vt eorum quinq; eorum habeatur in comparatione [illegible] q̄,

aut

aut virtutis, aut vſus, qui appropriatur ei. comparatio autem eorum, qui ſub vno ſunt genere ex iſtis facilis eſt: diuerſorum vero genere difficilis. ſed neq; propter difficultatem omittenda eſt, ſed ſecundum quod poſſibile fuerit diſtinguenda.

## *Quando ſeruanda amicitia.* Cap. 111.

ORitur autem dubitatio, vtrum cum iis qui non permanẽt, diſſoluẽdæ ſint amicitiæ, nec ne: An cum iis qui ob vtilitatem, aut iucunditatem ſunt amici, cùm nõ amplius ea habent, diſſolutionem fieri abſurdum nõ eſt: illorũ enim erant amici: quibus deficientibus conſentaneum eſt, vt etiam ipſi non amplius ament. Criminaretur autem quiſpiam, ſi ille qui ob vtilitatem, aut voluptatem amat, ſe ob mores amare ſimulauerit. Sicut enim in principio diximus, plurimæ diſſenſiones iter amicos oriuntur, cùm non ſimiliter & putant, & ſunt amici. Cùm igitẽ fruſtratus fuerit aliquis, atq; ob mores ſe diligi exiſtimarit, cùm nihil eiuſmodi ille agat: ſeipſum is culpet. cùm autẽ illius ſimulatione deceptus fuerit: eum qui deceperit, accuſare iuſtum eſt: atq; eo magis q̃ eos qui monetas adulterãt, quo circa rem pretioſiorem maleficium huius eſt. At ſi admiſerit vt bonum, prauus vero ille euaſerit, & videatur: nunquid amplius amandus eſt? An fieri non poteſt. ſiquidem nõ quodlibet eſt amabile, ſed bonum: neq; amandum prauum eſt. praui enim eſſe amicum, aut ſimilem prauo fieri nullo modo oportet. ſimile autem ſimili eſſe amicum, dictum iam eſt. Nunquid vero ſtatim facienda diſſolutio eſt? An non cum omnibus, ſed cum iis qui ob prauitatem incurabiles ſunt: nam qui correctionem admittũt iis eo magis in moribus, quàm in facultatibus ferendum auxilium eſt, quo & præſtantiores, & amicitiæ ſunt accommodatiores. Videtur autem ille qui diſſoluit amicitiam, nihil abſurdi facere: quippe cùm non huic neq; tali fuerit amicus. quocirca cùm eum immutatum reſeruare nequeat, abſcedit. At vero ſi alter perſtet, alter vero, plus euaſerit, ita vt longe præſtet virtute, nunquid vtendum amico eſt? An fieri non poteſt. in magna autem diſtantia id maxime perſpicuum fit. vt in amicitijs à puericia conflatis. ſi enim alter permaneat animo puer, alter vir quàm optimus euadat: quo pacto eſſe poterunt amici, cùm neq; iiſdem oblectentur, neq; gaudeant, et doleant? neq; enim inter ſeſe mutuo hęc inerunt ipſis. abſq; his vero eſſe amicos non licebat: quippe cùm fieri nequeat, vt ſimul degant. Sed de his dictum iam eſt. Num autem nihilo ſecius ſe gerere debet erga ipſum, ac ſi nũquam fuiſſet amicus? An antehabitæ conſuetudinis memoria retinenda eſt. & quemadmodum amicis magis q̃ alienis gratificandum eſſe exiſtimamus: ita iis qui fuerunt, ob amicitiam quæ prius interceſſit, tribuendum aliquid eſt: quando non ob nimiam prauitatem facta eſt diſſolutio.

DIxit. Et iam dubitatur, vtrum oportet vt diſſoluãtur amores inter amicos, qui non perſeuerãt in virtute, intendo quando non perſeuerat alter eorum in ea, an non. Et ſimiliter qui ſunt amici propter vtile vel delectabile, an oporteat vt diſſoluatur eorum dilectiones, cùm non extiterint iſtę res: intendo ex altero amicorũ. & patens eſt, q̃ non eſt turpe, vt ſoluatur eorum amicitia, interempta enim cauſa connectente, neceſſe eſt connexa diſſolui. D. Et forſan dubitabit, quando ſimulauerit amicus diligere ſe ratione morum, & non diligit niſi delectationis vel quæſtus gratia, an oporteat diſſolui amicitiam. An ſtare poterit ſecundum q̃ ſtant amicitiæ multę diuerſitatis in eo q̃ præceſſit, vt dictum eſt in amicitijs, in quibus voluntates coamicantium diſſimiles exiſtunt. Veruntamen, quando mendax fuerit alter coamicantium, & arbitrari fecerit q̃ diligat ratione moris, & ipſe non facit aliquid ex his, quę exigit iſta dilectio, conueniens eſt vt huiuſmodi amicus reputet, ſeipſum ſuſpicabilem, & non requirat ab amico ſuo ſecundum ſimulationem, ſecundum quam incedit cum ipſo in ſocietate. quando vero requiſierit ab eo ſecundum hanc ſimulationem: intendo q̃ requirat actiones ſocietatis, quæ eſt propter virtutem, diſſolutur amicitia neceſſario. & oportet vt amplior querela habeatur de eo, qui incedit ſecundum hanc fictionem, q̃ de eo qui falſificat numiſma vel denarium inquantum factitius eſt in honorabiliori re: intendo q̃ falſitas in honorabiliori deterioris eſt malitiæ: amicitia autem honorabilior eſt denario: ergo falſificatio in ea maior, & querela amplior. Si autem aſſociauerit eum ente bonum, & deinde permutatur, et fiat malus, an oporteat vt non ſoluatur dilectio? An oporteat ſolui, eò q̃ non eſt poſſibile q̃ aliquis amet quod extra bonum: & malus non amatur neq; aſſimilatur ei: & iſte tam factus eſt malus. & iam dictum eſt, q̃ ſimile diligit ſuum ſimile: malus non iam ſimilis eſt bono. Si ergo oportet vt ſoluatur amicitia, an oportet vt ſtatim? An oporteat hoc in quibuſdam, vt quorum malitiæ non eſt remedium: & in quibuſdã nõ, vt in quibus poſſibile eſt rectificatio. ſi enim in pecunia emendabili debita eſt emendatio, quanto magis in more inquantum præeminet pecunię. D. Et fortaſſis non eſt putandum de eo qui hanc ſoluit amicitiam, q̃ faciat aliquid quod non oporteat, non enim fuit amicus, quod mutatum eſt, neq; fuit ſimilis. et, quando fuerit mutata ipſa res, eſt impoſſibile vt redeat quod de ipſa perijt: vult vt æſtimo illud idem. & iſte quidem fuit amicus eius, quod mutatum eſt. D. Si autem perſeuerauerit alter coamicantium in diſpoſitione ſua, & alter melior effectus fuerit, vtpote trãſmutatus ad virtutẽ, an oporteat ut permaneat amicitia? An eſt hoc impoſſibile. & tam declaratum fuit q̃ hoc non eſt poſſibile in multa diſtantia, ut in amicitia puerili. quãdo enim permanſerat unus eorum puer in intellectu, & non trãſmutantur tranſmutata ætate, & ſit alter habens intellectum purum fortem, non eſt poſſibile in huiuſmodi ut permaneant amici: cùm non placeant eis res eædem, & uniuerſaliter non gaudent neq; triſtantur rebus eiſdẽ. & hoc, quoniam propter diuerſitatem ſuarum apprehenſionum non ſunt eis res eædem ſimul. & nõ eſt poſſibile eos eſſe amicos non exiſtentibus eis his rebus: intendo ut gaudeant & triſtentur eiſdem. & non eſt poſſibile in horum ſimilibus ut perſeuerent in uita ſua, & vt fiant in ipſa amici, ſecundũ q̃ præceſſit. D. Et oportet





tet vt rememoremur rem coniunctionis, quæ fit in pręterito. quemadmodum enim videtur q̃ oportet vt detur amicis magis q̃ extraneis, ſic oportet vt detur eis, qui conuertuntur amici propter amicitiam præcedentem, quando non diſſoluitur amicitia propter ſuperfluam malitiam.

## *Quæ opera amicitiæ, & q̃ non ſint prauorum.* Cap. 1111.

IAm vero ea quę ad amicos attinent, & quibus amicitiæ definiuntur, ex iis quæ erga ſe quiſq; agit, eſſe videntur profecta. Statuũt enim amicum eſſe eum qui vult & agit bona, aut quæ apparẽt, illius cauſa: vel eum qui uult & eſſe & uiuere amicum ipſius cauſa. id quod matres erga filios faciunt: & amici, inter quos offenſio aliqua incidit. Alij eum qui ſimul degit, & eadem eligit: aut qui condolet & congaudet cum amico. maxime uero etiam hoc matribus contingit. At aliquo ex his amicitiã quoq; definiunt, quorum unumquodq; probo viro erga ſeipſum ineſt: ceteris vero, quatenus tale ſe eſſe exiſtimant. Videtur enim, quẽ admodum dictum eſt, virtus, & probus vir vnicuiq; eſſe menſura. is enim ſecum conſentit, & eadem tota anima appetit. Et vult etiam ſibi ipſi bona, & quę apparent, atque agit. boni enim eſt ſui quoque cauſa bonum elaborare: intellectuę ſiquidem partis gratia, quę eſſe vnuſquiſque noſtrum videtur. Vult quoq; viuere ſe, & ſaluum eſſe, & maxime id, quo ſapit. Probo enim viro eſſe bonum eſt. Vnuſquiſque autem ſibi ipſi vult bona. effectus vero alius illud quod euaſit, omnia habere eligit nemo. habet enim etiam nunc Deus bonum, ſed cùm ſit ipſe id quodcunq; eſt. Vnuſquiſq; vero id quod intelligit, eſſe videretur, vel præcipue. quiq; eſt huiuſmodi, ſecũ degere vult. iucunde enim id facit: quippe cùm & factorum oblectabiles recordationes, & futurorum ſpes bonæ ſint: tales autem ſint iucundę. Contemplationibus præterea abundat cogitatione: condolet'que et collætatur ſecum maxime. idem prorſus & moleſtum eſt, & iucundum, & non aliàs aliud. pœnitentia ſiquidem vacat, vt ita dicam. Eo quòd igitur probo viro erga ſeipſum vnumquodq; horum ineſt, iſq; erga amicum, perinde atq; erga ſeipſum ſeſe gerit: eſt enim amicus alter ipſe: amicitia quoque eſſe horum aliquid videtur, & amici illi quibus hæc inſunt. Nam vtrum erga ſeipſum amicitia ſit, nec'ne, in p̃ſentia omittamus. videreẽ autẽ eatenus eſſe amicitia, quatenus * eſt duo vel plura ex iis quæ dicta ſunt: & quia exceſſus amicitiæ ſimilis eſt ei quæ erga ſeipſum eſt. At antedicta ineſſe videtur etiam pleriſq;, quamuis prauiſint. nunquid tamen quatenus ſibi placent, proboſq; ſe eſſe exiſtimant, eatenus participes eorum ſunt. Nam ex iis qui vehementer ſunt praui & facinoroſi, nemini hæc inſunt: quin ne videntur quidem. ferè autẽ neque prauis. diſſentiunt enim inter ſe: dum alia cupiunt, alia volunt: vt incõtinentes, qui loco eorum quę ſibi eſſe bona videntur, iucunda quidem eligunt, ſed noxia. alij autem ob ignauiam & ſegnitiem ab agendis iis deſiſtunt, quæ ſibi eſſe optima exiſtimant. At qui multa & grauia ſcelera perpetrarunt: & ob prauitatem odio habentur, & vitam fugiunt, ſeq; ipſos interficiunt. Ac quę runt quidem improbi huiuſmodi alios, quibus cum diem traducant, & ſeipſos fugiunt: propterea quòd quando ſecum ſunt, multorum & grauium ſcelerum recordantur, atque alia huiuſmodi ſperant, quorum quãdo cum alijs verſantur, obliuiſcuntur: cumq; nihil in ſe amabile habeant, amice erga ſeipſos nullo modo afficiuntur. Neque igitur collætantur, neq; condolent huiuſmodi homines ſecum. ſeditione enim anima eorum agitatur. pars enim vna ob prauitatem dolet, cùm aliquibus abſtinet, altera lætatur, & quaſi diuellentes illa huc, hęc illuc trahit. et licet fieri nequeat vt ſimul doleat & lætetur quiſpiam, ſed paulo poſt tamen dolet, quia lætatus eſt: nolletq; ea ſibi iucunda extitiſſe. pœnitentia enim plenus fit. Prauus ergo cùm nihil in ſe habeat amabile: neque erga ſeipſum amice eſſe affectus videtur. Quòd ſi ita ſe habere valde miſerum eſt, enixe fugienda prauitas eſt, dandaq; opera vnicuiq;, vt ꝓbus euadat: ſic enim fiet vt & erga ſeipſum amice eſſe affectus, & aliorum eſſe amicus poſſit.

Amicus eſt alter ipſe.

* a.l. nõ amplius duo ſũt eadem

DIxit. Et definiuntur quidem res amicitiæ, intendo res comparatas amicitiæ per relationem ſuam ad amicitiam. Et videtur q̃ vniuerſum amicitiarum, quæ definiuntur, definiuntur quidẽ relatione ſua ad res amicitiæ. nos etenim inuenimus quoſdam laudantes amicum, qui vult bona & facit ea, aut quæ putat bona propter amicitiam ipſam, & vident q̃ iſtud ſit amicitia. Et quoſdam laudãtes amicum, qui vult & eligit quod eligunt amici. vt quod accidit matribus: intendo quoniã ipſę eligunt quod eligũt filij ipſarum. Et ex hominibus ſunt etiam, qui laudant aſſociantem & conuenientem in electione, & condolentem dolori amici, & congaudẽtem gaudio ipſius in pluribus. & iſtud etiam accidit matribus cum filijs ſuis. Et ex his ſunt qui laudant amicum per omnia iſta, & vident q̃ iſta ſint amicitia: intendo q̃ in qua aggregãtur omnia iſta, ſit amicitia virtuoſi: reliquæ autem amicitiæ dicantur amicitiæ, eò q̃ putant aſſimilari huic amicitiæ. D. Et videtur q̃ ſit res in hac amicitia, vt dictum eſt, virtus etenim communis eſt vnicuiq; ex virtuoſis. Cùm ſic fuerit, cõmunicabit virtuoſus in voluntate virtuoſo, & deſyderabunt res eaſdem, & volet per ſe bona, & quæ apparent per ſe bona, & faciet hoc etiam. bonum enim quod in ipſo eſt, excitat, & mouet ipſum ad agendum bonum.

ipse ergo facit bonum propter se. Et sunt quidem communicantes in opinione: eò q̃ quilibet virtuosus apprehendit quidem quidditatem suam intellectu, & vult vitam propter seipsum & salutem, & præcipue salutem partis illius, per quam sustentatur, & formę, per quam est bonus & virtuosus. D. Et unusquisq; vult bona sibi ipsi. & non vult ullus bonum, quando habuerit ipsum, præterquam ille, qui concupiscit ut sit et universum rerum. etenim iste cupit, ut uniantur in ipso universa bona: quamuis tam pertigerit ad bonum humanũ. & ista est opinio corrupta. Deus nanq; distributor est bonorum omnibus speciebus, quæcunq; spectorum fuerint: & nõ dat uni indutduo neq; uni speciei, & prohibet reliquis: sed diuidit inter ea universa bona secundum merita uel aptitudine ipsorum. virtuosus ergo desyderat bonum naturale sibi, & desyderat bonum illud et, qui est sibi similis. D. Et conuenientes est credere de unoquoq; istorum, q̃ ipse seipsum associet cogitando in bonis. & hoc, quando delectatus fuerit rememorando de bonis, quę operatus est præteritis, & gaudendo de ipsis, aut sperando bona futura: intendo ea, quæ disponit facienda. Et ad huius apprehensiones potens est mente & cogitatione. & communicat in his sibi ipsi in dolore & delectatione. imaginatio etenim huiusmodi rerum delectota est & dolorosa simul: intendo rememorationem sperationemq; non est delectans ex istis absq; cõtristante. et non accidit in tempore absque tempore alterius. immo amicus dolet per istas apprehensiones, & delectatur simul. & omnino uiuere virtuosum non inuenit penitentia, quemadmodũ dictum est, pœnitentia nãq; fit cũ perpetratione mali. Oportet igitur virtuosum vel le vt amq̃ quilibet istorũ virtuoso, sicut sibimetipsi: qui vt et apud amicum tuum sicut est apud seipsum: eò q̃ amicus est alter ipse. si visum fuerit q̃ amicitia sit aliqd, fiant res tales, & q̃ amici sunt illi, quibus existunt res vnę eidem. D. Verum autem amicitia sit ex his quæ esse oportet, aut nõ est, omittat perscrutari in hac hora de ipsa. fortasse etiam putandum est q̃ sit tota amicitia sit amicitia, & q̃ tot sint amicitiæ, sicut dictum est, aut plures. & apparet, q̃ illud quod tam dictum est de istis rebus, est existens in pluribus. D. Si autem malitiosi sint, intendo contumeliosi in malitia, tũc tam queritur animus inter pessimos ista comparatio i seipsis: neq; vt sibi ipsis, & videant q̃ ipsi sint virtuosi, sim q̃ sint de hoc virtuosis. Et tam est manifestũ, q̃ nõ inuenitur aliquid de isto in eis, qui sunt vehementis malitiæ, & malarum operationum. non enim apparet hoc de ipsis, neq; tere apparet, eò q̃ in malitiosis diuersitas est malitiarum, cum sit malitia multifaria. ideoq; concupiscunt diuersa, & volunt res alias à bonis, vt est dispositio eorũ, qui non continent seipsos. eligunt enim præ eis quæ videt sibi bona, delectabile & dimittentũ. & ex eis est qui fugit ab operatione eius, q̃d videt bonum propter timiditatem vel ociositatem. & propter hoc illi, qui operãtur operationes multas malas, abhorrentur vel odiuntur pp malitiã, & abhorrent seipsos, & fugiunt ne amentur, & interficiunt seipsos. D. Et malitiosi vel flagitiosi: propter istud requirũt aliquos, cum quibus finiant dies suos: eò q̃ fugiunt malitiã suã, præsertim quo tempore horrebitur multorum horribilium: & gradum ut ex eis ad alia similia illis. & hoc, quando solitarium, solitudo erit molesta est eis, & dolorosa valde. quando vero cũ aliis fuerint, oblitiscuntur illa. ex quo enim non est eis aliquid quod amẽt, fiunt non patientes à seipsis passione due tionali sui ipsorum. Et qui nõ patiuntur a seipsis passione dile tionali sui ipsorum nõ gaudent de seipsis. immo molestãtur & anxiantur à seipsis. & sp animi eorũ quæ reloiæ sunt sibi ipsorum & rancorosæ, quædam ergo animatorum dolent propter malitiam, & quædã delectantur propter ipsam, et vniuersaliter distrahũtur quidã huc, & quidam illuc, sicut quod findutur in duo per tractum. et si non fuerit possibile vt gaudeant & tristentur simul, æqualiter tristantur modicum dum gaudent, et delectantur aliquo, nolẽtes vt sit delectabile, ppter hoc tracẽ sunt inquiti repleti amaritudine & pœnitentia. D. Et propter istud totum patet, q̃ status malitiosi non est in dispositione status amici: cùm non amet seipsum, eò q̃ non in ipso quicq̃ amabile. Si igitur sic est, est vir iniquus vehemẽtis miseriq;, & infelicitatis valde. D. ideoq; valde fugiendum est homini à malitia, & indurandum vt fiat bonus. conuenientes etenim est quando fuerit bonus congaudens sibi ipsi, vt fiat congaudens, & amicus alteri.

Deus distributor est bonorum omnibus speciebus & merita & aptitudine ipsorũ. Idem 1. cœl. tc. cõ. 100.

*De beneuolentia.* Cap. V.

IAm vero beneuolentia est quidem similis amicitię, amicitia tamen non est: quippe cũ beneuolentia erga ignotos quoq;, & latens esse possit: amicitia non possit. Et prius etiam dicta hęc sunt. Sed neq; amatio est: neq; enim intentionem, neq; appetitionẽ habet, quę amationem consequũtur. atq; amatio quidem cũ consuetudine beneuolentia de recenti etiam fit. Id quod etiã erga certatores contingit. beneuoli siquidem eis fiunt. simulq; cum eis volunt. nihil tamen cooperarentur. sicut enim dixi mus, de recenti beneuoli fiunt, & leuiter diligunt. Videtur igitur principium amicitię esse, nõ secus atq; amoris ea voluptas quæ ex aspectu percipitur. nemo enim amore capitur, nisi prius specie fuerit oblectatus. qui vero forma oblectatur, nihilo magis amore capitur: sed cũ & absentes desiderat, et presentes cupit. Ita vero etiam amici esse non possunt, nisi beneuoli prius fuerint, beneuoli autem nihilo magis diligũt. volunt enim tantum bona ijs quibus sunt beneuoli, nihil tamen cooperarẽtur, nullamq; pro ipsis molestiam susciperent. Quocirca translatione vtens aliqs esse ipsam †principiũ amicitię diceret: quę cùm inueterata fuerit, & in consuetudinẽ deuenerit, amicitia euadat: non ea quidem quæ ex vtilitate, aut voluptate conciliatur: neq; enim ob hęc beneuolẽtia existit. Nam qui beneficio est affectus, pro ijs quæ accepit, beneuolentiam retribuit, iuste se gerens. Qui vero aliquem prospere agere vult spe vtilitatis consequendæ ex ea re: nõ illi, sed sibi potius beneuolus est: quemadmodum neque amicus, si commodi alicuius causa illi obsequitur. Omnino autem beneuolentia ob virtutem & probitatem quandam existit, cùm pulcher aliquis, aut fortis, aut tale aliquid visus cuipiam fuerit. sicut de certatoribus iam diximus.

† al. ociosam amicitiam.

DIxit. Exhortatio autem interdum similatur amicitiæ, et non est amicitia: eò q̃ exhortatio interdum fit ab eo, qui non cognoscitur, amicitia autẽ non fit nisi erga eos, qui cognoscuntur. et tam dictum est huiusmodi ante. Neq; etiam est dilectio, non enim perseuerantia



tia, & desyderium. hæc autem duo consequuntur dilectionem: intendo desyderium & diuturnitatẽ dilectionis. & istæ res sunt cum dilectione: & dilectio quidem est cum commixtione: exhortatio autem fit quidem interdum ab eo, cui non occurrit exhortatio: vt exhortatio, quæ fit à patre honorabili erga eum, qui venit ex eius posteritate. & interdum fit ab eo, qui non communicat exhortatis: vt exhortatio, quæ fit ab hominibus erga ordinãtes militiam. etenim ipsi exhortantur eos, & conueniunt cum ipsis in voluntate: in actu autem non. Dixit. & conuenientes est, quoniam non communicant exhortatores eis, quos exhortantur actu, vt dicatur de eis, q̃ sunt exhortatores simulatione, & quòd sit dilectio eorum dilectio simulatiua. Et propter istud videtur q̃ sit initiũ amicitię dilectio per sensum, i. amicitia præcedens naturaliter, sicut dilectio amasij. non enim amat aliquis, si non delectatus fuerit primitus. & qui delectatur per delectabile, non amat aliquid plus ipso: immo quãdo perceperit eius elongationem, desyderat eius appropinquationem. & si sic est, tunc ineutrabiliter coniungitur amicitiæ delectatio. Neq; est possibile vt sint homines amici, cùm nõ sint exhortatores: esse autem exhortatores absq; eo q̃ sint amici possibile est. nam exhortatores non diligunt dilectione pluri quàm alij ab eis: eò q̃ ipsi volũt bona solummodo eis, quibus sunt exhortatores: & cõtingit vt nõ conueniãt eis secũdum aliquod factorum suorum: neq; si sit illud factum ex his quę ipsi faciunt. Et propter hoc non possumus transmutare nomen amicitiæ ad nomen exhortationis, & dicere de ea, q̃ est amicitia apparens tarde, i. quando fuerit tempus, & firmata fuerit cõsuetudine, conuertetur in amicitiam. etenim amicitia fit propter vtile & delectabile: exhortatio autem non fit propter hoc. Et quidem ille, cui beneficium fuerit, satisfacit per exhortationem loco accepti beneficij: & est in hoc facto suo iustus. Qui autem vult beneficium benefici, & sperat se accepturum ab ipso quod vult ex beneficio, causa exhortandi ipsum, intendo beneficium, hic non videtur esse exhortator per se: sicut non est amicus, qui ferunt alteri, propterea q̃ vtatur eo vsu aliquo. D. Et vniuersaliter exhortatio pertinet virtuoso & emerito, vt quod appareat de eo hominibus, q̃ est vir grauis & rigidus, & q̃ similatur istis: vt qđ accidit illi, cuius magnificatur vtilitas, vt militum.

*De concordia.* Cap. VI.

COncordia præterea spectare quoq; ad amicitiam videtur: vnde opinionis consensio minime est: hoc enim ijs etiam qui mutuo sese ignorant, posset inesse. neq; eos qui qualibet de re consentiunt, concordes esse inquiunt: verbi causa, si de cœlestibus consentiant: concordes enim de his esse ad amicitiam non attinet. sed ciuitates concordes esse dicũt, cùm de illis quę conferunt, consentiunt, & eadem eligunt, aguntq; ea quæ publice visa fuerint. Circa agenda igitur concordes sunt, atq; ea quæ in magnitudine consistunt, & vtrisq;, vel omnibus inesse possunt. vt ciuitates cùm omnibus visum fuerit magistratus electione esse creandos: vel ineundam cum Lacedæmonijs societatem: vel regnare Pittacum, quando etiã ipse voluerit. At cum vtercq; seipsum vult, vt in Phœnissis, in seditione sunt. Cõcordes autem esse non est, si idem vtercq; animo concipit, quodcunq; illud sit: sed si quod in eodem est. vt cùm & populus & probi viri optimos regnare consentiunt. ita enim omnibus contingit id quod appetunt. Concordia vero ciuilis esse amicitia videtur: quemadmodum etiam dicitur. circa conducentia enim versatur, atq; ea quæ ad vitam attinent. estq; huiusmodi cõcordia inter probos viros: hi enim & secum, & inter se sunt concordes, cùm in ijsdem, vt ita dicam, sint. huiusmodi siquidem hominum voluntates permanent, neq; transfluunt, sicut Euripus: voluntęq; ea quæ & iusta sunt, & conducunt: atq; hæc communiter appetunt. At vt prauí concordes sint, nisi parumper, sicut etiam vt sint amici, fieri non potest: cùm in vtilibus rebus ampliorem partem appetant: in laboribus contra & ministrationibus deficiãt. cùm enim unusquisq; sibi hæc uelit, alterum ad examẽ reuocat, & prohibet. nam quod commune est, perit, cùm ab his nõ seruetur: atq; inde euenit, ut cùm alij necessitatem inferant, ipsi uero quæ iussa sunt facere nolint: seditione agitentur.

DIxit. Et apparet q̃ conuenientia interdum in opinione dilectionalis est etiam, id est effectiua dilectionis, ideo dicimus, quòd non est conuenientia opinionis conuenientia propositi & voluntatis. etenim cõuenientia voluntatis fit interdum in eis, quorum nõ fert alter voluntatem alterius. vt quod inuenitur i multis ciuitatibus inter ciues, quorum multiplicatur rediuio. Et propter hoc nos non dicimus q̃ illi, qui volunt voluntatem vnam circa rem quandam, sint conuenientes in opinione: sed nominamus quidem conuenientes in opinione eorum, quorum voluntas est in re, quę magis expedit vniuersitati, & quæ conueniunt in voluntatibus cõmunibus, ex quibus est magnum bonum, vt voluntates ciuiles communales, vt conuenientia ipsorum. quoniam quod facit idoneum principatus, virtutes sunt. etenim huiusmodi conuenientiæ voluntatum omnes sunt effectiuæ dilectionis. Dixit. Illi autem, quorum unusquisque seipsum diligit, non erunt exhortatores alter alterius ex parte conuenientiæ opinionis ipsorum in re aliqua quæcunq; rerum fuerit, sed ex parte conuenientiæ opinionis eorum in fine uno eodem: ut conuenientia communitatis in hoc: quomam oportet ut principentur virtuosi et boni, quando fuerit istud desyderium unusquisq; eorum. Dixit. Et apparet quòd conuenientia opinionis cogens est ad dilectionem ciuilem, quemadmodum dicitur in eo quod est in rebus bonis uniuersitati, & i eo quo indigetur i utra. & conuenientia opinionis fit quidem in viris emeritis & & virtuosis, isti namq; sunt conuenientes opiniones in seipsis, & ad se inuicem circa res, quæ ab extrinseco sunt, cùm desyderent res unas eadem. ideoq; sunt voluntates eorum stabiles, quæ non variantur, neq; tranmutantur de re ad rem, volunt enim iustitiam, & res quæ sunt uniuersaliter iustæ, & desyderant omnia hæc desyderio communicato. Dixit. Iniquorum autem opiniones non contingit conuenire nisi parum, quemadmodum non fiunt amici nisi parum. ipsi enim fiunt quidem amici propter conuenientiam furtiu concupiscentia multitudinis possessionis & in rebus utilibus. concupiscentia autem ipsorum in speciebus fit circa & la-

borioſi eſt quidem defectiua. & ſingulꝰ eorum volunt vniuerſa bona propter ſeipſos, & ea, quæ ſunt conferentia eligunt ſibi ipſis, & valde ſubtiliant in connegociatione ſua cum extraneo et conrriſtant eum: attamen conſeruãt quidem iuſtitiam communem inter ſe, aliter enim non ſubſiſtent. oriuntur autem inter eos iurgia et diſſenſiones: eò ꝙ alter cogit alterum ad defraudandũ in connegociationibus, et circunuenièdum ſeinuicem, cùm non cupiant exercere opera iuſtitiæ, ſed volũt quidem adimplere actiones ſuarum concupiſcentiarum.

### De beneficentia. Cap. VII.

AT vero beneficí amare magis videntur eos quos beneficijs affecerunt, q̃ affecti illos à quibus acceperunt. id quod quaſi à ratione diſſentaneum quæri conſueuit. Pleriſq; igitur id contingere propterea videtur, quia hi debent, illis debetur. ſicut ergo in mutuis illi qui debent, eos non eſſe, volunt quibus debent: qui vero mutuarunt de ſalute debitorum curam etiam habent: ſic & eos aiunt qui beneficium cõtulerunt, vtpote gratias recepturos, velle illos eſſe quibus contulerunt: illis autem non eſſe curæ, vtquippiam retribuant. Atq; Epicharmus quidem fortaſſe diceret ipſos hæc ex prauo ſpectantes dicere. Sed eſſe hæc humana res videtur. immemores enim ſunt plerique: magisq; beneficium accipere q̃ conferre appetũt. Videretur autem huiuſce rei magis naturalis cauſa eſſe, neque ſimilis ei quæ de mutuantibus relata eſt. non enim eſt dilectio circa illos, ſed voluntas vtſalui ſint, recipiendi cauſa. at qui beneficium cõtulerunt eos qui acceperunt, diligunt, atque amant, etiã ſi nulla in re ipſis vtiles vel in præſentia ſint, vel i poſterum ſint futuri. Id quod etiam in artificibus cõtingit: vnuſquiſq; enim opus proprium magis amat, q̃ ab opere amaretur, ſi animatum fieret. Maxime vero fortaſſe circa poetas idẽ euenit, qui poemata propria perinde ac filios ſupra modum amant. Huic rei ſimile eſt, quod ad benemeritos attinet: nam beneficio affectus opus ipſorũ eſt: id igitur amant magis, q̃ opus eum qui effecit. Huiuſce rei illud in cauſa eſt, quòd eſſe eſt expetibile, atq; amabile omnibus: ſumus autem operatione & actu: viuendo enim atque agendo ſumus. qui fecit igit̃, operatione opus ipſum quodã modo eſt: quocirca amat opus, propterea ꝙ eſſe appetit. at hoc naturale eſt. quod enim poteſtate eſt, id operatione opus ipſum indicat. Adde ꝙ ei qui beneficium contulit, honeſtum illud eſt quod actione eſt perfectum: quare gaudet eo in quo illud eſt. qui vero affectus eſt, nihil honeſti habet i illo qui affecit. ſed ſi modo quicquã habet, ideſt quod conducit. at id minus iucundum, atq; amabile eſt. Præſentis ſiquidẽ operatio, futuri ſpes, facti memoria iucunda eſt. at iucundiſſimum eſt quod operatione conſiſtit, atq; amabile ſimiſſi modo. ei igitur qui affecit, opus permanet: honeſtum enim eſt diuturnũ. ei vero qui eſt affectus, prꝫterijt vtilitas. Ac memoria quidem honeſtarum rerum iucunda eſt: vtilium non admodum, vel minus. expectatio vero ſeſe habere contrario modo videtur. Atq; amatio ſanè effectioni: amari affectioni ſimile eſt. amare igitur, atq; ea quæ ad amicitiam pertinent, eos conſequũtur, qui in actione excellunt. Præterea omnes ea, quæ laborioſe facta ſunt, magis amant: vt qui pecunias acquiſiuerunt, magis, q̃ qui ab alijs acceperunt. at beneficio affici labore vacare: benefacere laborioſum videtur. Propterea etiam matres liberorum ſunt amãtiores: laborioſior ſiquidem generatio eſt, magisq; ſuos eſſe filios ſciunt. id autem beneficis quoq; eſſe propriũ videt.

Matres liberorũ ſũt amãtiores.

DIxit Et videtur ꝙ benefici amplius diligant, quibus benefaciunt, q̃ illi beneficos. & eſtimatur hoc eſſe ſecũdum rationem. Apparetq; eius cauſa in pluribus. etenim beneficus amat eũ, qui benefacit, incipiens ex ſeipſo. ille autem tenetur ad amorem ratione accepti beneficij. & beneficus et cui benefit, ſimilantur accommodanti & cui fit accommodatio. debitor enim, ſ. qui recipit accommodatum, nollet permanentiam creditoris. anxiatur enim ex eius viſitatione ſemper ſuſpicans creditirepetitionẽ. creditor vero debitoris exoptat ſalutem. ſimiliter eos, quibus beneficiunt, deſyderant ſaluos cõſiſtere: vt illi qui dant quod eſt inter manus ipſorum. beneficiati autem econuerſo: vtpote onerati debito. qui autem anxiantur ex ſatisfaciendo debito, ſ. qui receperunt beneficia, fortaſſis non referũt grates benefactoribus, niſi eo ne aſſimilẽtur malis, et arguantur ab hominibus ex ingratitudine. etenim plures hominum non recordantur accepti beneficij & deſyderatum eorũ vt benefiat eis, amplius eſt q̃ vt ipſi beneficiãt. [illegible]igitur minus diligẽtes q̃ benefici. D. Et forſan purabitur ꝙ cauſa in hoc ſit naturalis: intẽdo ꝙ homo cupit naturaliter vt fiat et bonum magis q̃ faciat bonum. D. & non ſimilantur benefici creditoribus: etenim non eſt in credendo dilectio. non enim quærunt creditores ſalutẽ debitorum, niſi cauſa recipiendi creditum ab ipſis. benefactores aũt diligunt qdem q̃bus benefaciunt, etiã ſi in nullo ſint pfecturi p ipſos, neq; i ſenti, neq; i futuro. Habent autem ſe benefici ad eos quibus contulerunt beneficia, ſicut artifices ad ſua artificiata. oĩs enim artifex amat opus manus ſuæ, plus q̃ amet operatum ab alterο. ſiq; fuerit artificiatum animatum, tunc eſt multo dignius hac intentione. D. Et forſan plus accidit iſtud in poetis. etenim iſti exceduñt in dilectione carminum, quæ operantur: eſtq; dilectio ipſorum ad ſua carmina, ſicut dilectio parentum erga filios. Simile huic accidit in membris cum beneficiatis ab eis. eſt nanq; beneficium opus ipſorum: quemadmodum opus artificis eſt artifex. immo iſti diligunt eos, quibus benefecerunt amplius q̃ factor ſuum factum, intendo q̃ artifex artificiũ ſuum. Et cauſa in hoc eſt, intẽdo vt diligat factor factũ ſuum quoniam eſſentia, intendo quiditatem hominis, elect eſt apud omnem, & dilectus. & eſt complementũ et decoratiuũ eſſe ſor nempe operis exiſtit quidem ſm perfectione ſui vltimã per operationẽ. diligit igitur operationẽ ratione dilectionis eſſentiq ſuę: intendo quiditatem ſuam, quę completur per operationem. et iſtud eſt naturale homini. exiſtentiam enim eſſe abſq; operatione eſt eſſe potẽtiale. igitur omne opus eſt amatum vniuerſaliter propter hãc cauſam. Et excellit cũ hoc opus beneficij cætera omnia, intendo ineſſe ipſum amatum opifici: eò ꝙ optimum operationum. ideoq; lętatur illecui eſt iſta actio. non eſt autem beneficiato ſimilis hute actioni apud beneficiũ, vt amet ipſum vt eſt amatus, niſi beneficiatus melior beneficio, aut ſi'is ipſi. & itaq; beneficiatus minus delectatus, & diligens benefico. D. Delectatio autem i actionibus delectabilibus, quæ qdem fiũt in tpe præſenti, exiſtit in ipſomet actu. q̃ aũt ia futuro in ſpe: intendo in ſeparatione ꝙ exeat in actũ. quæ vero in præterito in rememoratione, intendo in rememoratione exitus eius ad actum. D. Et actio beneficij ex parte, qua eſt bona & decora, manet in memoria factoris, & prolõgatur tempore eius: proficuum autem prouenies ex ea beneficiato finitur velociter, & recordatio eius abbreuiatur, & modica eſt delectatio ex eius recordatione, cui nõ eſt per permanentiã. actus autem boni delectatio eſt multa, & rememoratio eius longa: delectatio vero ſpei videtur ꝙ ſit diuerſa delectationi præſenti. intendo ꝙ delectatio præſens permutatur: delectatio vero ſpei eſt permanens. D. Et videtur ꝙ dilectio cum actione, redilectio vero cum paſſione. etenim dilectio actioni ſimilis exiſtit, redilectio vero paſſioni. & actio vero magis eſt dilectiua q̃ paſſio: intẽdo ꝙ diligens ſimilatur agenti, dilectus vero patienti. Amplius, omnes quidẽ homines diligunt quod habuerunt cum multo labore, plus eo quod cum facilitate: vt puta pecuniarum adeptionem. etenim eas illi, qui laboriose acquiſierunt, plus amant eas, q̃ illi quibus in ſaluo acceſſerũt, vel hereditate poſt mortem anteceſſorum, vel portion. aliter in vita eorum, vel modo alio conſimili, & bonitas vel decor paſſionis, & eſt illud qd̃ fit beneficiato, abſq; labore eſt. bonitas autẽ vel decor actionis, & eſt illud quod à benefico, eſt cum labore. item igitur beneficus diligentior eſt in ſua actione, q̃ beneficiatus i ſua paſſione. Et propter hoc ſunt matres magis diligentes filios patribus: intendo, cò ꝙ matres genuerũt filios cum dolore, patres vero abſq; dolore. matres itaq; diligunt filios plus q̃ ſeipſas.

Matres diligunt filios plusquam ſe ipſas.

### De amore ſui. Cap. VIII.

ATenim dubitatur, vtrũ amare ſeipſum maxime, an aliquem alium oporteat. increpant enim eos qui ſeipſos maxime amant: & quaſi in dedecus ſui amatores appellant. videturq; prauus ſui cauſa omnia agere, ac tãto magis, quanto improbior fuerit. vnde ipſi crimini dant, ꝙ ab ſeipſo nihil agat. Probus autem ob honeſtatem: atq; id eo magis, quo melior eſt: amicíq; cauſa: ſui aũt cauſa agere omittit. Ab orationibus tamẽ his opera ipſa diſcrepant: atq; id non abſurde. dicunt enim eum maxime amandum eſſe, qui maxime ſit amicus: maxime vero eſt amicus, qui vult bona ei cui maxime vult, illius cauſa, etiam ſi id ſcitus ſit nemo. at hæc vnicuiq; erga ſeipſum, & cętera etiam omnia quibus amicus definitur, maxime inſunt. dictum ſiquidem eſt omnia quæ ad amicitiam attinent, à ſeipſo ad alios quoq; deuenire. prouerbia item omnia conſentiunt. vt vna anima. & communia omnia amicorum. & æqualitas amicitia. & tibiq; genus propinquius. omnia enim hæc vnicuiq; erga ſeipſum maxime inſunt: quippe cùm amicus maxime ſibi ipſi ſit. Amare igitur etiam ſeipſum maxime oportet. Cùm igitur vtriq; probabilitatem afferant, nõ iniuria in dubium venit, vtros ſequi magis debeamus. Quocirca fortaſſe huiuſmodi orationes quorſum vtræq; & quatenus veræ ſint, diuidẽdum eſt ac diſtinguẽdũ. Si itaq; ſtatueremus quo pacto vtriq; ſui amatorem appellant, forſitan hoc conſtaret. Qui igitur hoc in opprobrium inducunt, eos ſui amatores vocant, qui ſibi in pecuniis honoribus, et voluptatibus corporis amplius vendicant. plerique enim hæc appetunt: hiſq;, perinde atq; optima ſint, omni ſtudio incumbunt. vnde etiam decertabiles res ipſæ euaſerunt. Qui ergo in his plus ſibi vſurpant, cupiditatibus, atque omnino affectibus, irrationaliq; animæ parti obſequuntur. huiuſmodi autem plerique è vulgo ſunt. atq; iccirco à plerijſq; qui prauí ſunt, impoſita appellatio eſt. Merito igitur his qui ita ſui ſunt amatores, opprobrio datur. Eos autem qui huiuſmodi res ſibi attribuunt, ſolere à plerijſq; ſui amatores vocari dubium non eſt. nam ſiquis ſemper vel iuſta agere, vel temperãtia, vel qualiacunq; alia ex virtute maxime omniũ agere ſtudeat, ſemperq; quod honeſtum eſt, ſibi vẽdicet: cum ſui amatorem appellabit nemo, neque vituperabit. quãquam is magis eſſe ſui amator videretur: cùm ea quæ maxime & honeſta, & bona ſint, ſibi attribuat: ſuiq; præſtantiſſimæ parti obſequatur, eiq; in omnibus obtemperet. Sicut autem & ciuitas eſſe maxime id videtur quod in ipſa præſtantiſſimum eſt, & omnis alia congregatio: ita & homo. & ſui amator igitur eſt, qui id amat, eiq; obſequitur. continens item et incontinẽs ex eo dicitur, q̃ mens contineat reliqua & vincat, aut minime: quaſi id vnuſquiſq; ſit. videnturq; egiſſe ipſi, & ſponte, ea quæ cum ratione maxime egerunt. Id igitur præcipue eſſe vnumquẽq;, probumq; virum præcipue id amare, obſcurum non eſt. vnde etiam ſui amator maxime eſſet, diuerſa quidẽ ſpecie ab eo qui vituperatur: qui ſanè tãto differt, quanto vita cum ratione illi præſtat quæ ex perturbatione traducitur. & appetitio vel honeſti, vel eius quod conferre videatur. Eos itaq; qui circa honeſtas actiones præcipue ſtudent, omnes admittũt ac laudant. ſi omnes autem ad honeſta conſequenda certarent, honeſtiſſimaq; agere contenderent: & publice omnibus opportuna, & priuati ſingulis maxima bona euenirẽt. ſiquidẽ virtus tale quid eſt. Quo circa bonus vir eſſe ſui amator debet: nam ho

Vide iii. ſupra in. 4. c. 11.

Prouerbia I amicitia.

neſta agendo & ſibi, & alijs proderit. prauus nõ debet: eò ꝙ prauos affectus ſequẽs et ſibi, & alijs nocebit. Ac prauo quidẽ homini quę agere debet, & quę agit, inter ſe diſcrepant. at probus quæ debet, ea etiam agit. mens enim omnis quod ſibi optimum eſt, eligit: probus vere menti obtemperat. Verum autem eſt qđ de probo viro dicitur, eum amicorum cauſa & patriæ multa agere, etiam ſi pro ipſis mors fuerit oppetenda. nam & pecunias & honores proijciet, & demum ea bona, quæ in certamen apud homines veniũt, dum quod honeſtum eſt, ſibi ipſi vendicat. Breui enim tempore lætari vehementer magis eligeret, q̃ longo ſeuiter: & viuere honeſte vno anno, ꝙ multis quomodolibet: vnam item actionem honeſtã & magnã ꝙ multas & paruas. Hoc autem ijs fortaſſe euenit qui pro alijs mortem obire cõ ſueuerunt. eligunt enim magnum quoddam honeſtum ſibi ipſis, pecunias ꝙ profunderẽt, quo amici plures accipiãt. pecuniæ enim amico, ipſi honeſtum comparatur. quod autem maius bonum eſt, ſibi attribuit. In honoribus etiam & magiſtratibus idem modus eſt. omnia enim hæc amico cõcedet. honeſtum ſiquidem hoc ipſi eſt, ac laudabile. vt merito prob⁹ eſſe videatur, cum honeſtatem omnibus anteponat. Fieri itẽ poteſt, vt actiones amico permittat: ſitq̃ ipſi honeſtius, ꝙ cauſa amico tuerit vt eas egerit: q̃ ſi ipſe egiſſet. In oĩbus igitur laude dignis rebus honeſtatis amplius ſibi attribuere vir probus videtur. Atq̃ ita quidem ſui amatorem eſſe oportet, ſicut dictum eſt: vt plericq̃ autem ſunt, minime.

DIxit. Dubitabitur autem qui potius ſint diligendi diligentes ſeipſos, aut non diligentes ſeipſos. quidam enim negant diligendos eſſe ſemetipſos diligẽtes, & noſant eos dilectores ſuimet. vult per hoc, ꝙ ipſum ſit res fœda. videtur enim ꝙ malitioſus ſit ille, qui agit omne qđ agit pp ſeipſum non pp altũ, & qđ excedit in hoc ſm exceſſum in malitia, et vituperatur quidem vir vltimo vituperto, quãdo nihil facit niſi ppter ſeipſum. Virtuoſus autem facit quidem gratia boni: & addit in actione boni ſm additionẽ ſuam in virtute, & facit propter amicum, omittẽs quod ſuum eſt. D. Et homines conueniunt in hac opinione. veruntamen actiones eorum diſſident huic dicto. omnes enim aſſerũt, ꝙ maxime diligẽdus eſt amicus, et ꝙ dignior vt ſit amicus eſt, qui bona vult amico ſuo ratione amici, non ratione ſui ipſius, etiã ſi non ſciat hoc aliquis. D. & vniuerſa, quę dicta ſunt in definitione amicitiæ, neceſſariam faciunt vnitionem voluntatis eorum, ſm ꝙ dicitur ꝙ vniuerſa bona, et vniuerſaliter res pertinentes amicitię prouenũt quidem amico ab amico ſuo, & ut quod dicitur ꝙ uoluntas amicorum una, & ꝙ eis eſt anima una, et ꝙ illud, quod amicorum eſt: cõmune, eſt eis æqualiter. etenim omnes iſtę res nobiles dignitores ſunt proportionatæ utro: eo ꝙ amicus, & ille à quo procedunt iſtæ actiones, dignior eſt ut ametur a ſeipſo, q̃ alter: eò ꝙ eligibilem fecit ſeipſum per a ſtiones decoras. D. Et multotiens hæſitatur, uter eorum oportet ut aſſocietur, quando ambo fidi fuerint: intendo amatorem ſui ipſius, aut qui non amat ſeipſum. D. Forſan diſſoluetur hæc dubitatio, diuiſo quotiẽs dicitur amãs ſeipſum: ſunt enim intentiones conſimiles in hac intentione errare facientes. Quando ergo diſtinxeris intentiones conſimiles, quas ſignificat dictio una ſuis terminis, erit manifeſtatio earum amplior. D. Et hac quidem dictione, intendo amantes ſeipſos, nominant illi, qui appropriant ſibi ipſis plus honorum, & dilectionum corporalium debito. plures nanq̃ hominum appetunt iſta, et nituntur in ipſa, ac ſi ſint optima appetibilium. & horum gratia incidũt diſſenſiones inter homines, qui ſunt in hac diſpoſitione. et illi, qui dediti ſunt ad iſta, gaudent deſyderijs et paſſionibus animalibus: intendo res proportionatas parti animæ beſtiali. & plures hominum tales ſunt: & iſti ſunt mali vniuerſaliter. & propter hoc cõuenit eis hoc nomen: intendo propter multitudinẽ malitiæ ipſorum. & rectũ eſt nominare eum, qui eſt ſm hanc diſpoſitionem, amantem ſeipſum. D. Quòd ergo tam conſueuerunt plures hominum nominare eos, qui dediciãt ſe iſtis rebus, & præeligunt eas, amatores ſui ipſorum manifeſtum eſt. qui uero ſatagit facere quod facit ſm iuſtitiam, præ cunctis hominibus, & res, in quibus eſt tẽperãtia, & ſimiles iſtis ex actionib⁹ uirtualibus, & iſte eſt, qui ſemper facit in ſeipſo bonum, forſaſſe & ſi iſte nõ nominetur amator ſui ipſius apud plures hoium: dignus tñ eſt hoc nomine, cũ iſte appropriet ſibi ipſi optima bonorum, & ingentiſſima eorum. & iſte eſt ex applicatione ſui ad illud quod uere ſuũ eſt, et ponit in ipſo ſufficientiam ſemper ſuam. D. Et quemadmodum ciuitas, quę agregat bona ſibi ipſi, reputatur aggregatto uerax magis omni aggregatione, ſic homo, qui acquirit ſibi ipſi bona humana, reputatur habere uoluntatẽ, quæ eſt delitiæ uerę. & qui amat rem ueram ſui ipſius, et lętatur ex ea, eſt dignior nominari amator ſui ipſius. D. & continens & incontinens dicũtur quidem ex parte intellectus. continens enim eſt, quem continet intellectus ſuus: & incontinens eſt, quem non continet intellectus. & de quolibet iſtorum putatur ꝙ operetur qui dem à voluntate, et præcipue de operatoribus, qui operantur gratia rei alicuius, intẽdo finem. Si ergo eſt continens, qui amat honorabilius quod in ipſo eſt, & eſt intellectus: incontinens vero diuerſus eſt ab eo, intendo qñ amat quidem eſſe ſuũ beſtiale: tũc quanto dignior eſt virtuoſus, vt amet ſeipſum incontinente: intẽdo eũ, qui eligit cætera deſyderia, propter hoc igitur nomina tio amantis ſeipſum in dictione dicentis amãs ſeipſum ſm duas intẽtiones eſt dicta de eis per communitatem nominis. intendo ꝙ duæ opiniones in ipſis ſint diuerſæ diuerſitate multa: ſicut diuerſificatur nomẽ vitæ dictũ de vita, quæ eſt ſm ꝙ oportet, & dictum de vita, quæ eſt ſecundum paſſiones. D. Et cùm ſit conuenientius homini deſyderare optima, conuertuntur vniuerſi homines ad laudãdum eos, qui nituntur ad agendum bona ſm ꝙ oportet, et ad extollendum eos. quando enim omnes nituntur ad agendum optimum, et feſtinant ad ipſum, erunt res communes, ſecundum ſtatum quem oportet communicari: & erunt res propriæ ſm ꝙ competit appropriari, cùm ſit iſtud de natura ſtudij & ſolliciti. duinis bonorum. D. Item igitur oportet vt ſit virtuoſus bonus amator ſui ipſius. eterum proficit ſibi ipſi in agendo bona, et proficit alijs. malus autem ſm diuerſum iſtus: intendo quoniam obeſt ſibi ipſi, & propinquis ſibi, cùm ſequatur paſſiones prauas. Inter hoc igitur, quod eſſet agendum maligno, et quod agit, diuerſitas exiſtit multa. virtuoſus autem agit quod oportet: eo ꝙ intellectus eligit optimum, et virtuoſus obedit intellectui. Dixit. Competens autem eſt, & debitum, vt homo agat actiones multas gratia amicorum, & vicinorum





vicinorum & cõciuium: & ſi incumbat ei in hoc neceſſitas moriendi pro ipſis. etenim competit viro virtuoſo vt elargiatur pecunias, & impendat honores, & vniuerſaliter omnia bona, pro quibus intendunt homines, quatenus lucrentur bonum ſibi ipſis. Forſitan enim viro nobili poſt eligẽdum eſt gaudere gaudio intenſo in tempore modico, ꝙ gaudere gaudio remiſſo tempore longo: vt ꝙ viuat anno vno peragens actiones nobiles uenuſtas, q̃ ꝙ viuat annis multis agẽs opationes multas. D. Hęc eſt dilectio & opinio eorũ, qui eligunt mo rt pro alijs. vident enim, ꝙ adipiſcũtur in hac hora breui bonum eximium quod eſt acceptabilius eis, q̃ viuere centum annos, & non adipiſci tale bonum. D. & ex facto eorum, qui elargiuntur plurimum opum ſuarum amicis, accreſcit quidem amicis i opibus: ipſis vero in bonitate & virtute, cedit igitur iterum nobilior pars ipſius. Et ſimile huic accidit etiam penſione honorum & principatuum amico. vniuerſa enim iſta exhibent, & impendunt amico, reputantes nobilius hoc, quod loco eorum recipiunt. & quoniam hęc eſt laus, & merito facit hoc vir nobilis, & bonus, cùm exiſtimet per iſtud factum exiſtere virtuoſus, & elegat præ cunctis rebus bona, & digna virtute. Et per iſtud poſſibile eſt vt diſtribuat actiones ſuas virtuoſus amico ſuo, et vt ſit pulchrior & melior apud ipſum actiõe ſua actio amici ſui, & hęc cauſa ſit amicitię. D. Iam igitur videtur ex iſto ꝙ virtuoſus, qui facit oĩa iſta, det ſibi ipſi plus de bono q̃ alij. Per hunc itaq̃ modum oportet vt ſit virtuoſus vere amans ſeipſum vel ſui ipſius: ſm vero ꝙ reputant plures hominum amatorem ſui ipſius minime.

*ſdt in proœmio ſuo ſup. & ſuper 8. Phyſico.*

### De *amicis felicis, & quibus indigeat.* Cap. IX.

IAm vero de felice ipſo quoq; dubium eſt, indigeat ne amicis, nec ne? nihil enim beatis ex ſecq̃ ſufficientibus opus eſſe amicis inquiunt: adſunt enim ipſis bona: vt cùm ex ſufficiant, nulla re amplius indigeãt. amicum autem cùm ſit alter ipſe, ſuppeditare ea, quæ per ſe quiſpiam nequit. vnde, fortuna cũ dat bene, quidnam amicis eſt opus? Sed abſurdũ videtur, cùm bona omnia felici attribuamus, amicos non tribuere: quod ex bonis externis eſſe maximũ videt. Nã ſi amici magis eſt beneficium cõferre, q̃ accipere: boni item viri & virtutis eſt benefacere: benefacere autẽ amicis, quàm alienis honeſtius eſt: probus vir ijs indigebit qui beneficio afficiantur. Vnde etiã in quæſtionem venit, vtrum in aduerſa, an in proſpera ſortuna amicis magis opus ſit: eo ꝙ et qui in infortunio eſt cõſtitutus, ijs indigeat, qui beneficia conferant: et qui fortunati ſunt, ijs, quibus benefaciãt. Adde quòd abſurdum fortaſſe eſt, vt beatũ ſolitarium eſſe faciamus. nemo enim eſſet, qui omnia bona habere per ſeipſum eligeret: quippe cùm ciuile animal ſit homo, & ad conuictum natura aptum. & felici igitur hoc ineſt: quę enim natura bona ſunt habet: conſtat autem cum amicis & probis viris melius eſſe q̃ cum alienis, et quibuslibet hominibus diẽ traducere: opus igitur felici amicis eſt. Quid ergo primi illi dicunt, & quo modo illorum vera oratio eſt? An quia plerique amicos eos eſſe opinantur qui vtiles ſunt. talibus igitur, cùm bona ipſi omnia adſint, nullo modo indigebit beatus: ſed neque illis qui ob voluptatem ſunt amici, vel parumper. cùm enim vita eius iucunda ſit, aduentitia voluptate non indiget. cùm itaq̃ talibus amicis nõ indigeat, non indigere amicis videtur. Id autem verum fortaſſe minime eſt. in principio enim dictum iam eſt, felicitatem operationem quãdam eſſe. operationem autem fieri, & non eſſe vt poſſeſſionem aliquam, patet. at ſi felicem eſſe in viuendo & operando conſiſtit: boni autem viri operatio honeſta & iucunda per ſe eſt, ſicut in pricipio diximus: & quod eſt propriũ vniuſcuiuſq̃ iucundum quoq; eſt: alios vero ſpectare magis q̃ noſmetipſos, aliorũq̃ actiones q̃ noſtras poſſumus: proborum autem virorum actiones qui ſint amici, bonis ſunt iucundæ: ambo enim ea habent, quæ iucũda natura ſunt: beatus profecto amicis huiuſmodi indigebit, ſiquidem actiones honeſtas & proprias contemplari vult: tales autem ſunt boni viri, qui amicus ſit. Felicem præterea iucunde viuere oportere exiſtimant. at ſolitario difficilis vita eſt: non eſt enim facile per ſeipſum aſſidue operari, cum alijs vero, et ad alios facilius. operatio igitur quæ magis erit continua, iucũda per ſeipſam erit. id quod circa beatum eſſe oportet. Probus enim vir, quatenus eſt probus, ſicut ex virtute proficiſcentibus actionibus gaudet: ita eas moleſte fert, quæ ex vitio exiſtunt: non ſecus atq̃ muſicus pulchris modulationibus oblectatur, prauis offenditur. Adde ꝙ ex conuictu cum bonis exercitatio etiam quædam virtutis efficeretur: quemadmodum quoq; Theognis inquit:

A iuſtis diſces bona. ſi verſabere amico
Cum prauo, amittes mens bona ſiqua tibi eſt.

Si etiã naturalius conſideremus probus amicus probo eſſe natura expetẽdus videtur. qđ enim natura bonum eſt probo viro bonũ & iucũdum eſſe iam diximus. Viuere aũt ipſum definiũt poteſtate ſenſus aialibus, hominibus ſenſus & intellectionis. poteſtas vero in operationem reducitur. at in operatione id quod præcipuum eſt, conſiſtit. viuere autem nihil aliud eſſe, q̃ ſentire vel intelligere præcipue & proprie videtur. ſed viuere ex his eſt quæ bona et iucunda ſunt. Definitum enim eſt. quod autem eſt definitum, ex boni natura eſt: quod vero natura eſt bonum, probo viro etiam bonum eſt: atq; iccirco iucundum eſſe omnibus videtur. Non debemus autem prauam vitam & corruptam in doloribus q̃ conſtitutam ſuſtinere: ea enim indefinita eſt non ſecus atque ea quæ in ipſa inſunt. Ac de dolore quidem

*Hic partem vltę ad. 8. capi. nõ ex poſit Aue.*

in sequentibus planior res efficietur. Quòd si viuere ipsum est bonum, iucundum quoq; est: quod ex eo etiam videtur, ꝙ omnes id appetunt: & pcipue probi viri, & beati. his enim vita maxime est expetenda: ipsorūꝙ vita beatissima est. Qui autem videt, se videre sentit: et qui audit, se audire: & se ambulare, qui ambulat: atq; in alijs simili modo quiddam est quod sentit nos operari. sentire vero posse mus nos sentire, & intelligere nos intelligere. nos sentire autem vel intelligere, nihil aliud est q̄ nos esse: esse enim sentire vel itelligere erat. at sentire se viuere ex ijs est quæ per se sunt iucunda: vita enim natura bonum est: bonum vero sibi ineſſe sentire est iucundum. viuere autem expetendum est & præcipue bonis: propterea ꝙ esse bonum ipsis, & iucundum est. consentientes enim id quod per se bonum est, lætitia afficiuntur. Cæterum sicut erga seipsum, ita erga amicum affectus est probus vir: alter enim ipse est amicus. quemadmodum igitur vnicuiq; se esse, ita quoq; amicum esse expetendum est, vel similiter: at esse ob id erat expetēdum, quia se bonum esse sentiebat: talis autem persensio suauis per se est: sentire igitur simul etiam amicum esse oportet. id autem fieri in conuiuendo, communicandisq; tum verbis, tum consilijs potest: ita enim cōuiuere de hominibus dici videtur: & non sicut de pecudibus, in eodem loco pasci. Si igitur beato viro esse expetibile per se est, cùm bonum natura & iucundum sit: simile autem amici quoq; esse ipsum est: amicus etiam ex ijs esset, quæ expetenda sunt. at quod ipsi est expetendum id ineſſe ipsi opus est, alioqui indigēs hac parte erit: ei igitur qui felix futurus est, pbis amicis opus erit.

DIxit. Dubitatur autem de felice, an indigeat amicis, an non. tam enim asseruerunt quòd viri gloriosi non indigeant penitus amicis. & similiter neq; vt abundantiæ: eò ꝙ habeant vniuersa bona, & non indigeant cum abundantia aliqua re alia. Dixit. Sed nō est ita. amicus etenim est alter ipse: & acquirit homo per amicum suum quod non potest per se. & ex hoc patet, quoniam oportet vt felix indigeat amicis. D. Et similiter impossibile vt sit felix ille, qui habet vniuersa bona, & nō habeat amicos: cùm hoc reputetur maximum bonorum entium ab extra. D. Et si dignius est amico vt benefaciat quàm vt recipiat beneficium, & magis pertinet virtuoso benefacere q̄s pertineat alīs, & benefacere amicis melius est q̄s extraneis, & similiter recipere beneficiū ab ipsis, & virtuosus indiget vt benefaciat, & recipiat beneficium, tunc virtuosus indiget necessario ad hoc vt virtuosus sit amicis. Dixit. Et propter istud quæritur, an indigeat homo in statu prosperitatis eis, quibus benefaciat, sicut indiget in statu eis, qui benefaciant ipsis. D. Amplius forsitan impossibile vt sit glorioſus, i. vir status desyderati ab hominibus ens solitarius. fortassis etenī nullus eligeret vt sint et omnia bona cum solitudine: neq; hoc possibile est et. & natura enim ciuilis homo, intendo ꝙ non viuit solus: immo de natura sua est vt habeat participes in vita, & habens participes est beatus. etenim ille, qui adeptus est bona, quæ sunt secundum naturam, cūmq; sic sit, manifestum est ꝙ felici magis pertinet, & dignius est vt sint dies eius cum amicis & virtuosis, q̄s cum extraneis & contingentibus. D. iam ergo declaratum est ex hac dictione, ꝙ oportet vt sint amici felicibus. Et quando sic est, quid est quod dixerūt Antiqui in hoc, ꝙ felices nō indigeant amicis. & non est et argumētum ab hoc, nisi ꝙ plures hominum vident, ꝙ amici sunt viri vtilitatis aut viri delectationis. et vir status desyderabilis fœlix non indiget viro vtilitatis: eò ꝙ et sunt vniuersa bona. et similiter non indiget delectatione: eò ꝙ delectatio vitæ pauca est, & vtilis. et etiam ipse non indiget penitus delectatione veniente et ab extrinseco: sed delectat̄ quidem in seipso. quandoq; non indigeat amicis secundum hos duos modos, putatur non indigere amico omnino. D. Forsan autem nō est istud verum. iam enim ante dictum est, ꝙ felicitas est actus quis animæ sm virtutē: vt ꝙ non est felicitas in possessione, intendo in habitu, à quo prouenit actus, sed in ipsomet actu. cūmq; sit felicitas & vitæ ens quidem in actu, & sit actus boni nobilis, & delectans per se, & sit quiddam eius propriū ipsi met homini, & quiddam pertineat ad alterum, manifestum est ꝙ, si contentus fuerit homo actionibus, pprijs sibi ipsi, possibile vt videat ex propinquo alium completiorem se, & actiones plures actionibus suis: & sunt actiones bonorum nobilium, quando fuerint amici. et eorum istorum actiones aggregant vtrasq; species simul: intendo actiones proprias ipsimet factori. & actiones communes non sunt inter eum et alium, vt actiones largitatis, & actiones fortitudinis.

*De numero amicorum, multi'ne an pauci habendi sint.* Cap. X.

SEd nunquid quamplurimi amici faciendi sunt? An quemadmodum de hospitalitate consone dictum illud videtur,

Multorū neq; sis hoium, neq; nullius hospes:

sic in amicitia quoq; conueniet, neque amicis prorsus carere, neq; amicos supra modū multos sibi conciliare. Illis sanè qui ad vtilitatem spectant, valde etiam congruere id quod dictum est, videretur. multis enim vicissim subministrare laboriosum est: non estq; ad id agē dum ipsis victus sufficiēs. plures igitur quam qui ad proprium victum conueniant, admodum curiosi sunt: tum ad bene viuendum impedimentum afferunt. nihil itaque ipsis opus est. Qui item voluptatis causa amant, pauci sufficiunt: non secus atq; in edulio condimentum. Probi autem amici vtrum plurimi numero esse debent? An amicorum quoq; multitudinis, sicut et ciuitatis modus quidam est. neq; enim ex decem hominibus constare ciuitas potest: neq; item ex decies decem millibus ciuitas existit. Sed quantitas nō est fortasse vna quædam, sed omnis quæ inter definita quædam media est. amicorum igitur quoq; multitudo definita quædam est. & fortasse plurimi illi sunt, qbus cū vitā traducere q̄spiā posset: id cum



enim maxime ad amicitiā pertinere videbaī. Non posse autem cum multis viuere quempiam, multisq; se impertire, obscurū non est. Esse præterea illos quoque inter seſe amicos oportet: si inter se omnes cōuicturi sint: id autem difficile in multis est. Difficile quoque illud est, vt congaudeat quispiam & cōdoleat accommodate cum multis. verisimile enim est simul incidere posse, vt cum altero collætandum, cùm altero condolendum sit. Fortasse igitur recte se habet, non quærere quāplurimos habere amicos, sed tot, quot ad conuiuendum idonei sint. neq; enim fieri posse videtur, vt multis vehementer amicus quispiam sit: iccirco neq; vt plurium amore sit captus: exuperatio enim amicitiæ quedam esse consueuit: id autem erga vnum est: & vehementer igitur erga paucos quoq; erit. Ita vero vsu venire hoc ēt in rebus videtur. in amicitia enim sodalitia multi amici non existunt: sed quæ celebrantur amicitiæ, inter duos dicuntur. Qui autem multorum sunt amici, & cum omnibus familiariter versanī: ij nemini sunt amici, nisi ciuiliter, quos obsequiosos vocant. Nam ciuiliter multis esse amicus potest quispiam, etiam si obsequiosus non sit, sed re vera probus: ob virtutem vero, & propter seſe erga multos non potest. sed contentus esse vnusquisque debet, si vel paucos huiusmodi inuenerit.

FOrtassis autem secundum hanc dictionem iam putabitur ꝙ oporteat vt accipiantur amici secundum superfluitatē. Aut dicetur in amicitia, quēadmodum dicitur in hospitalitate. etenim videtur, quemadmodum nō oportet vt hospitalitas tota, aut plurimum ipsius sit erga extraneos, aut non sit omnino hospitalitas erga eos, sed vt sit secundum quendam modum medium: sic oportet vt in amicitia, intendo ꝙ nō oportet vt sit homo penitus absq; amico: neq; oportet vt sit ei multitudo amicorum superflua. D. Et hæc dilecto verior est in amicitia, quæ fit ratione vtilitatis & delectationis. ista nanq; amicitia requirit remunerationem siue satisfactionem inter istos. satisfactio autem seruitus est. & seruitus multis laboriosa est valde: & non possibilitas in vita vt agantur in ea huiusmodi actiones. & plures occupati sunt semper ex parte naturæ per id, in quo est sufficientia victui & vitæ suæ, & operantur, & insudant vt viuant vita bona, & vt non agant per seipsos, sed per altos, & totum istud significat super paucitatem desyderij seruitutis naturaliter. D. Amicorum autem, qui recipiuntur delectationis causa, pauci sufficiunt, ipsi enim sunt tāquam cōdimentum cibarijs. In amicis vero virtuosis locus perscrutationis est, an oportet vt sint multi superflue. Aut numerus quidā est multitudinis amicitię, sicut est ciuitatis. etenim sicut nō fit ciuitas ex decē viris, neq; etiam ex decem centenis millibus, similiter est in re amicorum: intendo vt sit eis numerus determinatus inter paucitatē & multitudinem. Dixit. Et fortassis non erit numerus iste vnus & idem in omni loco, & in omni hora, sed determinat̄ per hoc, vt sit semper inter res terminatas, quamuis diuersificetur. D. Et forsitan melius est vt non requirat aliquis in hoc numero multo vt sint amici eius valde, sed secūdum mensuram, in qua est associatio in vita. videtur enim impossibile vt sint vni amici multi, & sint cū hoc in fine amicitię. et propter hoc neq; possibile est vt sint vni amasio multæ amatiæ, vel econuerso. amor nanq; excessus est: & vehementia dilectionis vnius quidem est natura indiuisibilis. Amplius, quia vehementia dilectionis non inuenit quidem nisi in paucis hominum, ideoq; non possunt esse multi amici in fine amicitię. Et propter hoc forsan non erit multitudo amicorū in amicitia perfecta: quonā amicitia perfecta præcedentis honorabilitatis est quidem inter duos tantum de multis amicis ex hominibus, & sunt illi q̄ sibi occurrunt, aut oportet, non videtur ꝙ sint amici, vt illi qui accipiuntur conuenientes, & nominantur conuenientes. D. verūtamen per modum amicitiæ ciuilis, intendo supplementum in aggregatione ciuili, possibile est vt sit amicus vnus multis, præterquam vt hoc sit ex parte conuenientiæ, sed ex parte debiti & opportunitatis, vt autem sit vnus ratione virtutis amicus multis: intēdo propter seipsos, nō est possibile. etenim amatum apud istum paucum est: eò ꝙ amatum apud eos virtuosus est, virtuosi vero pauci.

*Vtra in fortuna habendi sint amici.* Cap. XI.

VTrum autem in prospera, an in aduersa fortuna amicis opus est: in vtraq; n, requiruntur. nam & infortunati subsidio: & fortunati conuictoribus indigent, ijsq; hominibus, in quos beneficia conferant: benefacere enim volunt. Atq; in aduersis quidem rebus necessarium magis id est: vtilibus siquidem ibi est opus: in prosperis tamen est honestius. Vnde etiam probos quærunt: hos siquidem beneficijs afficere, cùm hisq; vitam traducere expetendum magis est. Est enim præsentia hæc amicorum tam in prosperis ꝙs in aduersis rebus iucunda. qui dolent. n. condolentibus amicis subleuari consueuerunt. Vnde etiam dubitaret quispiam, nunquid quasi oneris partem suscipiant: an id quidem minime, sed præsentia ipsorum suauis cùm sit, condolendiq; intellectio dolorem minorem reddat. Sed hanc ne ob causam, an ob aliud quispiam subleuētur, omittamus: euenire tamen prorsus illud quod dictum est, videtur. Ipsorum vero præsentia mista quædam esse apparet. nam videre amicos iucundum est, præsertim in aduersa fortuna cōstituto, affertq; subsidium quoddam ad minuendum dolorem, amicus enim consolationem præstat & aspectu & oratione, si cōmodus sit: quippe cùm & mores nouerit, & ob quæ vel lætetur, vel doleat. sentire autem dolore affici amicū suas ob calamitates, molestum est. in causa enim esse amicis, vt doleant, vnusquisq; cuitat, ac fugit. Atq; iccirco qui viriles natura sunt, cauent ne amici secum condoleant. & nisi ipse dolorem qui ab illis suscipitur, indolēta exu-

uerit.

pęret,non ſuſtinet: atq; omnino collugentes non admittit, propterea q; lugubris neq; ipſe eſt. Mulierculæ vero, atq; huiuſmodi viri collamentantibus delectantur: eoſq; vt amicos & condolentes diligunt. ſed in omnibus imitari proculdubio meliorem debemus. At vero in proſperis rebus amicorum præſentia & vitæ traductionem iucundam habet, & intellectionem, q; ſua ob bona lætentur. Quocirca videretur ad proſperas fortunas prompte amicos eſſe inuitandos: beneficum enim eſſe honeſtum eſt: ad aduerſas autem tarde: quippe cùm malorum participes quàminimum facere amicos deceat. Vnde illud: eſſe me miſerum eſt ſatis. maxime autẽ aduocandi ſunt amici, quando partua moleſtia ſuſcepta proꝛ deſſe multum poſſunt. At ire econtrario fortaſſe conuenit: ad infortunatos nõ inuitatum & prompte: amici enim benefacere eſt, & maxime iis, q in indigentia conſtituti ſunt, & qui
Vel. vtrisq. non petierunt: vtriſq; ſiquidẽ honeſtius eſt, atq; iucundius. ad fortunatos vero vt cooperemur quidem, prõpte: etenim ad hæc quoq; amicis opus eſt: vt autem beneficijs afficiamur, tarde. quandoquidem ſtudere vtilitatem conſequi honeſtum non eſt. Inſuauitatis tamen reniendo fortaſſe vitanda opinio eſt: quandoque enim contingit. Eſſe igitur amicorum præſentia expetenda in omnibus videtur.

DIxit. Quæritur autem an indigeatur plus amico in ſtatu bono, aut in ſtatu malo. nam in vtroq; ſtatu indigetur amicis: in malo vt habeatur ab ipſis ſubſidium: in bono vt impendatur eis beneficium. amant enim in bono ſtatu exiſtentes, vt habeant cui impendant notorũ. Attamen apparet q; hominꝫ in ſtatu malo multo neceſſariores ſunt amici. & propter hoc indigent tũc amicis. apud quos eſt vtiliras. in ſtatu autem bono eſt homo cum amicis melius. indigẽtia ergo amicorum in aduerſitatibus eſt propter neceſſariũ, in proſperitatibus autem, propter melius. Ideoq; viri illuſtres decoris ſtatus requirũt viros bonos & demeritos, quibus benefaciant. talibus enim beneficiorum impenſio eligibilior eſt q; alijs. Et ſimiliter eſſe cum illis & præſentia amicorum per ſe lætificans eſt in hora ſtatus proſperitatis, & in hora ſtatus aduerſitatis: eò q; illis, qui ſunt in triſtitia, aufert triſtitiã cõmunicatio amicorum eis in illa triſtitia. D. Et propter iſtud forſan excitabit aliquis, & quæret an amici faciant iſtud, eò q; diuidãt triſtitiam, & accipiant eam ab amico, ſicut accipit aberato quiddam oneris ſui, & alleuiat ipſum propter hoc. D. Attamen apparens eſt q; cauſa in hoc eſt, qñ cùm ſit amicorum vſiociatio lætificans, & præſentiam ipſorum deleſtãs, eſſet intellectus in preſentia eorum triſtitiam minorem q; exiſtat res contriſtans. D. Si autem alleuient quidam contriſtatum per hãc cauſam aut per aliam cum hoc, omittemus hic inquirere: niſi q; apparẽs eſt q; illudat ex his aut aliqua cauſarum eius. Videtur enim ſ. præſentia amicorũ & reſpectus alterius ad alterum, communis eſt vtroq; ſtatuum ſimul: intendo q; eſt exhilarans in ſtatu proſperitatis & aduerſitatis. per hoc ergo minoratur triſtitia eius, qui in aduerſitate eſt: ac ſi eſſet ei adiutorium ab amico ſuo non triſtandi: eò q; amicus cõſolatur eum ſuo aſpectu & ſuo ſermone, quando hoc fuerit ſecundum q; oportet. quando enim fuerit conſolatio ſecundum q; oportet ab amico, nouit amicus morem amici. & quoniam ille gaudet ex quo gaudet ipſe, & triſtatur ex quo triſtatur, & exceſſus in hoc, intendo in cõtriſtatione amici propter malum ſtatũ amici ſit addit in triſtitia amici, qui eſt in malo ſtatu. quãdo enim ſenſerit ille, qui eſt malo ſtatu q; triſtatur amicus eius propter ipſum, creſcit eius triſtitia. amici autem fugiunt ne ſit alter cauſa triſtitiæ alteri. Et propter hoc illi, qui ſunt habentes naturam virilitatis, intendo magnanimos, euitant ne triſtando contriſtent ſuos amicos. vnde & ſi non pentus abijciant triſtitiã, non tamen proſternuntur ab ea, quemadmodum debiles animo. & ad ſummam nõ deſyderãt qui cõmunicent eis in mœrore & luctu ꝓpter ſuam virilitatem: eò q; ipſi nõ ſunt viri lamentationis. Mulieres autẽ, & viri qui ſunt vt iſte in debilitate animi, lætantur ex eis qui cõmunicant eis in triſtitia. manifeſtum uero eſt, q; in omnibus rebus ſemper aſſimilandum eſt melioribus: & iſti ſunt qui triſtantur ſecundum q; oportet, et cõmunicant in triſtitia, in quo oportet. Dixit. Præſentiæ autem amicorum in ſtatu proſperitatis aſſociatio eſt delectoſa & iucunda cogitatio: eò quòd delectantur ex bonis amicorum ſuorum: intendo ea, per quæ conuertuntur ad iucundum ſtatum. Et propter hanc cauſam fortaſſis putandum eſt, quòd in ſtatibus quidem iucundis ſtudendum eſt ad amicorum aggregationem, & eorum multiplicationem cauſa impendendi ipſis beneficia: pulchrius enim eſt pluribus ea impendere. in turbido autem ſtatu non eſt ſtudendum ad eorum aggregationem: eò quod amici participant malitiam ſtatus: & oportet vt minoretur cõmunicatio amici in malis, & excuſatur ab eis. Dixit. Et ex hinc apparet, quòd oportet vt ſint quantum ſufficit de conſolatione in ſtatu malo: intendo vt non excedatur in ea. quando enim fit hoc, creſcit amico triſtitia. & oportet quidẽ vt anticipetur conſolatione plus, quando fuerit per illos, qui hoc faciunt adutoriũ multum tribuiato. ſecundum vero huius diuerſum oportet facere eos quidem, apud quos eſt tantum dilectio: intendo vt non ſtudeant multum ad conſolãdum. Veruntamen oportet vt communicent in triſtitia eis, qui ſunt in ſtatu malo, præterquam inuitent eos ad hoc, & præterquam excedãt in hoc. communicatio enim amico in tribulatione et exhibitio beneficij, quando eo indiguerit, & non exegerit ipſum pulchrius eſt et melius & gratius. in ſtatu autem bono oportet vt ſit adutorium amicorum cum diligentia & anticipatione: eò quòd vir boni ſtatus indiget in hoc ſtatu amicis: & vt ſit ab illis, quibus benefacere, moroſitas & pauca inſtantia. nam inſtare virum pro vtilitate propria non decens eſt.

*De præcipuo munere amicorum, & bonorum & malorum amicitia.*

*Cap.* XII.

IGitur quemadmodum amore captis inſpicere eſt amabiliſſimum, magisq; hunc ſenſum q; cæteros eligunt: vtpote cùm ex eo amor & maxime exiſtat & oriatur: ita quoq; amicis conuiuere expetendum maxime eſt. amicitia enim eſt communicatio, & ſicut erga ſeipſum, ita quoq; erga amicũ ſeſe habet: at ſenſus



ARISTOTELIS

MORALIVM NICOMACHIORVM

LIBER DECIMVS,

*cum Auer. Expoſi.*

SVMMA LIBRI.

*De uoluptate, ac eius ſpeciebus. De felicitate, & contemplatiua, & actiua: præparatioq;, ac ſermonis continuatio ad libros de Republica.*

*De uoluptate.* Cap. I.

ut ſenſus erga ſe vnuſcuiuſq; ꝓ ſit, expetibile eſt: erga amicum igitur quoq; erit. ſed eius operatio in conuiuendo fit. quare merito id appetũt. Quodq; eſt ſingulis eſſe ipſum, aut cuius cauſa viuere eligunt: ea in re cum amicis degere volunt. Quocirca alij compotant: alij alea colludunt: coexercentur quidam & conuenantur: nonnulli comphiloſophãtur: in eo ſinguli diẽ ſimul traducentes quod maxime in vita amant. cùm enim cõuiuere cum amicis velint, hæc faciũt, hæcq; cùm illis communicant, quibus cũ ſe conuiuere exiſtimãt. Prauorum igitur amicitia praua eſt: praua. n. ſecum communicant inſtabiles cùm ſint, & praui etiam efficiuntur, dum ſibi mutuo ſimiles euadunt. at proborum proba atq; honeſta eſt, congreſſionibusq; inſuper augetur. videnturq; hi meliores quoq; effici, dum operãtur, ac ſe mutuo corrigunt. exprimũt enim à ſe mutuo ea, quibus oblectantur. vnde id: A iuſtis diſces bona. Ac de amicitia quidem hactenus dictum ſit. Sequitur vt de voluptate diſſeramus.

Exponit finem præcedentis cap.

DIxit. Et fortaſſe diuerſificãtur hoſes in æſtimatione rerũ, quæ ſunt exhilarantes, & quę nõ ſunt exhilarantes: & ſunt res, quæ fiunt à viris onerofis & inculcus. verũtamen apparet, quod præſentia amicorum vniuerſis rebus exhilarãs eſt & eligibilis. quemadmodum enim intuitus amati valde eligitur apud amaſios: & hunc ſenſum eligunt præ cæteris ſenſibus: eò quòd amor eſt magis per hunc ſenſum, & fit per ipſum: ſimiliter apud amicos aſſociatio in vita electa eſt. Etenim aſſociatio amicitia eſt, & amicus ſicut eſt in ſeipſo, taliter eſt erga amicum: & ſentit amicum ſuum in ſeipſo, eò quòd eſt electus apud ipſum ex modo, quo eſt ſimilis ei: & ipſemet etiam eſt in amico: actus igitur amicitiæ fit quidem in aſſociatione, & aſſociatio in coniunctione, debito igitur deſyderant coniunctionem. Cũq; ſit eſſentia cuiuſque eorum: & hoc quod concupiſcunt actiones vitæ, amant vt ſint eis actiones iſtæ cum amicis. Et propter hoc coniunguntur ad potum, & ad ludum talorum, & ad alios. & quidam coniunguntur in exercitatione, & venatione, & finiunt dies ſuos in eo, quod diligit quilibet eorum cum eo, quem diligit ex his, qui ſunt in mundo. ipſi enim agunt hoc cogitando de amicis & dilectis, & vniuerſaliter communicãt eis, quos vident ſibi communicantes in vita. Fit igitur ex parte huius amicitia quidem malorum mala: aſſociatur enim viris malitiarum, & eis qui non habent ſtabilitatem: & efficiuntur mali propter aſſimilationem cuiuslibet ipſorum cum ſocio ſuo. amicitia vero virtuoſorum & emerittorum eſt eſſentia ipſius meriti & virtutis, & eſt completior aſſociationum. Et videtur de eis, qui efficiuntur per amicitiam meliores quàm fuerint ante amicitiam: eò quòd rectificant ſemutuem per aſſimilationem alterius alteri in actionibus, quæ placent eis: & ſunt ea bona, quæ ſunt in ſe bona. Tantum igitur dictum ſit de electione: & ſequatur ipſum ſermo in delectatione.

DIxit. Et fortaſſe diuerſificãtur hoſes in æſtimatione rerũ, quæ ſunt exhilarantes, & quę nõ ſunt exhilarantes: & ſunt res, quæ fiunt à viris onerofis & inculcus. verũtamen apparet, quod præſentia amicorum vniuerſis rebus exhilarãs eſt & eligibilis. quemadmodum enim intuitus amati valde eligitur apud amaſios: & hunc ſenſum eligunt præ cæteris ſenſibus: eò quòd amor eſt magis per hunc ſenſum, & fit per ipſum: ſimiliter apud amicos aſſociatio in vita electa eſt. Etenim aſſociatio amicitia eſt, & amicus ſicut eſt in ſeipſo, taliter eſt erga amicum: & ſentit amicum ſuum in ſeipſo, eò quòd eſt electus apud ipſum ex modo, quo eſt ſimilis ei: & ipſemet etiam eſt in amico: actus igitur amicitiæ fit quidem in aſſociatione, & aſſociatio in coniunctione, debito igitur deſyderant coniunctionem. Cũq; ſit eſſentia cuiuſque eorum: & hoc quod concupiſcunt actiones vitæ, amant vt ſint eis actiones iſtæ cum amicis. Et propter hoc coniunguntur ad potum, & ad ludum talorum, & ad alios. & quidam coniunguntur in exercitatione, & venatione, & finiunt dies ſuos in eo, quod diligit quilibet eorum cum eo, quem diligit ex his, qui ſunt in mundo. ipſi enim agunt hoc cogitando de amicis & dilectis, & vniuerſaliter communicãt eis, quos vident ſibi communicantes in vita. Fit igitur ex parte huius amicitia quidem malorum mala: aſſociatur enim viris malitiarum, & eis qui non habent ſtabilitatem: & efficiuntur mali propter aſſimilationem cuiuslibet ipſorum cum ſocio ſuo. amicitia vero virtuoſorum & emerittorum eſt eſſentia ipſius meriti & virtutis, & eſt completior aſſociationum. Et videtur de eis, qui efficiuntur per amicitiam meliores quàm fuerint ante amicitiam: eò quòd rectificant ſemutuem per aſſimilationem alterius alteri in actionibus, quæ placent eis: & ſunt ea bona, quæ ſunt in ſe bona. Tantum igitur dictum ſit de electione: & ſequatur ipſum ſermo in delectatione.

DIxit. Et fortaſſe diuerſificãtur hoſes in æſtimatione rerũ, quæ ſunt exhilarantes, & quę nõ ſunt exhilarantes: & ſunt res, quæ fiunt à viris onerofis & inculcus. verũtamen apparet, quod præſentia amicorum vniuerſis rebus exhilarãs eſt & eligibilis. quemadmodum enim intuitus amati valde eligitur apud amaſios: & hunc ſenſum eligunt præ cæteris ſenſibus: eò quòd amor eſt magis per hunc ſenſum, & fit per ipſum: ſimiliter apud amicos aſſociatio in vita electa eſt. Etenim aſſociatio amicitia eſt, & amicus ſicut eſt in ſeipſo, taliter eſt erga amicum: & ſentit amicum ſuum in ſeipſo, eò quòd eſt electus apud ipſum ex modo, quo eſt ſimilis ei: & ipſemet etiam eſt in amico: actus igitur amicitiæ fit quidem in aſſociatione, & aſſociatio in coniunctione, debito igitur deſyderant coniunctionem. Cũq; ſit eſſentia cuiuſque eorum: & hoc quod concupiſcunt actiones vitæ, amant vt ſint eis actiones iſtæ cum amicis. Et propter hoc coniunguntur ad potum, & ad ludum talorum, & ad alios. & quidam coniunguntur in exercitatione, & venatione, & finiunt dies ſuos in eo, quod diligit quilibet eorum cum eo, quem diligit ex his, qui ſunt in mundo. ipſi enim agunt hoc cogitando de amicis & dilectis, & vniuerſaliter communicãt eis, quos vident ſibi communicantes in vita. Fit igitur ex parte huius amicitia quidem malorum mala: aſſociatur enim viris malitiarum, & eis qui non habent ſtabilitatem: & efficiuntur mali propter aſſimilationem cuiuslibet ipſorum cum ſocio ſuo. amicitia vero virtuoſorum & emerittorum eſt eſſentia ipſius meriti & virtutis, & eſt completior aſſociationum. Et videtur de eis, qui efficiuntur per amicitiam meliores quàm fuerint ante amicitiam: eò quòd rectificant ſemutuem per aſſimilationem alterius alteri in actionibus, quæ placent eis: & ſunt ea bona, quæ ſunt in ſe bona. Tantum igitur dictum ſit de electione: & ſequatur ipſum ſermo in delectatione.

Oſt hæc fortaſſe ſequitur vt de voluptate diſſeramus: qꝑpe quæ maxime affinis eſſe generi noſtro videatur. vnde iuuenes voluptate & dolore quaſi gubernaculo dirigẽtes erudiunt. Maximũq; eſſe ad morum virtutem videtur, ſi gaudeamus quibus oportet, & oderimus ea quæ odio habenda ſunt. hæc enim cùm momẽtum ac vim ſad virtutem & felicem vitam habeãt: per totam vitam pertinent. iucunda liquidem eligunt, fugiunt ea quæ dolorem afferunt. De talibus autem minime prætermittendum eſſe videretur, præſertim cùm magnam habeant controuerſiam. Nõnulli enim bonum ipſum voluptatem eſſe dicunt. alij econtrario admodum prauam rem eam eſſe affirmant. Atq; illi quidem fortaſſe rem eſſe ita perſuaſi. ſed hi, melius eſſe ad vitam noſtrã rati, ſi voluptas, quãuis non ſit, praua eſſe demonſtrẽtur. pleroſq; enim ad ipſam eſſe proclues. ſeruireq; aiunt voluptatibus: vt iccirco in contrarium ipſos reducere opus ſit: ſic. n. fore, vt ad medium redeant. Videndum autem ne non recte hoc dicatur. orationes enim de his, quæ in affectibus, & actionibus conſiſtunt, minoꝛem ꝓ opera ipſa habẽt probabilitatẽ. quando itaq; diſcrepant ab his quæ ſenſu percipiuntur: contemptę veritatẽ quoq; ipſam inſuper tollunt. nam qui vituperat voluptatẽ, ſi appetere ipſam quandoq; conſpiciatur: declinare ad ipſam videtur, quaſi omnis voluptas eiuſmodi ſit. nõ eſt enim multitudinis diſtinguere. Videntur igitur veræ orationes nõ ſolum ad cognoſcẽdum, ſed ad vitã quoq; ipſam eſſe vtiliſſimæ. cùm enim rebus conſentaneæ ſunt, creduntur: atq; ita audiẽtes ad vitam, ſicut ipſe præſtinierint, traducẽdam incitant. Sed de his ſatis. Ea nunc, quæ de voluptate dicuntur, perſequamur.

Determinatio

DETERMINATIO DECIMI TRACTATVS LIBRI NICOMACHIÆ ARISTOTELIS.

POst hoc autē conueniens est vt sequatur sermonē in dilectione sermo in delectatiōe: eo q̄ videtur in pluribus rerum q̄ ipsa appropriei generi nostro, et q̄ sit naturalis nobis. et propter hoc 10 instruuntur adolescentes, quatenus assuescant delectari sm q̄ oportet, & tristari prout oportet. Videtur enim q̄ gaudere cum quo oportet, & refutare quod oportet fortem relinquat sigillationem in moralitate. & quando ad hoc diligenter intentum fuerit in tota vita, erit ei potentia & impressio magnam beatitudinē in vita. homines nāq̄ in tota vita sua eligunt delectans, & fugiunt contristans. & propter hoc conueniens est vt putetur q̄ dimissio delectationis & tristitiæ in hac sit innaturale: & quoniam parum sit, vt 20 oporteat intendi illud. D. Et propter hoc oportet perscrutari de ea an bonum sit, aut non. & tam etiā oportet vt pertractemur de hoc. eo q̄ contentio multa in hoc est inter homines. Quidam enim dicunt q̄ delectatio bonum. & quidam ipsorum videt q̄ sit delectatio sm huius diuersum, & q̄ omnis mala & vitis, & quidam istorum iam suppositū q̄ ipsa sit malitia, & credidit illud. & quidam ipsorum nō tenuit neq̄ credidit ipsum: veritatem reputauit optimum in nostro viuere & in vita nostra, vt vilipendamus ipsam, & dicamus eam 30 esse malitiam, etsi non sit talis. nam plures hominum declinant ad eā & declinatio ad ipsum alienat vel elongat ab honesto & virili. & propter hoc oportet vt homines de hac tractent & dicto in regimine ad contrarium huius. quia enim sit accessus fuit cum hominibus, possibile est vt per hoc conuertantur ad necessitū, quod non impedit neq̄ familiare communionem. Et forsitan multi existunt, qui dicunt q̄ delectatio malitia est, non persuadent dictione sua, cùm videatur operatio eorum diuersa esse ea. etenim sermones, qui dicuntur in vituperatione passionum, minus persuadent q̄ 40 dimissio illarum passionum. & dimissio earum magis perfecta est, quando enim quis scit aliquem diuertatur in operatione sua a suo dicto, vilipēditur per dictū suum, neq̄ fuit ab aliquis credere ei. si enim ille, qui vituperat delectationem, alteri in locum virtus fuerit appetere ex ea aliquod & eligere, reputabuerit declinare ad eam, & q̄ vniuersum delectationum omnium in electione est apud ipsum vt illud. etenim distat sic inter illud, quod eligendum est ex eo quod ipsa, & quod non, nō est apprehensa a pluribus hominum. Propter hoc videtur q̄ auditio sermonum eorū non sit proficua in scientia tantum, sed & in vita, immo in operatione, quando fuerint conuenientes operationi dicentium, et cum credantur sermones tunc, quando concordant operationibus. & propter hoc suggerunt intelligentibus vt sit vita eorum sm istas actiones, quibus concordat dicto & operatio. D. Cum autem sermones, qui hic dicuntur, fuerint quidem in multis rebus habentibus se sic vt impleti sunt in ipsis, in delectatione in delectatione sm illam manierem sermonum.

Tāc credūtur sermōes, cum concordant operationibus.

*a.l. quod dē alterq̄ magis expetendū est q̄ solum.

*Opinio Eudoxi de voluptate. Cap. II.*

EVdoxus quidem voluptatē bonum ipsum esse existimabat, propterea q̄ omnia videbat eam appetere, et quæ prædita essent ratione, q̄ quæ ea carerent: atq̄ in omnibus quod est expetibile id honestium: & quod maxime huiusmodi, id præstantissimum esse cen 50 nebat: omnia autem ad idē ferri, id omnibus esse optimum indicare: vnumquodq̄. n. quod sibi bonum esset, inuenire, non secus atq̄ alimētum. quod igitur omnibus esset bonum, quodq̄ omnia appeteret, ipsum bonum esse conficiebat. Cuius sané rationes ob morum virtutem magis q̄ propter seipsas credebantur: præcipue enim temperās esse videbatur: vt non vt amicus voluptatis putaretur hęc dicere, sed quia ita re vera esset. Nec minus autem ex contrario quoq̄ manifestum idē esse existimabat. dolorem enim per se omnibus fugiendum esse, cōtrarium autem simili modo expetendum. Maxime autem id esse expetendum dicebat, quod non ob aliud, neq̄ alterius causa eligeremus. huiusmodi vero proculdubio voluptatem esse: quippe cùm à nemine requiramus, cur voluptate afficiatur: eo q̄, expetēda per se ipsa voluptas sit. Et cuiuis ex bonis adunctam eligēdum magis ipsum reddere: vt iuste agere, & temperanter: augeriq̄ bonum ipsum seipso. Sed hæc quidem ratio videtur ex bonis esse ipsam ostendere, nihilo tamen magis, q̄ aliud quippiam. omne enim bonum cùm altero magis expetēdum est, q̄ solum. Atq̄ huiusmodi sané ratione Plato quoq̄ voluptatem ipsum per se bonū esse destruit: iucundam enim vitam cum prudentia q̄ sine prudentia esse magis expetendam. q̄ si mistum est præstantius: ipsum per se bonum voluptatem non esse: quippe cùm ipsum per se bonum nulla re ipsi adiuncta magis expetendum efficiatur. Perspicuum autem est ipsum per se bonum neq̄ aliud quicquā esse posse, quod cum alio ex ijs quæ per se sunt bona, magis expetendū fit. quoddam igitur est eiusmodi, cuius etiam nos participes sumus. tale enim est quod quærit. Nam qui id bonum esse negant, quod omnes appetunt: nihil dicunt. quod enim omnibus videtur, id esse affirmamus. qui vero hanc fidē tollunt is nō admodum probabiliora dicturus est. nam si mente carentia hæc appeterent, esset sanè aliquid, quod dicit: at si etiam ea quæ prudentia sunt prędita, quo modo dicere aliquid possunt? Fortasse vero in prauis quoq̄ naturale quoddam bonum est præstantius q̄ ipsa per se sint, quod proprium bonum appetit: Sed neq̄ de contrario recte esse dictum videtur. non enim si dolor est malum, cōtinuo voluptatem esse bonum inquiunt. oppositum siquidem malum malo esse aiunt, & vtraq̄ ei quod neutrum est. Non male sanè hæc dicentes non tamen vere. si enim vtraq̄ essent mala, fugiēda quoq̄ vtraq̄ esse oportebat: si neutra,



tra, neutrum aut similiter. Sed illum quidem fugere vt malum, hanc expetere vt bonū videntur. ita igitur etiam opponuntur.

DIxit. Diximus igitur q̄ Eudoxus æstimabat, q̄ omnis delectatio bonum, ex hoc q̄ videbat omnia appetere & desyderare ipsam, quæ habent rationem, & quæ non habent rationem, & mouentur ad ipsa ex seipsis. & electum emerito, quod est bonum per se, est illud, ad quod mouētur oīa ex seipsis. etenim bonum & pulchrum per se est optimum uniuersitatis rerum. delectatio ergo ex modo, quo pertinet omnibus, est bona per se: & quod est bonum per se, optimum est omnium rerum: delectatio ergo est optimū omnū rerum. & hoc est vt dispositio in bonitate nutrimēti. omnia enim appetūt ipsum, & est bonum per se: & etiam illud, quod desyderant omnia, bonum est omnibus: & delectationem desyderant omnia: est ergo bona omnibus. D. Per istas igitur ratiocinationes psuasum fuit huic uiro, q̄ omnis delectatio bonum. Et attestabatur his sermonibus, quos dixit uirtus moralis, quam habebat: cùm dignius sit credere huiusmodi sermones, cùm cōcordat eis operatio q̄m cùm operatio discordatur eis. fuit enim uir iste habens temperātiam prout oportuit. & non dicebat istos sermones, quia esset amator delectationis: sed quia uidebatur etiam res ueritate sic esse. et hoc etiam declarat ex eius contrario declaratione non minus digna præcedente. si enim à tristitia fugiūt uniuersi, eius contrarium, & est delectatio, electum est ab vniuersis. Amplius illud quod eligitur propter se, electius est electo propter aliud. & de delectatione manifestum est q̄ est cum hac dispositione, quod enim eligitur per aliud de eo, quæritur, quare est eius electio. sed circa delectationem non quæritur per aduerbiū, quare. nos enim non dicimus quare quærimus delectationem. cūq̄ sic sit, electa est delectatio per se. Amplius quādo ipsi additur alicui bonorum, fit illud bonū magis eligibile & melius: ut actio iustitiæ & actio castitatis: intendo q̄, quando cōiūgatur delectatio actionibus nobilibus, fiunt perfectiores: intēdo q̄ delectetur agens actione sua. D. Et uidetur q̄ ista dictio propinque sit ut iudicet ex ea, q̄ delectatio ex bonis est. omne enim, quod additum bono facit ipsum melius, bonum est. Dixit. Et huiusmodi loco, i. parti argumento sumpto a digniore, & potiore negat Plato delectationem esse bonum. dicit enim si delectabilis uita dignior est eligi, quando cum intellectu fuerit q̄ absq̄ eo, non est delectatio bona per se. Non enim est possibile ut sit aliquid eligibile per se, & quando et additum fuerit bonū aliquod, fiat magis eligibile, q̄ fuerit, eò quòd oportet ut nō sit istud eligibile per se, antequam addatur et illud, aut ipsum addatur illi. iterum igitur non est delectatio eligibilis per se. & hoc est, quod quærebatur: intendo an est bonum per se, an nō. D. Qui autem uertunt hanc propositionem in uniuersalē, dicentes q̄ nulla delectatio bonum, fortassis non dicunt dictionē sufficientem, cùm dicant q̄ illud, quod omnia appetunt, non est bonum. & qui dicunt istud, non dicunt aliud, q̄ q̄ illud, quod videtur omnibus bonum, non est bonum: & uniuersaliter qui contradicit huic propositioni, non potest contradicere ei per aliquid, quod sit pluris sufficientiæ q̄ ipsa. & qui contradicit huic dictioni, desyderat quidem ex dictione quod non intelligit. D. Si autem iam dixit hanc dictionem dictor eius per opinionem aliquam, & ratiocinationes aliquas declaremus nos, q̄m quod dixit in hoc, nō habet sufficientiam. Nos igitur dicimus, q̄ in rebus malis fortassis est bonum aliquod naturaliter, & amat bonum illud res illā, cui illud est proprium: & sic est res in delectatione, si ponatur esse mala. nihil ergo prohibet vt sit in ea bonum aliquod naturaliter. D. Et similiter videtur q̄ non sit dictio bona, cum qua contradixerunt istis: nam eadō dicentes q̄ delectatio sit tota malum propter rationē cogētem eam esse bonū, quando dixerunt domini istius dictōis, q̄ tristitia si est malum, oportet vt sit delectatio, quæ est contrarii eius bonum. contradixerunt. n. huic dictioni per hoc, quod dixerunt, q̄ possibile est vt contrarietur malum malo, volunt q̄ nō sequitur ex esse tristitiam malam, et esse delectationem cōtrarium eius, vt delectatio sit bonum. Et dictio istorū hęc non est dictio sana, neq̄ fecerunt decentem in hac contradictionem. etenim si fuerint ambo mala, mandō delectationem & tristitiam, erit fugiendum ab ambobus. sicut enim ea, à quorum neutro fugiendum est, consimilia sunt in bonitate, sic ab his, quę consimilia sunt in malitia, fugiēdum est ab vtroq̄: et ea, à quorū vtroq̄ fugitur, consimilia sunt in malitia. & uniuersaliter de apparentibus per se ipsa est q̄ homines fugiūt a rebus malis naturaliter, & appetunt res bonas. & discrepantur quidem, eò q̄ quidam eorū uident de re una q̄ bonum: & quidam eorum uident in ipsa q̄ malum.

*Dicentium voluptatem non esse bonum confutatio, & si non omnis expetibilis sit. Cap. III.*

ATenim neq̄ si ex qualitatibus non est voluptas, propterea neq̄ ex bonis eam esse censendum est. nam neq̄ virtutis operationes sunt qualitates, neq̄ felicitas. Dicunt etiam bonum definitum esse, voluptatem vero indefinitam, propterea q̄ admittit, vt magis & minus fieri possit. at si ex voluptatis susceptione id iudicant: idem & in iustitia, & in reliquis virtutibus eueniet, ex quibus euidenter magis & minus eiusmodi homines esse affirmant: iusti enim & fortes magis sunt: fit ēt, vt & iuste & tēperanter magis & minus agamus. Sin autem in voluptatibus ipsis hoc statuunt: videant ne non dicant eandem huiusce rei, si aliæ mistione omni vacēt, mistę alię sint. Quid prohibet autem quia sicut sanitas, quæ cùm definita sit, admittit tamen, vt esse magis ac minus possit: ita quoq̄ esse voluptatem dicamus: non enim contemperatura eadem in omnibus: neq̄ vna quædā semper in eodem est: sed remittitur. atq̄ aliquandiu perdurat: eoq̄ differt, q̄ magis, & minus inest. Fale igitur quippiam in voluptate quoq̄ esse potest. Præterea cùm per lectum ipsum per se bonū, motiones vero & generationes imperfectas esse statuant: voluptatem motionem esse & generationem conantur demonstrare. Sed non recte dicere id uidentur. neq̄ motionem eam esse verum est. motioni enim omni propria esse tarditas & celeritas videtur: & si non per se ipsam, vt motui mundi, at ad aliud. voluptati vero neutrum horum inest. fieri enim potest vt esto quispiam voluptatem percepturus, sicut vt ita fiat: vt autem percipiat, minime: neq̄ ad alterum. vt ambulet vero, & ere-

ctat,

scat,atq; omnia huiusmodi,potest. Ac mutari quidem in voluptatem cito & tarde licet:operari autem ex ipsa,id est voluptate affici, cito, non licet. Quo pacto item esse gñatio potest? non enim ex quolibet quodlibet gigni videtur,sed in illud dissolui vnumquodq;, ex quo gñatur. & cuius generatio est voluptas, dolor eius corruptio erit. Dicunt item dolorem indigentiam eius esse,quod ſm naturam est: voluptatem repletionẽ. at hæc corporis sunt affectiones. si igitur voluptas eius quod est ſm naturam repletio est:illud in quo repletio fit,etsi id quod voluptatem perciperet: corpus igitur id esset:sed non videtur. voluptas igitur repletio non est: sed vnusquisq; & voluptate affici dũ fit repletio: & dolorem percipere,dum secatur,cõsueuit. Opinio autem hæc ex voluptatibus & doloribus circa alimentum euentientibus videtur extitisse. vbi enim indigi effecti fuerint, atq; ob id dolore præoccupati: percipere voluptatem ex repletione aiũt. At hoc non circa omnes voluptates accidit. dolore enim vacant tum discipli-
nares:tum ex ijs quæ sensus afficiunt,ille quę olfactu,quæ auditu,& visu percipiũtur. Multæ itẽ recordationes,& spes huiusmodi sunt. Cuius igitur hę erunt gñationes,cùm nullius rei præcesserint indigentiæ,cuius repletiones esse hæ possint: Aduersus eos autem qui probosas voluptates producunt, dicere q̃ſpiam posset non esse eas iucunda. non enim si male affectis iucunda sunt, iccirco absolute quoq; esse ea iucunda existimandum est: sed ipsis illis tantũmodo, quẽadmodum neq; salubria aut dulcia,aut amara,quæ egrotantibus:neq; alba, quæ lippientibus esse huiusmodi videntur. An ita quoq; dici posset,expetendas quidem esse voluptates:non tamẽ ex his,quemadmodum etiam diuitem esse, expetendum est:sed nõ ex proditione: & sanum esse item: sed non ex cuiuslibet rei esu. An specie differunt voluptates.quæ enim ex honestis rebus existũt diuersæ ab illis sunt, quæ ex turpibus percipiunt. neq; fieri potest vt iusti quispiam voluptate afficiatur,nisi sit iustus: aut musici, nisi sit musicus: atq; in reliquis simili modo. Declarare autem videt etiam amicus ab adulatore diuersus cùm sit, non esse bonum voluptatem:aut voluptates esse specie diuersas. hic enim ad bonum versari: ille ad voluptatem videtur. atq; illud probro datur:hoc laudi est: vtpote cùm ad alia, atq; alia versentur. Nemo præterea expeteret vel viuere ita, vt pueri mente præditus illis voluptatibus, q̃ſmaxime fieri potest afficeretur,quibus pueri oblectari cõsueuerunt. vel turpe aliqd agendo ita gaudere, vt nullum vnquam dolorem percepturus sit.Et circa multa studium adhiberemus,ẽt si nullam afferrẽt voluptatem:vt videre,meminisse,cognoscere, virtutes habere.q̃ si hæc voluptates necessario cõsequuntur,nihil refert. expeteremus nanq; ea nihilominus, licet ẽt nulla inde voluptas exoriretur. Voluptatẽ igitur neq; esse ipsum per se bonum: neq; omnẽ esse expetẽdam: nonnullas q̃ esse per se expetibiles,quæ differant aut specie,aut ijs à quibus eueniunt: planum videtur. Ac de ijs quidem quæ de voluptate & dolore feruntur,satis dictum sit.

DIxit. Et dicto dicentis q̃ delectatio non est bonũ: eò q̃ non est qualitas, & virtutes, quæ sunt bonum, qualitates sunt, non est cogens. etenim actiones virtutum, & felicitas fortunæ non sunt qualitates, & sunt bonum. D. Dicto autem eorum, q̃ bonum terminatum est, & q̃ delectatio non est terminata, eò q̃ recipit magis & minus,non cogit vt non sit delectatio bonum.hęc enim spectes iudicẽ verax est de iustitia et cæteris virtutibus. additio nanq; & diminutio sequitur cæteras virtutes, & meditetates in eis, quæ sunt inter extremitates,quæ sunt virtutes habẽtes latitudinem. & per hoc etiam fit iustitia quædam magis alia iustitia,& fortitudo magis fortitudine,& quãdo fuerit possibile vt sit minus & magis in iustitia & castitate, erit similiter possibile vt sit minus & plus in delectatione. D. Et fortasse si dixerint q̃ qualitates quædam mixtę sunt, & quædam simplices:& q̃ propter hoc quædam recipiunt magis & minus non propter hoc, q̃m virtutes, & quędã earum nil recipiũt q̃ tum huius. & hoc est ęs per hoc, q̃ virtutes non possunt indicere causam huius. D. Et quid prohibet, vt quemadmodum sanitas termina recipit magis & minus, similiter sit & de delectatione:intẽdo vt sit terminata,& recipiat magis & minus. igitur in nobis etiam si nõ concedamus ex esse eam recipiuam magis & minus, esse eam nõ terminatã, etenim æqualitas, verbi gratia sanitas non est vna et idẽ in omnibus speciebus:ita equo nanq; alia est, & alia in homine. neq; in vna eadem specie eadẽ in omnibus horis:sed interdum magis,interdum minus. possibile est ergo vt sic se habeat delectatio,et sit bonum. D. Et ex dictionibus istorum etiam est, q̃m sunt perfecta & completa: & q̃ q̃m motus & generationes non sunt completæ:excludatur ergo ab eis ex hoc,q̃ motus & generationes non sunt bonum. quando ergo adungũtur huic q̃ delectatio,generatio,& motus,sequitur vt nõ sit delectatio bonum. D. Videtur autem quòd non sit hæc dictio bona. non enim delectatio motus. vnicuiq; enim rerum mouentium est velocitas,ppria, & tarditas propria,q̃m fuerit mutatio et per se.quando vero non fuerit ei mutatio per se, sed per comparationem ad aliud:vt mutatio,quæ est scienti ex ignorantia ad scientiam,tunc statim sit relationis & ad aliquid,& nõ est in relatione motus.impossibile est autem vt delectationi inueniatur velocitas & tarditas:cùm non sit ei mutatio per se. attamen possibile est hoc inuenire ei per accidens ex parte mutationum eius quod cõsequitur delectatio. & per hũc modum possimus dicere q̃ talis delectatur velociter, quẽadmodum dicimus transire velociter: non q̃ delectatio ipsamet aut ira ipsamet velox sit & tarda: sicut motus, quę sequi delectatio, velox est & tardus,vt delectationes quæ sequũtur ambulationẽ,& bibitionẽ,& alia ab his. Et enim delectatio sequitur ista velociter aut tarde:ipsius vero met

delectationis



delectationis non est possibile, vt sit aliquid tardũ aut velox. & est quidẽ istud taliter, eò q̃ delectatio de relatione est: & mutationes, quas sequitur delectatio, non sunt de relatione: & nõ est possibile de delectatione vt sit sempiterna : neq; est possibile vt referatur ad aliud aliquid præter id cuius est. D. Iam autem putatur de delectari q̃ sit motus per modum aliquem, non tamen de delectatione coniugata cum quacunq; apprehẽsione putatur hoc, sed de coniugata cum apprehensione, in qua mutatur apprehensor:& cuius generatio est delectans, huius corruptio est contristans. D. & tam dicunt q̃ tristitia est propter defectũ rei naturalis, & delectatio complementũ huius defectus. et hoc erit apud fieri huius defectus, non apud expletionem eius actu. & si sic est, erit delectatio fieri, vel generatio non complementũ: ideo q̃ quando præceditur fieri rei deficientis, tristatur corpus sentiens. & quando sic est, ergo delectatus per ipsam, est deficiens, & etiam ipsa in ipsa defectus est, cùm sit fieri, vel generatio. D. Istud vero non putatur de omnibus delectationibus, sed cõuenit quidem delectationibus, quæ fiunt propter tristitiam nutrimenti: intendo q̃ delectationem nutrimẽti præcedat tristitia tamis:& ipsamet inuenit apud vsum nutrimenti. In cæteris autem delectationibus non accidit istud, vt in delectationibus, quæ fiunt propter scientias disciplinales. non enim præcedit eas tristitia, neq; eas quæ fiunt per tactum:quanto magis neq; eas, quę fiũt per intellectum. & similiter quæ fiunt per odoratum, & auditum, & vtrum non præcedit tristitia, & præcedit quidem ista spes, & est delectãs. Istæ igitur delectationes non sunt generationes, neq; etiam suppletiones defectus, cùm non præcedat eas defectio, ac si sit delectatus per ipsas deficiens non completus. D. Delectationibus autẽ vituperatis apud homines, quas sequuntur quidam hominum, fortassis non est dicendum q̃ sint delectabiles ſm veritatem. quãuis enim delectabiles sint eis,quorũ animarum dispositiones sunt dispositiones prauę,non tamen propter hoc oportet vt dicantur esse delectabiles in rei veritate & simpliciter. sed si absolute dicatur de eis nomen delectabilis, intelligendum est in comparatione ad alios,quemadmodũ enim non putandum est illud, quod dulce est aut amarum apud infirmos, esse sic ſm veritatem: aut quod album apud lippos,album ſm veritatem:sic est de re delectationis apud vitros prauitas:intendo q̃ delectabilia non sunt examinanda apud gustus istorum:sicut neq; examinanda sunt nutrimenta apud gustus infirmorũ. D. Et fortassis delectatio eligibilis est, nisi q̃ non eligibilis, modo quo eligunt eam prædicti. quemadmodum dicimus q̃ diuitiæ eligibiles: sed non vt fraude aut deceptione acquirantur, & similiter sanitas eligibilis est, sed non vt eius, cuius sanitas contingit ex quacunq; comestione, sed cuius sanitas fit ex comestione rerum sanatiuarum. D. Et fortassis differunt delectationes in seipsis: eò q̃ delectatio ex rebus pulchris alia est à delectatione, quæ ex rebus turpibus: & omni actui est delectatio propria. & non est possibile vt delectetur is, de cuius natura nõ est vt agat aliquem actum delectatione illius actus. vt q̃ non est possibile vt delectationẽ iusti delectetur, qui non est iustus: neq; delectatione musici, qui non est musicus:& similiter in cæteris actibus. D. Et videtur esse apparens, q̃m amicus alicuius alius est a conuentente: & q̃m delectatio vtrorũq; propter hoc non est vna, sed diuersa, de altero enim eorum putatur, q̃ eius associatio est propter vtile quidem:intendo eum qui dicitur conuenĩs: & de altero quidem propter delectationem ex amicitia, & ppter hoc vnus eorum vituperatur, et alter laudatur. D. Et conuenĩs est ne sit omnis delectatio bonum. nullus enim eligit ne faciat decens in longitudine vitæ suæ, etiam habens intellectum puerilem. & delectetur in tota vita sua eo, quo delectantur pueri vtplurimum, neq; eligit delectationem cũ actionibus turpibus. Homines enim naturaliter studemt, & mouentur ad actiones pulchras, cùm non fuerit in eis tristitia, etiam si non sit in eis aliqd delectationis: vt est speculatio, & cogitatio, & rememoratio, & scientia virtutum, & operatio earum. quando vero fuerint delectationes coniugatæ eis, tunc nullus declinat electionem istorum: neq; oportet vt sit in electione eorum quicquid diuersitatis, forsan etenim prædigenda sunt hæc: & si non sit ex eis delectatio, qualiter ergo erit in entibus? D. Manifestũ est ergo ex his quæ dicta sunt, q̃ non omnis delectatio bonum: neq; omnis malum, etenim delectationes diuersæ sunt formæ: & in eis est quod est electum per se, & quod est non electum.

*Quidnam sit voluptas, & quo modo operationem perficiat. Cap. XIII.*

QVidnam autẽ sit voluptas, aut qualis,clarius fiet,si disputationẽ a principio repetamus. Visio.n. quocũq; tempore esse perfecta videtur. nulla.n.re deficiet,quæ postea succedens speciem eius perficiat.hunc similis quoq; voluptas est. totum siquidem quoddam est: neq; vllo in tempore statuere aliquis voluptatẽ posset, cuius,si longiore fieret tempore,species perficeretur. Ideo neq; motio est. in tempore enim fit omnis motus,& cuiuslibet etiam finis est,vt ædificatio tunc perfecta est, cùm fecit id quod appetit,vel in omni vdelicet tẽpore, vel in hoc. nam in partibus temporis implectæ omnes, & à tota,& inter se sunt specie diuersæ.lapidũ siquidem compositio diuersa à columnę vitrigatione: atq; hæ vtræq; à templi extructione differunt. templi enim effectio, cùm nulla re deficiat ad propositũ,perfecta est: fundamenti vero,& triglyphi fabrica est imperfecta: q̃ppe cũ vtraq; partis sit. Specie igitur differunt. neq; fieri potest vt in quocunq; tempore motionem specie perfectam sumamus, nisi in toto. Simili modo quoq; in ingressione,& egressu. nam si delatio est motio quæ alicunde ad aliquò fit:eius differentiæ sunt ſm speciem, volatus,ingressus,et saltus,atq; huiusmodi. neq; tantum hoc modo,verum etiam in ingressione ipsa differentia est:nam alicunde & aliquò non idẽ in stadio & in parte eius est, & in alia, atq; alia parte: neq; percurrere lineam hanc, & illam. non solum enim lineam, sed in loco constitutam pertransitam diuerso autem hęc, q̃ illa est'. Sed accuratius de motu alibi nam diximus. Videtur autem non in omni tempore motio esse ptecta;sed pleræq; imperfectæ, & specie differentes: siquidẽ alicunde aliquò speciem earum efficit. at voluptatis in quolibet tempore perfecta species est. pe.q̃ eam igitur est, & diuersas has inter se esse. & volu-

ptatem

ptatem quippiam ex ijs esse, quæ integra ac perfecta sunt. Hoc autem ex eo etiam videre tur, ꝙ moueri nisi in tempore quippiam non potest: voluptate autem affici potest. quod enim in ipso nũc fit, totum quoddam est. Ex his autem manifestũ est, non recte dicere eos qui voluptatem esse motionem, vel gñationem asserunt. non enim omnium hæc dicuntur: sed partibilium, & eorum quæ tota minime sunt. nã neꝙ vitiosa gñatio est, neꝙ punctũ, neꝙ vnitatis, neꝙ enim horũ quippiam motio aut generatio est. igitur nec voluptatis quoꝙ erit: quippe cùm totum quoddam sit. sed sensus cuiuslibet, cùm circa sensibilẽ rem operatur. Perfecte autem eius qui bene est affectus, circa pulcherrimum ex ijs quæ sensui subijciãtur. tale enim quid maxime esse perfecta operatio videtur. Vtrum autẽ ipsum sensum, an id in quo ipse est, opari dicamus, nihil interfert. in vnoquoꝙ. n. optima eius est operatio, quod optime affectum est erga præstantissimũ ex ijs quæ ipsi subijciuntur. Atoꝙ hæc perfectissima esset, ac iucundissima. In omni enim sensu voluptas est: in omni item simili modo intellectione & contẽplatione. iucundissima autẽ ea est, quæ perfectissima: at perfectissima eius est, quod bene affectum est erga optimum eorum quæ ipsi subijciuntur. operationem vero voluptas perficit. Nõ eodem tamẽ modo & voluptas perficit, & sensibile, & sensus, cum bona sunt. quemadmodum neꝙ sanitas & medicus simili modo in causa sunt, vt sani simus. In vnoquoꝙ autem sensu voluptatem fieri pspicuum est: quippe cũ & visiones, & auditiones esse iucũdas dicamus. patet. n. profecto eas vel quàm maxime esse, si & sensus prẽstantissimus sit, & circa tale qp piam operetur. nã si huiusmodi sunt & quod sentitur, & quod sentit: semper existet voluptas, modo adsit quod agat, & quod afficiatur. Perficit autem operationẽ voluptas, non vt habitus quidã qui inest, sed vt finis superexoriens: perinde atoꝙ venustas ijs qui in flore ætatis constituti sunt. quouisꝙ autem sensibile vel intelligibile, & id quod iudicat, vel contemplatur tale fuerit, quale esse debet: in opatione inerit voluptas. cùm. n. id & quod vt afficiatur, & quod vt efficiat idoneum est, similia sunt, & inter se eodẽ modo sese habẽt: idem fieri natura consuevit. Quo modo igitur fit, vt nemo assidue voluptate afficiatur? An defatigatur: omnia enim humana ad assidue operandũ imbecillia sunt. quocirca neꝙ voluptas assidue euenit: operationem enim consequitur. Nonnulla tamen sunt quę cùm noua sunt, oblectant: postea vero non simili modo, hanc ob causam: quia primum incitatus animus est, in eorumꝙ operatione intentus, quemadmodum in vsu faciunt, qui inspiciunt: postea vero operatio eiusmodi non amplius fit, sed neglecta. vnde etiã voluptas hebetatur. Omnes autem voluptatem appetere propterea vnusquisꝙ existimaret, quia viuere omnes appetunt. vita vero opatio quædam est. Et circa ea vnusquisꝙ & ijs opatur, quæ vel maxime placent, vt musicus auditu circa modulationes: discendi studiosus mente circa contemplationes: atoꝙ ita singuli ex cæteris. voluptas vero operationes perficit: & viuere quoꝙ ipsum, quod appetunt. merito igitur voluptatem etiam appetũt, quippe quæ viuere ipsum quod expetendũ est perficiat. Vtrum vero vitam ob voluptatẽ, an voluptatem ob vitam experamus, in præsentia omittat. coniuncta enim hæc inter se ita sunt, vt separari nullo modo queant: quippe cùm & sine operatione non fiat voluptas, & operationem omnem voluptas perficiat.

Operationẽ voluptas perficit.

*al. sensum.

DIxit. Iam itaꝙ dictus est sermo sufficiens in delectatione an bonum an non. Quid vero sit delectatio, aut quæ res est delectatio, fortasse manifestius fiet, quando experimur in reuerbone rememorationis eius ex principio. Dicimus ergo, qm putatur ꝙ actus visus est penetratio in aliquid bona ꝙ hoc fit, quando visus non indiget aliquo, quo com, de qua forma eius, immo est ipm complementum eius. & manum, & delectatio finitis est huic eo ꝙ ipsa existit completio visus completiori. si ergo hoc ita est, delectatio etiam est cõplementum & forma, non motus. & propter hoc non est possibile alicui vt appreheñdat delectationem in tempore, donec fit ex delectationibus ꝙ existat in tempore minus aut plus. etenim omne quod apprehẽditur in tempore, est in motu, & nondum completur forma eius. et propter hoc ꝙ delectatio est cum complemẽto formę, & non in tempore. Et propter hoc non est motus. omnis enim motus in tempore est. habẽs complemẽtum, quod non est in tempore. verbi gratia, ædificatio magis completa est in postremo temporis, in quo perficitur eius actio, ꝙm in vniuerso temporis in quo fit. in postremo autem temporis, in quo fiunt motiones, nõ est completa, sed diuersa per formam: intẽdo ꝙ partes motus vnius eiusdem tam diuersificantur adinuicem ſm formam: & sunt etiam diuersæ à toto ipsarum ſm formam & complemẽtum: intendo finem motus. positio n. ipsi lapidum diuersificatur ab erectione columnarum ſm formam: & ista ambo diuersificantur à figura domus, quæ est complementũ temporis, cuius partes sunt cõpositio lapidum, & excisio columnarum. & quod simulatur his ex partibus ædificationis, & inter dispositionem compositionis & situs lapidum, et dispositionem erectionis columnarum; & inter dispositionem domus differẽtia est. quamuis enim conueniant in eo, quod sunt dispositiones, tamen dispositio domus diuersificatur à dispositione compositionis lapidum, & à dispositione erectionis columnarum per hoc, ꝙ dispositio domus completa est, eò ꝙ nõ est subiecta ad aliqd, cui nullius egeat, per quod sit eius complementum. dispositio autem compositionis lapidum, & dispositio erectionis columnarum, & quod similatur his ex dispositionibus, quæ subiectæ sunt dispositioni domus, non sunt



sunt completæ: eò ꝙ quælibet earum subiecta est formæ domus, eo modo quo litteræ subiectæ sunt dictionibus. Et propter hoc partes motus & cõplementum earum diuersificantur ſm formam. & non est possibile inuenire motum completum ſm formam in tempore: nisi forte sit motus circularis totus. Cæteri vero motus transmutationis, vt ambulatio. & quod similatur huic, incõpleti sunt: eò ꝙ fiunt ex aliquo ad aliquid oppositum ei: & eò ꝙ isti motus ex aliquo ad aliqd non diuersificantur solum à motibus completis, sed & partes motus vnius abinuicẽ, quemadmodum diximus. etenim motus, qui fit super hãc partem lineæ, alius est à motu fiente super aliam partẽ eius. & vniuersum huius aliud est ab eo, qui fit super partem illam, quæ est completio. & est quidem istud sic in motu transmutationis recto: eò ꝙ & si fit super lineã rectam, illa linea non est linea tãtum, sed est quidem linea in loco, diuersificantur ergo partes motus propter diuersitatem partium loci. D. Et tã exquisite perscrutatum est de motu in alia scientia. D. Et videtur ꝙ non sit omnis mutatio completa in vniuerso partiũ temporis, in quo inuenitur illa mutatio sed infinitiua sunt tantum. in cæteris vero suis partibus est incõpleta, sed diuersificatur ſm formam. de re autem delectationis manifestum est, ꝙ de mutationibus completis in toto tempore vel in omni tempore, cũius fit delectatio de rebus cõpletis: & completa diuersificentur adinuicem: manifestum est ꝙ delectationes diuersæ erunt adinuicem ſm formam, non ſm partes: intendo ꝙ partes delectationis vnius non sunt diuersæ ab alijs, sicut se habet in motu vno. Et ex isto manifestum est ꝙ delectatio non est motus, & ex eo ꝙ comprehensio eius non est in tempore, & omnis motus in tẽpore. D. verũtamẽ manifestum est etiam propter quam causam putauerunt ꝙ delectatio sit motus & generatio: eò ꝙ generatio non dicitur de omnibus rebus fientibus, sed dicitur quidẽ de generatione rerum, quæ diuiduntur. rebus autem, quæ nõ diuiduntur, non est generatio. ideoꝙ non dicitur ꝙ apprehensionem fit generatio, neꝙ punctio generatio, neꝙ vnitati. & sic se habet in delectatione: intendo ꝙ nõ est ergo generatio: eò ꝙ ipsa est totum, intẽdo de indiuisibilibus. D. Et ois quidem sensus agit ſm mensurã sensibilis. & agit actionẽ perfectã sensus, cuius dispositio est pfecta. & dispositio sui sensibilis perfecta ẽt. & dispositio relationis inter perfecta. etenim putatur ꝙ bonitas actionis sit hoc: intendo vt agens sit in perfectiori dispositione per quam est agens, & patiens in perfectiori dispositione per quã est patiens. & relatio, quæ est inter eam perfectiori dispositione. etenim differentia magna est inter hæc, vt agat res ens in perfectiori dispositionem suarum in patiens ens in perfectiori dispositionum ẽt, & inter hoc vt agat in non perfectiori suarum dispositionum, aut in patiens nõ ens in perfectiori dispositionum patiẽdi, aut vt sit relatio inter vtraꝙ imperfecta. Cumꝙ hoc sic sit, fortasse erit actio ista in sensibus motus perfectus, & delectabilis. & similiter se habet in cogitatione, & in oibus apprehensionibus, quas sequitur delectatio. Et pp hoc possibile est vt diuersei delectatio apprehensionis penes diuersitatẽ actionum apprehensionis. & delectabilior actionũ apprehensionũ est actio perfecta valde. & actiones pfectę valde sunt illę, quibus sunt venustiores dispositionũ apud virtuosum valde ex rebus quas amat. & pp hoc est delectatio pfectiua actionũ: intẽdo propter esse eas amatas. Verũtamen pfectio, qua delectatio perficit actionẽ, & perfectio, qua pficiunt eam sensibile & sensus, non est vnius manentiei, etsi sint res nobiles oẽs: quemadmodũ medicus & voluntas sanandi non sunt causæ vt fiat sanatio per modum consimilem: intendo non sunt ei causa per modũ vnum. D. Quòd aũt delectatio inueniatur in oibus sensibus, manifestũ est per se. nos etenim videmus visibilia delectabilia, & audimus voces delectabiles. & est manifestum ẽt ꝙ delectationes sensuum sunt vehementiores, qñ sensus & sensibile vtraꝙ vigorosa fuerint: & qñ alterum agit & alterum patitur ſm suam vigorositatẽ: etenim qñ fuerit sensus & sensibile cũ hac dispositione, fit delectatio semper. Et causa existendi delectationẽ est vt perficiat actionẽ, verũtamen suã perficere actionẽ non est ita, vt delectatio sit dispositio in actione & cõplementum eius: sed ſm ꝙ est res sequens cõplementum: vt pulchritudo, quę inuenitur in iuuentute. intendo qm pulchritudo est dispositio sequẽs iuuentutem, non cõpletiua eius. D. quousꝙ ergo duraverit sensibile aut intelligibile ſm ꝙ oportet, & qui iudicat de intelligibili & sensit sensibile ſm ꝙ oportet, erit delectatio in actione. & hoc quãdiu durauerit agẽs & patiens & similia. & fuerit relatio cuiuslibet eorum ad suũ compar ſm dispositionem vnã: intendo imperm utata erit ab eis actio per vnã naturam. D. Et pp illud non est possibile vt delectet homo delectatione continua, neꝙ tristetur tristitia cõtinua: eò ꝙ oẽs res humanæ non possunt agere actionẽ continuam pp mutabilitatẽ consimilitudinis, quæ est inter agẽs & patiens. & similiter est de relatione. D. Et eo ꝙ delectatio non est continua, fit ꝙ quædam res exhilarant. & sunt bonæ: & post hoc nõ sic se habet res in eis. & causa in hoc est, qm cogitatio & imaginationes, quas sequitur delectatio, sunt in iuuentute vehementius agentes & plures. & similiter est in sensibus: intẽdo qm in iuuentute vehementius agunt: vt qm vident à lõge in principio rei, deinde post hoc non possunt. imo actiones eorum debilitant: ideoꝙ fit eorũ delectatio debilior. D. Et fortasse putans putabit oẽs nos amare vitam, & vita actus quidam est. Et vnusquisꝙ amat facere actiones, quæ pertinent in vita rebus melioribus: etenim in his fit actus eius melior. vt dñs musicę, iste. n. amat actũ auditus, qui est apprehensio melodiæ. & dominus doctrinæ, qui amat actũ cogitationis in opinionibus. & similiter est in oibus actionibus pertẽtibus ad vitã. & delectatio inuẽta in eis est illa, quæ cõplet illas actiones, & vitã, per quã fit desyderium istarũ rerum. & qñ sic est, tunc illi, qui desyderãt vitam, desyderant delectationẽ: eo ꝙ ipsa perficit vitã, quę est electa. D. Et propter illud oportet scire ꝙ non sunt nobis omittendæ actiones gratia delectationis, patet. n. ꝙ delectatio & actio coniugatæ sunt simul, & nõ recipiunt separationem. nam non erit delectatio absq; actione: & perficit quidem omnem actum delectatio.

## *Voluptates inter se specie differre. Cap. V.*

VNde differre ẽt specie videntur. quę. n. specie diuersa sunt, à diuersis pfici existimamus, ita siquidẽ apparẽt & naturalia, & quæ ab arte efficiuntur. vt animalia, arbores, pictura, statuæ, domus, vas. simili modo quoꝙ diuersas specie operationes à specie differẽtibus pfici putamus. mentis autẽ operationes ab ijs quę sunt sensuũ, atoꝙ hę inter sese specie differunt. quare ẽt quæ ipsas perficiunt voluptates. Constare aũt hoc ex eo ẽt posset, ꝙ voluptas vnaquæꝙ operationi ei affinitate est cõiuncta, quã perficit. simul. n. operationem propria atoꝙ affinis voluptas auget: quippe cũ singula magis iudicent, absoluantꝙ exa-

ctius qui cùm voluptate opantur. vt qui geometricis rõnibus oblectãtur, geometrici euadunt, & singula magis intelligunt, atq; aduertunt. simili modo musicæ studiosi, & ędificandi, & cæteri alij in suo quisq; opere proficiũt, dum eo oblectãtur, ac gaudẽt. voluptates vero sunt quæ incremẽtum exhibent. at affinia sunt & propria quæ augent. quæ aũt diuersis specie sunt propria, inter se quoq; specie differunt. Magis præterea inde hoc pateret, q̃ voluptates quę à diuersis eueniunt, operationibus sunt impedimento. studiosi. n. tibiarum orationibus attendere nequeũt, si tibia canentem quempiã audiuerint, tibiæ cantu magis, q̃ præsente opatione oblectati. voluptas igitur quæ ex tibiæ cãtu prouenit, operationem circa orationem corrũpit. Id in cæteris quoq; vsu venit, cùm circa duo simul operatur quispiam: quæ. n. est iucundior operatio, alteram extrudit: atq; eo magis, quo in voluptate longius excelluerit: adeo vt ex altera operẽ nihil. Atq; iccirco fit, vt cũ aliqua re vehemẽter gaudemus, aliud quid nõ admodũ agamus: cũq; alijs leuiter oblectamur, alia faciamus. vt in theatris bellaria esitant: id tunc maxime faciunt, cũ viles certatores sunt. Q̃m aũt propria voluptas exacte absoluit opationes, diuturniores q̃ & meliores reddit: alienę vero labefactant, ac perdunt: longe eas inter se distare manifestũ est. Ferẽ. n. alienæ voluptates id faciunt quod proprij dolores. proprij. n. dolores operationes corrumpunt. verbi causa si alicui vel scribere iniucundũ est & molestũ, vel ratiocinari: cũ dolorem afferat opatio, fit, vt is neq; scribat, neq; ratiocinetur. Ex ,ppriis igitur voluptatibus, & doloribus cõtrarium circa operationes contingit. propriæ autem sunt voluptates, quæ ex opatione aliqua per se existunt. alienæ vero aliæ appellantur, propterea q̃ simile qd efficiunt, quod dolor. corrumpunt enim: verũtamen nõ simili modo. At vero cũ operationes probitate & prauitate differant: & aliæ ex ipsis expetẽdæ sint: alię fugiendæ, aliæ neutræ: simili modo voluptates ẽt sese habent: in vnaquaq; n. operatione propria voluptas existit, in bona honesta, in praua improba. Nã & cupiditates honestorum laudabiles, turpiũ vitupabiles sunt. Affiniores autẽ opationibus sunt voluptates q̃ in ipsis existũt, q̃ appetitiones. hæ. n. & tpibus et natura distinctæ sunt: illæ adeo annexæ opationibus sunt, adeoq; ab ipsis indistinctæ, vt an idẽ cũ voluptate opatio sit, ambiguũ esse videat. Neq; tñ voluptatẽ esse mentẽ, aut sensum putandũ est: est. n. absurdũ. sed qa nõ separant, esse idẽ qbusdã videnť. sicut igit ope-

rationes, ita quoq; diuersæ **voluptates sunt**. Visus aũt à tactu puritate differt: & auditus et olfactus à gustatu. simili mõ quoq; differunt voluptates: atq; ex his illę q̃ circa mentẽ existũt: & vtręq; à se mutuo. Esse vero vnicuiq; aĩali propria voluptas, quẽadmodũ ẽt opus videť: ea. n. est q̃ in opatione existit. id in vnoquoq; cõsideranti ita esse apparebit. equi sigdẽ, & canis, & hominis voluptas diuersa est. Quẽadmodũ Heraclitus ingt, asinos stramẽtitias paleas magis q̃ aurũ esse electuros: qpe cũ asinis pabulũ auro iucũdius sit. Ac voluptates quidẽ eorũ quę specie diuersa sunt, specie differũt: q̃ sunt eorũdẽ, indifferẽtes esse cõsentaneũ est. in hoibus tñ non parũ variãt. eadẽ. n. alios dolore, alios oblectatiõe afficiũt, quibusdã molesta & odiosa, iucũda & amabilia nõnullis sunt. in dulcib⁹ quoq; idẽ euenit: quippe cũ non eadem febricitãti, & sano esse hmõi videanť: neq; calidũ quippiã imbecillo, & eĩ q̃ bono habitu p̃ditus sit. similiter in alijs etiã contingit. Videť aũt in oibus similibus id esse qd' probro viro apparet. Quòd si hoc recte dicit, quẽadmodũ videť, & est: & vniuscuiusq; mensura est virtus, & bonus vir, quatenus est talis: voluptates quoq; erũt quæ huic videnť, & iucunda ea qbus hic oblectatur. Si cui tñ ea videntur iucunda quæ huic sunt molesta, nihil mirũ esse debet: multæ etenim corruptelæ hoium, & labes contingunt. nõ sunt nãq; iucunda: sed his, atq; ita affectis. Eas igitur quæ sine dubio turpes sunt, nõ esse dicendas voluptates nisi corruptis hoibus manifestũ est. Ex ijs vero quæ esse honestæ videtur, qualis, aut quẽnã esse hominis dicẽda est? An ex operationibus patet. has. n. ipsæ voluptates sequunť. siue igit̃ vna, siue plures sint pfecti & beati viri opationes: quæ has perficiunt voluptates, præcipue hois voluptates esse dicentur: reliquæ autem secundo loco, & ex parte aliqua, non secus atq; operationes.

Vniuscuiusque mensura est virtus.

DIxit. Et ex hinc apparet q̃ delectatio est diuersa. quod enim perficit res diuersas fm formã, diuersum est fm formam. Et hoc patet ex rebus generatis à natura, vt animalibus & plantis: & ab arte, vt in imaginibus, & vtensilibus, & domo: intendo quoniam ista, ex quo facta sunt ex rebus diuersis forma, sunt perfectiones earum diuersæ forma. & similiter actiones diuersę forma, oportet vt perficiantur etiam ex diuersificatis in forma. & propter hoc delectatio, quæ est intellectui, diuersa est à delectatione, quæ est in sensibus: & delectationes sensuum diuersificãtur etiam à se inuicem fm formam. Et patet q̃ delectationes diuersificãtur diuersitate actionum: eõ q̃ quamlibet earum figurat actio, quam ipsa perficit. delectatio enim propria facit vt crescat illa actio & augeatur. & causa hæc est: q̃m qui faciunt hoc quod facrũt cum delectatione, erit actio eorum vehemẽtius exquisita & plus perfecta, vt qui delectãtur per geometriam, ipsi enim perscrutantur.



scrutãtur vnamquãq; rerum geometralium plus alijs. & similiter qui delectantur per actiones musicæ, sunt potentiores ad inquirendum neumata. & similiter qui amant ædificationes, sunt potentiores ad ædificãdum. & vniuersaliter in omnibus agẽtibus addit delectatio in operatione sui propria. & cũ hoc crescit per eius crementum. & quæ crescit cum alio à se, est propria eius, per cuius crementum crescit, & est alia ab ipsa per formam. D. Et fortasse patebit ex hoc etiam q̃ delectationes, quæ fiunt ex actionibus quibusdam, prohibitę sunt ab alijs: vt in viris cõcupiscentiarum. ipsi enim non possunt audire dictiones & actiones bonas. audientes vero tangentes citharam, quę gaudio fortius eius postponunt actiones, quas habent inter manus. & propter hoc citharą, & cætera desyderia corrumpũt actionem, quæ est per rationem. Et similiter accidit cæteris delectationibus ad se inuicem: intendo q̃ quando fecerit homo simul duas actiones, quarũ vtrãq; habet delectationem propriam, impediet magis delectans alteram ab actu suo. & potissime faciet hoc, quando fuerit excellentis delectationis valde, donec permittat alteram agere. Et propter hanc causam, quando ludimus cum aliquare, non agimus rem aliam plus, q̃ illã, cum qua ludimus propter victoriã delectationis ludi super delectationes reliquarum actionũ. & quando vicerit altera delectationũ, erit actio alterius sine delectatiõe: erit̃q; actor eius ad modum illius, qui operatur ad desyderium aliorum: vt facit citharœdus vel tibicen in loco, ad quem conuenient ad intuendum eos cùm male fuerint. ipsi enim aiunt̃ quidem ad psallendũ propter illos, qui intendunt ad ipsos, & non proprie delectationis causa. Et cũ sic fit, patens est q̃ delectatio propria actionibus profundat actiones, & efficit eas duras diuiores, in tempore longiori, & melius tactas. manifestum est aũtẽ, q̃ inter delectationem extrancam ab actione, & inter propriam differẽtia est multa, & hoc, quoniã delectatio extranea ab actione ferẽ facit tristitiam propriam actioni: intendo q̃ impedit actionem: quemadmodum impedit eam tristitia propria sibi, etenim tristitiæ propriæ actionibus corrumpunt actiones, verbi gratia, qui non delectatur ex scriptura et meditatione, si tristetur ex ipsis, non scribet neq; meditabitur. Et vniuersaliter accidit in actionibus contrarietas multa ex parte delectationis propriq; eis, & ex parte tristitię propria eis: intendo q̃ actio, cum qua coniugatur delectatio sibi propria, fit fm contrarium actionis, cũ qua coniugatur tristitia sibi propria. & fit quidem sic, eo q̃ delectatio propria expedit actionem, & tristitia propria impedit ipsam. delectatio aũtẽ extranea, „vt iam dictũ est, facit simile ei, quod facit tristitia propriæ: eò q̃ corrumpit actionem, sicut corrũpit eam tristitia propria: quãuis non sit corruptio ambarũ per modum consimilem. D. Cùm autem diuersẽ actiones per diuersitatem virorum bonorum & malorum: intendo q̃m actiones virorum bonorum diuersæ sunt ab actionibus virorum malorum: & cùm diuersentur etiam per hoc, q̃ quędam earum electæ, & quędã earum non electę, timmo à quibus fugiendum est: & quędam earum quę neutro horum determinantur: manifestum est q̃ delectationes, quę sequuntur actiones, diuidendæ erunt diuisione cõsimili huic diuisioni, donec delectationes actionum electarum sint electæ, & delectationes actionum fugiendarũ fugiendæ. etenim vnicuiq; actionũ est delectatio, propria. & delectatio actionis nobili propria nobilis est: & delectatio actionis prauę est extranea, cõtristans, vituperabilis valde. Et propter hoc sunt desyderia rerum quidem decentium laudabilia: rerum autem turpium vituperabilia. D. Et delectationes, quę sunt actibus, magis proprię sunt actibus q̃ desyderia ipsorum: eò q̃ desyderia actuum diuersa sunt ab eis tempore & natura: intendo q̃ ipsa diuenuntur distincta ab actu. delectationes vero naturę propinquę sunt actibus, & non separantur ab eis, sed inueniuntur quidem coniugatæ actui. & propter hoc dubitatur de eis, an sint ipsæ & actus res vna eadem. Attamen palam est q̃ delectatio intellectus non est intellectus, neq; delectatio sensus est sensus: hoc enim impossibile est. sed qñ delectatio non separatur ab actu, ideo videtur quibusdam q̃ sit res vna. & quemadmodum actiones distinguũtur à delectationibus, & sunt aliæ ab eis, sic & actiones distinguuntur abinuicem. Actio enim visuum distinguitur ab auditu, & olfactu, & à gustu: & ista distinguuntur à se inuicem fm distinctionem actuum. quod ergo est ex actionibus distinctum eius delectatio distincta est genere, vt distinctio visus ab auditu, & intellectus à sensu. Amplius hoc & quod est distinctum specie, eius delectatio distincta est specie: vt distinctio specierum intellectus abinuicem. D. Et videtur q̃ vnicuiq; animalii sit delectatio propria, cùm sit vnicuiq; animalium actio propria, & sit vnicuiq; actioni naturali delectatio propria, & hoc apparet valde, qui inspexerit in vnaquaq; rerum. apparet enim quod delectatio equi alia est à delectatione canis, & similiter apparet quod delectatio hominis, quæ appropriatur eis, est actionis quæ appropriatur eis. & est delectatio actionis per intellectum, quæ est alia à delectationibus cæterorum animalium. Sicut dixerũt quidam Antiquorum, quod dignius est eligere apprehensiones quàm aurum: etenim ex eis natus inuenitur, quod apud ipsum delectabilius est auro. & est apprehensio per intellectũ. Dixit. Delectationes ergo, quę sunt in rebus entibus diuersis forma, diuersantur forma. delectationes vero, quę sunt rebus eisdem, inuenido non diuersificatis per formã, rectum est vt non sint diuersæ: quamuis tam inueniantur diuersæ diuersitate nõ parua in hominibus, eo q̃ nos inuenimus res vnas eadem delectantes quosdam & contristantes alios. & entes quibusdam molestas & odiosas, & alios desyderabiles & amatas. & hoc est, vt illud quod accidit interbus dulcibus, in quibus non iudicat fatuus & febricitans palatum verum. & vt in rebus calidis & frigidis, quæ nõ tantum apud debiles & fortes fm vnã dispositionem erunt, sed quotidam hominum desyderat calidum, & alios frigidum. & simile huius accidit in vnoquoq; apprehensibilibus. D. Et videtur q̃ in oibus istis res veras se habeat, prout appareat viro bono: intendo q̃ de existibus ex ipsis naturaliter & electiuam ea, quę digna sunt a viro nobili. Et si sic est, sic bene dictum est q̃ virtus est mensura ois rei: intendo illud, per quod cognoscuntur naturæ rerum in bonitate & malitia: fiat per mensuram cognoscitur quãlitas rei. Secundum igitur hoc bonum in tempto est, de quo videtur bono quod sonũ. & similiter delectatio rei existentis est ea, de qua videtur bono q̃ sic sit. & non elongatur quin sit hoc, quod videtur bono delectabile, apud quotidam hominum nõ delectabile, aut minus in delectatione, et enim accidunt in generatione hominũ corruptiones mulæ, & naturæ egritudinales abequalitate. & propter hoc delectabile naturaliter non est delectabile, nisi eis, quibus non accidit corruptio in natura. D. Et de malis dictis est, q̃ illud, quod concedunt esse turpe, non est delectabile, nisi apud viros corruptarum naturarũ. Delectationes autem, quæ videtur esse emendatorum & virorum, non inueniuntur homini, nisi ex parte aliqua finalium, quæ appropriantur ipsi. Et si fuerit delectatio vna, aut delectationes plures vno pertes, quod dixerant status fuerit, tunc illa delectatio vna, aut illæ quæ copulatur ex multis, similiter fuerunt. Et per quæ ostensa fuit q̃ est delectatio hominis, & hoc est propositum est, quando declaratum fuerit quis est actus hominis.

Modus cũ cõ. Aucr. KKK q propius

proprius ei. cæteræ vero delectationes habent se ad hanc, sicut cæteri actus ad hunc actum: intendo eum, qui est complementum actuum humanorum.

*De felicitate.* Cap. VI.

CVm dicta autem sint ea, quæ ad virtutes, & amicitias, & voluptates spectant: reliquum est, vt de felicitate figura quadam differamus, qm̃ finẽ eam humanarũ rerũ esse statuimus. Sugit̃ antedicta repetamus, brevior nobis euadet oratio. Diximus eã nõ esse habitũ. nã in eo inesset, qui per totã vitã dormiret, & plãtę vitã traduceret, maximisq; infortunijs afflictaret. Quòd si hæc nõ placẽt, sed magis in opationẽ quandã ipsa reponenda est, sicut in superioribus est dictũ: ex operationibus aũt aliæ sunt necessariæ, & ob alia expetẽdę, aliq per se: patet, felicitatẽ aliquã ex ijs quę per se, & non ob aliud sunt expetẽdę, esse statuendam. felicitas enim nullius rei indiga est, sed ex sese ipsa sufficit. Per se autem sunt expetendæ illæ, ex quibus præter operationem requiritur nihil: cuiusmodi esse actiones videntur, quæ ex virtute fiunt. bona.n. & honesta agere ex ijs est quę per se expetuntur. Quin etiam ex lusionibus illæ quæ iucundæ sunt: quippe cùm non ob aliud ipsas eligant: damnum enim ex ipsis potius q̃s vtilitatem & corpora & fortunas negligentes, consequuntur. Cõfugiunt autem ad huiusmodi diuersationes plerique eorum qui felices habentur. vnde apud tyrannos in existimatione sunt, qui in talibus diuersationibus sunt vrbani: quippe cum in ijs quæ illi appetunt, sese exhibeant iucundos. indigent autem talibus. Ac videntur quidem hæc felicia esse. propterea q̃ qui in potestatibus constituti sunt, his vacant. sed nullum fortasse argumentum huiusmodi homines sunt. non enim in dominatu virtus collocata est, aut intellectus, ex quibus honestę operationes existunt. Neq; si isti quia syncerę & liberalis voluptatis gustum non habent, ad corporis voluptates confugiunt: propterea has magis esse expetendas existimandum est. nam & pueri quæ apud se in precio sunt, præstantissima esse opinantur. Cõsentaneum igitur est, vt sicut pueris & viris diuersa esse in precio videntur: ita prauis & bonis quoq; videant. Vnde quãdmodũ sæpe dictũ est ea sunt preciosa & iucũda, quæ probo viro hmõi sunt. atq; ea maxime expetẽda operatio est vnicuiq; quę ex habitu ppio probo fit vir[illegible] quę ex virtute fit. Nõ est igit̃ in lusu felicitas. absurdũ.n. est lusum esse finẽ: & negociari, & laborare tota vita ludendi causa. nã ridiculum videtur præter felicitatẽ alterius causa expetere. [illegible] ippe cũ sint ipsa hæc fin. serio aũt agere & laborare lusionis causa stultũ planè ac puerile admodũ videt. Ludere aũt vt serio agat quispiã ex Anacharsidis snĩa videt recte se habere: qppe cũ lusus regei similis sit. & cũ nequeãt hoies assidue operari, regendi gent. nõ est igit̃ finis reges: causa.n. operationis fit. At esse ex virtute vita felix videt: hæc autem studiosa & seria est, non in lusu versatur. Meliora præterea seria & studiosa esse diximus ridiculis, & ijs quæ cum lusu fiunt. Et melioris semper partis, & hominis operationem esse studiosiorem affirmamus. melioris autem operatio præstantior, felicitatiq; accõmodatior tam est. Frui itẽ corporis voluptatibus quilibet etiam mancipium, non minus q̃s optimus posset: mancipio autẽ felicitatem tribuit nemo, siquidem neq; etiã vitam: non enim in talibus diuersationibus felicitas consistit: sed in operationibus quę ex virtute proficiscũtur, quemadmodum dictum est prius.

Felicitas nullius rei indiga ẽ, sed ex seipsa sufficit.

DIxit. Et cùm iam diximus de virtutibus & delectationibus, remanst dicendum de felicitate, vtpt felicitatem propriam, de cõmuni. nam locutus fuit in tractatu primo: cũ sit felicitas complemẽtum actionum humanarũ. Memorato enim nõstra eius quod prę cęlit ex dictis in hoc primo tractatu, fuit dicto abbreuiata. Et iam diximus illis, q̃ ipsa non est habitus, sed est quidẽ in actu ipsius habitus. & si nõ, erit vita felicis, vt vita animalis sic nominati. de hoc animali putatur, q̃ tota vita sua sit somnus. Et qũ felicitas ponita fuerit in actione, intendo q̃ sit actus cõmunis. & ex actibus sit nes, ostauimus. & ex eis electius alius sit electus propter aliq; ad aliud, & aliud propter seipsum, patet q̃ ponenda est in actũ electum propter se, nõ propter aliud: & q̃ felicitas nullius est indigẽs nec electa est ei, ro propter aliquid, sed propter seipsam. cũ ipsa sufficiens sit per se. Et res electæ per se sunt illę, ex quibus non requitur aliquid aliud, quod sit præter actum. & videtur q̃ actus rerũ electarũ per se sint: operationes.n. nobiles electæ sunt propter seipsas. Et huiusmodi operationes delectabiles ex modis ludi sunt de hac specie. patet.n. q̃ non eliguntur propter aliquid aliud. attũ damnum prouenies ex ipsis est amplius q̃ vtilitas. D. Verũtamen multotiens amat sexhx vitificationem corporũ & possessionis corporalis, et fugit curiositatẽ circa dispositiones corporales, et q̃ hanc quidem prę eligunt homines quatenus per ipsam consortes efficiantur regum tyrannorum, efficiunt. n. se ipsos per has actiões delectabiles eis. & per hoc lucrantur apud eos. & vniuersaliter putatur quidem de vsu delectationũ, & dimissione conatus & laboris q̃ sit felicitas: eo q̃ viri potestatũ vtuntur illo. et fortasse non est in rei veritate, put eis videtur de hoc: eò q̃ virtus & intellectus, in q̃bus vtriq; sunt actiões nobiles, non continentur sub potestate. D. Ideoq;, cùm iste nunq̃ gustauerint delectationem syncerã puram, quæ est delectatio intellectus & actionum nobilũ, confugiunt ad delectationes corporales, æstimãtes eas electas esse plus alijs. Et conueniens est ne sit ęstimare istorũ delectationes corporales electa causa in eas esse electas in se, quemadmodum neq; qd reputant pueri esse ex eligibilibus, quæ ipsi prę eligunt, propter hoc est eligibile in se. immo quemadmodũ res electę pueris non sunt electæ apud viros, sic nec electa apud viros vtilitatis, electa sunt apud viros nobiles et emeritos, et res honorabiles & delectabiles in rei veritate, sicut pluries dictũ est, quæ

Virtus & intellectus, in quibus sunt actiones nobiles, nõ cõtinentur sub potestate.



est, quæ iudicantur à virtuosis. Etenim apud vnumquemq; modum hominum est actio electa valde: & est quæ conuenit naturæ suę proprię. cũq; sic fit, tunc hoc quod conuenit naturæ nobili, nobile est necessario: & quod conuenit naturæ vili, vile est necessario. Itemq; nõ est felicitas in ludo. non.n. est possibile vt ludus sit complementum & perfectio. & impossibile est vt simus spatio vitæ nostræ studiose operantes & laborantes, & agamus hoc nõ seriose, sed iocose. nos.n. vniuersaliter conamur quidem ad omne, ad quod conamur se licitatis causa: eò q̃ ipsa est cõplementum. studium autẽ & labor ludi causa, vanitas est manifesta & puniens pueris: quãuis in principio adolescẽtiæ reputei esse certũ & rectũ: eò q̃ ludus p̃ęs videt, et naturaliter inquirit requies. Verũtñ patẽs est q̃ illi, qui nõ valẽt ppetuare laborẽ indigẽt rege, & si sic est, nõ est reges complementũ, quod est felicitas: sed quęrit pp actũ, qui est cõplementũ & finis. Et vlter patens est q̃ vita felicis est ea, quę fit cũ virtute: & fit qdẽ hoc cũ virtute in serio, nõ in ludo. Ideoq; dicimus q̃ intellectus melior est vitu. quẽadmodũ.n. melioris mẽbri melior est actio, sic melioris hominis melior est actio: & actus melioris vlter melior est & felicior. si ergo bonus virtuosus melior est risore, erit actus eius melior necessario. D. Qui aũt replent delectationibus corporalibus, non habent prærogatiuã in hoc à seruo & captiuo. nullus.n. proportionat felicitatẽ seruo, cuius vita non est, neq; captiuo. neq; igit̃ non est felicitas in hmõi occupationibus, sed est in actionibus virtualibꝫ, vt dictũ est prius.

*De felicitate contemplatiua.* Cap. VII.

SI vero felicitas est ex virtute opatio: consentaneum est eam ex illa esse quæ præstantissima est: hæc aũt eius erit, quod est optimũ. Sue igit̃ id intellectus sit, sive aliud q̃piam, quod sãnè fm naturã videtur principatum obtinere, & præsidere, notionẽq; habere de honestis, & diuinis rebus: sive diuinum quoddã ẽt ipsum sit, sive ex ijs quæ in nobis sunt diuinissimũ: huius fm propriã virtutem opatio, pfecta felicitas esset: quã esse contẽplatiuam dictũ iam est. Atq; hoc tum cũ superius dictis, tum cum veritate consentiens esse videretur. nam & præstãtissima est hæc operatio: quippe cũ ex ijs quę in nobis sunt, intellectus hmõi sit: & ex ijs quę in cognitionẽ cadũt, illa circa q̃ intellectꝰ versat. Et ẽterea assiduissima. contẽplari siquidẽ assidue magis, q̃ opari q̃piã possumus. Existimamusq; oportere voluptatẽ felicitati esse admistã. iucũdissima aũt ex virtutis opationibus ea, peridubio est, quę fm sapiẽtiã fit. Philosophia ergo mirabiles habere & puritate & * nobilitate voluptates videt. Cõsentaneũ aũt est felicibus q̃ quærentibus iucũdior ẽ vitæ traductionẽ esse. tũ sufficientia quę dicit̃, in contẽplatiua maxime est. Nã eorũ qdẽ quæ ad viuẽdũ necessaria sunt, & sapiẽs & iustus, & cæteri indigẽt. hmõi tñ hoibus cũ abũde res suppetũt, iustius ijs indiget erga quos, & qbus cũ iuste agat: tẽperãs itẽ simili mõ, & fortis, & cæteri singuli: sapiẽs vero ẽt sip seipsum sit, contẽplari põt: atq; id tãto magis, quãto sapiẽtior fuerit. melius qui dem fortasse si adiutores habeat: sufficiẽtissimus tñ ipse est. Sola præterea ipsa p seipsam amari videret: qppe cã ex ea p̃terq̃ q̃ cõtemplatus fuerit q̃piã, euenat nihil. ex agendis aũt rebus aut plus, aut minus aliqd p̃ter actionem nobis cõparamus. Videt itẽ felicitas in octo esse. negocijs.n. distrigimur, vt otiemur: & bellũ gerimus, vt in pace degamus. Atq; actuarũ qdẽ virtutũ opationes in ciuilibus, vel bellicis rebus versant. quarũ actiões negociose vident. Bellicę sanè ẽt otio. nemo.n. est, qui vel bellũ expetat, vel apparatũ bellicũ faciat belladi causa. sanguinarius.n., prius quidam esse videret, si amicos ea causa sibi hostes redderet, vt pugnæ, & cædes orirent. Ciuilis quoq; hois operatio negociosa est p̃ter ipsam etiã ciuitatis administrationẽ, dũ potestates et honores sibi & ciuibus comparat, vel ẽt felicitatẽ ipsam, q̃ diuersa est à ciuili, quã ẽt quærimus, vtpote scilicet diuersam. Sugit ex actionibus quæ fm virtutes fiunt, bellicæ & ciuiles pulchritudine & magnitudine excellũt, atq; hæ negociosæ sunt, finẽq; quẽdã appetũt, & nõ per se sunt expetẽdę: intellectus vero operatio tũ studio præstare, cũ contẽplatiua sit, tũ appetere p̃ter seipsam finẽ nullũ videt, habeatq; voluptatẽ propriã, quæ opationẽ ipsam auget: & sufficiẽtia quoq;, & ociositas, & inde fatigabilitas, vtpote humana, & quæcũq; alia beato attribuuntur, ex hac operatione videntur existere: perfecta sanè felicitas hæc hominis est, vbi vitæ longitudinem perfectã est nacta. nihil.n. eorum quæ sunt felicitatis imperfectum est. Ac talis quidẽ vita præstantior esset. q̃ homini conueniat. non.n. quatenus homo est, ita viuet: sed quatenus diuinũ quid in ipso inest. quanto aũt id præstat composito, tanto quoq; eius operatio ab operatione diferat, quæ ex virtute alia existit. Si igitur intellectus diuinum quid est, si ad hominẽ relpicia-
mus: sic vita quæ ex itellectu traducitur, si humanæ vitæ cõparetur, diuina ẽt ipsa est. Neq; vero oportet quẽadmodũ nonnulli monent, vnumquẽq; cùm sit homo, humana: & cũ sit mortalis, cogitare mortalia: sed quatenus licet, imortalem se reddere, omniaq; efficere, vt ex præstãtissimo omnũ quæ in ipso est, vitã traducat. nã licet id mole sit paruum: virtũ, & precio oĩa longo interuallo excellit. Id aũt esse ẽt vnusquisq; videretur, siquidẽ præcipuũ, & melius est. quocirca absurdũ esset, si non suã quisq;, sed alicuius alterius vitã expeteret. Quodq; dictũ superius est, nunc ẽt conueniet. quod.n. naturæ vniuscuiusq; est accõmodatũ ad præstantissimũ, ac iucundissimum vniuscuiusq; est. ergo ẽt homini vita, quæ ex intellectu traducitur: siquidem maxime id hõ est.

* 2.l. stabilitates.

DIxit, Cū felicitas inuenta sit in virtute, i. sub virtute, rectum est, vt sit actus inuentus in virtute robusta valde, & vt sit actus iste melioris virtutis inuentæ in nobis: siue sit hoc intellectus, siue potentia alia cognata ipsi de qua putatur ꝙ dominat naturaliter vniuersis potentijs, & vt isti potentiæ sit meditatio in melioribus rebus, & sunt res diuinæ. Et propter hoc necesse est vt sit hæc potentia diuina, aut magis diuina omni eo quod in nobis est ex potentijs. & cum sic sit, actus istius potentiæ ex nobis secūdum virtutem propriam erit felicitas: intendo eius actum, secundū complectius quod inuenitur ei. Quod autem hæc felicitas est sentialis est, tam dictum est in præcedentibus. D. & forsan putandū est de hac opinione, cōcessam esse eam ab Antiquis: eò quòd iste actus robustus est valde. & partes est quod intellectus cuiusdam in nobis, & quòd operatur quidem in scibilibus, quæ comprehendit intellectus. & actio eius in ipsis cōtinua est valde, et plus alijs ex cæteris actionibus potentiarum inuentarum in nobis: eò ꝙ est intellectus. Et tā dictū est, ꝙ actio intellectus dignior est vt sit continua q̄ vt sit agens in hora quadā. vult, vt æstimo, in libro de Aīa. D. Et manifestū est ēt, ꝙ oportet vt sit cū felicitate, plectissima delectationū. & de notis per se cōcessis est, ꝙ delectabiliores actionū, quę ꝓportionant virtuti, sunt actiones sapientię. Et videt de Philosopha ꝙ sint ei delectationes mirabiles pluſquā cæteris actionibus ꝓportionatis virtuti pp hoc, qd̄ est in actione eius, & de solertia in certitudine. Et rectū est vt sit hæc delectatio eis, qui sciūt ſm spēm magis ꝓpria, q̄ eis qui acquirunt vt addiscāt. cūq; sic sit, tūc actus huius virtutis est felicitas vltima. D. Amplius, qm oportet vt sit actꝰ felix plus sufficiēs plectus est, et manifestū est, ꝙ actus opinādi & speculādi talis est exterior est cæteris actibus: intēdo ꝙ hō in ipso sufficit sibi, ipsi absq; alio magis q̄ in cæteris actibus virtutis. Etenim rebus necessarijs in vita indiget sapiēs, sicut indiget eis alius. & vlter virtutes oēs in indigētia earū vnæ sunt, qū prouideī oium vtrorū sufficientię. etenim castus indiget oibus, in quibus exerceat iustitiam, & similiter castus indiget rebus, erga quas se habeat tēperate. & similiter fortis, & reliquæ similiter virtutes operatiue: intēdo ꝙ oium earū vtilitator indiget aliquo altero. Sapiens aūt pōt vti optimone & sapiētia solus. & quanto fuerit plectius sapies, erit potētior ad hoc, quāus non dubitet, cū sit melius agens, qū fuerint et adiutores ad hoc. verūm possibile est ei, vt agat actionē suā singulariter. Et vt sit in a tuōe sua sufficiēs, est diuerso reliqs virtutibus: qui oēs indiget accipere in quod agāt, aut in tantis aut minus, et qui fuerit hęc actio plectioris sufficientiæ cæteris actionibus, & plectius sufficies est actus felicitatis: hic ergo actus, actus felicitatis est: intendo actū sapiētię & speculatiōis. D. Et videt felicitas esse maxime delectabilis, eo ꝙ occupamur eidem ad cōstigendū et pficiendū, ꝓp quod esse cū salute & pace. D. Et vlterius oīs vir tutibus regitiuis, quę ꝓportionant operationibus earum vtilibus gubernatiuis, vt sunt bella, & reliqua, putat ꝙ sint ꝓp aliud, particularia quidē ex ipsis videt esse pp ꝓpriam vtilitatē, & vtilia pp vltimū: vt ars belli, nullus enim eligit bellari, vt sit bellatio eius totaliter causa sufficiēdi bellū alia. D. oīs. n. modis credit de eo quod per actū suū amicos inimicos reddit, donec inter ipsos fiat bellū, quod sit ma cū suū in fine malitiæ & ꝙ cōsequat ipsum per bellū. cū tuā horror inter se omnes, & dānū eius. Cuiusmodi sit, et q̄ idē occasio bellicis, vt lucret sibi delectationes & diuitias bona & honores, & vlter vt lucret tranquillitatē & cumbas. & manifestū est ꝙ res in alijs a tuōibus sunt ordinatę ad vltimos finis præter ea rē bellādi sibi ipse habet. intendo ꝙ quęrunt ꝓp aliud. Et cū actiones ciuiles superēt reliquas operationes, quæ proportionant virtutibus excellētia & quēntitate, & sint istæ occupatę pp aliud, & cōcupiscant cōplementū ab extra, neq; sint electæ pp se, & sit actus intellectus distinctus ab istis actuōibus honorificētia & nobilitate, cùm sit actus eius vsus optimonis, & est honorabilior actuū, & nō appetit vt sit ei cōplementū aliud penitus per cōplementū suūpsius, et sit ei delectatio propria superēs cęteras delectatiōes, & crescat ista delectatio crēmēto suarū actionū, & inueniat in actione sua sufficientia, & ges ſm desyderatū et modū: & vlter tunc inueniī vniuersitas rerū, quę ꝓportionant viris desyderatis tatus, & felicitatis. & patēs est, ꝙ istæ res inueniuntur huic actui etdē. Cū sic sit, est q̄dē iste actus felicitas perfecta, qū pparatū et fuerit, vt inueniat spatiū completū ex vita hois. non. n. erit cōpletū, nisi qū inuētum fuerit ei spatiū cōpletū: & nō ꝓportionat felicitati aliquid non cōpletū. Et vita, quæ est in hmōi actu, altior est q̄ vt proportioneī homini. nō. n. est vita eius in hac diſpōne, ſm ꝙ vita hois, sed ſm ꝙ in ea est res diuina. & hoc q̄dē est ſm mēsurā separationis istius partis aīæ a cōpositione: in cēdo partē cui inuenit ista actio, & distantia eius in hac intētione a cæteris potentijs, a quibus existūt cæteræ virtutes: intendo qm illæ cōpositę, ista vero aut simplex, aut propinqua simplici est separatio actus eius a cæteris virtutibus ſm mensurā, qua differetior simplex nobilior est cōposito. & vlter ſm mensurā honorificētię actus diuini in hoīe sup reliqua. q̄ sunt in ipso, est mēsura honorificētiæ vitæ, quę ꝓportionat cæteris potētijs. Et pp hoc est, ꝙ videmus vitā ꝓportionatā huic actui, qui cōparat vitæ ꝓportionatæ cæteris virtutibus, esse diuinā, & illā humanā. D. Oportet igit ne sit cōia, et appetitus hois, humana, q̄uis hō sit, sicut mādauerunt mādatores huius, neq; vt sit appetitus eius appetitus mortalis, quāus ipse sit mortalis: immo oportet vt efficiat ea immortalia, ſm ꝙ possibile fuerit. & vt faciat oc qd̄ facit, quatenus vita viuat vigorosiore, q̄ est in ipso honoratiore. quāus. n. hō paruus sit corpore & magnitudine, potētia tñ & honore superat oīa multū: intēdo per potentiā intellectū, hæc. n. potentia dūatrix est tap oīa. D. & cōueniens qdē est opinari ꝙ existētia cuiuscunq; hois inquātū hō, est ꝙ hāc substantiā, quę notatur intellectus, cū sit honoratius et melius quod est in eo: & vita ꝓportionata huic est vita ꝓportionata hoi. & incōuenies est, vt nō eligat aliquis vitā sunpsius, imo eligat vitā alterius. D. Et oportet vt nūc dicat ēt quod tā dictū est prius, ꝙ proprium vnicuiq; inditū est vigorosius, quod est in ipso naturaliter, et delectabilius. Si ergo est intellectus hoc modo in hoīe, erit vita, quæ ꝓportionatur et taliter in hoīe: intendo delectabiliorem vitarum, et vigoriorē earum, cum sit hæc vita humana magis q̄ aliæ.

Quāus homo paruꝰ est corpore, & magnitudine, potentia tamen & honore superat oīa.

*De felicitate actiua, & præcipuo munere operationis.* Cap. VIII.

HÆc igit ēt felicissima est. Sed ò vero loco ea q̄ ex alia virtute existit: quippe cū opationes q̄ ſm ipsam fiūt, humanę sint. Iusta enim & fortia & cætera ex alijs virtutibus erga nos mutuo agimus in commercijs, & vsibus, actiōibusq; varijs, & i affectibus, seruantes qd̄ decorū vnicuiq; est. hęc aūt humana esse oia videnī. Nōnulla vero ēt è corpoe vidētur euenire: multāq; affinitatē cū affectibus habere morū virtus. Quin ēt prudētia cū morum virtute, atq; hæc cū prudentia coniuncta est. siquidē prudentię principia ex virtutibus moralibus: rectitudo vero moralū virtutū ex

prudentia



prudentia existit: at hæ connexæ cum affectibus sunt, & circa compositum versanī. virtutes vero compositi humanæ sunt. & vita igitur quæ secundum ipsas traducitur, & felicitas huiusmodi erit. Mētis autem separata est. de ipsa enim hoc tantummodo est dictum: nam exquisite tractare maius est, quàm præsenti proposito conueniat. Videtur vero vel parū vel minus quàm moralis, externarum rerum apparatu indigere. necessarijs enim rebus vtriſq; est opus: atq; id ex æquo esto: licet magis circa corpus, & quæ huiusmodi sunt, ciuilis laboret. parū enim quid differret. Sed in operationibus longe distabit. liberali enim ad liberalia agenda, & iusto ad retributiones faciendas pecunijs erit opus: quippe cū obscuræ voluntates sint: simulentiq; etiam illi, qui iusti non sunt, iuste agere se velle. fortitudinis tē potentia, si modo quippiam ex virtute exequi debet: & temperāti potestate opus erit. quo pacto enim aut talis aut alius quispiam esse manifestus posſit? Sed quæri consueuit, vtrum electio an actio magis propria virtutis sit: cùm in vtriſq; consistat virtus. vnde manifestum est in vtriſq; id futurū, quod perfectum est. ad actiones autem exequendas multis est opus: & quò plures & meliores sunt, eò pluribus. Contemplanti vero nulla huiusmodi rerum ad operationē quidem indigentia est: quin ferè contemplationi esse impedimento consueuerūt. quatenus tamen homo est, cùm pluribusq; vitā degit, ex virtute agere proponit. talibus igitur ad humane se gerendum indigebit. Nam perfectam felicitatem contemplatiuam quandam operationem esse, constare vel inde posſet, quòd Deos maxime beatos, & felices esse existimamus. Nam quales actiones attribuere eis debemus, iustas? nec sed ridiculi sanè videremur, si commercia tacerent, & deposita redderēt, atq; alia huiusmodi inter se cōtraherent. Nunquid fortes? vt formidolosa sustineant, periclitēturq; quia honestum sit? An liberales? sed cui dabunt? absurdū quippe, si etiam ipsis numum, aut tale quippiā adesse dicamus. Nam si temperantes esse eos asseruerimus, quidnam eiusmodi esset? quòd enim prauas cupiditates non habeant, molesta atq; inuidiosa laus est. si demū omnia percurramus, quæ ad actiones attinent, parua & indigna diis esse videbuntur. At viuere Deos omnes existimant: quare etiam operariq; non enim vt de Endymione dicitur, dormire eos oportet. ei igitur qui viuit, & actione, & effectione item magis caret, præter contemplationem quid restat: Quare Dei operatio cum beatitudine

Dus beata tota vita est, & huius quatenus operatio similitudo in ipso inest.

excellat, cōtemplatiua erit: & ex humanis ea erit felicissima, quæ huic maxime est cognata. Argumento illud est, quòd cætera animalia quę tali operatione penitus carent, experatia felicitatis quoq; sunt. Dijs enim beata tota vita est. hominibus autem eatenus, quatenus similitudo quædam eiusmodi operationis in ipsis inest. at cęterorum animalium nullum est felix, propterea quòd contemplationis particeps nullo modo est. Quousq; igitur protenditur contemplatio, eousq; etiam felicitas sese extendit: & quibuscūq; magis inest contemplatio, ijs magis quoq; inesse felicitatem constat: atq; illam quidem non ex accidenti, sed ex ipsa contemplatione. ipsa. n. per seipsam est preciosa. Quare felicitas contemplatio quædam est. Opus erit autem & externa prosperitate homini nato. nō enim ad contemplandum natura ex sese sufficit, sed oportet, vt & corpus valeat, & alimentum, & cætera obsequia suppetant. Non tamen multis & magnis opus tore felici existimandum est: etiam si absq; externis bonis beatum quempiā esse non liceat. non enim in exuperatione sufficientia cōsistit, neq; iudicium, neq; actio: quippe cùm fieri possit, vt qui etiam terræ & mari non imperat, honesta agat. ex mediocribus siquidem rebus agere ex virtute vnusquisq; posset. Id quod cernere inde euidenter licet, quòd priuati homines non minus, immo etiā magis q̄ potentes, honesta agere videntur. Satis igitur est, si tot facultates suppetant. felix enim erit vita eius, q̄ ex virtute operatur. Quin & Solō felices recte fortasse definit: cū inquit eos esse qui externis rebus mediocriter fuerūt instructi, & honestissima egerunt, vt existimabat, modesteq; vixerunt. fieri enim potest, vt mediocria possidentes agant, quæ oportet. Videtur etiam Anaxagoras felicem non diuitem neque potentem existimasse: cùm dixit, sibi non esse mirum futurum, si plerusq; é vulgo absurdus quispiam esse videatur: eos. n. externis rebus, quarum tantūmodo sensum habēt, iudicare consueuisse. Sapientū igitur opiniones cū rationibus consentiūt. ac fidem quidē aliquam talia quoq; afferunt: sed verum ipsum tū in agēdis rebus ex factis & vita iudicatur: in his enim præcipua vis consistit. Quocirca ante dicta ita considerāda sunt, vt ad vitam & facta referantur: & si cùm factis consentiūt, admittenda: sin ab eis discrepant, verba sunt existimāda. At qui ex intellectu operatur, hūcq; excolit, atq; optime afficitus esse Deo carissimus videtur. nam si aliquam humanarum rerum curam dij habent, sicut videtur: consen-

Quę Deo cara sint.

taneum est ipsos re illa quę optima est, atq; ipsis maxime cognata, delectari, qui est intellectus: eosq; qui eam maxime amant, & honorant, remunerari. vtpote qui eorum quę ipsis sunt amica, curam habeant, rectęq; & honeste agant. Hæc autem omnia sapiēti maxime inesse, obscurum non est: is igitur est Deo carissimus: eundemq; esse etiam felicissimū verisimile est. Quare ita quoque efficitur, vt sapiens maxime felix sit.

ITem igitur illa quæ proportionaī huic virtuti, beata est valde. Quæ vero propinquiora sunt virtuti alij, beata est modo fecundando: eo q; actiones illarum virtutum humanæ sunt, & a tuto iustus diuina: prout dixtmus. Et sunt quidem illæ humanę: eo q; actiones iustę & fortes, & cęteræ operationes, quibus vtimur in eo quod est inter nos, sm q; ipsę sunt virtutes in connegotiationibus, & indigentijs, & omnibus actionibus, & passionibus, contenta: unt quod oportet conseruari vnicuiq; ex rebus. apparet enim q; omnia ista sunt humana. Et videtur de qualibet eorum, quod accideat ex parte naturæ corporis, & q; virtus moralis figuret passiones multum. Et sunt quidem virtutes ex modo cōmentur ad actum, verbi gratia, qui calliditas inuenitur, quando prima eius fuerit prudentia: eo q; ipsa quidem fit secundum mediocritatem prudentiæ. & quando antecedit prudentia, & passionibus numeratur inter compositas, & virtutes compositæ sunt humanæ, & vita sua & felicitas sua similiter, felicitas autem intellectus separata est ab istis, intendo a passionibus. Dixit. Et dictio hæc de ipsa est. cum hac quantitate. perfectio enim de ipsa hic virtus proposita est, vult, vt arbitremur, quòd nō est perfectio de ipsa hic, perfectio de natura substātiæ eius. sed est quidē perfectio de ipsa, propterea q; ipsa finis. Dixit. Et putatur fortassis q; actus per intellectum ut figuram acquisitione dispositionis morales: verificamen hoc ab extra est, neq; multa, neq; laboriosa, rebus vero necessarijs ambæ indigent: intendo virtutes figurativas, & virtutes speculativas indigentia æquali. Et virtutes figurativę cunctis laboriosq; sunt magis corporaliter q; speculativæ. & virtutes figurativæ & speculativæ diuersitatem habēt & in anima & in corpore parum intendo in eo q; indigent ex anima & corpore. In actionibus vero multū. virtutes namq; figurativæ multis rebus indigent ab extrinseco. virtus enim liberalitatis opulus indiget ad agendas actiones liberalitatis. similiter iustus indiget in pro apparet a tuis iustitiæ. eo q; voluntas talitatis non est manifesta. neq; iustitia est in voluntariorum: & illi, qui non tam iusti, ostēdant quidem se esse iustos per operationes propter hoc, q; omnes vident q; signum iustitiæ est operatio eius. & similiter fortitudo indiget instrumentis animatis & manualis, & potentia per quā actiones fortes agat. & similiter de reliquis indiget rebus, in quibus actio sua merebatur laudem & felicitas, qui tenus fiat manifestū an sit casta, an nō. in eum nō exciderunt res, in quibus fit castitas, neq; portent ipsa per ipsas, hunc non inuenientur actiones. Dixit. Et hic quærendum est an electio actionis est de ipsa: vt sit virtus, aut actiones. si enim virtus inest electioni tantum, non indiget virtuosus aliqua re extrinsecus: si vero in vtrisq;, tunc magis eligetur & indiget eis. At manifestū est, q; virtus aut est in vtrisq;, aut in actionibus, manifesti m est enim q; impenetrum in vtrisq; est. esse autem eius in actione indiget dele tatione multa. Si vero fuerit in actionibus, sicut declaratū fuit in eo quod præterijt, indiget causis ab extrinseco: & quanto fuerint actiones plures & meliores, indigent ab extra rebus pluribus. Ille autem, qui vtitur intuitu speculatiuo, nulla indiget istarum rerum ad actionem. imo possibile est vt dicat q; ista impediunt vsum actus sui propriū: intendo vsum cæterarum actionum virtutū. D. si vero fuerit homo tantum, intendo nō perfectus perfectione humana, & elegerit vt sit vita eius cum multitudine, oportebit vt agat actiones virtutis, vt sequatur modos viuendi hominum, & nō indiget huiusmodi actione perfecta. Dixit. Quòd autem beatitudo est actus quis optimatiuus apparebit ex isto etiam: quoniā concessum est q; Deus gloriosus, & angeli nobiliores sunt status & felicitatis, quàm cętera entia. Vellem igitur scire quis actus attribuendus est eis ex actibus virtutum. Si enim attribuamus ei actum iustitiæ, derisorium videbitur: cùm nō sit iustitia nisi apud eos, qui sunt cōnegociatores, & cętera quæ similantur eis. Et si attribuatur eis actus fortitudinis, oportet vt obtinent rebus timorosis & periculosis, & in quibus est meritus. Et similiter si attribuantur eis actiones liberalitatis, erunt eis numismata & pecuniæ. Et si attribuantur eis actiones castitatis, quidem hoc nihil transmutatio eorum ad laude ad vituperium: eò q; non sunt eis desyderia prauæ. Et vniuersaliter quando summatim collectæ fuerint actiones omnium virtutum, patebit quòd exiguæ sunt, neq; dignę dici possunt de Deo & angelis. Verumtamen omnes vident, quoniā vitam habent, actū igitur habent. non decet enim vt sint dormientes. Dixit, vt quod recurrendum, quando negatur inesse virtutem, cumq; sint viui, nō remanet eis ex actionibus conuenientibus ipsis quàm actus speculandi intellectus. Et cùm sit, erit actus Dei & angelorum, quem agant in excellentia gloriæ speculando. & actus humanus cognitus hac est felicitas. Dixit. Et signum huius est, quòd [illegible] comparat cętera animalium ad felicitatem, quemadmodum hominem comparat ad eam, cum priuata sit humanitate quàm perfectione completa: intendo actum intellectus. Et propter hoc est vita completorum ex eis qui tus desyderatissimi status: intendo quando fuerint actiones ipsorum vt ista actio. homines autem eum, qui putantur felicitati secundum mensuram, quæ in ipsis est de isto actu. cętera vero animalia, quemadmodum diximus, nihil habent felicitatis: eo quod non participant speculatione in aliqua rerum, intendo nec in scientia, nec in operatione. Dixit. Ideoq; est felicitas amplius in illis, qui vtuntur speculatione plus, & isti sunt felices non per modū accidentalem, sed per intuitum & speculationem istam. est enim felicitas per se intellectualis valde. D. Cuiq; istud formatum fuerit, erit felicitas inuitus quis. Attamen indiget felix, cum sit homo, bonitate status ab extra voluntarie, in natura enim non est sufficientia omnis eius, quod vsui pertinet. indiget enim sanitate corporis, & nutrimento, & cęteris necessarijs & obsequis. Dixit. Nō tamen propter hoc arbitrandum, q; dominus felicitatis indigeat rebus plurimis ab extrinseco: eo quod non pōt esse desyderabilis consistentiæ absq; bonis exterioribus. sufficientia enim non est in honoribus, et nō in operationibus. possibile enim est vt agat actiones bonas nobilestis, qui non est dominus terræ & maris. potest enim quis esse de interioribus & agere actiones virtuosas, & huiusmodi patens est declaratio. Non putatur enim de interioribus in potestate q; minus agant de eo quod oportet ex actionibus, quàm domini potestatum: immo amplius operantur quàm alij. Et in actionibus virtutis est sufficientia felicitatis, quando muentæ fuerint: eò quod vita agentis secundum virtutem erit beata. D. Et forassis bene dixit Solon,



Solon, quādo iudicauit quòd beati sunt illi, quibus prouisum est sufficienter ex rebus extrinsecis, & egerunt actiones bonas nobiles: quasi vita ipsorum eis intimauerit quod competit ipsis. possibile namque est vt agat, quod oportet is, qui possidet modicum. Dixit. Neq; enim Anaxagoras videtur reputasse felicem diuitem nec potentem, cùm dixit, non est mirandum de hoc, quod putauerunt plures inconuenientes esse, quod dixerunt felicitatem non esse definiēdam per ea, quæ extrinsecus sunt: cùm ipsi non senserint nisi ista tantum. Dixit. Et videtur quòd professio sapientum cōuenientes sit dictionibus eorum in istis rebus, & testificans eis in sermonibus. namque de istis rebus est quidem persuasio tantum in eo quod dictor asserit. veritas autem in operationibus est, & cognoscitur quidem certitudo assertionis ex operationibus bonis in vita sua: in istis nempe verax discernitur. Dixit. Consyderandum igitur quod dictum est de istis rebus, & interpretandum per actiones dictoris in vita sua. si enim conuenerint dicti, recipiemus ea: si vero desyderant, putatur de eis quod putatur de dicto non conuenientē facto. Dixit. De eo autem qui agit per intellectum, & fuerit obsequium eius intellectui, & dispositio eius dispositio bona, videtur quòd sit amans Deum valde. Et si quidem cura sit Deo de hominibus, vt creditur, & vt debitum est: & sit quidem Deus gaudens de eo, qui est melior, tunc gaudet de eo, qui nititur assimilari ei valde. & hic est intellectus, dignus est ergo vt beneficiat eis, qui amant ipsum plus, & vt honorificet eos, & visitet ipsos: sicut est dispositio amici cum amico suo: & eò quòd actio eorum est actio nobilis sana. Dixit. quòd autem omnes istæ res existunt vt plurimum sapienti, nō est ignotum neq; occultum valde. dignus ergo est vt sapiens, cùm sit secundum hanc dispositionem, sit beatus.

Quomodo sit cura hominibus de eis. vi. de.11. Met. com.51.

## *Peroratio operis.* Cap. IX.

NVnquid igitur si de his & virtutibus, præterea etiam de amicitia & voluptate satis figura dictum est, finem habere propositum hoc nostrum est existimādum? An quē admodum dicitur, in agendis rebus finis non est contemplari singula & cognoscere, sed agere: neque igitur in virtute satis est, si eam cognouerimus: sed vt eam habeamus, ea'que vtamur, est enitendum: vel si quo alio modo boni efficimur. Nam si verba ad reddendos homines probos sufficerent: multas sanè & magnas mercedes, vt inquit Theognis, afferrent, oporteret que ea comparare. sed videntur quidem posse liberales adolescentes hortari atque incitare, mores'que eorum ex virtute sibi obnoxios generosos, ac vere honestatis studiosos reddere. At plerosque ad probitatem prouocare, non posse. non enim pudori, sed timori obedire: neque abstinere à malis ob dedecus, sed ob pœnam consueuerunt. nam cùm ex affectu viuant, proprias voluptates, atque ea ex quibus existunt, persequuntur: dolores'que oppositos fugiunt: eius autem quod honestum, & vere iucundum est, cùm id prorsus nō degustarint, ne notionem quidem vllam habent. Eos igitur qui tales sunt, ad moderationem traducere quæ oratio posset: fieri enim nequit, aut facile non est, vt quæ ex diutino vsu moribus sunt præoccupata, verbis amoueamus. sed satis fortasse est, si quamuis omnia adsint, quibus probi et fici videmur, cuadere participes virtutis possimus. Fieri autem bonos alij natura, alij consuetudine, alij doctrina existimant. Ac quod ad naturam quidem attinet, in nobis non esse manifestum est, sed ex quadam diuina causa, ijs qui re vera fortunati sunt. oratio vero & doctrina videndum est nunquid non in omnibus vim habeat, sed opus sit, vt præcultus auditoris animus sit, ad recte & gaudendum, & odio prosequendum, non secus ac terra, quę semen sit nutritura. non enim audiret oratione dehortantem, neque intelligeret qui ex perturbatione viuit. qui autem ita affectus est, dilluaderi qui potest? non enim omnino orationi, sed vi cedere perturbato videtur. Oportet igitur mores prius virtuti esse accōmodatos, vt & honestatem diligant, et abhorreant turpitudinem. Vt autem à puertia quis institutione recta ad virtutem instituatur, difficile est: nisi sub talibus legibus fuerit educatus: nam temperanter, toleranter que viuere plerisque, & præsertim adolescentibus iucundum non est. quocirca est opus vt & educatio & studia constituta legibus sint: ita enim fiet, vt consuetudine tractata molestia esse desinant. Non satis tamen fortasse est, si quando adolescentes sunt homines, educationem rectam & curam consequantur: sed cùm in vitos quoque adulti debeant ipsa hæc exercere, atque alluescere: ad hæc etiam. & omnino ad omnem vitam opus legibus est. plerique enim necessitati potius quàm rationi: & multis quàm honestati obediunt. Quapropter sunt, qui legislatores censeant inuitare ad virturem ac prouocare homines honestatis causa debere: eò quòd probi ex consuetudine præcipue obtemperaturi sint: illis vero qui non parent, sunt'que natura inertiores, castigationes & pœnas irrogare: qui autem insanabiles sunt, prorsus exterminare. probum enim & qui ad honestatem viuit, rationi esse obediturum: prauum autem voluptatem appetentem non secus ac iumentum dolore puniri. vnde etiam tales dolores exhiberi oportere inquiunt, qui voluptatibus quæ amantur, maxime aduersentur. Quòd si quemadmodum dictum est, eum qui bonus futurus est, honeste educatū esse, atq; assuetum oportet: deide ita in honestis studijs viuere, & neq; inuitum neque sponte praua agere: id autem fieret, si ex intellectu quodam & recto ordine

vim

vim habente vita traduceretur: paterna quidem iussio neque vim, neq; necessitatem habet: sicque omnino viri vnius, nisi rex, aut talis aliquis sit, at lex, cùm ex prudẽtia quadam & mente prolecta oratio sit, cogendi vim habet. Atque homines quidem qui appetionibus aduersantur, etiam si recte id faciant, pleriq; odio prosequuntur. at lex cum probitatem iubet, odio non est. In sola vero Lacedæmoniorum ciuitate cum paucis educationis & studiorum habuisse curam legislator videtur: in pleriq; aliis neglecta hæc fuerunt: vi uitq; vnusquisque sicut vult, Cyclopum more, liberis dans iura suis & vxori. Præstantissimum quidem est, vt curam publicam & rectam habeamus, atque id facere possimus: si tamen publice id negligatur: conuenire vnicuique videtur, vt liberis suis & amicis ad virtutem conducat, vel conducere saltem proponat. Maxime autem id posse facere videretur ex iis quæ dicta sunt, is qui ad leges ferendas idoneus euaserit per leges enim videlicet curæ publicæ atque honestæ per honestas fieri consueuerunt. Scriptæne sint an non scriptæ, interesse nihil videtur: neq; vnus ne an multi per eas instituantur. quemadmodum neque in musica, & exercitatoria, cæterisq; aliis studijs. Sicut enim in ciuitatibus legum instituta & mores: sic in domibus paternæ orationes, & mores valent, quin ob cognationem & beneficia etiam magis: quippe cùm affecti erga parentes tamdudum, atque obtemperantes natura sint. Adde quod priuatæ educationes à publicis differunt: non secus atq; in medicina. cum enim vniuersaliter febricitanti ineadia, & quies conferat: alicui tamen forte non ita conducit. & pugillandi artifex non omnibus fortasse eandem pugnam imponit. Videturq; magis exacte absolui singula si priuata cura adhibeatur. magis enim quod accommodatum sibi est, vnusquisque consequitur.

t a l. vniuer salibus.

Sed curam optime adhiberet quidem singulis rebus & medicus & exercitationis magister, & vnusquisque alius, qui vniuersale cognosceret, quid omnibus aut talibus conducat: communium enim rerum scientiæ & dicuntur et sunt: nihil tamen fortasse vetat, quominus vnius alicuius rei, licet scientia prædituus non sit eius: im habere quispiam possit: qui modo quæ in s quique re accidant, experientia diligẽter obtinuerit. Quemadmodum etiam medici non nulli optimi esse sibi ipsis videntur, quibus alteri ferre opem nullam queunt. nec minus fortuna et qui artifex & contemplatiuus effici vult, ad vniuersale videtur esse procedendum, atque id quo modo fieri possit, cognoscendum. de hoc enim scientias esse dictũ iam est. Ac fortasse ei qui vult siue multos, siue paucos diligentia ac studio meliores reddere, vt ad legumlationem idoneus euadat, intendum est: si legibus boni effici possimus. quamcunque enim & prius latam recte disponere cuiuslibet non est: sed si modo est cuiuspiam, esti scientus, sicut in equestri arte, & reliquis quarum cura aliqua & prudentia est. Post hæc igitur considerãdum, vnde aut quomodo ad leges ferendas fieri idoneus quispiam possit. an sicut in cæteris fit, ex ciuilibus? An non simile quid in ciuili & reliquis scientijs & facultatibus apparet. quippe cùm in cæteris idem facultates tradant qui ex eis operãtur: vt medici, & pictores. ciuiles autem res rhetores docere profiteantur, cùm tamen nemo ex ipsis eas agat, sed illi tantum qui rempublicam gerunt. qui quidem facultate quadam potius & experientia, quàm intellectione id agunt. Nam neque scribere neque dicere de huiusmodi rebus conspiciuntur: cùm tamen fortasse id præclarius fuerit, quàm iudiciales & deliberatiuas orationes conficere. Neque ciuiles vel filios suos, vel aliquos alios reddere amicos videntur: id quod fuerat sanè cõsentaneum, si modo potuissent. neq; enim ciuitatibus melius quicq; reliquissent: neq; vel sibi vel carissimis quibusq; adesse quicquã q; huiusmodi facultatem maluissent. Non parũ tamen conferre experientia videtur: nõ enim ex ciuili consuetudine magis ciuiles redderentur. vnde etiam fit, vt qui de ciuili facultate cognoscere appetunt, ijs opus insuper experientia sit. At rhetores ij, qui hæc profitentur, valde procul abesse ab ea docenda videntur. neque enim omnino qualis nam ea sit, & circa quæ versetur, sciunt. non enim eandem cum rhetorica, aut peiorẽ eam esse statuerent: neq; legum institutionem facilem esse existimarent, cùm approbatas leges collegerit quispiam, posse inde optimas eligi asserẽtes: quasi electio ea perspicacitate non indigeat, & iudicare recte maximum non sit. Non secus atq; in musica euenit. periti nanq; in singulis opera recte iudicãt: & quibus, aut quo modo perficiantur, quæ debent: qualia item qualibus consonent, cognoscere consueuerunt. imperitus vero satis est, si bene ne, an male factum opus sit, eos non lateat. sicut in pictura. Leges enim ciuilibus operib⁹ similes sunt. Quo modo igitur ex his ad legumlationem idoneus euadere, aut optimas quasque iudicare quispiam posset? Nam neq; ex scriptis ad medendum idonei fieri videntur: cùm tamen in his non solum curationes, sed quo modo etiam

&



& sanari queant homines, & curatio adhibenda sit vniuscuiusque habitu distincto, tradere conentur. quæ sanè sicut expertis conducunt, ita inscientibus inutilia sunt. Fortasse igitur legum quoque & rerum publicarum collectiones ijs qui contemplari possunt, & iudicare quidnam recte, aut cõtra sese habeat, aut qualia qualibus conueniant, vtiles essent. at qui sine habitu talia pertractant, ijs iudicare quidem recte non licet, nisi fortuito. perspicatiores tamen ad ea forsitan efficerẽtur. Cùm itaque antiquiores negocium de legumlatione imperuestigatum prætermiserint: melius fortasse est, vt nos ipsi id consideremus: atque omnino de republica: vt pro viribus philosophia quæ ad humanas res spectat, perficiatur. Quocirca primum si quid à veteribus recte dictum est, id conabimur recensere: deinde ex collectis rebus publicis, quænam sint ea considerabimus, quæ ciuitates, & singulas respublicas & corrumpunt & conseruant, quasq; ob causas aliæ bene, aliæ econtrario administrentur. His enim consideratis quęnam optima respublica sit, & quo modo vnaquæque instituta, quibusq; legibus & moribus vtens: magis perspicere poterimus. Sumpto igitur hinc initio dicamus.

DIxit. An igitur in eo quod dictum est de felicitate in hoc libro, & de virtutibus, & de amicitia sufficientia est in hoc quòd scitatur tantum, aut non: arbitrandum est enim, quòd oportet vt sint comprehensa nobis per terminos & descriptiones, & vsitata. Nam, vt dicitur non sufficit in eo, cuius natura est vt agatur, scire tantum absq; vsu: non est ergo in scientia virtutis sufficientia: immo studẽdum est eius cognitioni, vt comandum vsitationi ipsius, & vsitationi rerum alienarum, vt efficiamur boni per modũ aliquem ex modis bonitatum, si non est in sermonibus sufficientia in virtute. Dixit. Et propter hoc recte dictum fuit, quòd indigetur acceptione iurationis multę & securitatis magis moræ per ipsam in adeptione ipsius, sicut d. Theognis. & Theognis dicit, & patẽs est, quòd nottia virtutum potẽs est mouere in adeptione carũ eos, qui liberi sunt ex adolescentibus, & excitare secundum equalitatem omnem, qui nobilis est generis, et amat bonum secundum veritatem. Plures autem non potest expauescere, vt moueantur ad bonum: eò quòd ipsi non ducuntur ad bonum verecundia, sed metu & pauore: neq; prohibentur à malis propter earum turpitudinem, sed propter pœnarum suspitionem. Cùm enim secundum passiones viuant, requirunt delectationes suarum ipsius, & res per quas fiunt delectationes, & fugiunt à tristitijs oppositis delectationibus: bonum vero, quod est bonum secundum veritatem, neque cogitatum est apud eos, quanto magis neque operatum, cùm non gustauerint ipsum. Quis igitur sermó mouebit istos, & permutabit eos à statu suo? Impossibile enim est, aut non facile mutare per sermonem eum, qui tam induratus est i moribus antiquis tempore longo. Dixit. & fortassis amabimus acquiescere virtutes, quando fuerint nobis vniuersæ res, quas videmus esse bonas. Dixit. Et quidam hominum putantur esse boni per naturam, & quidam per doctrinam. Et patet quoniam quod de hoc est per naturam non est à nobis: sed est per gratiam quandam diuinam illis, quorum fortuna bona & veraciter. sermo autem & doctrina non est efficax ad tacièdum virtutem in omnibus: sed oportet vt sit anima, quę vtitur sermone in virtute tam vsitata, & assueta bono, & imbuta, crescendo in vsu boni, in amore recti, & in odio contrarij eius: sicut amat feges terram, quę nutrit eam. nam illi, qui viuunt secundum passiones bestiales, non audiunt sermonem conuertentem eos ab aliquo, neq; intelligunt ipsum. qui ergo fuerit in hoc statu, qualiter est possibile vt permutetur eius conscientia? & vniuer saliter oportet ne putetur quod isti mali mores reduci possint cogendo per sermonem. Dixit. Et oportet vt sit mos ante virtutem: intendo ante actiones virtutis, et vt sit prius, et vt fit ex more tuo amor pulchri, & odium turpis. Dixit. Vt autem inueniatur virtus sana ex vita pueri difficile est, nisi fuerit enutritus secundum legem nobilem: eò quod qui non creuerit secundum legem nobilem vtitur castitate per modum continentiæ, & vsus castitatis per modum continentiæ est indelectabilis apud plures. Dixit. Ideoq; oportet vt mettamur dictam puerorum, & actus eorum per leges, ipsi enim quando creuerint secundum eas, nõ erunt eis contristabiles propter assuetudinem earum. D. Et fortassis non erit in regimine dictę pueritiæ & rectà gubernatione eorum quamdiu durauerint in puerilia sufficientia: sed oportet etiam quòd, quando peruenerint ad terminum virorum, vtantur eis & assuescant eam, & indigent in hoc etiam legibus, & etiam indigent legibus in tota vita: plures enim ducuntur recessitate & coactione plus quàm sermone, & malo plus quàm bono. Et propter hoc vident quidam homines, quòd oportet vt legislatores constringant homines ad recipiendum virtutem: & vt hoc ponant pro lege non propter suos tantum, sed & propter eos, qui seruis similantur in natura tua, cùm obediant quidem legibus, per sermonem viri emeriti, in quibus tam præcellit consideratio, & adoptauerunt animas tuas, & propter hoc vident, quòd oportet vt ponant modos penarum, & vindictionis in eum, qui non obedit, & est peruersæ naturæ. Qui vero incorrectificabilis est tollatur de medio. nam aptitudinem habẽti & idonietate qui amat bonum per suadetur per sermonem. malus enim concupiscens delectationes oportet vt affligatur tormẽtis, quasi bestia. ideoque dixerunt, quod expedit, vt temperantur pœnę contrariantes delectationibus amatis: intendo vt ponatur cuilibet delectationi tristitia, quę sit tanquam contrarians ei naturaliter. Dixit. Quemadmodum autem dictum est, oportet qui vult fieri bonus, vt viuatur eo, quod pertinet bonitatẽ: & vt nõ faciat in illum, neq; voluntate sua, neque absque sua voluntate. & hoc quidem fit illis, qui inhabitant ciuitates tam priscilectus, & quas ordinat vir strenuus. & non inueniuntur isti duo in ciuitatibus, nisi ex parte mandatoris strenui cogentis eos ad hoc. non inuenitur autem potẽtia coactiua ad hunc modum mandato viri vnius, nisi fuerit rex tãquam rex absolutus: intendo vir tuosum bonum. lex autem habens potentiam coactiuam, quando fuerit sermo procedens à scientia & intellectu. Dixit. Et habentes legem, inimicantur eis qui contrariantur ipsis in actionibus. & si sint actiones eorum tanq; attamen lex non est grauis, quoniam ordinat quod oportet. Dixit. Iam dixit de legislatore in ciuitate Lacedæmonia tantum, quod præmandauit adhiberi diligentiam circa dictam modum vtendi in rebus paucis: in pluribus vero ciuitatibus tam per inconsyderatio in huiusmodi rebus. et propter hoc vnus quilibet hominum ad libitum vult vitam suam cum filijs & vxore in lemetipio, sicut vnus

prout

prout libuit cũ filijs & uxore. sed uult ut ęstimo, uirum famosum apud ipsos, per hoc quod accidit ei de libito uiuendi malitia status cum uxore & filijs. & hoc quod dixit, est res manifesta ualde in ciuitatibus, quæ sunt super faciem terræ in hoc tempore. Dixit. Et melius est quod ex regimine in istis rebus est prouisio communis sana, quam possibile est esse in usu. &, quando fuerit regimē istud uniuersitatis, oportet ꝙ sit ſm ꝙ curat quælibet ex ipsis, et cupit circa filios et amicos ſm ęqualitatē, & ut studeatur uirtuti ab oĩbus eis, & ut eligant eã. Et maxime potest istud qui sciuerit quod dictum est in hoc libro, qñ factus fuerit lator legũ. prouisio enim cõmunis ciuitatibus est quidem per leges, & uiri quidem idonei fiunt uirtuosi per leges nobiles, siue sint scriptæ, aut non scriptæ. Forsitan enim in hoc non est diuersitas, intendo in genere, & natura, in eo per quod instruitur unus singularis & uniuersitas ut quod accidit in arte musica et in cęteris operationibus: intendo quod per quod instruitur unus, per hoc instruitur et uniuersitas. Et propter hoc sunt res legales, & consuetudines habētes uim in ciuitatibus, quasi uim sermonum & consuetudinum patrum in domibus: immo ualidiores sunt in ciuitatibus & utiliores, eo quod generaliores. Dixit. Instructio uero particularis & communis ciuilis etiam habent adinuicem diuersitatem: ut quod accidit in arte medicinæ, & in cæteris artibus operatiuis. & quod dicitur in medicina, quod dimissio nutrimēti & quies, intendo priuationem exercitij, competunt febricitantibus for[illegible] tamen quibusdam non conuenit. & similiter in pugile, [illegible] forsitan non competit omnis [illegible] [illegible] [illegible] partic[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] regimen [illegible] pro [illegible] propria [illegible] hominũ [illegible] proprium, [illegible] [illegible]. Verumtamen [illegible] regit regimine decenti & bono, [illegible] [illegible] medicina, & in reliquis [illegible] [illegible] quem fuerit ex illa arte [illegible] intendo quod per [illegible] uniuersi. [illegible] melius est regimen [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] quod [illegible] [illegible] & aliæ artes [illegible] [illegible] quod [illegible] non prohibetur, ꝙ regat homo regimine bono [illegible] [illegible] [illegible], quando iam [illegible] fuerit quod [illegible] per experientiam tantum, sicut accidit hoc in [illegible] medicinę. [illegible] [illegible] medicorum, qui sunt cum hac dispositione, ꝙ bene & certe operãtur in seipsis, & nõ possunt in alijs [illegible] quicquam propter ignorantiã eorum naturæ [illegible] & propter hoc uidetur, ꝙ oportet eũ, qui uult esse magister, & artifex perfectus in huiusmodi artibus [illegible], vt habeat scientiam rei vniuersalis non minus quam scientiam particularis, vt sit scientia eius rei vniuersalis in tali arte secundum mẽsuram possibile in ea. Et ex quo necessarium est ei, qui vult efficere per regimen & gubernationē aliquos meliores quam sint siue multos, siue paucos, vt sit lator legum [illegible] per legem quidem bonum faciamus, [illegible] [illegible] est, ꝙ non est potens vnusquisque vt ponat ex ipsis [illegible], neq; si sit vir experientiæ tantum, [illegible] [illegible], erit ille, qui scit vniuersale, sicut se habet res in medicina, & in cęteris magisterijs, in quibus est [illegible] [illegible] intellectu ex scientia. Dixit. [illegible] oportet vt perscrutemur post hunc sermonem [illegible] possibile est homini vt fiat lator legum, [illegible] [illegible] hoc. Et est manifestum [illegible] qui [illegible] [illegible] rerum ciuilium, quæ [illegible] in quo speculatur, sicut proportionantur [illegible] [illegible], & potentiæ subiecto proprio eius, ideoq; putatur scientia hæc pars esse artis ciuilis: quamuis non appareat ex eo, quod inuenitur in ciuitatibus, quòd res in positione legum similiter rei in cæteris scientijs, & potentijs. in cæteris nanq; potentijs, & artibus patet ꝙ illi, qui sciunt, sunt qui agunt per eas, vt medici & scriptores. Dixit. illi autem, qui profitētur sapientiam rerum ciuilium, nõ possunt docere eam, neque quilibet potens ad agendum eas: immo putatur quod illi, qui exercent vitam ciuilem, faciunt hoc per potentiam quandam aliam à scientia. Dixit. & sunt digniores vt faciant hoc per experientiam, quàm vt faciant ipsum per scientiam & artem. non enim videtur quòd ipsi scribant in hoc quicquam, neq; roborent in hoc ratiocinationem. Dixit. Forsan positio sermonũ in istis rebus artificialior est quàm quod consueuerunt Antiqui de positione sermonum contendendi in iudicio & de [illegible], & necessarium fuerat eis componere [illegible] ciuiles, cum reputarent se potentes ad hoc, & [illegible] fuisset [illegible] ipsorum [illegible], atq; aliorum ex amicis [illegible] ipsi si recusſent hoc, non poterãt dimisisse [illegible] aliquid penitus loco sui post mortem me[illegible] magisterio filij, & amicis etiam. Dixit. Neq; [illegible] posse experientiæ in inuētione legum [illegible], nam tunc non esset possibile vt aliquis istorum esset lator legum: intendit eos qui erant tempore suo. nam qui ex ipsis factus est lator legum, factus est quidem ex parte experientiæ intendo quòd expertus fuit ipse [illegible] se habet in medicina experimentalis. ideo necesse est illis, qui cupiunt regere ciuitates, vt ad minus habeant experientiam. Dixit. Illi autem, qui profitentur artem condendi leges ex illis qui iactant se esse sapientes in eis, sunt longe ab hoc valde. neque enim sciunt vniuersaliter, quæ sit hæc ars, & in qua re sit. & cum ignorantia eorum de hoc putauerunt quidã quod hæc ars & rhetorica sit res vna, sed putauerunt hanc esse deteriorem rhetorica, & putauerunt quòd cõdere leges leue quid est ei, qui vult aggregare ex ipsis in quo profecit. Non est autem vt opinati sunt. etenim electio actus nobilis in vnaquaque artium non fit nisi per duas res: vna quarum est scientia cognitionis illius rei, & altera experientia. Scientia nanque est, per quam inuenitur [illegible], & experientia per quam dirigitur vel probatur, sicut se habet in arte musica, & arte medicina, & cæteris ex artibus [illegible]. & domini experientiarum, per quos perficitur in hoc secundum perfectionem, sunt illi qui iudicãt sane de operationibus per experientias, & sciunt cum hoc per quam rem erunt, & qualiter, & quę res cui rei conuenit. qui vero nõ habent experientiam de aliquo, & habent notitiam naturæ eius, occultatur ab eis, si est ex [illegible] bona in fine, aut mala. Dixit. Et vniuersaliter conditor legum similatur potentijs ciuilibus. Qualiter igitur erit is, apud quem non est scientia istius artis conditor legum: aut quomodo iudicabit de nobili earum aut de ignobili? Non enim erit possibile hoc, nisi fuerit de hoc perscrutatio, & speculatio, & ponatur in membranis librorum, & dicant in ea non quæ sunt res, quæ se habēt in ea habitudine curationum in arte medicinæ: immo qualiter fiat curatio, donec habeatur sanitas, & distinguantur hoc, donec perueniant ad finem in vnoquoque hominum. & de huius notitiæ domino putatur, ꝙ ipse proficit per experientiam, qui vero non habuerit hanc notitiam, non proficiet per experientiam. Et cùm sic sit, erunt conuenientes valde, positio legum, & aggregatio tororum ciuilium eis, qui possunt vti consyderatione et iudicio sano de bono, et eius contrario. & per hoc facile erit eis scire quid cuiq; conueniat: intēdo quæ lex cui aggregationi, et similiter in singulis partibus aggregationũ. Dixit. Si autem incipiant in positione legum absq;

Necesse est illis, qui cupiunt regere ciuitates, vt adminus habeant experientiam.

Electio actus nobilis in vnaquaq; arti non fit, nisi p duas res, s. per scientiam, et experientiam.



absq; habitu scientiali, non erit possibile eis iudicare iudicium rectum bonum, nisi sit conditor naturæ excellentis. & forsitan erit actio habentis excellentem naturam conuenientior, quando fuerit ab habitu artificiali. Dixit. Et cùm iam dimiserit Antiqui perscrutationem & inquisitionem de positione legum, tunc fortassis erit melior consyderatio in hac consyderatione in ciuitate per modum vniuersalem. Et quoniam propositum nostrum est perfectio speculationis secundum mensuram posse Philosophiæ in rebus humanis, tunc conabimur primitus perscrutari de omni parte nobili bona legum quod dixerunt antiqui de hoc, intendo de regimine ciuitatum: deinde videbimus de modis viuendi inuẽtis, quis eorum corrumpit quasdam ciuitates & rectificat quasdam, & quis eorum rectificat omnem: intendit ex ciuitatibus quatuor simplicibus aut quinq;. et propter quam causam efficitur vna quarundam ciuitatum bona, & quarundam econtrario. Quando ergo consyderatum fuerit ĩ his, forsan scietur magis quæ vita melior & qualiter ponitur vnaquæq;, & propter quid similantur leges in vsu earum consuetudinibus. Incipiamus ergo, & dicamus.

Et hic explicit sermo in hac parte huius scientiæ: & est ea quę habet se in sciētia ciuili habitudine notitiæ, quid est sanitas & ægritudo in arte medicinæ: & illa, quam pmisit, est pars quæ habet se ĩ hac sciã habitudine effectiuæ sanitatis & destructiuę ægritudinis in medicina: & est in libro eius, qui noĩatur liber de regimine vitæ. & nondum peruenit ad nos, qui sumus in hac insula: quemadmodum non peruenerant ad nos primitus de isto libro, nisi primi quatuor tractatus, donec perduxit eum ad nos amicus noster vir nobilis dominus Omar filius Martini, rogatu amicorum suorũ. et Deus retribuat ei pro nobis regratiationē completã. Et fortassis erit aliquis amicorum, qui adducat librum, in quo est complementum huius scientiæ, si Deus voluerit. Apparet autem ex sermone Abyn arrim Alfarabũ, quod inuentus est in illis villis. Si vero hoc non contigerit, et Deus cõtulerit inducias vitę, pscrutabimur de hac intentione iuxta mensuram nostri posse. Nam ex sermone Philosophi apparet in hoc loco, ꝙ quod est in libro Platonis de regimine vitæ, incompletum est. & videtur ꝙ sic se habeat res in seipsa. nam in illo libro perscrutatur Plato duobus modis hominum tantũ, & sunt cõseruatores & sapientes. deinde ostendit qũo permutantur ciuitates simplices ad se inuicē. Sed perscrutatio artificialis exigit vt rememorentur leges, & sorti communes ciuitatibus simplicibus: deinde rememoretur post hoc, quod appropriatur singulis ciuitatibus ex eis, intendo quod appropriatur aggregationi nobili honorabili, et alijs aggregationibus. Et similiter rememoretur quod impedit vniuersas aggregationes, & quod impedit modo singulos ex ipsis: & inquiri [illegible] exempla huius in vita inuenta in illo tempore, et hoc est illud, ad quod innuit Arist. hic, & est res, quę non [illegible] in libris Plato. Qualiter igitur d. Albubekrim [illegible] ꝙ locutio de aggregatione nobili iam expedita erat in libro Platonis: & ꝙ loqui de eo in quo iam locutum est, dummodo inueniatur, est superfluitas, aut ignorantia, aut malitia. veruntamen nõ peruenerat ad ipsam complementum istorum tractatuum. Et ego quidem expleui determinationē istorum tractatuum quarto die Iouis mēsis, qui Arabice dicitur Ducadatim anno Arabum. D. lxxii. Et grates Deo multę de hoc. D. translator. Et ego compleui eius translationem ex Arabico in Latinum tertio die Iouis mensis Iunij, anno ab incarnatione Domini. M cc lx. apud vrbem Toletanã, in capella sanctę trinitatis, vnde sit benedictum nomen Domini, qui est trinus & vnus.

*Librorum Decem Moralium Nicomachiorũ finis.*

*Etsi ad hos Moralium Nicomachiorũ libros, ex Aristo. uerbis, Politicorũ libri subsequãtur: quia tamen & alij sub eius nomine libri de moribus pertractantes inueniuntur; ideo eos omnes, ne materiarum fieret interruptio, ante illos de Repub. collocasse opportunum uisum est.*

## GEORGIVS VALLA PLACENTINVS CLARISSIMO EQVITI aurato, & vtroq; iure consulto Iusto Leliano, Iusto, Senatori, Veronensi S. D. æternam.

Nomen Iuste tuũ singulare, lenitas pręcipua tuę erga me beneuolentię, crebro abs te repetit [illegible] tui amoris pignus, aliquid tibi certe vita est depotere. Et proinde volutari id animo [illegible] quod à me posset exhiberi, succurrit antiquius, quàm vt deductis ac iam patefactis [illegible] gnis Ethicis Aristotelis animi in ipsa nostri arctius reuincti tenerētur. Siquidem [illegible] quiq; magnus amplissimo virtutũ exurgeret fastigio [illegible] mediocria ne dum paruitor [illegible] fecto mittenda iure censuimus. Cum porro Ethica nihil nisi de ęquo & bono edisser[illegible] sentur penetralibus: vbi gentium, quò ve in loco sedem potuere libri [illegible] constantioremq; [illegible] nere, qui nomine proprio diceretur Iustus, qui re ipsa iustus atq; adeo optimus haberetur. [illegible] quam alium magis de iusto optet disputare, nec opus de ęquo & bono [illegible] esse, [illegible] firmatus est animus noster sentētia, vt tibi potissimum magna illa Ethica censuerit [illegible] à me poscerentur, hęsitauimus parum modo, quod compertum haberemus, tentasse [illegible] Eum cum exploratum habuissemus, nec gręca nec nostra nouisse, [illegible] interpretis more verbum verbo reddere [illegible] Aristotelicos, quod fieri necesse fuit, multa obruisse caligine, cumq; nostra peregrinis respondere [illegible] do, aliam adhuc legētibus nubem non exiguã offudisse, deniq; Barbaris rusticisq; dictionibus [illegible] dedisse vobis Aristo. ꝙ plane iugulasse videatur, adeo vt omnes ab eius auerterent lectione [illegible] ea quadã grauitate, nec minus acumine refertũ, vt vel doctissimum quenq; ad sese potuerit [illegible] hactenus iacuisse dolentes, in hoium conspectũ adducendũ esse putauimus, si non [illegible] tũ vt remur, sordidissimis. Ideo aũt id, quo multorũ ex tuo hospitio aliorũ [illegible] tui colloquio. Nec ipsum pœnituerit Arist, in ea hospitiũ nactũ esse ciuitate, vnde olim [illegible] stellę, vt Catullus, vt Victruuius, vt Plinius, ita plerią; alij nostra quoq; ętate, Domitius [illegible] ctus, qui iampridē Venetus rhetor insignis, Alexãder Benedictus eloquio & doctrina [illegible] floret Verona ingenijs. Nec pręterea pœniteat tantũ philosophum in ista clarissima [illegible] hospitē acceptum esse [illegible] nobilitate antiqua illustris, operibus lautissima, dignitate florens, & virtutũ [illegible] conspicua, postremo [illegible] in ea splendida familia, tanquã iubar doctrina eminet, senatoria grauitate [illegible] prudentia [illegible] bus clarior ꝙ vilis verbis explicari posse videatur. Tu pariter, iuste [illegible] optime [illegible] philosophum [illegible] tolles doctos [illegible] ctere, loquentemq; audias, vt tuo hospitio tuoq; colloquio, sicut fore non dubito [illegible] nihil benignius [illegible] quę loquatur acuratius, intentiusq; auscultetur, esse nuspiã. Ego autem, vt te mihi cõcredidit, ita ipsum [illegible] [illegible].

MAGNORVM

# ARISTOTELIS STAGIRITAE,

PERIPATETICORVM PRINCIPIS

MAGNORVM MORALIVM

LIBER PRIMVS,

*Georgio Valla Placentino interprete.*

SVMMA LIBRI.

*De bono. De uirtute in genere. De ultronco, ac alijs, quæ ad ipsum spectãt. De uirtutũ speciebus. De ueritate, ac vs, quibus ipsam conijcimus.*

*De uirtute agendum esse: & antiquorum de ea afferuntur opiniones.* Cap. I.

VOniam de pertinentibus ad mores dicere cõstituimus, primum cuiusnam rei pars sit mos, dicimus considerandum. Vt igitur partis absoluam, non reiã videtur pars esse, quàm ciuilis. Atqui ciuilibus in rebus citra quempiam qualem esse, effici nihil potest. qualem inquam, vt studiosum esse ac probum. Studiosum porro esse, idem quod virtutes habere. Quod si quispiam ciuilibus in rebus solers esse debeat, eundem moris studiosum esse oportet. Apparet itaq; rei ciuilis, omne negocium quod circa mores est, partem esse atque principium: vt in totum iure mihi videatur habere appellationem negotium atque tractatio, non moralem, sed ciuilem. Expedit itaq; (vt est videre) de virtute primum dicere, & quid sit, & ex quibus constet. nec enim fere vtile fuerit virtutẽ quidem nosse vt vere sit, ac ex quibus, negligere. quandoquidem ex quibus sit coniectare: nedum vt norimus quid sit, considerandũ. simul enim nosse volumus, ac huiusmodi nos esse. At nequaquam facere poterimus, nisi ex quibus, & quomodo sit percalluerimus. Scire igitur quid sit virtus, necesse est. siquidem & ex quibus sit, & quomodo, scitu haud quaquam facile erit ignoranti quid sit, quemadmodum in scientijs. Verum ne latere quidem nos oportet priusquã de his prius disseruere. Primum igitur Pythagoras de virtute dicere aggressus est, quanquam non recte. virtutes siquidem ad numeros referendo, suam virtutum non fecit inspectionem. nec enim iustitia est numerus pariter par, Cui succedens Socrates de hac re melius pleraque disseruit: sed ne ipse quidem recte. quoniam virtutes scientias efficiebat: quod fieri nullo modo potest. Cunctæ siquidem scientiæ cum ratione: atqui ratio in solo animæ gignitur intellectu: quò circa virtutes omnes, in animæ parte rationali efficiantur, necesse est. Euenit itaque, vt qui virtutes scientias faciat, irrationalem animæ partem extinguat. quod faciendo, affectum ac morem perimat. Quamobrem non recte hoc modo virtutes amplexus est. Postea demum Plato animam in partem quæ teneret rationem, et in eam quę esset rationis expers, recte distribuit: reddiditq; suas vtriq; virtutes. quatenus hæc, probe: ille vero neutiquã recte. quandoquidem virtutem cum tractatione quę de bono per se esset, adraisceut: non equidem recte, quia non peculiare, & suum. neq; enim de eo quod est, ac de vero differentem, de virtute dicere oportuit: illi siquidem nihil est cum hoc commune. Tantã igitur illi, & hoc modo amplexi sunt.

*De bono in communi.* Cap. II.

DEinceps ergo nobis cõiectãdũ, qd nam de his dicẽdũ fuerit. Intuendũ igit̃ est in primis, sciæ ois atq; facultatis finẽ esse aliquẽ, idq; per se bonum. nulla siquidem scia, facultas nulla mali causa est. Quòd si facultatum oium bonus est finis, nõ dubium, quin etiam optimæ sit optimus. atqui ciuilis optima est facultas: igit̃ ipsius finis bonus. De bono itaq; (vt videtur) nobis dicendum est. At de bono non in vniuersum, sed nobis bono. neq; enim Deorum bonum agendum est. quemadmodum de eo alia habenda fuerit oratio, & considerandum est. De quo sanè differendum in primis est, quoniã dicatur modo. neq; enim simplex atq; vnum est. quandoquidẽ dicitur bonum, aut quod in vnoquoq; est optimum, id vero suapte natura deligibile: aut cuius participatione alia sunt bona, id nimirum idea boni est. An igitur de boni idea loqui oportet? An non. atqui vt commune, quod est in omnibus bonum. aliud enim ab ipsa idea videri debet. siquidem separatile id per sese est, quod idea: cõmune vero in cunctis existit, non vtiq; idem quod separatile. nec enim vnquam separatile, & per sese agnatam vim habens in cunctis fuerit. Nunquid igitur de hoc nobis disserendum bono, quod in omnibus existit? An non. quid ita? nempe quoniam id commune est,





est, vt definitio & inductio. definitionẽ autem oportet cuiuslibet referre essentiam, seu bonũ seu malũ sit, seu quiduis aliud. refert certe definitio, vt eiusmodi bonum in vniuersum est, non quatenus ipsum per sese deligibile. Verum quod in cunctis existit, definitioni est similе. definitio certe ait bonum esse quippiam, quod neq; scientia, neq; facultas vlla dicit. neq; enim finem suum asserit bonum esse, verum id alterius est inspicere facultatis. quandoquidem neq; medicus, neq; ædificator refert, hic quidem sanitatem esse bonam, ille vero domum: sed hic quidem quod sanitatem prętendat, & qñe admodum faciat, ille vero domũ. Non dubium igitur, quin ne rei ciuili quidem de communi bono dicendum sit: vna siquidem & hæc reliquarum scientiarum est. Atqui hoc nullius est dicere aut facultatis, aut scientiæ, vt de fine. ne quidem igitur rei ciuilis, quod de communi bono est dicere, eo, quod per definitionem est. Verum enimuero neq; de eo, quod per inductionem cõmune. quid ita? quòd, cùm voluerimus particulariter aliquod bonum demonstrare, aut definitione demonstramus, vt ratio eadem congruat ei quod per se bonum, & ei quod bonũ esse demonstrare voluerimus: aut inductione, sicut cùm velimus magnanimitatem bonum esse demonstrare, dicimus, nimirum iustitia bonum est, & fortitudo, ac omnino virtutes: magnanimitas autem virtus est: ergo & magnanimitas bonum. Non igitur de communi per inductionem bono rei ciuili dicendum est: quòd eadem contingere non possunt huic, & per definitionem communi bono. nam quod bonum, hinc etiam dicet. Manifestum igitur de optimo bono dicẽdum esse, eoq; quod nobis optimum sit. In totum autem viderit quispiam non vnius esse scientiæ aut facultatis de vniuersali bono considerare. Cur ita? nempe quoniã bonum est in omnibus prædicamẽtis. nam in quo, in quali, in quanto, in quando, in ad aliquid, ac prorsus in omnibus. Cæterum quando bonũ in medicina, medicus nouit. at in gubernatoria, gubernator: & in singulis singuli. Quando secandũ quidem sit, nouit medicus. at quando nauigandum, gubernator. In qualibet vtiq; quando bonum, quiuis quod propter se cognouerit. neq; enim medicus quod in gubernatoria bonum quando cognouerit: neq; gubernator, quod i medicina. Ne igitur quidem hoc modo de communi bono dicendum est. siquidem quãdo, in cunctis commune est. similiter etiam quod ad aliquid bonũ, ac quod in alijs prædicamentis. commune est omnibus. Atqui nullius est facultatis, aut scientiæ dicere de eo bono quod in vnaquaq; est. ne igitur quidem rei ciuilis est dicere de communi bono. de bono igitur, ac de optimo, atq; nobis optimo. Cæterum, cùm qui velit quippiam demonstrare, minime apertis non oportet exẽplis vti. sed vbi obscura aperienda sint, manifestis, ac in eis quæ sub intelligentiam cadunt, sensibilibus: ea siquidem sunt apertissima. Cùm igitur de bono dicere quispiam tentauerit, de idea neutiquam dicendum est: tametsi de idea dicẽdum existimem, vbi de bono dicant. Aiunt nanq; de maxime bono esse disserendum. at id vnumquodq; præcipue tale est, vt præcipue sit bonum idea, vt opinantur. huiusmodi certe oratio fortassis vera. verum neutiquam ciuilis scientia vel facultas de qua in præsentia nobis est oratio, de hoc per se bono, sed nobis bono. Nulla siquidem scientia aut facultas de fine loquitur, quòd sit bonũ. & proinde, ne quidem res ciuilis. ideo non de bono, quod iuxta ideam est, loquitur. Verum fortassis ait, hoc per se bono vtendũ esse principio, ab eo progrediendo ad singula. In quo ne ita quidem recte. expedit siquidem, sua cuiuslibet sumere principia. absurdum enim sit, volenti ostendere triangulum duobus rectis æquales habere angulos, sumere principium eiusmodi, anima immortalis est: neque enim hoc proprium. oportet siquidem principium suum esse eius rei, qua de agatur, atq; conuinctum. nunc vero absq; hoc quid anima sit immortalis, demõstrauerit quispiam duobus rectis æquales habere triangulum. itidem & de bonis est inspicere alia citra ideam boni. proinde proprium non est huius per se boni principium. Ac ne quidem Socrates recte scientias virtutes faciebat. Is enim nihil incassum & temere esse arbitratus est. ex eo autẽ quòd est, virtutes esse scientias, ei euenichat virtutes esse frustra. quid ita? In scientijs nimirum contingit pariter nosse scientiam quid est, & scitum esse. nam siquis norit quid sit medicina, is cõfestim est medicus. similiter etiam in alijs scientijs. At in virtutibus non idem est. neq; enim si quis nouerit quid sit iustitia, continuo etiam iustus est. itidem & in alijs. Euenit igitur, & temere virtutes esse, & non esse scientias.

*Quot modis dicatur bonum.* Cap. III.

ATquoniam de his nobis disserendũ est, annitamur bonum dicere, quot dicatur modis. Sunt nimirum bonorum alia honorabilia, laudabilia alia, potentiæ alia. honorabile huiusmodi dico, quod diuinum, quod melius vt anima mensq; est, quod antiquius, quod principium, & alia id genus. Honorabilia cer-

te,

te,in quibus honor:talia ſiquidem omnia ho-
nor comes cõſequitur.igitur etiam virtus ho-
norabile bonum eſt, quando ab ipſa probus
quiſpiam gignitur. is nanq; in virtutis pene-
trat habitum. At laudabilia, vt virtutes.ab ip-
ſarum nanque actionibus laus emergit. Quæ
vero potentiæ, vt dominatus, opulentia, ro-
bur,pulchritudo.ijs nanq; bonus bene,vt ma-
lus male vti potuerit. ideo etiam potentię eiuſ
modi bona nuncupãtur. bona certe ſunt: vſu
ſiquidem ipſorum boni,non vtiq; mali appro
bantur.id genus nimirum bonis euenit,ortus
cauſam ipſorum eſſe fortunã. à fortuna nãq;
& opulentia, & dominatus eſt, & quæcunq;
prorſus in poteſtatis ordinem perueniũt. Re-
liquum porrò ac quartum inter bona eſt ſalu
bre, etiam bonum efficiens. ſicut exercitium
ſanitatis,ac ſi id genus eſt aliud. Verum aliam
quoq; ſubeũt bona diſtributionem. Vt bono-
rum quædam prorſus & omnifariam ſunt eli
gibilia,quędam vero non.veluti iuſtitia alięq;
virtutes, omnifariam & omnino ſunt eligibi-
les.at robur,& opulentia,potentiaq;,& id ge-
nus alia, neq; omnifariam neq; oino. Rurſus
quoq; aliter. Bonorũ alia ſunt fines, alia non.
quemadmodum ſanitas quidem finis:atq; ſa-
nitatis cauſa neutiquam finis eſt. Et quæcũq;
ita habent,eorum ſemper finis melior.vt ſani
tas melior quã quæ ſalubria.in totumq; pror-
ſus id melius,cuius gratia ſunt & alia. Rurſus
ipſorum finium,præſtat ſemper qui perfectus
eſt imperfecto.Eſt nimirum perfectus, cuius
acceſſu nullo amplius nobis opus eſt. Imper-
fectus autem, cuius aduentu alium deſidera-
mus.quemadmodum iuſtitiæ duntaxat aduẽ
tu plura deſideramus. at fœlicitatis acceſſu,
nulla re amplius nobis opus eſt.Is ergo nobis
optimus quem deſideramus, qui finis perfe-
ctus.abſolutus nanq; finis bonum eſt: nec nõ
finis bonum. Hinc igitur,quonammodo opti
mum conſiderandum eſt: nunquid eo modo
vt ipſum quoq; recẽſeamus. An id videbitur
alienum.ſiquidem optimũ finis eſt perfectus.
ac perfectus finis, vt paucis abſoluã, nil aliud
quàm felicitas eſſe videtur. Ex multis porro
bonis felicitatem conſtare comprobatur.
Quòd ſi optimum coniectans, ipſum quoq;
cum alijs annumeres, ipſum ſe melius eſſe cõ
ſtabit,ſiquidem optimum erit. Vt ſalubria po
nendo & ſanitatem, conſideres quidnam ho-
rum omnium optimum,nempe ſanitas.quòd
ſi horum optimũ eſt,id ſe quoq; melius,quod
admodum abſurdum eſt.nõ igitur optimum
ita coniectandum. Sed an id quodammodo
fuerit,vt abſq; ſe? An hoc etiã abſurdum.nam
felicitas ex quibuſdam conflata bonis eſt.hoc
vero ex quibus cõſtet bonis,an ſic optimum,
cõſiderare fuerit alienum.neq; enim eſt quic-
quam aliud ab his felicitas, verum hæc ipſa.
an ita quiſpiam recte concernens, optimum
conſiderauerit? ſicut ipſam felicitatem quæ
ex his ſit bonis,diudicans erga alia quę in ipſa
collecta non ſunt; ita optimum conſiderans,
recte conſideraverit.Cæterũ non eſt ſimplex;
quod nũc quærimus,optimum.vt dicat quiſ-
piam, optimum cũctorum bonorum, in vnũ
concretorum eſſe prudẽtiam.Verum hoc fe-
rè modo, non quærendum eſt optimum bo-
num. perfectum ſiquidem quærimus bonũ.
At prudentia ſola,neutiquam perfectum. nõ
igitur hoc optimum quod quærimus, neq; in
dagamus optimum.Præterea aliam admittũt
bona ſectionem.ſunt ſiquidem bonorum alia
in anima,vt virtutes:alia i corpore,vt ſanitas,
venuſtas:alia externa opulentia, dominatus,
honor,& ſi quid eſt huiuſmodi. At horũ quæ
in anima ſunt,optima. Quæ porro in anima
definita ſunt bona,trifariam diſtribuuntur,in
prudentiam, in virtutem, & in voluptatem.
Poſt hoc igitur,quod profitemur omnes,etiã
finis videtur bonorum, idemq; abſolutiſſimũ
eſſe felicitas. quod ſane fatemur eſſe in bene
agendo,ac bene viuendo. Cęterum finis ſim
plex non eſt,ſed duplex. quorũdam enim eſt
finis ipſa actio, vſuſq;, ſicut viſus. Eſt nimi-
rum vſus optabilior habitu: finis autem vſus.
nemo ſiquidem velit viſum habere ad nõ ſpe
ctandum,ſed connictandum.idem de auditu,
cęteriſq; dicendum.proinde quorum vſus et
habitus eſt, ſemper melius & optabilius eorũ
eſt vſus habitu. vſus enim & actio finis, cùm
ſit propter vſum ipſe habitus. Poſt id ſi con-
ſiderauerit quiſpiam in cunctis ſcientijs,intue
bitur non aliam eſſe conſiderationem in ex-
truenda domo, q̃m in proba domo. ſed vtro-
biq; ſuppetere ædificatoriã, & cuius effector
ædificator, vt cuius ſit virtus, eiuſdem ſit effe-
ctrix.Idem in alijs omnibus par eſt cõiectare.

Alia item di uiſio.

Ex optimo.

*Virtutem in anima eſſe: felicitatem uero in actione conſiſtere,& in ætate perfecta. Cap. IIII.*

PRæterea intuemur, alia re nulla, quàm
anima nos viuere.ĩ anima autem eſt vir-
tus.idem certe fatemur facere aĩam, animæq;
virtutem. Cęterum virtus in vnoquoq; cuius
eſt virtus,idem facit.at anima etiã aſta. Atqui
anima viuimus.ob animę itaq; virtutem bene
viuimus.Cæterum bene viuere, & bene age-
re nihil aliud dicimus, quàm felicem eſſe: er-
go & feliciter agere, & felicitas in viuendo
eſt. verum bene viuere eſt in viuendo ex vir-
tutib⁹.hoc igĩt eſt finis,& felicitas, & optimũ.

In



In vſu itaq; ſit,neceſſe eſt & actione felicitas.
nam quorum habitus vſuſq; eſt,vſus & actio
finis:atqui animę virtus eſt habitus,et actio &
vſus ipſius,eorum quę ſub electionem cadũt:
ego finis ipſius actio vſuſq; fuerit. felicitas igi
tur i viuẽdo ex virtutibus ſit,neceſſe eſt. Qm
igitur optimũ bonum eſt felicitas, & hæc ipſa
finis,actione viuẽdo ex virtutibus, felices fue
rimus,optimumq; bonũ habuerimus. Cùm
igitur ſit felicitas bonum perfectum ac finis,
nos latere non oportet, id in ętate perfecta eſ
ſe.nõ enim in puero (quia nec puer dici felix
poteſt) ſed viro.is nãq; perfectus,& ne quidẽ
in tempore imperfecto,ſed perfecto.perfectũ
fuerit vtiq; tẽpus, q̃diu homo viuere potue-
rit.recte nanq; à multis dicitur, felicẽ in longiſ
ſimo vitę tempore eſſe iudicãdum: vt opus ſit
perfectũ eſſe,& in tẽpore perfecto,& in hoie.
Quòd aũt ſit actio,hinc quiſpiã poterit intue-
ri.In ſomnis nanq;,vt inter viuendũ ſi quiſpiã
dormiat,euiſmodi nolim talẽ dicerere eſſe feli
cẽ.ipſi quidẽ exiſtit viuere:ſed eidẽ ex virtuti-
bus, quod erat ex actione,viuere nõ exiſtit.

*De animæ altrice portione quædam: & in ipſa uirtutem non eſſe. Cap. V.*

RVrſus quod mox dicendũ, nõ admodũ
quę diximus participare,& ne quidẽ ab
ipſis longe abeſſe videbitur. quippe q̃ animæ
portio quędã eſſe putetur qua alimur,quã al-
tricem appellamus.iure profecto ita: ſiquidẽ
lapides ali nõ poſſe intuemur.& perinde non
dubiũ,quin ſit ali animatorũ. Quòd ſi aiatorũ
cauſa eſt anima,atq; animę talium partiũ nul-
la alẽdi fuerit cauſa,quales ſunt rationalis,vel
irascibilis,vel concupiſcibilis,ſed alia quędam
prẽter has,et ei nullum magis peculiare poſſu
mus nomen,q̃ alentis accommodare. Dicat
forteſſis quiſpiam,nunquid ex hac quoq; par
te animæ virtus eſt.nam ſi fuerit, nõ dubium
quin etiam eadẽ agere opus ſit.perfectę ſiqui
dẽ virtutis actio felicitas eſt. At nunquid eius
ſit vel non ſit virtus,alia fuerit oratio. Quæ ſi
fuerit,huius non eſt actio. nam in huiuſmodi
parte impulſus eſſe non videtur: ſed igni vi-
detur eſſe conſimilis, cui quicquid immerſe-
ris,abſumet.at ſi non obieceris,ne quidem ad
capiendum impellitur.Ita hęc habet pars ani-
mæ,vt ſi alimentum obijcias, alat: ſin minus,
ne quidem ad alendum commoueatur,et per
inde ne quidem actio,cuius non eſt commo-
tio.proinde hæc pars ad felicitatem capeſſen-
dam nihil coadiuuat. Deinceps igitur,quid
ſit virtus dicendum,quãdoquidem eius actio
felicitas eſt. Vt paucis itaque abſoluam, vir-
tus habitus eſt optimus. Verum non ſatis for
te ſit ita ſimpliciter loqui, ſed euidentius fue-
rit definiendum.

Virtus habi tus eſt opti mus.

*Diuiſio animæ: & uirtutem ab exceſſu defectuq; corrumpi. Cap. VI.*

PRimum igitur de anima i qua exoritur,
non quid ſit anima(alia ſiquidem eius rei
conſideratio) ſed vt quodammodo diſtribua
tur,dicendum eſt. Anima nimirum, vt rece-
ptum eſt, in duas partes diſtribuitur, in eam
quæ rationem habet, & quæ rationis expers
eſt.Ex ea parte quæ habet rationem,exoritur
prudentia,ſolertia,ſapiẽtia,ingenium, memo
ria,& id genus alia At ex parte rationis exper
te, quę virtutes appellantur,temperantia, for
titudo,iuſtitia, & quæcunq; aliæ, quas ex mori-
bus ducimus eſſe laudabiles.ex his nanq; con
ſequi laudem dicimur. At ab eis quæ à ratio-
ne dimanant,nemo laudatur.nec enim quòd
ſapiens,nec q̃ prudens,nec prorſus ex huiuſ-
modi aliquo quiſpiam laudãdus accedit.neq;
porrò rationis expers, quatenus ad ſe ſugge-
rendum idoneum eſt, ſuggeritq; ei quod ob-
tinet rationem. Eſt nempe moralis virtus,
quę ab exceſſu defectuq; corrumpitur.Quòd
autem tam defectus q̃ exceſſus corrumpat,
ex eis eſt videre quæ ad mores pertinent.(vtẽ
dum ſanè in rebus incertis teſtimonijs certis
eſt.) Confeſtim nanq; in exercitijs hoc vide-
rit quiſpiam.quę ſi excedant,robur affligunt:
ſin deficiant,eodem modo habẽt.idem in po-
tu ciboq; euenit:affluentibus enim ſanitas ab
ſumitur.idem fit & ſubductis:quæ ſi modera-
ta fuerint, corporis firmitudinem cuſtodiunt
atq; ſanitatem.His conſimile euenit in tempe
rantia & fortitudine, reliquiſq; virtutibus.
nam ſi quempiam eò vſq; feceris intrepidum,
vt ne quidem Deos metuat,iam nõ fortis,ſed
demens fuerit.ſin cuncta formidantem, meti
culoſius.fortis ergo erit, qui neque omnia me
tuet,neq; nihil. Hæc igitur tam augent,q̃ labe
faciunt virtutem. nimij nanq; metus,& om-
nes labefaciunt, itidem qui de re nulla metu
commouentur: atqui circa metus eſt fortitu-
do: mediocriter itaq; metus fortitudinem lo-
cupletant. ab eiſdem igitur tam amplificatur
q̃ labefactatur fortitudo.ex metu nanq; ita af-
ficiuntur.idem de cæteris dicendũ virtutibus.

*Virtutem inter uoluptatem & ægritudinem collocari. Et unde moralis uirtus dicta ſit. Cap. VII.*

RVrſus, non his modo virtutem quiſpiã
definierit,ſed etiam ęgritudine & volup-
tate.Nam voluptate allecti, improba facinora
mus:ægritudini autem ſuccumbentes, ab ho
neſtis deficimus. alioqui non eſt virtutem

& vitium admittere citra ægritudinem & voluptatem. inter voluptates igitur & ægritudines virtus collocatur. Virtus porrò moralis hinc cognomen habet, si modo velimus ex literis veritatem excutere. dicendum erit † morem à mora habuisse cognomen, breuis in lõgam literę facta mutatione: moralis siquidem appellatur, quod ex mora assuescat. Idq; certum, quòd virtus nulla, quæ ex parte oriatur irrationali, ex natura nascatur. siquidem eorũ quæ natura fiunt, nihil est quod assuetudine aliud euadat. velut lapis, grauiaq; prorsus omnia, quæ ferendi deorsum vim agnatam habent, si à quouis sursum versus sæpius iactari assuescant, nunquam tamen sursum attollentur, sed semper deorsum cadent. idem de cæteris est intelligendum.

† ἔθος ἀπὸ τοῦ ἤθους mutato η. ac pulchre fit vt latinę voces cũ græcis consentiant.

*De affectibus, potentijs, & habitibus. Cap. VIII.*

PRæterea, qui velit quid sit virtus dicere, scire expedit quænam demum in anima procreentur. Sunt autem hæc huiusmodi, affectus, potentiæ, habitus. & proinde non dubium, quin horum quædam sit virtus. Affectus igitur sunt, ira, metus, odiũ, cupido, liuor, miseratio. talia comitari consueuerunt ęgritudo, & voluptas. Potentię autem, quibus afficimur: nempe vnde possumus excandescere, ægrescere, miserescere, & alia huiusmodi. At habitus sunt, vnde erga hæc habemus bene, vel male, sicut ad excandescendũ. si nanq; supra modum iracũde, male in ira habemus. sin in quibus expedit, prorsus ad iram non cõmouemur, ita quoq; male in ira habemus. mediocriter itaq; habẽdo, vt neq; supra modum commoueamur, neq; prorsus simus incommobiles, tum sicuta habeamus, recte affecti sumus. In similibus quoq; alijs idem intelligendum. iracundum nanq; & bene, in medio iræ et ad iram incommobilitatis positum est. Simile est in iactantia & dissimulatione. plura nãq; quam adsint sibi arrogare, iactantię est. minus vero, dissimulatiõis. inter hæc igitur medium est veritas. Idem in cæteris omnibus est intelligẽdum. id enim proprium ipsius est habitus, vt bene male ue erga hæc habeat. bene in ijs habere fuerit neq; excedere neq; deficere. erga medium itaq; istorum vnde laudandi accedimus, habitus est: sicut male erga excessum & defectum. quãdoquidem igitur harum perturbationum virtus est medium: perturbationes autẽ sunt ægritudines & voluptates, aut non citra ægritudinem vel voluptatem: virtus certe est circa ægritudines vel voluptates. id quod hinc certum. Sunt nimirum etiam affectus alij, vt videbitur cuipiam, in quibus nõ in excessu & defectu aliquo est vitium: velut adulterium, & adulter. nec enim magis est talis, qui ingenuas constuprarit. Cæterum & hoc, & si quid aliud huiusmodi est, quod à voluptate comprehenditur, quæ per intemperãtiam, vel etiam quod in defectu quodq; in excessu sub vituperationem cadit.

*Quid medietati opponatur. Cap. IX.*

DEinceps igitur fuerit sane dictu necessarium, quid nam demum medietati aduersetur, excessus ne an defectus. Nam quibusdam medietatibus defectus opponitur, vt nonnullis excessus. sicut fortitudini neutiquã excessus existẽs audacia, sed quæ defectus est timiditas. temperantię vero intemperantia & incommobilitas circa voluptates, non vtique quæ defectus est incommobilitas opponitur, sed intemperantia quæ excessus est. Sunt nimirum vtraque tam excessus quàm defectus medietati oppolita. medietas siquidem excessu inferior, sed defectu superior. Ideo etiã prodigi, liberales esse illiberales aiunt. contra illiberales, prodigos vocãt. Audaces vero & petulantes, fortes nominant timidos, vt timidi, fortes petulantes & furibundos dicendos putant. Duabus itaq; de causis duxerimus medietati opponendum esse excessum atq; defectum. quippe quòd ę re ipsa licet nobis cõsiderare, vtrum potius extremorum ad medium propius accedat. propinquior ne liberalitatis sit prodigalitas, an auaritia. longinquior certe fuerit auaritia. atqui à medio quæ magis absunt, magis opposita existimantur. ęre itaque ipsa defectum magis opponi apparet. Est etiam & aliter videre. vt ad quæ mentem magis pronam habemus, ea medio sint magis cõtraria. velut ad intemperantiã nati sumus pro moribus, quàm ad decus capessendum. quamobrem si additamentum potius ad ea fiat, ad quæ sumus proniores, ad quæ fit additamentum, ea sunt magis contraria: atqui proniores ad intemperantiam sumus, quàm ad decus capessendum: magis ergo excessus medietati contrarius: intemperantia siquidem intemperantiæ est excessus. Quid demum sit virtus, hinc nobis liceret intueri. medietas siquidem affectuum quædam esse videtur. Proinde qui velit moribus comprobari, ei affectuum medietas est quæuis constituenda. Et proinde probum esse operosum atq; difficile est: quandoquidem in vnoquoq; medium capere operosum est. velut circulum describere cuiuis obuium est: at in ipso medium capere, arduum. itidem & excandescere quidem facile, nec non contrarium huic: at mediocriter habere,

Affectuũ medietas virtus eũ.



habere, arduum. In totum autem in quauis perturbatione est videre, quod medium ambiat esse facile: medium vero vnde laudemur, arduum. ideo etiam raro probus.

*Probos & malos esse in nobis existere: ubi redarguitur Socrates, aliter opinatus. Cap. X.*

QVoniam de virtute dictum est, deinceps fuerit considerandum, possit ea adesse nobis nec ne. Verum quemadmodum Socrates dixit, in nobis non est probos vel malos esse. quandoquidem si quis roget quemuis, velit ne iustus esse, an iniustus, nemo delegerit iniustitiam. itidem de fortitudine & timiditate, reliquisq; virtutibus semper eodem modo. inde non dubium, quin si mali sint aliqui, non spontanei sint mali, & perinde ne quidem probi. Hæc ratio neutiquã vera. nam cur demum legislator mala facere non permittit, at honesta & proba iubet: & in malis quidem mulctam infligit delinquentibus: in rebus autem honestis, nisi honesta peregerint. alioqui iniquum fuerit, vbi in nobis non sit, hoc legum conditores facere. cæterum, vt videtur, in nobis est probos & improbos esse. Item laudes & vituperationes id quoq; attestantur. virtutem nanq; laus, vitium autem vituperatio consequitur. atqui laus et vituperatio non inuitis attribuitur. manifestum igitur hoc modo in nostro arbitrio esse bona malaq; facere. Collationem vero huiusmodi proferebant, volentes demonstrare vltroneum non esse. quid nanq; est, inquiebant, quòd ægrotantes squalidos nemo vituperat? At hoc minime verum. tales nanq; reprehendimus, cum suæ ægritudinis ipsos causam esse cognouerimus. Quodq; male habẽt corpus, vtpote id voluntarium esse, apparet nimirum, in vitio et virtute esse voluntarium. Rursus hinc etiam potuerit quispiam euidentius intueri, quòd omnis natura eius est essentiæ procreatrix, qualis ipsa est. veluti stirpes, & animalia. nam vtraque gignunt, ex principijsq; producũt: vt arbor ex semine. id nanq; principium est. Quod porro principia consequitur, ita habet. vt enim habuerint principia, ita quæ de principijs ortum ducunt. Perspicue autem licet hoc in Geometria magis intueri: vbi cùm aliqua sumpseris principia, vt ea habuerint, ita etiam quæ ipsa consequuntur. velut si triangulum duobus rectis æquales habet angulos, quadratum quoque quatuor angulis rectis habeat, necesse est. & si triangulum secus, ita etiam & quadratum commutabitur. ex altera parte enim ei respõdet. & si quadratum quatuor angulis rectis æquales non habuerit angulos, ne quidem triangulum duobus rectis habebit æquales. Idem igitur atq; consimiliter de homine quoque intelligendum. nam cùm sit homo progenitricis essentiæ, ex principijs quibusdam atque actionibus quibus efficit, homo progenerans est. nam quid aliud? neque enim inanimatum aliquod efficere dicimus. neq; etiam animatorum citra hominem quicquam. manifestum igitur, actionum hominem esse progenitorem. proinde quoniam actiones commutari intuemur, nec eadẽ vnquam agimus, suntq; actiones ex aliquibus progenitæ principijs, manifestum, quandoquidem actiones immutantur, etiã actionũ immutari principia, à quibus sunt: quemadmodũ collatione oliẽ dimus geometrica. Atqui actionis tam bonæ quam malæ principium est propositum & voluntas, & quicquid ad rationem tendit. Non dubium igitur, quin hæc quoque commutentur. sponte nanque actiones immutamus, & perinde et tam principium atque propositum. nam hæc sponte fit mutatio. Proinde non dubium, quin in nobis sit & probos et malos esse. Forte hic quispiam occurrerit, quandoquidem inest iustum probumq; esse, ero si voluero omnium probissimus. Id fieri nullo modo potest. cur nam? quoniam non hoc in corpore gignitur. neque enim si quispiam voluerit corporis curam habere, omniũ optimum habebit corpus. nam opus est non curam modo intendere, verum etiam natura honestum & bonum corpus esse. melius certe habebit corpus, non tamen esset omnium optimum. Idem de anima intelligendum est. neq; enim iuxta propositum suum erit omnium probissimus, nisi etiam natura extiterit. melior quidem certe erit.

Dubium.

Solutio.

*De spontaneo, & tribus appetitus generibus. Cap. XI.*

QVoniam igitur probum esse in nobis apparet, consequens dictu necessarium videtur de spontaneo differere, quid nam sit spontaneum. ad virtutem nanq; capessendam dominantissimum est spontaneum. In totum vero dicendum est spontaneum, quod non coacti agimus. verum de hoc, magis adhuc perspicue differendum est. Nempe ad id quod agimus, aliquis exurgit nobis appetitus. atqui tres sunt appetitus species, cupiditas, furor, voluntas. Primum igitur actionem, quæ à cupiditate oritur, ducimus coniectandam, vltroneane, an inuita sit, inuita neutiquam esse videri debet. cur ita, & vnde id? nempe q̃ quæcunque inuiti agimus, coacti faciamus necesse est. Atqui vbi subest

agentibus aliqua neceſſitas, ægrimonia conſequetur. verum ex cupiditate agentes voluptas comitatur. proinde hoc pacto non erit ex cupiditate agere quippiam inuito animo, ſed vltroneo. Cæterum ratio eſt alia, quæ ab incontinentia huic aduerſatur. nemo enim inquiunt, ſponte mala peragit, qui ſciat mala eſſe. verum qui incontinens eſt, ſcit ea eſſe improba. agit tamen, ac ex cupiditate illectus agit: non ergo ſpontaneus: coactus ergo eſt. Hinc porrò eadem nos oppugnabit oratio. nam ſi ex cupiditate, non ex neceſſitate: cupiditatem enim voluptas comes conſequitur. ſed quæ ex voluptate, non poſſis dicere ex neceſſitate. Alioquin non dubium eſt, quin incontinens ſponte incontinentia agat: quandoquidem qui afficiunt iniuria, vltro afficiunt iniuria: atqui incontinentes iniuſti ſunt, atque iniuria afficiunt: incontinens ergo in incontinentiam ſponte delabitur.

*Socratica argumentatio, quæ vltroneum non eſſe dicit.* Cap. XII.

VErum enimuero, inquiunt, ratio aduerſatur, non eſſe vltroneum. Continens ſiquidem laudatur, quòd ſponte quæ ex continentia ſunt agat. at laudatur in eis, quę ſponte fiunt. quòd ſi ex cupiditate vltroneum eſt, quod cupiditati aduerſatur, inuitum erit. ſed continens contra cupiditatem inſurgit: continens ergo non ſpontaneus fuerit continens. verum hoc non videtur: non ergo extra id quod ex cupiditate eſt, voluntarium. Rurſus idem eſt in eis quæ ex furore. eadem nāq; huic (quas de cupiditate diximus) rationes conueniunt, & perinde ambiguitatem faciūt. iræ ſiquidem eſt, quod ad incontinentem continentemq; pertinet. Reſtat ſpecies reſidua appetituum (vt in diſtributione poſuimus) voluntas, vt an ſit ſpontanea, coniectemus. Atqui incontinentes, quatenus impelluntur, eatenus volunt. agunt igitur incontinentes mala, volentes. ſponte nimirum nemo mala agit, vbi ſciat eſſe mala: neq; incontinens mala agit, volens mala agere: non ergo ſponte. Ne quidem igitur voluntas eſt ſpontanea. Hæc plane perimit oratio incontinentiam, & incontinentē. nam ſi nō ſponte, ne quidem vituperabilis. at eſt vituperabilis incontinens, ſponte ergo. voluntas igitur ſpontanea. Cùm ſint itaq; contrariæ quædam rationes magis perſpicuæ, de ſponte differendum eſt.

*De vi.* Cap. XIII.

PRius itaq; de vi, & neceſſitate dicendum fuerit. Vis enim etiam in carentibus anima. ſingulis nāq; inanimatis ſuus eſt locus attributus. igni quidem ſupra, terræ autē infra. eſt nimirū violari, ſurſum lapidem ferri, ignē vero deorſum. eſt etiā animal violari, vt equū recta via decurrentem, præoccupatum vertere aliorſum. Quibuſcunq; igitur exterior eſt cauſa, aliquid contra naturam, aut præterquā volunt faciendi, cogi dicimus facere quæ faciunt. at quibus ipſis ineſt cauſa, hos nequaquam cogi dicimus. Neq; incontinens negauerit ſe malum eſſe, verum à cupiditate agendi mala ſe coactum. Violēti igitur hæc nobis erit definitio, quorum agendi cauſa à qua cogantur, fuerit externa, vis eſt. quorum autem interior ac in ipſis cauſa eſt, nequaquam vis. Violenti definitio.

*De neceſſitate.* Cap. XIIII.

RVrſus de neceſſitate, neceſſarioq; dicendum. Neceſſarium non omnino, neq; in omni dicendum eſt. quemadmodum ſunt quæcunq; cauſa voluptatis agimus. Nam ſi quiſpiam dicat ſe à voluptate coactum quòd amici mulierē vitiarit, fuerit alienū. nec enim in omni neceſſarium eſt, ſed in extrinſecus aduenientibus. vt ſi offendatur quiſpiam, à rerum neceſſitate coactus maius aliud quippiā deuitare. hoc modo in agrum properare coactus ſum, niſi fœdatum velim agrum inuenire. in huiuſmodi itaq; eſt neceſſarium.

*Spontaneum animi ſententia eſſe: & quotuplici ter inuitum dicitur.* Cap. XV.

ATquoniam in nullo eſt impulſu ſpontaneum, reliquum eſt vt ſit ex animi ſententia. Inuitum enim eſt, quod ex neceſſitate, vicq; efficitur: & tertio loco, quod nō fit ex animi ſententia. quod plane ex his quę fiunt, certum eſt. Nam cùm quis aliquem ceciderit, occiderit ue, aut eiuſmodi aliquid effecerit, horum nihil prævidens, eum dicimus inuitum feciſſe: quippe quòd vltroneum in animaduertendo eſſe facile deprehendaſ. Velut olim mulierem aiunt quandam poculum exhibuiſſe cuidam amatorium, dein eo poculo hominem mortuum concidiſſe, eam vero mulierē in Areopagum perfugiſſe. quam præſentem non alia de cauſa liberarunt, quàm quòd non id prævidens effeciſſet. amoris ſiquidem cupiditate obcæcata, in eo fuerat hallucinata. & perinde neutiquam ſpontanea eius poculi amatorij viſa fuerat exhibitio: qñquidē nō eā mēte dederat, vt perderet hoīem. Inde igit in id qd' ex animi ſnia fit, cadit voluntarium.

*De proposito.* Cap. XVI.

RElíquum præterea eſt, vt propoſitum delectumq; conſideremus, ſit ne appetitus, nec ne. Appetitus nanq; in cęteris quoq; gignitur animalibus: propoſitum vero non.

Siquidem



Siquidem cum ratione propoſitū eſt: at ratio nulli alij deputatur animali: non igitur fuerit appetitus. Verum nunquid voluntas? An ne id quidem. voluntas nanq; eorum etiam eſt, quæ fieri nō poſſunt: velut volumus quidem eſſe immortales, at id nobis nō proponimus, deligimusq;. Rurſus propoſitum finis non eſt, ſed ad finem. ſicut nemo proponit ſanescere, ſed quæ ad ſanitatem tendūt proponimus, deambulando, curſitando. at fines volumus. bene enim valere volumus. Hinc certum eſt, non idem eſſe voluntatem et propoſitum. Verum ita habere videtur propoſitū, vt eius eſt appellatio. vt hoc pro illo ponimus, atq; deligimus. ſicut optimum pro deteriore, quod in noſtra ſit optione. & perinde deligi ſuum eſſe videatur. Quòd ſi horum nihil eſt propoſitū, nunquid quod ex animi ſententia, id in propoſito eſt? An ne id quidem. multa enim intelligimus & opinamur ex animi ſententia. Nunquid igitur quæ intelligimus, ea etiam proponimus? An non. ſępe ſiquidem intelligimus de Indis, at nequaquam proponimus atq; deligimus. non ergo mentis ſentētia propoſitum. quoniā igitur horū nihil eſt propoſitum: ſuntq; hæc animæ inſita: aliquorum cōuenientium cocuntiumq; propoſitum eſſe neceſſe eſt. Quoniam igitur eſt, quemadmodū paulo ante memorauimus, bonorum ad finē tendentium delectus, atque propoſitum, non vtiq; finis. Ac eſt eorum quę in noſtra poteſtate ſunt, & eorum quæ nobis diuerſam ingerant ratiocinationem. hoc ne, an hoc deligendum. non dubium quin prius opus ſit ea ipſa intelligere, & in conſilium vocare. Cumq; nobis intelligentibus quod præſtare videatur, tum ad agendum aliquis inſurgat impulſus, id agēdo, ex propoſito agere dicimus. Quòd ſi propoſitum appetitus quidam eſt in conſilium deueniens cum animi ſententia, non eſt ſpontaneum, quod deligibile. ſponte enim agimus multa, antequam intelligamus atque conſultemus. ſicut ſedendo, exurgendo, & id genus alia faciendo, ſpōte qdē, ſed citra intelligentiā. Non ergo ſpontaneū deligibile, ſed deligibile ſpōtaneū. ſi quid enim agere cōſultantes propoſuerimus, ſponte agimus. Exiſtunt vero ex conditoribus legum nonnulli, qui ſpontaneū & ex propoſito definiant, plane neq; diſtinguant: minoresq; ſpontaneis, q̄s à propoſito agētibus mulctas infligant. Eſt igitur propoſitum in eis quæ ſub actionē cadūt, et eis ipſis, in quibus noſtrum ſit agere & non agere, & ita vel non ita, & in quibus propter quid eſt capere. Verum propter quod ſimplex non eſt. In Geometria ſiquidem cū quis dixerit quadratum quatuor rectis æquales habere, & percunctatur propter quid, occurrit, quia etiam triangulum duobus rectis æquales habet. in his igitur ex definito principio ſibi propter quid aſſumpſerunt. At in eis quę ſub actionem cadunt, in quibus eſt propoſitum, non ita. nullum ſiquidem ponitur definitum. ſed ſi quis exquirat, cur hoc feciſti? quoniam nō erat aliter vt facerem: vel quoniam ita mihi ex ipſis euenientibus (qualiacunq; apparuerint eſſe meliora) delectus ſumitur, & ob ea ipſa quamobrem etiam in huiuſmodi eſt conſilium capere, vt expediat. At in ſcientijs nequaquam. nemo ſiquidem quemadmodū ſcribere opus ſit nomen Archiclis, init conſilium: quia quo pacto ſcribendum nomen Archiclis, eſt iam definitum. Mendum igitur nō intelligentia gignitur, ſed in ſcribendi actione poſitum, in quibus certe non eſt in intelligentia error, ne de eis quidem initur cōſilium. ſed in quibus iam vt expedit optimū eſt, inde mēdum procreatur. Atquin eis quæ ſub actionem cadūt, optimum eſt: & in quibus duplex mendum. Delinquimus igitur tam in eis quę ſub actionem cadunt, quàm ex virtutibus. pariter enim virtutem coniectantes, peragnata nobis itinera hallucinamur. eſt ſiquidē in defectu exceſſuq; hallucinatio. in horum vtiq; libet deferimur voluptate & ægrimonia: quandoquidem ex voluptate in mala delabimur, vt ex ægrimonia. honeſta fugitamus.

*De animi ſententia.* Cap. XVII.

RVrſum autem eſt, nō quemadmodum ſenſus, animi ſententia: velut viſu non poterit quicquam aliud quàm videre, non auditu aliud quàm audire. itidem neq; conſultamus, nunquid audiendum auditu, an videndum. at animi ſnia nō huiuſmodi, ſed id & alia poteſt efficere. ob hoc ibi nam exiſtit conſulta ri. Eſt igitur in bonorum delectu, non in fine delictum. huic certe omnes aſtipulantur ſententiæ, vt ſanitatem eſſe bonum. verum quæ ad finem ſunt, velut expediat'ne ſanitati hoc comeſſe, an non. Facit igitur plurimum in his ad hallucinandum voluptas, & ægrimonia. hanc ſiquidē amplectimur, illā vero fugimus.

*Cuius nam rei virtus conſtrix ſit.* Cap. XVIII.

QVoniam igitur diſtribuimus, in quo & quo modo ſit delictū, reliquū eſt vt intueamur cuius nā rei ſit virtus cōſtrix, finis ne, an ad finē: velut honeſtine, an ad honeſtū. Quo pacto ſcientia, vtrū ędificatoriæ ſcientię finis, ſpecioſi proponendi an quæ ad finem ſpectandi. nam ſi hoc, ſpecioſe proponetur, ſicut pulchrā domū efficere. at quæ

ad hoc,non alius quisquam inueniet neq; exhibebit,quàm ędificator.itidem in alijs quoq; omnibus scientijs. Eodem modo igitur in virtute habere videbitur, vt ad finẽ potius ipsius tendat consideratio.recte nimirum proposuerit quæ ad finem sunt, & ex quibus finis consistet.nec quisquam alius exhibebit inuenietq;, quæ ad finẽ expediant.iureq; hoc virtus proposuerit, quibus in rebus optimi principium est vnumquodq; quod efficiat, & proponat. Nihil igitur virtute melius est: quandoquidẽ huius causa etiam sunt alia,atq; ad ipsam principium est.huius causa magis sunt quę ad hoc at finis principio alicui assimulatur,et eius causa est vnum quoduis. verum id erit modo aliquo.perinde certum vt etiam in virtute, quãdoquidem causa est optima,ipsam magis finis esse coniectricem, q̃ eorũ quæ ad finem sunt. Atqui virtutis finis est honestum. honesti ergo magis coniectrix est virtus, quàm ex quibus constet.sunt nẽpe hæc ipsius. At in vniuersum videri potest alienum. quandoquidẽ in pictura si quispiam fortassis egregius fuerit imitator,non tamen laudãdus accedet, nisi optimam imitãdi habuerit intentionem. Virtutis demũ id omnino est sibi honestum proponere. Dixerit quispiam,cur ita, num actionem meliorem esse dixerimus, quàm virtutẽ ipsam: at nunc,non ex quo actio est, id virtuti vtpote honestius attribuimus, sed in quo non est actio cita. Atqui nunc hoc dicimus, habitu actionem esse meliorem. Alij nanque probum inspicientes, ab actione dijudicant, quòd nõ possint cuiusliber quomodo habeat iudicare propositum. nam si foret singulorũ nosse sententiam, qualis erga honestatem esset, etiã citra actionem probus esse videri potuerat. Deniq; quoniam affectuum quasdam recensuimus medietates, circa quos affectus versentur,hinc nobis dicendum est.

Dubium.

Solutio.

*De fortitudine,& forti.* Cap. XIX.

CVm igitur sit fortitudo circa audaciam ac metum, considerandum fuerit circa cuiusmodi metus atq; audacias. Nunquid igitur si quispiã metuat ne rem disperdat suã, is timidus: sin circa hęc sit audax, fortis? An nõ. itidem si quis formidat solũ, aut audeat, neq; meticulosum fatendum est esse metuentem, neque fortem non metuentem.non igitur in eiusmodi metibus & audacijs fuerit fortitudo. At ne quidem i talibus, cuiusmodi si quis tonitrus & fulmina non metuat, vel quiduis aliud supra hominem horrendum fuerit,non iam fortis, sed furens. In metibus itaq; & audacijs humanis est fortitudo, in eis, inquam, quę ceteri mętuant,aut omnes. in quibus qui audeat,fuerit fortis. His itaq; definitis constituendum fuerit (quandoquidem multis in rebus fortes dici possunt) qualis sit fortis. Est enim ab experiẽtia fortis aliqs, velut milites. isti siquidem ab experientia didicerunt in huiusmodiloco,vel huiusmodi tempore, vel rebus ita habentibus, fieri non posse vt malum subeant. & perinde qui hæc nouerit, & ea de causa ingruentes hostes sustinuerit, non fortis.nam si horum nihil extiterit, non toleraue rit. Proinde ab experientia fortes dicendi nõ sunt.Neq; Socrates recte aiebat fortitudinem esse scientiam. quandoquidem ex consuetudine scientia capiens experientiam efficitur scientia: at ab experientia tolerãtes neutiquã fatemur, planeq; negamus fortes esse:nõ igitur fortitudo fuerit sciẽtia.Rursus sunt quoq; fortes ab experientiæ contrario. inexperti siquidem eorum quæ eueniãt, ab ea rerum nulla experiẽtia sunt intrepidi.& ne hos quidem fortes esse dixerim. Sunt porrò qui fortes à perturbationibus existimentur: velut amantes,aut lymphatici.at ne hos quidem fortes dicere oportet: quandoquidem si ab ipsis affectus auferatur,non erunt amplius fortes.fortem siquidem perpetuo fortem esse oportet. & perinde ne feræ quidem,vt sues,dici fortes possunt, quòd succumbant ingemantq; percussæ,neq; fortem ob perturbationem dicere conuenit. Est vicissim fortitudo alia, quæ ciuilis existimatur. velut si qui ciuium pudore offusi, tolerent pericula, vt fortes existimentur. quemadmodum verbi causa Homerus Hectora dicentem inducit:

Polydamas vereor me carpat ĩ agmĩe prím⁹.

ideo pugnandum esse existimat. At ne quidem hæc dicenda fortitudo. in istorum enim singulis eadem congruet definitio. quo nãq; ablato nõ perdurat fortitudo, efficere fortem non potest:vt si pudorem, vnde fortis erat,abstuleris. Sunt item & aliter fortes existimati ob spem, boniq; expectationem. at ne hos quidem dicere fortes possis. quandoquidem tales ac in talibus fortes dicere,videbitur alienum. proinde in nullis huiusmodi fortitudo collocanda est.qualis igitur & quisnam fortis sit,hinc cõsiderandũ. Ac vt paucis absoluam, qui nulla iam supradicta causa fortis est, verũ quod id honestum esse censeat,idq; faciat,seu aliqua,seu nulla oblata fuerit occasio. Neque tamen prorsus citra perturbationem impulsumq; gignitur fortitudo.expedit vero impulsum habere rationẽ, honesti causa, ad intrepide periclitandum.qui hoc modo,is erit fortis:et circa hæc fortitudo. Nec vero intrepidos

Fortis non vere plurimis modis.

Fortis vere quis dicatur



dos esse oportet,ita vt cùm forti fuerit occursum, in totum nihil metuatur. nec enim talis fortis,cui prorsus nihil est horrendũ.ita nanq; etiam lapis, & reliqua inanima fuerint fortia. Cæterum metuendum quidem, sed toleradum.nam si nihil metuẽs toleret, neutiquam fortis: item (vt etiam pauloante de metu atq; periculo diximus) non omne,sed essentia quadam delectum intelligimus.Neq; item in fortuito,& quouis tempore:verum in quo et metus,& plura imminent pericula. nã si quis decimo post anno futurum non metuerit periculum, quonam pacto fortis? sunt enim, q̃ longe absint, fiducia pleni: qui si fuerint proximi,moriantur metu.Hæc deniq; fortitudo, & hic fortis.

*De temperantia,& temperante.* Cap. XX.

TEmperantia est intemperãtię & incommobilitatis circa voluptates medietas, Nam temperãtia, ac prorsus virtus omnis habitus est optimus. at optimus habitus optimi est:optimũ vero inter excessum defectumq; medium.quandoquidem vtrinq; prominent vituperandi,tam excessu quàm defectu.Proinde si optimum medium:& temperantia inter intemperãtiam & incommobilitatem est quædam medietas:horum itaq; fuerit quædã medietas temperantia, quæ circa voluptates & ægrimonias versatur. Non tamen omnes, & quæ circa omnia. Neq; enim si quispiam picturæ aut statuę vel huiusmodi alterius oblectetur aspectu,erit iam intemperans.similiter ne quidem audiendo,aut olfaciẽdo, sed in eis voluptatibus quæ in tactu sint & gustu.Neq; temperãs circa eiusmodi, vt à nulla tali capiatur voluptate:nam tum incõmobilis,planeq; sensu carens fuerit.verũ qui oblectetur,& nõ agatur in ipsorũ excessum.ita truens, ne quid faciat operosum:totusq; agendo ab honestate pendeat,non agendo quicquam nisi modeste.nam quicunq; ab excessu talium voluptatum abstinuerit,vel metus vel cuiuspiam alterius rei causa,temperans non est. Neq; enim cætera animalia, præter hominem, dicimus temperantia,quòd ab ipsis ratio absit,qua honestum deligimus.omnis siquidem virtus honesti est, & ad honestum tendit. Proinde erit temperantia circa voluptates & ægrimonias, easq; in tactu gustuq; progenitas. Demũ consequens est vt de mansuetudine dicamus, & quid,& in quibus sit.

*De mansuetudine,& mansueto.* Cap. XXI.

MAnsuetudo igitur est inter iracundiã & iracundiæ cessationem. In totumq; existimantur virtutes medietates esse. Quòd autem sint medietates, hinc facile quis dixerit.Nam si quod optimũ, in medietate est collocatũ:estq; virtus habitus optimus, atq; optimum est virtus: ergo sit medium necesse est. Quod sanè certum, singula considerantibus. Nam quia iracundus est, qui vsquequaq; & plurimum excandescit,ac eiusmodi sub reprehensionem cadens.nec decet vsquequaq; excãdescere omnibus, & omnino semper. neq; contra ita habere, vt cuiquam nunquam. is nanq; incommobilis sub reprehensionem cadit.Cùm igitur tam is qui ad excessum, quàm qui ad defectum pertenit, sub reprehensionẽ cadat:qui horum medius fuerit, mãsuetus ac laudabilis.Neq; enim ab ira deficiens, neque item excedens in ipsa, laudabilis. sed qui mediocriter in his habet, is mansuetus: harumq; perturbationum medietas mansuetudo.

*De liberalitate,liberali, et eorum extremis:ac de pluribus auaritiæ speciebus.* Cap. XXII.

LIberalitas autem est inter prodigalitatem & auaritiam medietas collocata.versantur autem huiusmodi perturbationes circa pecunias.Prodigus nanq; est, qui vbi non decet impendit, & plura quàm deceat. & cùm minime decet. At auarus,ei contrarius non impendit vbi decet,& quantum decuerit,et quando decuerit.Vtriq; sub reprehensionem cadunt: vnus quidem deficiendo, alter vero excedendo. Liberalis ergo quandoquidem laudabilis est,medium inter hos tenet locum. quis nam demum? nempe qui vbi decet,et quãtum decet impendit.Sunt autem plures auaritiæ species:sicut eorum quos nugiuendulos appellamus,cuminiq; emptores, necnon turpilucri, & paruiloqui, qui omnes auaritię sue cũbunt. Malum nanque multiplex: at bonum solistimum.Quemadmodum sanitas quidem simplex, sed multiformis morbus. itidem virtus simplex, cùm sit vitium tamen multiforme. cunctiq siquidem memorati, ob pecuniam sub vituperationem cadunt.Vtrum igitur liberalis est pecuniam nancisci, & comparare? An nõ.neq; enim vllius alterius est virtutis.Nam neq; fortitudinis est arma fabricare, sed alterius: verum ipsius est accipere,eisq; recte vti. Idem de temperantia, cæterisq; dicendum.at ne quidẽ liberalitatis,sed pecuniã incutientis.

*De magnanimitate,magnanimo,& eorum extremis.* Cap. XXIII.

MAgnanimitas est insolentiæ et pusillanimitatis medietas. & circa honorem inhonorantiamq; versatur: & honorem qui-

dem non à multis, ſed à probis attributũ, qui ei præcipue conueniat. Probi nanq; periti iudices recte honorabunt. Honorari itaq; ſe, qui dignus honore fuerit, potius volet ab his, qui ipſum cognouerit. neq; enim de omni honore fuerit, ſed optimo magnanimitas, honorabile bonum, & ordinem obtinens principatus. Iure igitur deſpecti & improbi, magnis rebus ſe dignos opinati, ac ſubinde honorandos, dicũtur inſolentes. qui vero ſeſe ſummittunt, & magis quàm par eſt abijciunt, puſillanimi. Horum igitur medius, qui non ſe ita abijcit vt minore quã ſit par honore velit honeſtari, neq; rurſum maiore quã deceat, neq; omni, is demum eſt magnanimus. Et proide certum eſt, magnanimitatem eſſe inſolentiæ & puſillanimitatis medietatem.

*De magnificentia, magnanimo, & eorum extremis.* Cap. XXIIII.

MAgnificentia eſt iactationis & vilitatis medietas. verſatur autem magnificentia circa ſumptus, quos magnificũ facere par eſt. Quicunq; igitur, vbi non expedit, ſumptũ facit, glorioſus iactabundusq; eſt. vt ſi quis ſodales ita epulo accipiat, ac ſi nuptias faciat, is glorioſus. talis nanq; eſt, q quo tpe non expedit, ſuã idicat affluẽtiã. Huic cõtrarius eſt vilis. q vbi oportet, magnifice nõ impẽdit. nec facit vt nuptiarũ dignitas expoſtulat ſumptũ, ſed ibi deeſt. is nimirũ vilis. At magnificentia vel ex ipſo noie nobis põt qualis ſit innoteſcere. opportuno nãq; tẽpore magnifice factum, recte magnificentiæ nomen aſſequetur. Magnificentia igitur fuerit, quandoquidẽ laudabilis eſt inter exceſſum defectumq; circa ſumptus idoneos quædam medietas. Sunt & nonnulli plures magnificentiæ exiſtimatæ: velut dicentibus, magnifice ſeſe infert. & huiuſmodi aliæ magnificentiæ, non propriæ, ſed à tranſlatione nomen inuenientes. Nec enim in illis magnificentia, ſed in eis quæ diximus.

*De indignatione, indignabundo, & eorum extremis.* Cap. XXV.

INdignatio eſt inuidentiæ & maleuolentiæ medietas. ambæ enim iſtæ ſub vituperationem cadunt. at indignabũdus laudabilis. Eſt autem indignatio, quędam ægrimonia de bonis, quæ indigno alicui aliquo pacto euenerunt. Indignabundus, qui in huiuſmodi triſtatur. idemq; rurſus triſtetur, ſi quem viderit indigne malis afflictatum. ac demum indignatio, & indignabundus talis. Cui contrarius eſt inuidens. quippe qui triſtabitur, cùm quempiam prorſus, ſiue dignum ſiue indignum bene agere viderit, cui ſimiliter maleuolus præeſt, quippe qui lætatur quòd quis male agat, ſiue dignus, ſiue indignus ſit. Nec indignabũdus giuſmodi: verum inter hos medius.

*De grauitate, graui, & eorum extremis.* Cap. XXVI.

GRauitas eſt inter moroſitatem et delectationem medium, quę circa conuerſationes. Moroſus nanque eſt eiuſmodi, vt nullius conuerſatione aut colloquio capiatur ſed (vt nomen ipſius indicat) à ſuo more. nam moroſus quaſi aliorum mores improbãs ſibiq; placẽs, eſt nominatus. Delectator autem talis, vt omnium velit habere conuerſationem, & omnino, & omnifariam. horum neuter laudabilis. At grauis in medio iſtorũ laudabilis. neq; enim erga omnes, ſed erga meritos. non erga neminem, ſed erga hos ipſos conſueſcit.

*De verecundia, verecundo, & eorum extremis.* Cap. XXVII.

VErecũdia eſt inter impudentiam & ſuporem medietas, in actionibus colloquijsq; conſtituta. Impudens eſt, qui vbiq;, & in omnes loquitur, & omnia vtcunq; euenerint. At ſtupidus ſeu attonitus, huic cõtrarius. et cũcta et cũctos veritus, tã agendo quã dicẽdo. ſolertiæ enim expers talis eſt, qui in cunctis obſtupeſcit. At verecundia & verecundus inter hæc medium tenet locũ. neq; enim cuncta, & omnino (vt impudens) & dicit & agit: neq; porro (vt attonitus) in omni & omnino trepidabit: verum aget loqueturq;, vbi, & quæ, & quando expediat.

*De urbanitate, urbano, & eorum extremis.* Cap. XXVIII.

VRbanitas eſt ſcurrilitatis & ruſticitatis medietas: in ſalibusq; cõmittitur. Scurra ſiquidem eſt, qui cũcta, & omnino inceſſendum eſſe exiſtimat. Ruſticus vero, qui neq; in ceſſere vult, neq; recte inceſſum iri exiſtimat, ſed excandeſcit. Vrbanus, qui inter hos medius, neq; omnes, neq; omnino iceſſens. neq; item ipſe agreſtis, ac durus. At erit duobus ſe rè modis vrbanus. nam et moderate inceſſere percalluerit, & aliorum iaculationem tolerabit. Ita nimirum vrbanus atq; vrbanitas.

*De amicitia, amico, & eorum extremis.* Cap. XXIX.

AMicitia inter aſſentationem & inimicitiã medietas, in actione ſermoneq; verſatur. Aſſentator nãq; eſt, qui plura quàm ſit par, adſintq; cuipiã, arrogat. At infenſus, inimicus, qui derogat etiam quæ adſunt. quorũ neuter iure laudandus accedit. Inter quos medius



ius eſt amicus. quippe qui nec plura præſentibus cuiquam aſtruit, neq; quæ minime conueniãt laudauerit, neq; ecõtrario imminuet, neq; omnino aduerſabitur, præterquàm exiſtimetur tribuendum. Hmõi igitẽ eſt amicus.

*De veritate, vero, & eorũ extremis.* Cap. XXX.

VEritas inter diſſimulationem & iactationem in oratione verſatẽ, non omni. Gloriоſus nimirum eſt, qui plura q̃ adſint ſibi arrogat, aut ſcire fingit quæ non nouerit. Huic contrarius diſſimulator, pauciora & minora eſſe ſua ſimulans: quæq; nouit diffitetur, occultatq; quæ cognoſcit. Neutrum horum facit verus. neq; enim plura, neq; pauciora q̃ quæ ſibi affuerint, cõfinget: ſed ea demum & eſſe ſibi & ſcire dicet, quæ teneat. Sint deniq; hæ ipſæ virtutes, an ſecus, alia fuerit conſideratio. At q medietates iam memoratorum, hinc certum eſt, q qui ad hæc viuunt, laudibus exornantur.

*De vſtitia, & iuſto, & eorum oppoſitis.* Cap. XXXI.

COnſequitur vt iam de iuſtitia dicamus, quid ſit, & in q̃bus, & circa quæ: ſi prius tamen quid ſit iuſtum expoſuerimus. Eſt ſanè iuſtum duplex. vnum quidem ex lege. iuſta ſiquidem perhibent, quæ lex iubet. at lex fortia & tẽperata nos facere iubet, prorſusq; cuncta quæ ex virtutibus ducũtur. Et perinde iuſtitiam, perfectam quandam eſſe virtutem dicunt. nam ſi iuſta ſunt quæ lex facere præſcribit: lex autem quæ ex omnibus virtutibus ſunt mãdat: qui igitur ex lege iuſtis obtemperat, perfectam nanciſcitur probitatem. proinde iuſtus & iuſtitia, virtus quædam pfecta eſt. vnum itaq; quoddam iuſtum in his, & circa hæc. Verum enimuero non id iuſtum, neq; circa hæc perueſtigamus iuſtitiam. hoc nanq; modo iuſta, quatenus per ſeſe à iuſto ſunt. nam temperans & fortis & continens, per ſeſe eſt eiuſmodi. Sed iuſtũ indagamus, quod ad alterum refertur, aliud ſanè q̃ quod dictum eſt ex lege iuſtum. nam nõ eſt per ſeſe eſſe iuſtum, quod in aduerſus alterum iuſtis comperitur. id nimirum eſt, quod quærimus iuſtum, ac circa hoc iuſtitiam. Quod agitur in alterum iuſtum (vt paucis abſoluam) æquale eſt: nam iniuſtum inæquale. cùm enim bonorum maiora ſibi aſciuerint, malorum vero minora admiſerint, id inęquale. & hoc modo iniuſtum, & afficere iniuria opinamur. Non dubium igitur cùm ſit iniuria in rebus inęqualibus, quin iuſtitia & iuſtum in fœderũ æqualitate collocetur. Proinde certũ eſt iuſtitiã medietatem quandam eſſe inter exceſſum atq; defectum, & multum & paucum. Cùm enim iniuſtus afficiendo iniuria plus habet, & affectus iniuria in afficiendo iniuria minus, tum horum medium iuſtum fuerit. atqui medium æquale eſt: ergo æquale pluris & paucioris fuerit iuſtum, iuſtusq; qui æquale volet. ſed æquale in duobus ſaltem conficitur: ergo in alterum æquale eſſe, iuſtum eſt. talis demum fuerit iuſtus. Cùm igitur iuſtitia in iuſto & in æquali, & in medietate: iuſtum quidẽ, in quibuſdam iuſtum dicatur, æquale vero in quibuſdam æquale, nec non medium in quibuſdam mediũ: erit iuſtitia & iuſtum erga quoſdam, & in quibuſdam. Quoniã igitur iuſtum æquale eſt, & huic proportionale, æquale iuſtum fuerit. Atqui proportionale in quatuor nihilo minus perficitur. nam quẽadmodum A ad B, ita C ad D. Sicut ꝓportionale eſt, vt qui multa poſſideat, pferat multa: ita qui pauca poſſideat, pauca proferat. rurſus eodẽ modo qui plurimũ allaboret, plurima capiat: qui vero parum laboret, parum capiat. vt autem laborans ad non laborãtem habuerit, ita plurima ad pauca. vt vero laborans ad plurima, ita non laborans ad pauca. Viſus ſanè eſt in libris de Republi. Plato vti eiuſmodi de iuſto proportione. Agricola enim (inquit) cibum parat, ædificator vero domum. vt textor veſtem, ita calceolarius calceum. agricola igitur ædificatori cibum ſuggerit, & ædificator agricolæ domum. Ita & eodem modo cæteri omnes habent, & perinde quæ apud ſe, pmutant in ea quæ apud alios. eſt nanq; huiuſmodi proportio. nam vt agricola calceolario & textori, etiam alijs omnibus eadem inuicem inter ipſos eſt proportio, quę continet totam Rempub. atq; comprehendit: vt liceat nobis intueri iuſtum proportionale eſſe: ſiquidem continet iuſtum Reſpub. idemq; eſt iuſtum quod proportionale. At quoniam ædificator ſuo opere plura meret q̃ calceolarius præſtet, difficile quoq; eſt rependi cõtra à calceolario aduerſus ædificatorẽ, neq; enim pro calceis par fuerit domum capere: hinc iam cenſuerunt, quo hæc omnia venalia ſint, argẽto vti, quod numiſma vocant. vt pro dignitate cuiuslibet fiat inter ipſos inuicem contrahentes pmutatio, quæ ciuilem cõmunicationem contineat. Cùm igitur in his & quæ proxime dicta ſunt, iuſtum ſit, erit iuſtitia circa hęc, cum delectu ex habitu impulſum nacta. Fit vero etiam iuſtum ex altera parte reſpõdens, non tamen vt aiebant Pythagorici, ratu nãq; illi ſunt iuſtum eſſe, vbi quæ quis effecerit, eadem eſſent talionis vice ferenda. quod ergo oẽs nõ eſt idem. Neq; enim iuſtum eadẽ feruo aduerſus ingenuum ferre. quandoquidem

Iuſtum duplex.

Numiſma.

fieri ius

si seruus ingenuum ceciderit, iustum non sit ex altera parte tantum cædi, sed impensius. iustumq; est in proportione contra respondendi. nam quemamodum ingenuus aduersus seruũ melius habet, ita respondere factis aduersum qui fecerit. Itidem etiam ingenuo aduersus ingenuum erit. nec enim iustum est vt qui oculum eruerit, ei tantum talionis pœna infligatur, sed multo plura ferat ꝓportionis consecutione. quãdoquidem & cœpit prior, & affecit iniuria. Atqui vtrinq; illata iniuria est. & perinde ꝓportionale est vt ob iniurias etiã plura ferat, q̃ fecerit, id iusti exigit ratio. Verum quoniam multis modis iustum dicitur, definiendum fuerit de quonam demum iusto sit nobis disceptatio. Est nimirũ (vt perhibent) iustum seruo aduersus dominum, et filio aduersus patrẽ. in quibus æquiuoco nomine iustum ciuile dici videbatur. Est nãq; iustum (de quo nunc loquimur) ciuile iustum. id propemodum in ipsa æqualitate positum: cõmunicantes nanq; ciuiles nonnulli, natura quidem consimiles esse volunt, alij vero more. At filio erga patrem, & seruo erga dominum ius vllum non esse videbitur. neq; enim puero meo aduersum me, neq; manui, neq; itidem alicui membro. similiter igitur habere videbitur & filius erga patrem. nam quemadmodum membrum patris est filius, nisi iã virilem induerit ætatem, qua ab ipso seperetur: tum enim in similitudine & æqualitate est patri: sed ciuibus huiusmodi esse licet: eadem de causa, ne quidẽ vernæ erga dominum, est iustum. domini nanq; quiddam est verna. cæterum si modo ei iustum sit aliquod id iustũ erga ipsum fuerit domesticum, quod in præsentia minime indagamus, sed ciuile. sigdem in similitudine & æqualitate ciuile iustum videri debet. Præterea in mulieris & viri cõmunicatione iustum est, ferè quod ciuile iustũ. deterius nanq; est mulier viro, sed quiddam magis domesticum, & quodã modo magis æqualitatis particeps. & perinde ipsorum vita cõmunicationis ferè ciuilis est. proinde iustum etiam mulieri erga virum præcipuum quodammodo iam præ aliis ciuile est. Quoniam igitur iustum est, quod in ciuili cõmunicatione positum, tam iustitia, q̃ iustus circa ciuile iustum erit. Sed iustorum quædam natura, quædam lege sunt. Verum arbitrari ita oportet, ne putemus nunquam excidere quæ natura sunt, quę sanè etiam mutationẽ subeunt. vt, inquam, si iaculari omnes semper sinistra annitamur, euademus scæuæ. atqui à natura sinistra est, at dextra minus nihilo à natura puora sunt sinistris, tametsi cũcta sinistra, sicut

De quo iusto sit disceptatio.

& dextra facimus. neq; quod intercidant, ob hoc à natura nõ sunt. verum si vt plurimum diutiusq; ita permanẽt, & sinistra est sinistra, & dextra dextra, id quod à natura est. Idem in à natura iustis, si nostro vsu immutentur, ob hoc non à natura iusta non fuerint, imo equidem fuerint. nam quod vt plurimum perdurat, id propalam iustum à natura est: quod vero nos constituamus, legeq; sciscamus, id certe iustum atq; etiam ex lege iustum nuncupamus. præstat igitur iustum quod à natura est, illi quod ex lege. Cæterum quod indagamus, iustum ciuile est. atqui ciuile, non natura, sed, lege est. Sed iniustum & iniuria, neutiquam idem prorsus ducendum est. siquidem iniustum lege definit: veluti deposito quẽquam fraudare, iniustũ sit. at iniuria, vbi iniuste aliquid perpetretur. Itidem porro iustum, ac (vt ita loquar) iustificatio, non est idem. nam iustum lege definitum est, cùm sit iustificatio, iusta causa faciendi. Quando igitur iustum, & quando non? nempe (vt paucis absoluam) cũ dedita opera & spõte quis peregerit (quid sponte sit paulo ante nobis dictum est) & q̃ consulto, & in quem, & cui, & qua de causa, is iusta peragit. Itidem ac similiter erit etiã iustus, qui consulto, & in quem, & cui, & cuius causa deliquerit. At cùm horũ nihil consulto, iniusti tamen quippiam cõmiserit, tum demũ iniustus non est, sed infortunatus. nam si patrem occiderit, se hostem ratus occidere, iniustum quidem cõmisit: & cũ neminem affecerit iniuria, egit tñ infeliciter. Quoniã igitur non afficere iniuria, vbi iniusta peraguntur, id est in ignorando positũ, hoc pauloante differuimus, cùm neutiquã consulto quenquam offendit, neq; cui, neq; qua de causa factum est, definienda quoq; videtur ignorantia: quo nam pacto per ignorãtiam quem lędit, non afficit iniuria. Sit nimirum hæc diffinitio. Quandocunq; perpetrandi aliquid absoluta fuerit ignorantia, id non fit cõsulto, & perinde ne quidem afficit iniuria. at cùm ipse suæ causa fuerit ignorantię, ꝓpetrariq; quippiam ex ignorantia, cuius ipse extiterit causa, is planè afficit iniuria, ac eiusmodi iure crimi-
nis arguetur. velut in ebrijs euenit. vino nãq; mersi, si quid mali perpetrarint, sine controuersia afferunt iniuriam. quandoquidem ipsi sibi eius ignorãtiæ causa extiterunt. par enim fuit, ne tantum proluerent, vt ignorantes cęderent patrem. Idem in alijs est ignorantijs, quæ ex ipsis gignuntur facientibus: vt qui per ipsas inferant iniuriam, sint iniusti. Quorum autem non ipsi sunt causa, sed ignorantia, vt delinquant, neutiquam iniusti. est enimuero,

Quo pacto nõ afficit iniuria qui ex ignorãtia lędit.

eiusmodi



eiusmodi ignorãtia naturalis, velut nescij infantes patres cædunt. Hæc nimirum naturalis insciția non facit, vt ab actione infantes dicantur iniusti. ipsa siquidem hæc faciẽdi causa, est insciția: neq; ipsi suæ sunt causa insciitiæ: ideo ne quidem iniusti dicuntur. Verum de ferenda iniuria vt dicam, vtrum qui afficitur iniuria sponte afficitur? An non. iusta nanq; & iniusta sponte agimus. at non sponte afficimur iniuria. cruciatus siquidẽ deuitamus. & perinde non dubium, quin non sponte afficiamur iniuria, quòd vltro nemo lędi sufferat. nam affici iniuria, nonne est offendi? est ita. Cæterum sunt quibus licuit æquale assequi, idq; alijs concedunt: quod si æquale consequi iustum fuit, & minus habere iniuria affici, sponteq; minus habet: sponte ergo ait, qs afficitur iniuria. Verũ manifestum hinc porro est, q̃ ne sponte quidem. nam cũcti qui minus consequuntur, illius vice nanciscunt aut honorem, aut laudem, aut gloriam, aut amicitiam, aut aliud id genus. Verum qui vicem alicuius subit, cuiq; rependitur pro eo quod amittit, neutiquã afficitur iniuria. quòd si iniuria non afficitur, ne quidem sponte ergo. Rursus qui minus assequuntur, & quatenus æquale non accipiunt, affecti iniuria, ijdẽ nobilitati, & exornati hac de causa euadũt, quòd dicant æquale mihi capere licuit, at noluit. cessi equidem seniori, aut amico. Atqui affectus iniuria exornatur nemo. quòd si in illatis iniurijs nulla exornatio est, & in his exornãtur dejecti, hoc modo prorsus affecti nõ fuerint iniuria. quòd si iniuriæ non subijciuntur, ne quidem sponte afficiuntur iniuria. Interim in huiusmodi oratione cõtrouersari videmur incontinentibus. quandoquidem incontinẽs nequiter agendo, se offendit, idq; sponte facit. cõsulto igitur sese ipse lædit. proinde sponte ipse à sese afficitur iniuria. Cæterũ hic proposita definitio hanc prępediet rationem. Est autem definitio, neminem velle affici iniuria. at incõtinens, volens incõtinenter agit: proinde si ipse se afficit iniuria: vult ergo mala sibi ifligere. at qui vult nemo affici iniuria: proinde ne incõtinens quidẽ ipse sese spõte afferit iniuria. Cæterũ hinc fortassis ambigat quispiã, nunqd accidat, vt sibi qsquã inferat iniuriã. in incontinentẽ siqdẽ insecta cõsideratione videatur cõtingere, hoc nẽpe modo, si quæ agẽda lex iubet, ea sunt iusta, qui nõ agit ea, iniuste facit. ac si erga quẽ agendũ iubeat, neutiquã erga eũdẽ id egerit, ipsum afficit iniuria. Lex certe temperantem esse iubet, rem suam non oblimare, corpus procurare, ac id genus alia. qui ergo hęc non peragit, se afficit iniuria: quãdoquidem erga alium neminem, talium est affectio iniuriarum. Atqui hęc nunquam vera extiterint, vt contingat se quempiam afficere iniuria. Contingere enim qui potest, vt eodem tempore plus quispiam habeat & minus, vt simul sponte & inuito agat quicquam. siquidem qui afficit iniuria, quatenus afficit, plus admittit: iniuria affectus, quatenus afficitur, minus. q̃ si ipse sibi infert iniuriã, contigerit vt per idẽ tempus plus idẽ habeat, & minus. verũ hoc fieri non potest: non ergo se quispiã affecerit iniuria. Rursus qui afficit iniuria, sponte facit iniuriã. at affectus iniuria, inuitus fert iniuriã. proinde si cõtingat se quẽpiam afficere iniuria, cõtigerit simul & inuito & sponte quicquam agere. id aũt fieri non potest: ne quidẽ igitur ita contigerit, sibi quẽquam inferre iniuriam. Rursus si cõsiderauerit quispiã particulares iniurias, nemo sit qui non faciat iniuriã: aut deposito fraudãdo, aut adulterium cõmittendo, aut furando, aut aliquod eiusmodi iniurię genus particulatim admittendo. nec tñ quispiam se vnquã deposito fraudauit, neq; suã adulterio vitiauit vxorem, neq; sibi furatus est. q̃ si in hmõi est affi-
cere iniuria, neq; cõtingit horum quicquam aduersum se facere iniuriã. Sin secus, ea non fuerit ciuilis iniuria, sed domus administratio
nis, planeq; familiaris. anima siquidẽ in plures distributa partes, vnã habet suam qdem deteriorem, alterã vero meliorem. proinde si quid in anima procreetur iniuriarum, id partium aduersum se inuicem est. Familiarẽ porro iniuriam distribuimus in deteriorẽ ac meliorem, vt fiat aduersum se iustũ, & iniustum. verum id nos non coniectamus, sed ciuile. & perinde in id genus iniurijs, quas nos demũ perueștigamus, neutiquã contingit vt se quisquam afficiat iniuria. At insuper vter afficit iniuria, & in vtro iniuria est? in eo ne, qui vtcunq; iniuste possideat, an iudicãte atq; distribuẽte, veluti in certaminibus? enimuero qui præmium à præside atq; hæc iudicante accepit, non ipse facit iniuria, tametsi ei iniuste tributum est. sed qui tulit iudicium, maleq; attribuit, is affecit iniuria. Estq; vbi idẽ afficiat iniuria, & vbi non. nam quatenus vere, & vt iusti natura postulabat, non iudicauit, catenus affecit iniuria. quatenus vero eidem iustũ esse visum est, neutiquam affecit iniuria.

An accidat, vt sibi quisquã inferat iniuriam.

### *De duplici animæ rationalis partibus: et quo pacto à se inuicẽ distinguantur.* Cap. XXXII.

QVoniam autẽ de virtutibus, & quę sint, & in quibus, & circa quæ, iam dictum est, de singulisq;, quemad-

modum

modũ ſi recta agamus ratione, ſit optimum. ita nimirum ex recta ratione agere dicendo, eſt. vt ſi quis dixerit ſanitatem fieri optimam, ſalubria exhibẽdo, id vtiq; minus apertum, & perinde aperito mihi quæ ſint ſalubria. idem valet in ratione, & tam quid ſit ratio, q̃ quę ſit recta ratio nolle: fermè fuerit neceſſarũ, primum in quo ratio gignitur conſiderare. Paucis equidẽ de anima antea locuti, diximus animæ partem eſſe, quę habeat rationem. Ea, inquam, pars vna animæ habens rationem, in duas eſt partes diſtributa. quarum vna qdem conſultatrix, altera autem ſciẽtiæ indagatrix. quę q̃ inter ſe inuicem diſtinguantur, ex ſubiectis facile fuerit intueri. Nam quemadmodum inter ſe inuicem differũt colores, & ſuccus, & ſonus, & odor, itidem alios ipſis ſenſus natura accõmodauit. ſonũ nanq; auditu, ſuccum guſtu cognoſcimus, & colorem viſu: ſimiliter cætera eodẽ modo expedit coniectare. Quòd porro alia ſint ſubiecta, alias quoq; eſſe animæ partes manifeſtum eſt. quibus illa cognoſcimus: aliud ſiquidem intellectile eſt, & ſenſile aliud. atq; ſubiecta illa, aia deprehendimus: alia ergo pars fuerit quæ circa ſenſilia, & alia quæ circa intellectilia. conſultatrix autem circa ſenſilia in motuq; verſat, atq; prorſus circa omnia quæ in ortu interituq; ſunt. nã conſultamus de eis quæ in noſtra ſunt poteſtate, agendi ac non agẽdi delectu, circa quę conſilium ac propoſitum eſt agendi. hæc nimirum ſenſilia, in motuq; ad permutandum. proinde pars animæ ex ratione propoſitrix atq; delectrix, ſenſilis.

*De ueritate, & iis quibus ipſam coniectamus.* Cap. XXXIII.

His itaq; definitis, deinceps de veritate dicendum fuerit: quoniam de ipſa nobis eſt ſermo: vtq; verum habeat coniectemus. Eſt profecto ſcientia, prudentia, mens, ſapientia, exiſtimatio. & circa igitur aliquid vnumquodq; iſtorum eſt. Scięntia igitur eſt circa id, quod ſub ſcientiam cadit: quod cum demonſtratione ac ratione eſt explicatum. Prudẽtia vero, circa ea quæ ſub actionẽ cadunt, in quibus delectus euitatioq;, & in nobis agere ac non agere eſt. Nimirum facientium & agentium nõ idem facile & acile. nam facilium, præter facturam finis ſupereſt alius, ſicut domificatiuæ præter edificationem (cùm ſit domus effectrix) ipſius finis, præter facturã, domus eſt itidem in ſpithama (ita enim nobis libet appellare quum tectonicã (Græci vocãt) aliſq; facturis. At in eis quę ſub actionem cadunt (practica vocat Græci) præter actionem, nullus eſt alius finis. vt præter citharę modulatum finis non eſt alius: ſed id eſt finis, exercitium & actio. circa actionem itaq;, & quæ in agẽdo poſita ſunt, prudẽtia. Circa facturam, & quæ in faciendo poſita ſunt ars: ſiquidem in faciendo potius q̃ agendo, eſt artem exercere. proinde fuerit prudentia, deligendi & agendi, quæ in noſtra ſunt poteſtate, habitus, tendẽte ad commodum ipſa quoq; actione. Prudentia autem virtus eſt, non (vt facile eſt intueri) ſcientia. laudandi ſiquidem ſunt prudentes: at laus virtutis. Item ſcientiæ qdem omnis virtus eſt. at prudentiæ virtus nõ eſt: ſed vt apparet, idipſum quiddam virtus eſt. Mens porro eſt circa principia intellectilium: ſcientia enim eorum quæ ſunt cum demonſtratione. atqui principia ſunt indemonſtrabilia: & perinde non circa principia ſcientia eſt, ſed mens. Sapientia porro ex ſcientia mẽteq; conſtituitur. eſt nãq; ſapientia circa principia, ipſa quoq; mentis particeps. at quatenus circa ea quæ poſt principia ſunt cum demõſtratione, ſcientiæ eſt particeps. & perinde nõ dubium, quin ſapientia ex mente ſcientiaq; confletur. proinde circa ea verſabitur, circa quæ mẽs atq; ſciẽtia. Exiſtimatio eſt, qua in omnibus ferimur ancipites, eá ne ita, an ſecus. Sed vtrũ prudentia & ſapientia idem eſt? An nõ. Sapientia enim eſt circa ea quæ cum demonſtratione, quæq; ſemper ita habent: prudentia non de talibus, ſed de his quæ ſunt in permutatione. quẽadmodũ rectum inflexũ ue, & cauum, & talia quę ſunt eiuſmodi. at conferentia eo non habent modo, vt non inter ſe inuicẽ permutentur: ſed permutantur, vt nũc hoc conferat, quod cras non cõferet: & huic liceat, huic autem non, atq; hoc modo conferat. Atqui circa ea, quæ conferũt, prudentia eſt, non ſapientia. Differunt ergo inter ſe prudentia, atq; ſapientia. Vtrum ſapientia virtus eſt? An nõ. Hinc perſpicuum eſt, ex ipſa certe prudentia virtutẽ eſſe. nam ſi virtus eſt prudẽtia, partis nempe alterius (vt diximus) quæ ex ratione ſunt, eſtq; prudẽtia q̃ ſapientia deterior. circa deteriora enim verſatur: quãdoquidem ſapientia circa æternum diuinumq; vt diximus, cũ prudẽtia de hominis ſit commodo. quare ſi quid deterius virtus eſt, equũ etiam fuerit, quod melius eſt eſſe virtutẽ. non dubium igitur, quin ſapiẽtia ſit virtus. Quid eſt, aut circa quod induſtria? eſt nempe induſtria, in quibus & prudentia, circa ea quæ ſub actionem cadũt. Induſtrius ſiquidem dicitur quatenus conſulere recte aliquid iudicare, ac perſpicere potuerit circa puſilla: in puſilliſq; eius iudicium. Eſt igitur induſtria, atq; induſtrius

Ars.

Mens.

Sapientia.

Dubitatiõis ſolutio.

Dubitatiõis ſolutio.

Induſtria.



ſtrius prudentiæ, & prudentis pars. nec citra hæc. neque enim induſtrium à prudente ſeparaueris. Idem profecto & in aſtutia exiſtimandum eſt. Nam aſtutia, & aſtutus non eſt quidem prudentia, neque prudens. quinimmo prudẽs aſtutus, *ideo aſtutia ſibi quodammodo aſciſcit prudentiam. cæterum aſtutus etiam malus dicitur, quemadmodũ Mentor aſtutus quidem fuiſſe viſus eſt, non etiam prudens. Prudentis nanque & prudentię eſt optima expetere, eáque ſemper ſibi proponere, atque actitare. at aſtutiæ & aſtuti fuerit, coniectare, ex quibus nam demum fiant ſingula quæ ſub actionem cadunt, & quæ *exhibenda. Aſtutus in eiuſmodi ac circa talia eſſe videatur. Dubitauerit quiſpiam & admirari potuerit, quòd locuti de moribus, deq; ciuili negotio, de ſapientia dicamus. Nempe primum de hac re non videatur eſſe aliena conſideratio, ſi (vt diximus) eſt virtus. Item Philoſophi eſt de his demum coniectare, quæcunque in eodem fuerint. at neceſſarium, cùm de his quæ in anima loquimur, de omnibus dicere. atqui eſt in anima ſapientia: proinde alienum non fuerit de anima quoque dicere. Quemadmodũ vero habet aſtutia ad prudẽtiam, ita de cunctis virtutibus haberi putandum eſt. velut inquam ſunt virtutes, quæ natura ſint ſingulis ingenitæ, tanquam impulſus quidam ad fortia, ac iuſta, in vnoquoque citra rationem, nec non de ſingulis erga eiuſmodi poſſis cognoſcere. ſunt autem tam conſuetudine, quàm propoſito. At quæ cum ratione ſunt, velut temperantia aut fortitudo, quatenus ſunt virtutes vt ingenitæ, laudabiles. Naturalis igitur virtus ea ipſa, quæ citra rationem, à ratione parum ſeparata, & à laude parum deficiens, rationi & propoſito adiuncta, perfectam efficit virtutem. ideo etiam cum ratione exercetur. Nec citra rationem eſt ad virtutem naturalis impulſus. neque rurſus ratio. atque propoſitum admodum perficitur, vt ſit virtus citra impulſum naturalem. Ideo non recte Socrates ſentiebat, cùm diceret virtutem eſſe rationes. proficeret ſiquidem nihil agendo fortia atque iuſta, qui neſciret ac rationi nõ proponeret. & perinde virtutem rationem eſſe, non recte aiebat. Sed qui nunc, melius. nam iuxta rectam rationem honeſta agere, virtutem eſſe perhibent. At ne ita quidem recte. aget ſiquidem quiſpiam iuſta, nullo propoſito honeſtorum, nulla cognitione, ſed irrationali aliquo impulſu recte hæc & iuxta rectam rationem, velut inquam recta iuſſerit ratio, ita agat. cæterum huiuſmodi tamen actio neutiquam ſub laudem cadit. Sed melius, vt nos definimus, cũ ratione impulſum eſſe ad honeſtatem. hoc nanque virtus etiam ſub laudem cadit. Vtrum prudentia virtus, an non, ambigere nanque quiſpiam potuerit. Verum enimuero hinc eſſe virtutem certũ fuerit. Nam ſi iuſtitia, & fortitudo, cęteræq; virtutes, quòd honeſtorum quæ ſub actionem cadant, laudabiles accidant, non dubiũ quin prudentia quoque eorum ſit, quæ ſub laudem cadunt, quæq; in virtutis ordinem veniunt. Nam ad quæ fortitudo agenda commouetur, in eadem etiam prudentia. in totumq; vt ipſa præſcribit, ita etiam agit fortitudo. proinde ſi hæc ſub laudem cadit, ea faciendo quæ præſcripſerit prudentia, etiam ſine controuerſia prudentia ſub laudem cadit, virtusq; eſt. Vtrum prudentia ſub actionem cadit, an non, licuerit hinc noſſe cuiuis, ſpectando ſcientias, quemadmodum ædificaturam. Eſt nanque in ædificatura, vt dicere ſolet, vnus quidem quiſpiam architectõ græce, quem nos tum architectum, tũ opificem nominamus, cui ſumminiſtrat ſeſe ædificatoris domus eſt faber. eſt ſanè architectus ſeu opifex, cuius præſcripto ad domum extruendam ſe faber accingit. Idem in reliquis fabrilibus habet, in quibus eſt architectus, & eius cuiuſus miniſter faber. & architectus erit, & huius ipſius faber ac miniſter. Sic igitur eodem modo etiam in virtutibus habet, quod æquum ac rationale, etiam prudentia ſub actionem cadit. quandoquidem virtutes omnes ſub actionem cadũt, quatum prudentia tanquam architectus quidam eſt. quandoquidem vt ipſa præſcripſerit, ita virtutes, & qui ex virtutibus agunt. cùm igitur virtutes ſub actionem cadant, etiam ſub actionem cadet prudentia. Vtrum omnibus quæ in anima, hæc imperat vt cenſetur, pariterq; am bigitur? An ſecus. Melioribus certe, vt ſapientia eſt, imperare videri par non eſt. ſed ea, vt dici ſolet, cuncta procurat, præſcribẽsq; domina eſt. Cæterum forſitan vt in ædibus habet Atrienſis: is nanque præeſt omnibus diſpenſatq; omnia, ſed nondum idem imperat omnibus, verum domino ocium parat, ne is præpeditus rerum domeſticarum neceſſitate, diſſoluatur, quo minus honeſti quipiam & officioſi agat: ita atq; ſimiliter prudentia, tanquam ſapientię quidam Atrienſis, ei ocium parat, vt ſuũ peragat opus, affectus cohibendo, eosq; temperando.

Aſtutia.

* διὸ καὶ συνεργὸν πως τὴν φρονησιν ἡ δεινότης.

* καὶ τὰ ταῦτα προῤῥίσασθαι. Dubitatio.

Solutio.

Vtrum prudẽtia virtus ſit.

Prudentiam ſub actionẽ cadere.

Ariſtoteles

# MAGNORVM ARISTOTELIS MAGNORVM MORALIVM LIBER SECVNDVS.

SVMMA LIBRI.

*De æquitate, modestia, promptitudine, feritate, incontinentia & continentia, voluptate, prospera fortuna, honesta probitate, recta ratione, ac amicitia.*

## *De æquitate, & æquo.* Cap. I.

DOst ea quæ tradidimus, par videtur vt de æquitate disseramus, quidq; sit, & in qbus, & circa qualia. Est nimirum æquitas & æquus, qui descripta legibus iusta diminuit ac moderatur. nam quæ legislator particulatim examinate ad vnguem definire non potest, sed in vniuersum loquitur, hic in eisdem intercedens, deligit quæ legislator particulariter quidē definire volebat, verum ei facere nō licuit. eiusmodi certe æquus, non omnino iuxta diminuēs: quandoqdem quæ natura ac vere iusta sunt, non diminuit, sed ea duntaxat quæ legislator deseruit, cùm explere non posset.

## *De modestia, & modesto.* Cap. II.

MOdestia ac modestus est, circa quæ & æquitas. nempe circa iusta quæ omissa à legislatore, non satis ad vnguem definita sunt, vt iudex inueniatur eorum, quæ legislator omittit, certóque cognoscit à legislatore prætermissa quæ iusta sunt, is modestus est. Itaq; non citra æquitatem, modestia iudicare siquidem modesti: agere vero ad iudicium q; perducere æqui fuerit.

## *De promptitudine.* Cap. III.

PRomptitudo est, circa quæ & prudētia: nempe circa ea quę sub actionem cadūt: quippe quæ circa propositū & euitationem. Est sanè non citra prudentiam. nam prudētia horum sub actionem cadens est. at promptitudo, habitus, seu affectio, vel quiduis huiusmodi, instructio optimorum & commoditliorum, eorum quæ sub actionem cadāt. Et perinde promptitudinis ea videri non debēt, quæ fortuitu quoquo modo eueniant. nam quibus ratio deest quod optimum sit cōsiderans, vbi quoquo modo eueniat aliquid, hūc promptū neutiquā dixeris, sed fortunatum. nam quæ officia extra iudicantis rationē fuerint, felicitates æquum est appellare.

*Dubitationes quædam circa iustitiam: prudentiam etiam: necnon et alias uirtutes.* Cap. IIII.

SEd nonne iusti est, colloquio & conuersatione æquale cuilibet attribuere, vt inquā qualis fuerit quilibet, talē effectum allequi? An nō. id certe assentatoris, & delectātis esse planè videatur. cæterum iuxta cuiusq; dignitatem attribuere colloquium ac conuersationem, id iusti & probi omnino esse videbitur. Dubitare etiam forte quispiā potuerit, an iniuriam inferre sit offendere sponte & sciēter, & quēpiam, & vt, & qua de causa. est autem nocumentum & iniuria, de bonis ac circa bona. afferens ergo iniuriam & iniustus cognouerit & qualia bona, & qualia mala sint: id autem, ac talia percallere prudentis atq; prudentię est. hoc modo fuerit absurdum, vt bonum ingens prudentia comitetur iniustū. An existimandum non est, vt iniustum prudētia comiterur. Neq; enim cōiectat iniustus. ac simpliciter, & eidem bonum iudicare nō potest, verum hallucinatur: cùm prudētiæ suum sit id inspicere ex sententia posse. Itidem vt in medicina aliud est, quod simpliciter salubre, intuemur, quodq; sanitatem efficiat: quod ve ratrum, & elaterium, & sectiones, & exustiones salubres sint, sanitatemq; prætendāt, nec tamen vt hæc omnes, ita medicinæ habemus scientiam. non enim particulare nouimus bonum, vt nouit medicus cuipiam hoc bonum, & quādo, & qualiter affecto, in quo demum medicina scientia est. Salubria igitur simpliciter cognoscentes, nec dum tamen cōtinuo nos medicina comitatur scientia. Itidem iniustus. quòd igitur simpliciter est bonum, & tyrannis, & dominatus, & imperium nouit. verum sibi ne bonum an secus, vel quando, vel quomodo affecto, neutiquam nouit id quod est in primis prudentiæ. & proinde iniusti comes non est prudentia: bona siquidem deligit, quibus afferat iniuriam, quæ certe bona simpliciter, nō ipsi sunt bona. quādoquidem opulentia & dominatus simpliciter bonum est, ipsi certe non fortassis bonum. nā qui imperat, rerū copia affluens, multa sibi amicisq; nequiter facit, quādo iure vti dominatu non potest. Hinc ambigendum considerandūq; videtur, sit ne aduersus nequā iniuria, nec ne. Nā si in offensione iniuria est, & in priuatione bonorum offensio, neutiquam videri potest offendere. siquidem quę sibi esse bona arbitratur, bona non sunt. nam dñatus & opulētia nequam hominem offendunt, quod ipsis recte vti non possit. proinde si quæ aduentantia offendunt, ea bona abstulerit, afficere non videtur iniuria. Multis eiusmodi oratio

videbitur



videbitur admirabilis. Omnes siquidem opinantur, se posse dominatu & imperio & opulentia vti: neutiquā recte coniectantes. quod ex legislatore certū est. Legis nāq; lator non omnibus suadet imperare: verum (vt dictum est) cui ætas, cui copia non defuerit ad domandum. non autem omnem posse imperare. Quòd si quispiam indignetur se carere imperio atq; gubernatione, dixerit quispiā: neq; tibi ea est anima, vnde imperare gubernareq; possis. Corpore quidem cernimus aliquos sanescere nō posse, simpliciter sibi bona exhibendo. at ne languori succumbat corpus, volens cōualescere, aquam prius & inediā exhibet. Ita qui nequam habuerit animā, ne qpiammali exerceat, ei opulētia & imperium & dominatus, & omnino alia id genus, sunt auferenda: quanto mobilior, mutabiliorq; est corpore anima. Nam quēadmodum improbum corpus quispiam sortitus, victum debet sibi adhibere idoneū: ita improbam animam nactus, se viuēdo reddere debet idoneum ad quæ memorauimus, deuitanda. Hoc etiam ambiguum esse potest: vt cùm non sit aliter agere fortiter q; iuste, quando natura quis videatur acturus. In naturalibus quippe virtutibus solum dicebamus impulsum sine ratione ad honestatem esse oportere. ita nimirum est delectus in ratione, quodq; rationem habeat, vt pariter capiat & deligat. Virtutē perfectam esse dicebamus, quæ cum prudentia foret. non vtiq; ad honestum citra naturalem impulsum, neq; virtus virturi aduersabitur. agnatum nanq; habet atq; insitum, vt rationi obtemperet, vt ipsa præscribit, vt quo agit eò declinet. qui nanq; sibi proponit, melior. Et ne quidem aliæ sine prudentia virtutes sunt, neq; prudentia absq; residuis virtutibus perfecta: verum inuicem sese coadiuuant, comitantes prudentiam. At nihilominus addubitet quispiam, nunqd ita in virtutibus habeat, quemadmodum in reliquis bonis quæ externa, quæq; in corpore: hæc nanq; cùm fuerint eximia, deteriores efficiunt. sicut opū affluentia elatos facit & truculentos: itidē reliqua bona, dominatus, honor, pulchritudo, magnitudo. Nunquid igitur & in virtute ita habet, vt si cuipiam iustitia vel fortitudo fuerit exuberans, fiat deterior? An non. cæterum à virtute quidem honor gignitur: qui cùm ingēs fuerit, deteriores facit. & proinde virtus fecerit deteriores, cū maior euaserit. An id neutiquam verum. quandoquidem & si sunt multa alia virtutis opera, quemadmodum sunt, id ēt in primis est, vt qui eis bonis muniatur, eisdem recte vti possit. Si demū probus, aduentante ei vel honore vel ingēti dominatu, ipsis non vtetur, neutiquam fuerit ꝓbus. neq; honor, neq; imperium, probum fecerit deteriorem: & perinde ne qdem virtus. In totum autem, quoniam à principio nobis determinatū est, virtutes esse mediocrates, quoq; magis sit virtus, eo magis erit mediocras: proinde quo sublimior virtus euadet accedetq; ad magnitudinem, non deteriorem sed meliorem efficiet. mediocras nanq; inter excessum defectumq; perturbationum erat mediocras, atq; hæc igitur hactenus.

## *De continentia & incontinentia, ac feritate agendum esse.* Cap. V.

DEinceps aliud nobis sumendū est principium, de continentia incontinētiaq; dicturis, quemadmodum fuerit alienum, has in virtutum vitiorumq; numerum redigere, ita de his futurum sermonem, alienū visum iri necesse est. nec enim hęc virtus cæteris par est. in alijs siquidem eòdem tendunt tam ratio q; perturbationes, nec inuicem sibi aduersantur. At in hac se inuicem oppugnāt ratio & affectus. Sūt nimirum in anima, vnde mali esse dicamur, tria: vitium, incontinentia, feritas. De vitio igitur ac virtute qd sit, ac in quibus, à nobis suprà dictum est: modo de incontinentia ac feritate dicendum.

## *De feritate.* Cap. VI.

ESt autem feritas quoddam vitium exuberans, cū eousq; nequā prorsus quempiam intuemur, vt ipsum non hominem, sed feram esse dicamus, sicut & vitium ipsum feritatem. Huic virtus opposita nominis expers est. quippe q; eiusmodi supra hominem, tanquam heroica quædā ac diuina. Eo certè hęc virtus nominis expers, q; Dei virtus nulla. præstantior siquidem omni virtute Deus, ac non virtute probus. nam tum virtus sit Deo melior. ideo nominis expers hæc virtus, quæ feritatis vitio oppositā est. Desiderat nimirū diuina, & supra hominem tali vitio obiectari. quod quemadmodum feritas vitium hominem excedens euadit, ita ei opposita virtus.

## *De incontinentia, & continentia.* Cap. VII.

DE incontinentia & continētia dicturis, expedit nobis quæ ambiguos & contrarios sermones admittunt, significare: vt ex dubijs orationibus considerādo & exquirendo veritatem, ad id quod perspiciendum est perueniamus. nam tum demum ita verū seruari poterimus. Senex igitur Socrates tollebat prorsus, ac negabat esse incontinentiam:

dicendo

dicendo neminẽ esse qui mala facienda, sciẽs esse mala, deligeret. atqui incontinẽs videtur sciens mala deligere: agi nanq; à perturbatione. Hac ratione incontinentiam esse non existimauit. nequaquam rectè. alienum nanque sit, hac ratione persuasos, quod factũ est persuasibiliter extinguere; incontinẽtes siquidem sunt homines, & ĩdem malorũ periti. verũtamen ea perpetrant. Quoniam igitur incontinentia est, nunquid incontinens aliquam habet peritiam, qua inspiciat exquirat; mala? At id non vtique fuerit cuipiam. quandoquidem alienũ sit quod in nobis potentissimum firmissimum; est, vi ab aliquo superari. siquidem scientia, omnium quæ in nobis, firmissima, & nulli est obnoxia violentiæ. & perinde hæc ratio aduersatur, quo minus credatur esse scientia. Cæterum nunquid scientia qdem non est, sed opinio? at si habet incontinẽs opinionem, vituperandus non accedet. Nam si mali aliquid, non admodum præuidens plane; cognoscens, sed opinatus agat, venia dignus videatur. quod voluptate agendi mala, non admodum mala esse cognouerit, sed tantũ fuerit opinatus. At quos venia dignos esse censemus, eos neutiquam reprehẽdimus. & perinde si opinionem habet incontinens, vituperandus non erit. atqui vituperandus est. Huiusmodi rationes ambiguitatem obiciũt. quandoquidem quæ scientiam esse negauerunt, absurdum quiddam euenire compellũt: & quæ ne opinionem quidem, pariter aliena euenire ostẽdunt. Verum & dubitauerit hic quispiam, ꝙ qua temperans & continẽs esse videtur, temperanti ne futuræ sint vehementes cupiditates? ꝙ si continens erit, vehementibus agi cupiditatibus opus fuerit. neque. n. continentem dixeris, qui mediocres compescat cupiditates. Quòd si vehementes cupiditates non habeat, ne quidem temperans erit. neq; enim temperãs qui nullo modo agitur à cupiditatibus. Ambiguitatem quoq; talia mouent. contingit siquidem exinde rationibus, incontinentem quandoq; fore laudabilem & vituperabilem continentem. Sit nãq; quispiã, inquit, ratiocinio hallucinatus, vt ratiocinanti, quæ honesta sint, mala videantur, ac cupiditate ad honesta ducatur. ratio quippe agere non permittit: at cupiditate allectus aget. atqui talis est incontinẽs. aget ergo honesta: cupiditas nanq; in talia adducit. sed ratio prohibebit: ratiocinio siquidem honestorum hallucinabatur. Is igitur incontinẽs quidem erit, veruntamen laudabilis. nam quatenus honesta peragit, laudabilis, absurdum id profecto euenit. Rursus hallucinetur interim ratiocinio, & honesta ei minime honesta esse videantur, at cupiditate ad honesta ducatur. continens nimirum est cõcupiscens quidem, sed non peragens id ob rationem. itaq; ratiocinio hallucinatus honestorum, prohibebitur agere quæ concupiscit. prohibebitur ergo honesta agere, ad hæc siquidem adduxit cupiditas. verũ cùm honesta agere oportuerit, non agens vituperãdus accedit. ergo continens quandoq; erit vituperandus: id quod valde dictu absurdum contigerit. Vtrum incontinentia & incontinens, in cunctis & circa cũcta, sicut circa pecunias, & honorem, & iram, & gloriam? nam circa hæc omnia existimantur, vel esse, vel non esse incontinentes. verũ circa quid sit definita incontinentia, addubitauerit quispiam. Hæc igitur sunt quę faciũt dubitationem. At ambiguitates soluere necesse est. Primum igitur quæ de scientia habita est dubitatio, ita diluenda videatur. nimirum esse absurdum, sciẽtiam habere, & ipsam eiicere vel interciderе. Eadẽ de opinione fuerit oratio: nihil siquidẽ refert, sit ne opinio an sciẽtia. Nam si vehemẽs fuerit opinio, quatenus stabilis est & credulitate incõculsa, à sciẽtia nõ differt, credẽdo ita habere, vt existimãt, si habeant opiniones: sicut Heraclitus Ephesius talem habuit, de quibus opinabatur, opinionem: alienum vtiq; nihil incõmenti, siue habeat sciẽtiam siue opinionem, qua dicimus flagitium aliquod cõmittere. Est quippe scire duplex. vnum quidem habere sciẽtiam: nam tum demũ scire quempiam dicimus eã rem, cuius teneat sciẽtiam. alterũ vero ipsam exercere sciẽtiam. Incontinẽs igitur est, qui honestorum tenet sciẽtiam, sed eam non exercet. Cùm igitur hac non exercebitur scientia, nihil euenier alienum, cõmittere flagitiũ ipsum qui teneat sciẽtiam. Est enim quẽadmodum in dormientibus, isti siquidem cùm habeant scientiam, multa tamen in somnis molesta & perpetrant & perpetiuntur: neq; enim scientia tum exercetur. idem est de incontinente. euenit siquidem vt dormienti, non exercere sciẽtiam. Et perinde soluitur dubitatio. fuerat siquidem dubitatum, nunquid scientiam incontinẽs eiiciat, eáue intercidat: quandoquidem vtrunq; videbatur absurdũ. Cæterum hinc fuerit rursus manifestum, quemadmodũ diximus in Analyticis, ex duabus fieri syllogismum propositionibus: earũq; primam vniuersalem, secundam, quæ sub illa, particularem. veluti scio omnem hominem febricitantem, sanum facere: atqui hic febricitat: scio igitur & hunc sanum facere. Est ergo vniuersali quidem * scientiæ scio deputatum: alteri vero

* x.l. sentẽtiæ



vero particulari non. est igitur, vt etiam tum scientiam habẽti fiat hallucinatio, velut homi nem febricitantem sanum facere, si hic vtiq; febricitat, quem nõ nouerim. Itidem igitur de incõtinente qui habeat scientiam, idem error eueniet. contigerit enim incontinẽtem in vniuersum habere scientiam, vt talia sunt improba, & pernicioſa. nec tamen hæc ipsa, particulatim nosse improba. proinde ita habẽdo scientiam aberrabit: quãdoquidem in vniuersum habet, non etiam particulariter. Nõ itaq; hoc modo fuerit alienum, vt incontinens habendo sciẽtiam, mali aliquid agat. est enim sicut in ebrijs, à quibus cùm excessit ebrietas, & ad sese redierũt, non excidit ipsis ratio, nec quidem scientia quæ sub ebrietate delituerat, fueratq; prostrata: deinde ab ebrietate immunis rursus fit, qui prius erat. Ita habet incontinens. perturbatio enim cohibendo rõcinium sepelit: cùm vero à perturbatione fuerit liberatus, vt qui ebrius, rursus in sese redit. Est & quædam alia de incontinẽte, quæ dubitationem faciebat, oratio: vbi laus incõtinẽtem sequebatur aliquando, & cõtinentem vituperatio. quod neutiquam euenit. neq; enim continens aut incõtinens qui ratione fallus est, sed qui recta institutus ratione, qua tam mala ꝙ bona discernit. Incõtinens quidẽ, qui & ciuſmodi ratione nõ persuasus est. sed continẽs, qui persuasus, ab ipsis non agitur cupiditatibus. neq; enim cuicunq; * videtur patrem cędere turpe esse: sed qui cædere concupiscit, et abstinet, is continẽs est. Proinde si in ijs neq; continentia neque incontinentia, ne quidem laudabilis fuerit incõtinentia: vt neque vituperabilis continentia, quemadmodum videbatur. Sunt nimirum incontinẽtiarum aliæ quidem valetudinariæ, naturales aliæ. Valetudinariæ eiusmodi, vt eorum qui discerpũt capillos, & manducant. Quòd si quispiam huic imperet voluptati, nõ cõtinuo laudabilis est: neq; vituperabilis, quatenus nõ imperat: aut nõ admodum probabilis. Naturales autem, vt in iudicio cõuictum olim aiũt filium ꝙ patrẽ cecidisset, defendisse, quòd is patrẽ quoq; suum cęcidisset, aufugissetq;. naturale etenim in iudicibus fuisse crimen visum est. Quòd si quis à cædendo patre se continuerit, non continuo laudabilis. & ne nos quidem eiusmodi nunc incontinentias & continentias quærimus, sed quibus vituperandi accedunt, atq; simpliciter laudandi. Bonorum certe quædam sunt externa, vt opulentia, dominatus, honor, amicitia, gloria. Quędam circa corpus necessaria, vt tactus & gustus. Qui ergo circa hæc incontinẽs, is incontinẽs simpliciter esse

* aliter, non videtur.

videatur, & vt corporalis. & quam quærimus incõtinentiam, circa hæc esse videbitur. Ambigitur quoq;, circa quid nam sit incõtinẽtia. Circa honorem nõ est simpliciter incõtinẽs. laudatur enim quodãmodo, qui circa honorem incontinẽs. nam honoris amãs videtur. In totum autem dicimus, & in eiusmodi ponendo incontinẽtem, circa honorem aut gloriam aut iram esse incontinẽtem. Verum simpliciter incontinẽti non accommodamus circa quę, vt ei adsit manifestum aliquod sine appositione eius circa quod sit. est enim terẽ circa voluptates & ægritudines corporis incõtinens. Hinc manifestum est, circa hæc versari incontinẽtiam. nam quoniam incõtinens vituperabilis, subiecta esse oportet vituperabilia. Honor igit, & gloria, & dominatus, & pecuniæ, & circa quæcunq; talia dicũtur incontinentes, sub vituperationem non cadunt: at corporis voluptates vituperãdæ: ideo nõ iniuria qui circa has magis quàm sit par versatur, is incõtinẽs prorsus dicitur. Verum quoniam incõtinentia tum quæ circa alia versari dicũtur, quæ circa iram maxime reprehẽdenda incõtinentia, vtrum magis reprehẽdenda est quæ circa iram, an quæ circa voluptates? Est igitur quæ circa iram incõtinentia similis pueris ad subministrãdum promptus. hinãq; cùm dixerit dominus, cedò mihi, promptitudine erecti, antequam audierint quid sit subministrãdum, inter suggerendum hallucinantur. sæpe enim liber fuit exhibendus, & graphium dedere. Itidem incontinẽs iræ succumbit. cùm primum enim audierit verbũ, quod quispiam affecit iniuria, ira ad vlciscẽdum insultat, neutiquam patiens audire, expediat ne an non, vel non ita vehementer. Huiusmodi igitur ad irã impulsus, quæ iræ deputatur incontinentia, nõ admodum videtur incessenda. At ad voluptatẽ impulsus subreprehensionem cadit. sunt nãque distincta impia, ob rationem quæcũque auertunt ne agatur aliquid, & tamen ob rationem agitur. Ideo magis est quàm per iram reprehẽdenda incontinẽtia voluptatis: quãdoquidem per iram incõtinẽtia ęgrimonia est: nemo siquidẽ stomachatus non ægrescit. at quę ex cõcupiscentia cum voluptate, ideirco magis vituperabilis, quòd ex voluptate incontinẽtia abesse à contritio non videtur. Vtrum vero tolerantia & continentia idem est: An non. nam continentia necnõ continẽs circa voluptates est, iptas coercendo. at tolerãtia circa ægrimonias: siquidem patiens ac sustinẽs ægrimonias, is tolerans est. Rursus incõtinentia & mollicies idem nõ est. Mollicies siquidem & mollis est

succumbens laboribus, non certe omnibus, sed quos alius aliquis necessario duxerit sustinendos: incontinens vero, qui voluptates sustinere non possit, sed remolescēs ab eis agatur. Est porro quispiam intemperās appellatus. nāquid igitur intemperās idem, quod incontinens: atq; ipse idem incontinens, quod intemperās? Nempe intemperans eiusmodi est, vt quæ agit, eadem & optima & cōmodissima sibi esse arbitretur, nec vllam habet rationem, quæ eius videatur aduersari voluptatibus. at incōtinēs habet rationem, quæ aduersatur ei, quatenus cupiditate agitur. Vter autem curatu facilior, intēperās, an incontinēs? Certe intemperans curatu facilior videatur. nā si ratio ei aduenerit quæ mala esse doceat, ipse non operabitur. at incontinēti non deest ratio, & tamen agit mala. proinde huiusmodi incurabilis esse videbitur. Cæterum, vtrum deterius afficit, cui nihil adest boni, nec quod per illud existit, q̄ ille cui quod honore præcellit, male affectum est? Est nimirum incontinens, qui bonum obtinet, rectam rationem, cùm intemperans non habeat. cùm ergo ratio vtriusque principatum obtineat, incontinentis honoratissimum principium præsto: quod est ab intemperante abest. ergo incontinente intemperans deterius habet. Rursus, vt supra mentionem fecimus de feritatis vitio, non est ipsum in fera spectare, sed in homine. feritatis siquidem nomen adeptum est id vitium, ob singularem improbitatem. Sed cur in fera nihil: nempe quod improbum in fera principium non sit: est siquidē ratio principiū. Quis vero improbior flagitiosiorq; fuerit, incertum est, Leone, an Dionysius, an Phalaris, an Clearchus, vel horum quispiam insignis cuiusdam immanitatis. Certum autē est malum in his principiū illustria facinora consecutasse. at in fera nullum prorsus est initium. Ita igitur improbum est, in ipso intemperāte principium. nā quatenus quæ mala sunt committit, etiā ratio eratstipulatur: censetq; ea esse peragenda, quia improbum in ipso est principium. At in incōtinente sanum principiū est: vt hinc melior incontinēs intemperante esse videatur. Sunt etiam incōtinentiæ binę species. vna quidem prorumpēs, & improuisa, et cōfestim proueniēs: velut cùm specio sam viderimus mulierem, & cōfestim afficiamur, & ab affectu erumpit impulsus ad aliquid perpetrandum, quod fortasse nō expediat. Altera vero, velut quædam imbecillitas, quę cum ratione insurgit auertēte. Prior igitur nō admodum sub reprehensionem cadere videbitur: quādoquidem etiā virtutis studiosis potest euenire, calidis & ingeniosis. Secūda autem frigidis & melācholicis. tales nimirū reprehendendi. Rursus videas aliquem præoccupātem, q̄ speciosa mulier obijciatur, nō afficiat. conuenit igitur se cohibere. nam qui eiusmodi ratione præuenerit, ex obuia visiōe incontinens non cōmouebitur, nec turpe quicquam aget. Verū qui ratione cognouerit indecēs aliquid, ad idq; voluptate delabetur & remolescet, is multo magis reprehendēdus. Neq; enim ꝓbus vnquā, eiusmodi fuerit incontinens. ratio nāq; præueniens se nō permiserit. dux siquidē ea in ipso probo exiitit: cui non obtemperat improbus, sed voluptati deditus & remolescit, & quodāmodo effœminatur. Vtrum vero temperās sit continēs, quod supra fecimus ambiguum, nūc differamus. Est igit temperās & continēs. nam continens nō solum est prętentes cupiditates cohibens, verum etiā talis, vt si nullæ adsint cupiditates, ita istructus, vt eas possit cohibere. Est autem temperās, qui nullas habeat cupiditates malas, rectęq; rōni circa hęc insistat. at continēs, qui malas habet cupiditates, & aduersum ipsas rectam rationem. proinde temperantem continēs comitatur, eritq; temperans continēs: siquidem temperans non afficitur, continēs vero afficitur quidē, sed compescit affectus, quatenus afficitur. temperāti autē istorum est neutrum: ideo continēs temperans non est. Vtrum intempans incontinens, an incontinēs intemperās? Aut neuter alterum comitat. incontinens enim est, cuius ratio perturbationes oppugnat. at intemperans, nō huiusmodi, sed qui mala agit, simulq; incontinēs astipulantem habet rationē. Non itaq; intēperās, qualis incontinēs: neq; incontinēs, qualis intēperans. Preterea improbior incontinēte est intemperans. curatu. n. difficiliora quæ naturalia, q̄ quæ ex cōsuetudine gignuntur: ob hoc siquidē valida esse videt consuetudo, q̄ naturæ insideat. intēperans igitur eiusmodi, cuiusmodi q̄spiā natura est. ob hoc, & hac de causa in ipso improba ratio est. Neque talis est incontinēs, quia ne quidem ratio eiusmodi nō proba. oportuit nāq; ipsam esse improbā, si foret natura, qualis est improbus. Incōtinens igit consuetudine malus esse videbitur, vt natura intēperans: curatu nāq; lōge difficilior intēperans. quandoquidē consuetudo cōsuetudine exploditur: at natura à nemine extrudi pōt. Vtrum aūt cùm sit incontinēs eiusmodi, vt norit & nō cedat rōni, sitq; prudēs hmōi, vt recta rōne singula ppendat: acciderit vt incōtinens sit prudēs, an non? ex his. n. quę dicta sunt, ambigere quispiam potuerit.



tuerit. Verū si quæ à nobis antea dicta sunt, suspicere voluerimus, non erit prudēs incontinens. dicebamus nanq; prudētem esse, non cui recta ratio modo ineslet, verum etiā quæ ex ratione optima viderentur. & perinde incontinens non fuerit prudens. Cæterum talis, astutus quidem est. distribuimus siquidem paulo ante astutum à prudente, vt inter se differrent. interim vnus quidem circa hæc solers, alter vero non solers. astutum igitur incontinentem esse contingit: neq; enim solers circa quæ & astutus: prudētem vero incontinentem esse non contingit.

*De voluptate.* Cap. VIII.

POst hæc de voluptate differendum est: cùm de felicitate sit nobis oratio: felicitatem autē arbitrantur omnes, aut voluptatem esse & vitam delectabilem, aut non citra voluptatem. Nempe voluptatem vrgētes, nec inter bona enumerandam esse existimantes, ipsam citra ægritudinē esse voluerunt. sine ęgritudine esse igitur vicinū voluptati est. Quapropter de voluptate quoq; dicendum, non modo quia etiam alij ita arbitrantur, verum etiam quòd nobis de voluptate dicere necessarium esse censeamus. Nam cùm de felicitate nobis sit oratio, felicitatemq; definiemus, planeq; dixerimus in vita perfecta esse virtutis actionem, sitq; virtus circa voluptatem & ęgritudinem, de voluptate dicere necesse est. quandoquidem citra voluptatem non est felicitas. Primum itaq; dicemus, quòd nōnulli ferant, voluptatem in numerum bonorum non venire existimantes. aiunt nanq; primo ortum esse voluptatem: at ortum quiddam impertectum: bonum porrò imperfectum locum nunquam obtinere. Secundo loco, voluptates esse quasdā improbas: at improbitatem, minquam bonum admittere. Rursus, quòd gignatur in omnibus. nam & malo & improbo, & ferę & cicuri deputatur. at bonum malis ammisceri nefas, & ne quidem multis cōe est. Quodq; nō potentissimū voluptas. at bonum potentissimū. quodq; honesta agēdi sit impedimentū. nam quod honesta agere, phibeat, bonum qui potest esse? Primum igitur primo occurrendum de ortu, ratioq; diluenda, quòd neutiquam vera sit. Est igitur in primis non omnis voluptas ortus. nam quæ ab inspiciendo voluptas gignitur, ortus nō est. nec quæ ab audiēdo, & olfaciēdo. neq; enim ex egestate procreata, quemadmodū in alijs, vt ex comedendo, vel bibendo. hæ nāque ex egestate, & redundantia fiunt, aut saturando egestatem, aut redundantiæ auferendo, ideo ortus esse videntur. at egestas & redundantia ægritudo. igitur ægritudo hic, vbi ortus voluptatis. Atqui in spectando, & audiendo, & olfaciendo non est vt ægritudo antecedat. nemo siquidem spectando delectatus, aut olfaciendo, prius tesatus est. eadem in animi sententia inspicienti delectatio est, citra præcedentem ægritudinem. & perinde fuerit voluptas aliqua, quæ ortus non est. Quòd si voluptas, vt eorum dicta oratio, ideo bonum non est, quia ortus: eliq; voluptas aliqua, quæ ortus non est, fuerit vtiq; bonum voluptas. Atqui in totum nulla est voluptas ortus. nam neque quæ à comedendo & bibendo voluptates ortus dici possunt. Verum hallucinant, qui has voluptates ortus esse perhibent, putant siquidem quoniam prolatis rebus gignitur voluptas, ob hoc ortum esse sed non est. quandoquidem est pars animæ quędam, qua oblectamur, simul prolatis quibus indigebamus rebus, ea pars animæ quatenus exercetur & mouetur, oblectatur. Atqui motus ipsius & exercitium voluptas est. quòd cum prolatis rebus ea pars animæ exercetatur: aut propter ipsius actionem ortum esse censent voluptatē, quòd certa sit rerum prolatio, animæ tamen pars incerta. perinde atque si quis hominem esse opinetur corpus, quod id sub sensum cadat, non autē animam. verum est anima. indem & in hoc. est namque pars quædam animæ qua oblectamur, quæ simul atq; res, platæ sunt, exercetur. ideo nulla voluptas est ortus. Verum & cōuertio, inquiunt, in naturā, quæ sub sensum cadit. nam non conuertentibus sese in naturam voluptas est. siquidem conuertendo naturæ egestatem fit eius exaturatio. at, vt diximus, est, vt nulla egestate fiat oblectatio, siquidem egestas ægritudo. at citra ægritudinem dicimur oblectari. & perinde non fuerit voluptas egestatis conuersio indignum nāq; in huiusmodi voluptatibus nihil. Proinde si ideo quòd ortus est voluptas, bonum esse non existimetur, nullaq; est voluptas ortus: bonum vtiq; fuerit voluptas. sed propterea quòd non omnis (inquiunt) voluptas bonum, quispiam id deprehenderit hoc pacto. Nam quia bonum in omnibus dicitur esse prædicamentis, nempe in essentia, & in ad aliquid, & in quanto, & quando, ac in totum omnibus: illud quoque manifestum per omnia voluptatem aliquā comitari. proinde quia in omnibus prædicamentis est bonum, etiam voluptas fuerit bonum. & perinde quoniam in his quidem per se bona, etiam voluptas fuerit per se bonum. atqui à bonis voluptas est voluptas:

bonũ ergo fuerit omnis voluptas. Simul certum hinc etiã differre inter ſe ſpecie voluptates: quandoquidem differunt etiam prædicamẽta, in quibus eſt voluptas. Neq; enim eſt, quemadmodum in ſcientijs, vt Grãmatica, vel quacunq; alia. nã ſi habeat quis ſplendide grãmaticam, itidem afficitur qui ſub ea grammatica grãmaticus, eo modo quo & alius qui habeat grãmaticam. & propterea non differunt grãmaticæ, quæ in ſplendido, quæq; in obſcuro. At in voluptate, non ita. nã quæ ex ebrietate voluptas, & quæ ex copulatu, non eodem modo afficiunt. quãobrem ſpecie inter ſe diſtingui videbuntur voluptates. Cæterũ quia ſunt & malæ voluptates, ẽt ob hoc voluptas bonum non eſſe videbatur. at id voluptatis minime propriũ iudicium eſt, ſed naturæ atq; ſcientiæ. Nã eſt & natura mala, ſicut vermium & crabronũ, ac prorſus vilium animalium. nec tamẽ ob hoc natura malorũ. Eodem modo habent & malæ ſcientiæ, ſicut ſedentariæ. nec tamen ob hoc malũ ſcientia eſt, ſed genere bonum tã ſcientia q̃ natura. Nam quemadmodum ſtatuarius inſpiciẽdus non eſt, qualis quiſpiã ſit, ex eo quod euenerit male exerceri, ſed quod bene: ita ne quidẽ ſcientiam naturam'ue, aut quippiã aliud, quale ſit, ex malis, ſed ex probis. itidem ergo voluptas quoq; genere bonum eſt. Quòd vero ſint & malæ voluptates, ne nos quidem latet. nã ſunt etiam diuerſæ naturæ aialiũ, vt bona & mala. ſicut hominis quidem bona, lupi vero vel cuiuſuis alterius feræ mala. ſimiliter equi natura altera q̃ hominis, & aſini, & canis. At voluptas conuerſio eſt ex eo, quod contra naturam, in naturã cuiuslibet ſuam. proinde cuius fuerit ſuauiſſima improbæ naturæ, ea improba voluptas eſt. neq;. n. equo quod homini, et ne quidem alijs. at quoniam diuerſæ naturæ ſunt, diuerſæ quoq; voluptates. Nã voluptas conuerſio eſt, & conuerſio (inquiunt) in natura inſidet. proinde & malæ naturæ mala conuerſio eſt, vt probæ proba. Qui porro voluptatem probã eſſe contendunt, eo afficiũtur modo, quo qui neſciẽtes nectar, Deos vinum potare exiſtimant, nihilq; eſſe eiuſmodi peculiare putant, ex inſcitia in id delabuntur. His ſimiles ſunt, qui cũctas voluptates ortus eſſe aſſerunt, & neutiquã bonum. nam q̃ alias voluptates ignorent præter eas quæ corporis ſunt, eas ducunt ortus eſſe, nec bonas, in vniuerſum non rentur voluptatem eſſe bonum. Quoniam igitur eſt voluptas, & conuerſę naturæ & conuertentis, conuerſæ quidẽ ex egeſtate ad expletionẽ: conuertentis autem, quæ à viſu & auditu, & id genus alijs: meliores fuerint conuertentis naturæ actiones. voluptates nanq; vtrouis modo dictæ, ſunt actiones. Proinde nõ dubium, quin à viſu voluptates, & auditu, & intelligentia ſint longè optimæ. cũq; ſub corpus cadũt, ab exaturatione procreentur. Rurſum id dicebatur, quod ne quidem bonum: ſiquidem quòd in omnibus ſit, & cõmune omnibus, non bonum. id certe in honoris cupido, & honoris cupiditate magis proprium eſt. honoris ſiquidem cupidus ſolus vult habere, & illo cæteros anteire. Voluptatem igitur, ſi ipſam per ſe bonũ eſſe oporteat, eſſe ne eiuſmodi cõuenit. An non? atqui etiam cõtrario modo. ob id nanq; bonũ eſſe videatur, quod cuncta expetãt. agnatũ enim cunctis, bonum expetere. & perinde, ſi cũcta voluptatem expetunt, genere bonũ fuerit voluptas. Rurſus quod ſit impedimẽtum voluptas, ipſam bonum eſſe negauerunt, impedimentum eſſe aſſerendo, q̃ non recte videantur conſiderare. Neq; enim ad res tranſigendas eſt impedimentum, ſi qua ſit alia impedimentũ: vt ebrietatis voluptas agere inhibuerit. Cæterum ita etiam ſcientia ſcientiæ fuerit impedimentum. nã non eſt, vt ſimul vtranq; exerceas. Sed cur non bonum ſcientia, ſi voluptatem ex ſcientia excitarit? & vtrum impedimentum ſit? An ne. cæterum multo magis aget. voluptas nanq; ad magis agẽdum, inde ſuſcitata impellit, quia probum faciendo, agit quæ ex virtute, & ea ſuauiter agit. Nunquid multo etiã magis quæ ad actionẽ pertineant, exercebit? ac ſi oblectatus egerit, probus erit: ſin triſtatus honeſta proſequatur, nõ probus. ægrimonia nãq; in eis quæ ex neceſſitate, eſt. proinde ſi quiſpiam ægreſcat, honeſta proſequendo, coactus peragit. qui autem à neceſſitate agere compellitur, nõ probus. Cæterum non eſt, vt non triſtetur vel oblectetur, quę ad virtutẽ pertineant proſequẽdo, nec aliquod medium eſt. Curnempe quòd virtus in affectu, affectus vero in egritudine & voluptate, nec quicquam in medio poſitũ eſt. Non dubium igitur, quin virtus cum ægritudine vel voluptate ſit. Si quis igitur mœſtus honeſta proſequatur, non bonus. proinde nõ fuerit virtus cum ægrimonia: cùm voluptate ergo. Tantum ergo abeſt, impedimẽtum, vt etiam ad agendum exhortetur. in totumq; nõ contingit, vt ſit citra voluptatẽ, quod ab ipſa procreat. Alia fuit oratio, q̃ nulla ſcientia faciat voluptatẽ. Ne id quidem verum eſt. cõuiuiorum nanq; ſtructores, et coronarum, necnon vnguentarij voluptatis ſunt effectores. Cæterũ alijs ſcientijs nõ eſt voluptas vt finis, ſed cum voluptate, nec citra voluptatem. eſt igitur



tur etiam ſcientia voluptatis effectrix. Rurſus etiã aliter dicebatur, quòd non optimum. Verum hoc modo atq; hac ratione ſingulas ieris perditum virtutes: ſiquidẽ fortitudo optimum non eſt. Nunquid igitur ob hoc non bonũ? An id abſurdum ſit. itidem & in alijs, q̃ voluptas quia non optimum, non eſſe videatur bonum. Dubitauerit aurẽ quiſpiam, per virtutes tranſiens huiuſmodi. vt quia ratio quãdoq; imperat affectibus: de continẽte enim hoc dicebamus: & econuerſo affectus imperant rationi, vt euenit incontinentibus. quia (inquã) expers rationis pars aiæ, vitium admittendo, imperat rationi bene diſpoſitæ: talis ſiquidem incõtinẽs, & ratio ſimiliter mala: quamobrẽ ipſa quoq; bene diſpoſitis perturbationibus imperabit, ſuã virtutem continentibus. hoc ſi ita, euenerit abuti virtute: improba nanq; ratione affectus, virtutem vſurpando, ipſa abutetur. hoc nimirũ abſurdũ euenire videbitur. Tali ſanè dubitationi facile ex eis quæ à nobis ante de virtute dicta ſunt, eſt occurrere atq; refellere. Tum demũ nãq; virtutem eſſe dicebamus, cũ ratio bene affecta, perturbationibus ſuam virtutem habẽtibus fuerit moderata, necnon perturbationes rationi conſentaneæ. Ita nãq; affecta inter ſe inuicem cõſentient, vt ratio quod optimum ſit ſemper præſcribat. perturbationes vero facile bene diſpoſitæ id exequantur, quod ratio præſcripſerit. Si ratio igitũ male fuerit affecta, perturbationes vero bene, non fuerit virtus, deficiente ratione. nam ex vtroq; virtus. proinde non contigerit virtute abuti. Simpliciter vero non (quẽadmodum alij opinantur) dux ratio virtutis eſt atq; principium, ſed potius perturbationes. Ad honeſtum nãq; impulſum quendam oportet primo innaſci irrationalẽ, qui producatur: atq; ita poſtremo rationem eſſe diſcernentẽ, atq; conſtituentem. quod ſanè videri it quiſpiam ex pueris, & rationis expertibus animantibus. In his nãq; ſine ratione perturbationũ impulſus exoriuntur primo ad honeſtũ: mox poſterior adueniens ratio & cõſtituens, honeſta agere exhortatur. Sed non ſi à ratione ad honeſta ceperit principium, perturbationes conſentiẽtes comitantur. verum ſæpenumero controuerſantur. Quamobrẽ potius cõuenerit perturbationem ad virtutẽ anteire bene affectã, q̃ rationem.

*De proſpera fortuna.* *Cap.* IX.

INterea dicẽdum de proſpera fortuna eſt, poſtcaquam de felicitate nobis eſt oratio. Arbitrantur nanq; multi felicem vitam fortunatam eſſe, vel non eſſe citra fortunatam. & forte non iniuria: abſque enim exteris bonis, quorum domina fortuna eſt, felicem eſſe non contingit. idcirco de ſecunda fortuna nobis dicendum: necnon quis prorſus ſit fortunatus, & in quibus, & circa quid. Primum igitur ad hæc quiſpiam accedens, ſpectansq; dubitauerit. quandoquidem non dixerit fortunã eſſe, vt natura eſt ſemper cauſa cuius eſt, eius vt plurimum eodem modo eſt effectrix. at fortuna nunquã, vetũ temere & ſine ordine, ac vt fors tulerit. ideo fortuna in eiuſmodi eſſe dicitur, vbi neq; mẽs vlla, neq; recta ratio eſt. nã vbiuis, nihilominus eſt quidquam ordinatum, ac eſt ſemper eodẽ modo, non ita fortuna. Idcirco vbi mens plurima ac ratio, ibi fortuna minima. vbi plurima fortuna, ibi mens perexigua. At nunquid tecũda fortuna eſt, vt Deorum quædam cura? An id minime videri debet. talium ſiquidem dominum præficimus Deum, vt bona malaq; meritis diſtribuat. at fortuna & quæ à fortuna, tam vere q̃ vt fors tulerit fiũt. quod ſi huiuſmodi diſtributori Deo aſcripſerimus, malum ipſum iudicem faciemus, neq; iuſtũ. id ne'as Deo deputare. Cæterum præter hęc, ad nihil aliud fortunam quiſpiam ordinarit. proinde non dubium, quin horum aliquid ſit. mẽs certe ac ratio, necnon ſcientia, prorſus alienum ab hoc eſſe videatur. præterea neq; cura, neq; beneuolentia quæ à Deo, videatur eſſe ſeiunctus, quoniam malis attribuitur. atqui Deum malorum curam habere fas non eſt. Reliquũ igitur, & maxime peculiare fortunæ natura eſt. Eſt nimirũ proſperitas, ipſaq; fortuna in his quæ in nobis nõ ſunt, neq; eorum quorũ ipſi ſumus domini, quęq; poſſimus efficere. Ideo iuſtum quatenus iuſtum, nemo fortunatum dicit. & ne quidem fortem, nec prorſus quẽquam alium à virtute præditum. in nobis ſiquidem eſt hæc habere, vel non habere. Sed enim in talibus magis peculiare, ac ſuum, dicimus fortunã & proſperitatem. ingenuum nanq; dicimus fortunatũ, ac prorſus cui talia bona extiterint, quorum ipſe neutiquam dominus eſt. verũtamẽ ne hinc quidem propriè proſperitas diceretur. Eſt tamen fortunatus ſæpenumero dictus. nam præter alicuius conſiderationem, cùm & alicui bonum aliquod agere cõtigerit, dicimus fortunatum. & cum cuiiure inſtigi damnum debuerat, eiuſmodi hominem lucrum facientem, dicimus fortunatum. Eſt igitur proſperitas, in agendo bonum aliquod præter rationẽ, & in nõ ſubeundo, vt debuit, malo. Cæterũ potius ac magis peculiare in bono capiẽdo proſperitas videatur. ſiquidẽ bonũ capere, per ſeſe fortunatum

Vbi mẽs ac ratio plurima, bi fortuna pl. minima: & e contra.

quiddam esse videatur: malum vero nō subire, ex casu fortunatum. Est igitur prosperitas rationis expers. natura nanq; fortunatus est, qui sine ratione ad bona impellitur, eaq; consequitur. Id vero naturæ est. nam animæ ineſt huiusmodi à natura, quo sine ratione impellamur ad ea, vnde bene habemus, eousq;. vt si quis roget ita habentem, cur nam id tibi ita libet agere? nescio, inquit, sed libet. Simile propemodū lymphaticis. siquidem lymphatici citra rationem ad aliquid agēdum impelluntur. Prosperitatem vero, suo ac peculiari nomine appellare non habemus: verū ipsam sæpe dicimus esse causam. at hæc causa à nomine alienum quiddam est. quoniam causa, & cuius est causa, aliud est: & citra impulsum bona consequentem causa, causa dicta est. vt malum non subire, vel porrò minime animo deputatum, bonū capere. nanciscig; bonum est profectò huiusmodi prosperitas ab illa disiuncta, videturq; hæc ex rerum fieri interuentu, ex casuq; prosperitas. & perinde tametsi est huiusmodi prosperitas, non tamen ad felicitatem talis (inquiam) prosperitas fuerit peculiaris, cuius in ipso impulsus principiū bonorum est. Assuetudinis. Quoniam igitur est felicitas nō sine bonis externis, & quæ à prosperitate (vt iamdudum dicebamus) oriūtur felicitatem coadiuuant. De prosperitate igitur hactenus.

Assequutionis.

*De honesta probitate, honesto ac bono.* Cap. X.

QVoniam de singulis particulatim diximus, reliquum iam fuerit vt in totum componendo singula accumulemus. Est igitur non male nomē impositum in consummato probo honesta probitas. honestus & bonus nāq; dicitur, cū perfectè probus. siquidem virtutis bonum & honestū fatentur, sicut iustum honestū & bonum aiunt, fortem, tēperantem, ac prorsus virtutum omnium. Quoniā igitur in duo distribuimus, vt alia quidē honesta: alia vero bona dicamus: et bonorū, alia quidem simpliciter bona, alia vero nō: honesta porrò, vt virtutes & virtutum actiones. bona certè, dominatū, opulentiam, gloriam, honorem, & id genus alia. Est igitur honestus & bonus, apud quē simpliciter bona sunt bona, & simpliciter honesta honesta sunt. talis nāq; honestus & bonus. Sed apud quem simpliciter bona nō sunt bona, is neq; honestus & bonus: sic vt ne quidem bene valere videatur, cui simpliciter salubria non sint salubria. Nā si opulentia, & dominatus adueniendo quippiam offenderint, optanda non fuere: sed talia quæ non offendāt, sibi esse optauerint. Qui aūt talis sit, qualis correptus ex bonis, ne ei adsint, ne quidem honestus ac bonus esse videatur: sed cui per se bona omnia, bona sint, nec ab ipsis absumatur, vt ab opulentia & dominatu, is honestus & bonus.

*De recta ratione.* Cap. XI.

DE eo quod est ex virtutibus rectè agere, neutiquā satis absolute dictum est. nā dicebamus ex recta ratione agendū esse. verum ignarus interrogauerit id tortallis quipiam, ex recta ratione quid nā fit, & vbi recta ratio? Est nimirū ex recta ratione agere, cùm animæ pars irrationalis non prohibuerit rationalem suā exercere actionem. tū demum enim ex recta rōne erit actio. Quoniā enim animæ partē, vnam quidem deteriorē habemus, alteram meliorē, semper deteriorem melioris causa obtinemus. sicut in corpore et anima, corpus animę causa habere dicimur, cùm ita habuerit ne præpediat, sed ita cōiungatur & consurgat ad aiæ opus perficiendū. quandoquidē deterius melioris est causa, ita vt se cum meliore exerceat. Cùm igitur affectus menti nō inhibuerit suum opus exercere, an nō tum ex recta ratione fuerit? Ita propemodum. Verum fortallis dixerit quipiam, quo modo affectus habuerint, cū non impedientur? ac quando nā ita habebunt, vt non prohibeantur? Nescio. quippe dictu neutiquā facile est. Neq; enim medicus, sed quādo dixerit febricitanti ptisanā proferendam. at quo pacto febricitare sentiam? cū (inquit) impalluisse videris. at pallescentem quomodo sciero? hic occurrit medicus, si non habes ex te (inquiens) vt talia sentias, nō habeo amplius qd dicam. Hoc pacto de alijs cōmunis huic erit oratio. Similiter habet & in affectibus digno scendis. aliquid nanq; per sese sensu oportet conijcere. Quærat porrò & hoc fortallis quipiam, nunquid re ipsa ista cognoscēs, ero continuo felix? nam sunt qui opinentur. Hoc certè est huiusmodi, vt cæterarum scientiarū nulla discenti vsum præbet & actionē, sed habitum dūtaxat, ita ne quidem hic, hæc sciendo, vsum tradit. Felicitas. n. est (vt fatemur) actio, non habitus. neq;. n. sciendo ex quibus constet felicitas, sed ex vtēdo his. atqui horū vsus & actio est. nec est præsentis tractationis hoc tradere: quandoquidem neq; vlla alia quæpiam scientia vsum tradit, sed habitum.

*De amicitia, & amicis.* Cap. XII.

VErum enimuero inter cuncta huiusmodi nobis de amicitia dicere necesse est, quid sit, & in quibus, & circa qd. quandoquidem ad



dem ad omnem vitam ipsam tendere perspicimus, & omni tempore bonum esse, quo ad felicitatem complectēdam. Primum igitur videbitur melius percurrere, ac excutere quę ambigua sunt. Nam est in primis amicitia in similibus, vt videtur, ac dici solet. siquidē graculus (inquit) graculo assidet. sempq; Deus simile agit ad simile. dicitur quoq; canis semper in eadem tegula dormitare. Interrogatus fertur Empedocles, cur nam canis semper in eadem dormiat tegula, dixisse, quoniam simile canis habet tegulæ, & perinde ob similitudinem eò tendere. Alijs porrò visum est, potius in contrarijs gigni amicitiam. amat siquidem imbrem terra (inquiūt) cùm solum exaruit. quippe q; (inquiunt) contrarium contrario velit cōciliari. at in similibus nihil fieri contingit. siqdem simile (vt aiunt) simili nō eget. ac talia iactantur. Iterū, vtrum operosum est amicū fieri, an facile? velut assentatores confestim assentiūtur, nec amici sunt, vt esse videntur. Dubitauerit in his quoq; quispiā, num fuerit, pbus malo amicus? An ne. amicitia siquidem in fide & constantia. at malus, neutiquā talis. An malus malo amicus? Ne id quidem. Primū igitur definiendum qualem consideremus amicitiam. est nanq; (vt opinātur) amicitia etiā erga Deum, atq; inanimata, neutiquā rectè. Amicitiam nāq; hic esse dicimus, vbi amor reciprocus. at erga Deum amicitia neutiquam reciprocum. & ne quidem amare suscipit. alienum nāq; fuerit, si quispiam dixerit Iouem amare. At ne quidem ab inaiatis amorem esse continget reciprocum: amor tamen erga inanimata est, vt vinū, vel huiusmodi aliud. Ideo non erga Deum quærimus amicitiā, neq; erga inanimata, sed erga animata, atq; erga ea in qbus sit amare mutuo. Quòd si quis deinceps cōsideret, quid sit amabile vidēdum. est igitur non quicquā aliud q; per se bonū. Aliud nēpe est amabile, & aliud amandum: quemadmodum consultabile & cōsultandum. vtriq; enim bonum ineſt. Ita ēt amabile quidem, simpliciter bonum: amandum vero, eodem modo bonum. Iterū amandum quidem, etiam amabile: at amabile non idem est, quod amandū. Hinc igitur & hac de causa est ambiguitas, num probus malo sit amicus, an ne. Cōnectitur nanq; quodam modo per se bono sibi bonum, & amandū amabili. habetur autem & cōsequitur bonum iucundum esse, & cōmodum. proborū igitur amicitia est, cū se mutuo amauerint: amant autem se inuicem, quatenus amabiles: & amabiles, quatenus boni. nō igitur probus, inquit, malo erit amicus. Atqui erit: quandoquidē per se bonū comitatur cōmodum & iucundum. si malus est q; fuauis, hac de causa amicus. rursus quatenus cōmodus, catenus amicus. Verum nō erit ex amabili eiusmodi amicitia. siquidem amabile bonū est: atqui malus non amabilis: non ergo propter amabile, sed propter amandum. Sunt nāq; ab vniuersali amicitia quæ in ipsis probis est, hæ quoq; amicitiæ quæ ex iucundo, & quæ ex cōmodo. qui ergo propter iucundū amicus, non tenet propter bonū amicitiam: neq; qui propter cōmodum. Atq; sunt hæ amicitiæ, quæ propter bonum, quæ propter iucundū, quæ propter cōmodum. nec tamen eędem, & ne quidē prorsus inter se inuicē alienæ, sed ab eodem quodāmodo dictæ sunt. velut medicū cultellū dicimus, medicū hominē, & medicā scientiam: hæc non similiter dicūtur: sed cultellus, q; ad medicinā vtilis sit, medicus dicitur. at homo, q; sanitatem faciat. scientia vero, q; sit causa atq; principiū. Itidem & amicitiæ non itidem quæ proborum, quippe q; propter bonum, & quæ propter iucundum, & quæ propter cōmodū. Neq; dicuntur æquiuoce. verū non sunt eædē: sed circa eadē quodāmodo, ac ex eisdē. Quòd si quis dicat, qui propter iucundum amat, ei amicus non est, quandoquidem non propter bonū amicus est, is in amicitiam proborum demigrat, quæ ex his oībus constat, quippe ex bono & iucundo, & ex cōmodo. proinde non est vere ex illa amicitia amicus, quæ propter iucundū, vel propter commodum. Vtrū igitur erit probus probo amicus, an non? siquidem non eget (inquit) simili simili. Hęc nimirum oratio, propter commodum indagat amicitiā. nam quatenus alter altero indiget, catenus sunt amici, quatenus propter cōmodum conciliātur. cū aliter definiatur quæ propter cōmodum amicitia, & quæ propter virtutem, & quæ propter voluptatem, æquū vtiq; hoc multo magis esse, qui virtute cōciliantur. cuncta siquidem ipsis bona existunt, & iucundum, & commodum. Cæterū etiam probus malo. nā quatenus fortallis iucūdus est, catenus etiā amicus. Et malus malo. nā quatenus idem forte ipsis cōmodum, eatenus amici sunt. fieri nāq; intuemur, cū idem fuerit cōmodū, eos ob cōmodū conciliari. proinde nihil, phibet, ēt malis aliquod cōmodum esse. Constātissima igitē, ac stabilissima, & honestissima, quæ ineſt probis amicitia. qppe q; propter virtutē, ac per se bonum. Nā virtus incōmutabilis: & quæ per eā cōciliat amicitia, cōstātissima est. at quæ ex cōmodo stabilis nō est amicitia, qppe quę cū cōmodo elabit. similiter ēt quæ ppter voluptatem.

Optimorũ igitur amicitia, quæ per virtutem excitatata eſt, multorum autem, quæ cõmodũ,& quæ propter voluptatẽ,in oneribus,& his quæ obueniunt. Contingit autem etiam indignari cum malis amicis, pariterq; admirari. Eſt vero nõ abſurdum,cũ.n.amicitia principiũ ceperit voluptatẽ, propter quod amici ſunt, itidem & commodum, ſimul enim hæc deficiũt, neutiquam etiam perduraverit amicitia. At ſæpe perſtat quidem amicitia, verum abuſus amico eſt. ideo indignatur,neq; id iniuria. non enim propter virtutem cum hoc tibi fuerat conciliata, vt alienum non videatur nihil eſſe ex virtute. Quamobrẽ non rectè indignantur,qui amicitiam per voluptatẽ conciliarunt, quod exiſtimẽt ipſam per virtutem duraturam, quod fieri non poteſt. non enim quæ propter voluptatem & cõmodũ,ex virtute eſt. Voluptate igitur conciliati,non recte virtutem quærunt. neq; enim comitatur voluptatem & cõmodũ aliquod virtus: ſed contrà,ea ambo virtutẽ conſequuntur. Alienum enim niſi bonos, putare ſibi fore iucundos. „ quandoquidẽ mali (vt inquit Euripides) ipſi „ ſibi ſunt iucundi,malus vero contabeſcit.nec enim voluptatem virtus comes conſequitur, ſed virtutem voluptas comitatur. Vtrum vero etiam oportet in amicitia proborũ eſſe voluptatem,an non? Alienum enim non videri oportere.nam ſi ab ipſis inter ſe inuicem auferas ſuauitatẽ, alios ad conſueſcendum in vita iucundos amicos adeũt.nam ad ſimul viuendum nihil maius eſt,q̃ iucundos eſſe. quamobrem alienum eſt non arbitrari,probos maxime ſimul inuicẽ vitam agere. id vero citra iucundum non eſt.expedit ergo (vt videtur) his maxime iucundis eſſe. Quoniam autem diſtributæ ſunt in tres amicitiæ ſpẽs, in hiſq; ambigebatur,vtrum in ipſa æquabilitate amicitia eſſet, an in eo quod eſſet inæquabile. Eſt igitur in vtroq;.nã proborum, per ſimilitudinem perfecta amicitia eſt. at quæ per diſſimilitudinem, ea quæ propter cõmodum. Nã eo modo copioſo pauper, ob inopiam eorũ quibus affluit diues,amicus eſt. ac eadem de cauſa,malus probo. ſiquidẽ propter virtutis inopiam, à quo ſibi opitulatũ iri putat, ei ob hoc amicus eſt. fit igit̃ propter cõmodũ inter diſſimiles amicitia. Hac de cauſa dixit Euripides, Amat imbrem terra,cùm ſolum exareſcit. His, vtpote cõtrarijs, amicitia ob cõmodum exoritur.nam ſi libeat maximè cõtraria facere inter ſe inuicem vtilia, vt ignem & aquam cõponendo, ignis ſi deſit humor, abſumitur, quem ſibi attrahit tanquã alimentum: tãtum quidem, vt non ſuccumbat. nam ſi ſuperarit humor, ignis abſumitur. ſi vero moderatus, conferet. Nõ dubium igitũr,quin in maxime contrarijs ob cõmodũ ſit amicitia. Deducuntur aũt amicitiæ omnes,tam ipſa æqualitate q̃ inequalitate,in tres diſtributę ſpecies. Eſt autem in cũctis contentio inter ſe inuicem amicitijs, cũ nequaquam ſimiliter amauerint, vel fecerint, vel ſuppetiuerint, vel cũ id genus aliquid. & cũ vnus quidem vehemẽter facit, alter vero deficit, in deficiendo inclamatio eſt, atq; incuſatio. Præterea in quibus idẽ eſt amicitiæ finis, vt ſi vtriq; ppter cõmodum inter ſe inuicem amici cõcilientur, aut propter iucundum,aut propter virtutẽ,defectus qui ab altero, exploratus ac certus eſt. Si igitur plura tu mihi bona cõtuleris,quam ego tibi, non ambigo qn tu de me bene meritus, à me plus amari debeas. Vbi aũt non hac amicitia amici fuerimus,ibi maiores differentiæ:defectus ſiquidem ab vtroq; incertus. vt ſi propter voluptatem vnus quidẽ ſit amicus, & propter cõmodum alter,inde oritur ambiguitas.neq; enim qui cõmodo excedit, voluptatem cẽſet dignam quæ cõmodo repẽdatur. nec qui voluptate ſuperat,dignam gratiã in ipſo cõmodo ſe exiſtimat accipere. idcirco in eiuſmodi amicitijs magis exoriũtur differẽtiæ. Qui vero ex inæqualitate amici ſunt,nẽpe excedentes opibus, vel alio huiuſmodi aliquo, nõ ſibi cenſent amandũ eſſe, ſed ab inferioribus amari oportere exiſtimant. At amare melius eſt q̃ amari. ſiquidẽ amare voluptatis actio quædã eſt, & bonum:ab eo aut̃ quod ametur,nulla actio eſt.nempe cognoſcere,melius q̃ cognoſci.cognoſci enim & amari etiã in carentibus aĩa exiſtit:at cognoſcere & amare i rebus animatis. Rurſus beneficũ eſſe melius q̃ ſecus. quis amat, quatenus amat,beneficus eſt:amatus vero, quatenus amat̃, non. Sed homines honoris cupiditate incẽſi, amari q̃ amare malunt: q̃ quatenus amãtur, videantur præcellere.amatus ſiquidẽ voluptate,vel copia, vel virtute præcellit. At honoris cupidus eminentiam affectat. & qui excellũt, ſibi non amandum eſſe arbitrantur, q̃ in quibus excedunt, amãtibus repẽdi opinantur. Itẽ ipſis ſunt deteriores illi, ob hoc non cẽſent amare debere, ſed amari. Sed qui egenus pecuniarũ,aut voluptatum,aut virtutis, is affluẽtem ſuſpicit & amat, quòd ea conſequatur, aut ſe conſecuturum opinetur. Sunt autem & aliæ ex conſimili affectu conciliatæ amicitiæ, & ex eo quòd cupiam bona velint, in quibus non eſt cuncta hæc comprehendens facta amicitia: nam ſæpenumero alĩ bona volumus,attamen cum alio vitam agere malimus: vtrum

hoc



hoc amicitiæ dicere oportet? an conſummatæ amicitiæ nempe per virtutem affectus. in ea ſiquidem amicitia hæc inſunt cũcta. nam cum alio nemine vitam agere libuerit. ſiquidem iucundum,& commodum, & virtus ineſt probo, cui bona in primis voluerimus, & cũ ipſo viuere & bene viuere, & non cum quoquam alio magis. Nunquid ſibi & erga ſe amicitia, an non? id nunc omittamus, dicemus poſtea. ſed enim nobis ipſis cuncta volumus, nempe nobiſcum viuere vitamq; ducere vna volumus. id ferè etiam neceſſarium. & bene viuere, & viuere ac bonum velle, nõ cuiquam alij magis. Rurſus ſimilium affectuoſi in primis ſumus nobis ipſis. nã ſi labamur, vel in huiuſmodi aliquid decidamus, cõfeſtim triſtamur. Hac de cauſa videatur erga ſe ſibi amicitia. Talia quidem certe, vt in ſimilitudine affectionem, & bene viuere, & id genus alia, aut erga nos ipſos dicimur referre amicitiam, aut in eã quæ perfecta ſit. in ambabus enim ſunt hæc omnia: nempe vnà vitam agere, & eſſe velle, & bene eſſe, ac cętera omnia in his ſunt. Rurſus videatur ferè in quibus iuſtum eſt, in eiſdẽ eſſe amicitia. quamobrẽ quot iuſtorum ſunt ſpecies, totidem & amicorũ. Iuſtum certe eſt, & hoſpiti erga ciuem, & ſeruo erga dominũ, & ciui erga ciuem, & filio erga patrem, & vxori erga virum, & quęcunq; ſimpliciter aliæ cõciliationes, & amicitiæ ſunt i horum ſingulis. amicitiarum vero hoſpitalis validiſſima videatur. neq; enim vllus eſt communis, de quo ambigatur, finis, vt inter ciues. ſiquidem ambigunt propter exceſſum inter ſe inuicem, nec amici permanent. Nunc demum illud dicendum eſt, vtrum erga ſe ſit amicitia, nec ne.

### De amicitia erga ſe. Cap. XIII.

QVoniam igitur perſpicimus, vt paulo ante dicebamus, quòd ex ſingulari bus amare cognoſcitur: ſingularia vero nobis ipſi in primis velimus: nempe bona, & eſſe, & bene eſſe, et ſimilium affectantiſſimi nobis ſumus, & nobiſcum viuere præcipue malimus. Quòd ſi ex ſingularibus cognoſcitur amicitia: ſingularia vero nobis ipſis ineſſe volumus: non dubium quin ita erga nos ſit amicitia, quemadmodũ & iniuriam erga nos ipſos eſſe dicebamus. Nam quemadmodum alter quidem afficiens iniuria, alter vero affectus iniuria, vnus & idẽ eſt: & ob hoc, ne quidem eſſe videbatur iniuria: eſt nimirum, vt dicebamus, in animæ partibus cõſiderationem iactantes. quandoquidem eſt videre, cùm plures non conſentiunt, tũ aduerſum ſe eſſe iniuriam: ita igit̃ hic erga ſe eſſe videatur amicitia. Nam quoniam amicus eſt (vt famur, cumdemum voluerimus ſimpẽſe amicum dicere) vna mea & huius anima eſt. At quando animæ plures ſunt partes, tum vna fuerit anima, cùm erga ſe inuicem conſenſerint ratio et perturbationes. ita nanq; vna erit, perinde atque ſi vna facta ſit, erit erga ſe amicitia. Hęc autem erga ſe erit in bono amicitia, quandoquidẽ in eo ſolo animę partes bene inter ſe inuicem habent, quando inter ſe non differũt. quoniam malus nunquam ſibi amicus eſt: ſe nanq; ſemper oppugnat. nempe incontinẽs cùm quid per voluptatem nequiter egerit, mox pœnitentia affligitur, ac ſe excruciat. itidẽ & in alijs vitijs malus habet, ſeſe oppugnando, ac ſibi aduerſando. Eſt autem amicitia etiam in ipſa æqualitate, vt ſociorum, per æqualitatem numero & poteſtate boni. Neuter ſiquidẽ ipſorum debet altero plus ſibi aſcire, neq; numero bonorum, neq; poteſtate, neq; magnitudine, ſed ex æquali habere ſocij aliqui cupiunt. At per æqualitatem, patris erga filium, & ſubditi & imperantis, & potioris & deterioris, & vxoris & viri eſt conſideratio: ac ſimpliciter vbicunq; inter potiorem & deteriorem in amicitia ordo interceſſit. hæc nãq; eſt ex ratione in diſparilitate amicitia. Neque enim vnquam æquale vllus ex bono dabit, ſi meliori deterioriq; dederit: ſed maius ſemper ei qui excedat. Id quippe eſt quodam modo ratione æquale, cùm minus bonum capit deterior eo, qui melior eſt.

### De affinitate. Cap. XIIII.

AMicitiarum omnium, quæ iam memoratæ ſunt, in primis cognatus eſt amor, qui in affinitate, eaq; ex patre in filium. Et cur nam pater filium magis amat, quàm filius patrem? vtrum (vt nonnulli inter multos recte aiunt) quòd pater beneficus erga filium ſit, quodq; filius de patre benemeritus ſit? hæc igitur cauſa in amicitia per commodum conciliata eſſe videbitur. quemadmodum & quæ per ſciẽtiam ſpectatur, ita quodammodo hic habebit. Eſt igitur idem finis atq; actio, neque aliud aliquid præter actionem finis. vt tibicini eadem actio atq; finis. perflare enim tibias ei & finis & actio eſt. non autem ædificationi: nam præter actionem alius eſt finis. Eſt igitur amicitia actio quædam. nec finis alius eſt præter actionem in amando, ſed illud idem. Pater igitur ſemper magis quoquo modo ſatagit, ob hoc quod ei? factio ſit filius, id quod in alijs cernimus. omnes ſiquidem erga quod ipſi effecerunt, ſunt quodammodo benęuoli. pater igitẽ filio, vtpote ſuæ factioni, bona vult,

memoria

memoria ſpeq; adductus. ideo magis filium pater diligit, quàm filius patrem.

*An beneuolentia amicitia ſit.* Cap. XV.

EXpedit autem iam dictas & exiſtimatas amicitias exiſtimare, ſint ne amicitiæ, vt beneuolentia videatur ne amicitia. Simpliciter igitur beneuolentia neutiquam amicitia eſſe videatur: ſiquidem frequẽter multis, aut videndo, aut audiendo aliquid de aliquo bono, beneuoli efficiamur. An tum etiã amici? An ne. neq; enim ſi quiſpiam Dario apud Perſas exiſtenti beneuolus (quemadmodum fortaſſis) fuerit cõfeſtim etiam erga Darium illi fuerit amicitia. At amicitiæ beneuolentia quandoq; initium eſſe videbitur. Fiat nempe beneuolentia amicitia, ſi voluntatem aſciuerit qui bona poteſt præſtare, ei præſtandi in quo ſit beneuolentia. Moris certe beneuolentia eſt, & erga morem. nemo ſiquidem aut vino, aut cuiquam alij inanimato ſuaui bono beneuolus eſſe perhibetur. ſed ſi quis morum ſtudioſus, erga ipſum beneuolentia. Neq; citra amicitiam beneuolentia eſt, ſed in eodem; iccirco amicitia eſſe videtur.

*De concordia.* Cap. XVI.

COncordia autem eſt confinis amicitiæ, ſi proprie modo dictam accipias cõcordiam. nam ſi quis Empedocli aſtipuletur, arbitreturq; ſicut ille eſſe elementa, nunquid eorum erit Empedocli an ne? vel ſi quid aliud tale? Primum certe non eſt concordia in eis quę ſub intelligentiam, ſed quæ ſub actionem cadunt. et in his quidem cognouerunt, ſed ſi cũ hoc intelligendi idem delectum habeant, circa quæ pariter intelligunt. Nã ſi ambo dominari cognouerunt, hic qdẽ ſe, ille vero ſe, nunqd ſunt cõcordes? An nõ. cęterũ ſi ego me velim imperare, & ille me, iam cõcordes hoc pacto ſumus. Eſt nimirum concordis eſſe, in eis quę ſub actionem cadãt, cum eiuſdẽ volũtate. circa ſtatũ igitur dominantis, in eiſdẽ quæ ſub actionẽ cadãt, proprie dicitur eſſe concordia.

*Quo modo probus ſeſe amabit.* Cap. XVII.

VErum quoniam eſt (vt diximus) ſua alicuius erga ſe amicitia, vtrum probus ſeſe amabit, an ne? eſt certe ſe amans, qui ſua de cauſa agit omnia, vbi modo aliqua ſuggeratur vtilitas. Malus igitur ſui amans erit. ſua. n. de cauſa agit omnia. probus vero non. hac enim de cauſa eſt probus, q̃ alterius cauſa id agat. & proinde ſui amans non eſt. Atqui omnes ad bona proſiliunt, opinanturq; ſua in primis eſſe oportere. idq; præcipue manifeſtum eſt ex opulentia ac dominatu. Probus igitur alij hæc ſtatuet, nec vt officioſum ſui primis ſibi, ſed ſi alium viderit qui his commode magis vti poſſit, facile conceſſerit. Alij, hoc inſcitia quadam non facient. neq; enim opinãtur talibus bonis abuſuros, vel etiam ob honoris cupiditatem imperant. Probus vero horum neutrum efficiet. & perinde ne quidem propter eiuſmodi bona ſui amans erit, verum ſi honeſtas poſtularit. id enim ſolum nemini alij conceſſerit, at commoda & iucunda ceſſerit. Itaq; in delectu honeſtatis ſui amãs erit. at vbi commodum ac iam dicta voluptas affectabitur, improbus erit, nõ bonus. Vtrum probus ſeſe maxime amabit, an non? Eſt certe, vbi ſeſe maxime amabit, eſt vbi non. Nam cùm dicimus probum bona cedere quæ ad vtilitatem tendant, amicũ magis q̃ ſe amicum amaueritq; ita. verum amico concedens ſibi honeſtatem, accommodat, eoq; modo iſta concedit. Eſt igitur vbi amicum ſe magis diligat, eſtq; vbi ſeſe maxime. in ipſo nanq; commodo, amicum. at vbi honeſtum & bonum, ipſe ſeſe maxime diligit. Eſt igitur boni etiã amans, nec ſui amãs. ſolum enim ſiqdẽ ſeſe amat, q̃ bonus. Malus aũt ſui amãs eſt. neq;. n. habet quapropter ſe amet, ſicut honeſtum aliquod, ſed citra hæc ipſe, quatenus ipſe eſt, ſeſe amabit. & perinde hac de cauſa proprie ſui amans diceretur.

*De eo quod ſibi ſatis.* Cap. XVIII.

DIcendum de eo quod ſibi ſatis, & non altero indigente. vtrũ qui ſibi ſatis egebit amicitia, an ne? nempe ipſe ſibi ſatis erit, etiam ob hoc. ſiquidem etiam poetæ talia iactitant. Cùm dæmon bene dederit, quid, amicis opus eſt? Vnde etiã gignitur inopia? Vtrũ qui cuncta habeat bona, quicq; ſibi ſatis ſit, amicis egebit? An tum etiã maxime. cui enim bene faciet, aut quo cum vitã ducet? neq; enim ſolus deget. Quòd ſi his opus erit, neq; cõtinguntur hæc citra amicitiam, qui ſibi ſatis eſt, egebit amicitia. Quæ igitur in ſermonibus conſueta capi ſimilitudo ex Deo, neq; illic recte, neq; hic fuerit vtilis. Neq; enim ſi Deus ſibi ſatis, nec vllo indigens, ob hoc etiam nos nullo indigebimus. Eſt nimirũ iactatus de Deo huiuſmodi ſermo. nam quoniam bona cuncta obtinet Deus, ac ſibi ſatis eſt. quid faciet? neq; enim dormiet. Inſpiciet aliquid, inquiunt: id nanq; pulcherrimum, & maxime peculiare. Quid igitur inſpiciet? nam ſi quicquam aliud inſpiciet, id erit melius. hoc vero abſurdũ eſt, vt ſe quicquam melius habeat Deus. Ipſe igitur ſeſe inſpiciet. at hoc delirum. nam homini qui ſeſe ſuſpiciat, vtpote attonito, iclamamus, quid igitur Deus inſpiciat omittamus, neque de



de eo q̃ ſibi Deus ſatis ſit, conſideremus, ſed de homine. Vtrũ qui ſibi ſatis ſit, is egeat amicitia, nec ne? q̃ ſi quis amicum ſpectans viderit quid ſit, & qualis amicus, talis qualis alter ego eſſe, tum vehemẽter amicum facies, quẽadmodum dictum eſt, hic alter Hercules, alter amicus ego. Quoniam igitur difficillimum eſt (quemadmodum quidã dixere ſapientes) ſeſe cognoſcere, & ſuauiſſimum: nam ſe noſſe, iucundum: ex nobis ipſis certe nos nõ poſſumus inſpicere. Quòd autem non nobis poſſumus, hinc certum quòd alijs inclamamus, nec nobis cogniti q̃ eadem faciamus. id vero fit, aut quia bene volumus nobis, aut propter affectum. at nobis hæc ad recte iudicandum obſtant pleriſq;. Quemadmodum igitur ſi velimus ipſi noſtram ſpectare faciem, in ſpeculo obtuemur, itidem eſſe cùm nos cognoſcere voluerimus, amicum ſpectantes noſſe poſſumus. eſt ſiquidem (vt diximus) amicus alter ego. Quòd ſi iucundum eſt ſe noſſe, idq; ſcire non eſt ſine altero amico, opus erit amicitia, q̃ ſibi ſatis ſit vt ſe cognoſcat. rurſus etiã ſi honeſtũ (vt eſt) benefacere, cum qui à fortuna bona obtineat, cui benefaciet? quo cum vitam aget? nõ enim ſolus deget. nam vitam ducere cum alio, & iucundum et neceſſarium eſt. Quòd ſi hæc honeſta & iucunda, necnon neceſſaria, & hæc ſine amicitia eſſe non poſſunt, opus erit amicitia qui ſibi ſatis ſit.

*De multorum amicitia.* Cap. XIX.

VTrum multos habere amicos expedit, an paucos? Neq; profecto multos (vt paucis abſoluam) neq; paucos oportet. nam ſi multi erunt, amorem in ſingulos diſtribuere erit operoſum. in cũctis ſiquidẽ alijs imbecilla natura noſtra, in plurima peruenire non poteſt. neq; enim vitu diutiſſime poſſumus: ſed ſi plus mediocritate inſtiteris, obimbecillam naturam deficit. nec auditu, neq; alijs eiuſmodi omnibus. Qui igitur amare non poſſit, deficit: iuſq; fuerit vt inclametur coarguaturq;, q̃ amicus ſit, nec amet. cęterũ hac ratione eſſe non poſtulat amicitia. Rurſus ſi multi, nunquàm mœrere deſierint. inter multos nanq; par eſt, vt aliquod ſemper accidat infortunium, vnde triſtari neceſſe ſit. neque porro paucos, vnum vel duos eſſe expedit: ſed inter parum & multum, vt tempus, atq; ad amandum ſatis ſit impulſus.

*Quomodo amico utendum ſit.* Cap. XX.

DEinceps conſiderãdum fuerit quo modo vtendum ſit amico. Eſt profecto nõ in omni amicitia coniectatio, ſed in qua ſe inuicem amici obiurgant. Atqui non in alijs eodem modo ſe obiurgant, ſicut in ea quę patris erga filium, eadem non eſt inclamatio, vt parfuerit nonnullis, quemadmodum ego tibi, & tu mihi. q̃ ſi non, hic tam vehemens fuerit inclamatio. At in amicis inæqualib⁹ nõ eſt par. eſt vero patris erga filium amicitia in minime æquali. itidem vxoris erga virum, aut vernæ erga dominum, prorſusq; deterioris & melioris. In eiuſmodi non erunt inclamationes: ſed vbi pares amici, & in ipſa amicitia talis erit obiurgatio. Proinde conſiderandum, quo pacto vtendum amico fuerit, in ea demum amicitia, quæ inter pares fuerit conciliata.

*Magnorum moralium Ariſtotelis finis.*

*SEquentes etiam Moralium Eudemiorum libros appellatos (ut et alij fecere) in hoc Moraliũ volumine repoſuimus: qui, quanquam eadem, quæ & Nicomachij pertractent, ea tamen ſæpenumero diuerſo explicãt modo. In Ariſtotelis autẽ operibus reponi ſolent: cùm (cuiuſcunq; illi fuerint) eos ex ipſius depromptos officina Poſteriores approbarint. Seclusimus tamen Quartum, Quintum, & Sextum libros (quanquam in Græcis reperiantur exemplaribus) cum idem ad uerbum ſint cum Quinto, Sexto, Septimoq; Nicomachiorum: ne idem penitus, bis inutiliter repeteretur. Appoſuimus autem Leonardi Aretini in hoſce libros introductionem: cùm eam ad Moralium cognitionem non parum candoris afferre animaduerteremus.*

# LEONARDI ARETINI VIRI CLARISSIMI

## IN MORALIA ARISTOTELIS, QVAE EVDEMIA INSCRIBVNTVR, INTRODVCTIO.

SIut uiuendi, Caleote, sic etiam bene uiuẽdi cura nobis esset, infinitos penè labores, quibus stultitia æstuat humana, tanquã superfluos & insanos fugiendos longe omittendosq; putaremus. Nũc aũt noster error ab eo manat, q̃ sine proposito fine uiuimus, & uelut in tenebris cæcutiẽtes, non tã per callem aliquem prospectũ & certũ, q̃ per oblatam nobis semitã fortuito ambulamus: ut sæpe quo nostri ferant gressus nec ipsi quidẽ sciamus edicere. Itaq; & conatus sæpe nos pœnitet nostri: & sequentes pariter assequutiq; torquemur, nihil solidi nanciscentes, in quo stulta hoĩum appetitio cõquiescat. Est enim uero boni à natura nobis ingenerata cupido. Verũ confusa illa quidem atq; incerta, fallacibusq; opinionibus tanq; tenebris quibusdam obducta: quibus occæcati atq; decepti, per deuia oberramus. Sed aduersus hãc humani generis cæcitatẽ & tenebras, opem à philosophia petendũ est, quæ si forte nos dignata, lumen suũ admouerit, hãc oẽm, quæ nos turbat, caliginẽ dissipabit, ueramq; uiuendi uiam à fallaci discernet. Equidem memini primis ab annis studiosum te philosophiæ fuisse: verũ illius quæ ad naturæ pertinet indagationem, quæ etsi est sublimis atq; excellens, tñ minus habet utilitatis ad uitã, q̃ ista quæ ad mores hoĩum uirtutesq; descẽdit, nisi forte in structior erit ad bene uiuendũ, qui pruinæ, & niues, & uidis colores quemadmodũ fiant, didicerit: quòd nihil amplius utilitatis habet, q̃ si illa nunq̃ didicisset. emendatior erit eius quoq; uita, cui aues & pisces noti sint, q̃ si oĩno essent incogniti. similia his sunt cætera, quæ in illa traduntur. habent enim splendorẽ cognitionis eximiũ: uitæ aũt utilitatẽ non habent. At uero hæc altera philosophia tota, ut ita dixerim, de re nostra est. Itaq; qui huius cognitionẽ omissa, philosophiæ intendũt, bi alienũ quodã modo negociũ agere uidentur, suũ omittere. Ego igiẽ Caleote uehemẽter quide te ad hæc studia reuoco. Quid enim pulchrius nobili uiro, & uirtutũ ab ipsa natura amatori, & intelligentia rationeq; præstanti, q̃ ea discere, per quæ ad eã sum uiuere desistat, suas ipse uitas actusq; disformat? Sed utrum ista cohortatione cõtenti, non ultra scribemus? uel quasi persuaso tam tibi addemus aliquid introductionis causa. Hoc ego potius esse reor. neq, enim inutãtis est tepide agere, sed rẽ ipsam ad quam inuitat, ultro offerre. Referam igitur sermonem habitũ à me nuper cũ Marcellino familiari meo. Nã cum ille domũ ad me salutandi gratia uenisset, reperissetq; forte lectitantem, post prima illa amicorum consueta cùm uterq; consedisset. Et quid libri hoc est, inquit, quod modo erat in manibus? Aristotelis, inquam, liber est ad Eudemũ. Tria sunt enim, ut audiisse te credo, huius philosophi uolumina de moribus scripta. Vnum, ad hunc quem modo dixi. Alterum, ad Nicomachum filium. Tertium, quod inscribitur magnorũ moralium. Et si eadem oĩum uis est, tamẽ alibi enodatius, alibi remissius res ipsæ tractãtur. Recte, inquit. At enim opportune facta à te huiusce rei mentio est. auco enim iampridem qui sit huius disciplinæ progressus, & quasi uiam cognoscere. nec ante hac data mihi facultas est, à te de hoc ipso, arbitratu meo percunctandi. nunc uero quia ut uideo ociosus es, ostẽde quæso de moribus disciplina quid nobis polliceatur. Quid me rogas, inquã, ac nõ potius ipse tu, uel nostrorũ uel Græcorũ à quibus ista traditur, scripta lectitas? Græce, inquit, nescio, latina uero ista nostratia, ut tibi uerũ fatear legentẽ me conãtemq; non admodum iuuant. conuẽto enim esse talia, ut institutũ potius crudire, q̃ rudem instituere ab initio possint. Tu qui græco de fonte (ut ait Flaccus) hausisti, quæso mihi expone, hæc de moribus disciplina quid eius sectatoribus repromittat. Non minusculũ, inquam, neq, lucellum, sed rem maximã præstantissimamq; oĩum, beatos facere hoĩes, modo sibi ipsi non desint, sed agendo & operando illius præcepta uitæq; sequantur. Et quis non excitetur, inquit, tanta spe proposita. Ardeo me hercule tam nunc illius initiari sacris. quare agedum, ede quid præcipit. Longum, inquã, id quidẽ & uisigne est, caput tamen ac summa omnium, ut bene uiuas. Id uero non de mensa, sed de mente sumitur. Sed quoniam id te cupere animaduerto, & adiuuari digna est hæc cupiditas tua, conemur tale aliquid tibi tradere, quale Græci Isagogicum appellant, id est, quasi introductionem ac euidentiam quãdam eius disciplinæ, quo paratior ad illam percipiendam queas accedere. ac dicere equidem iam ordiar. tu uero si quid inter dicendum amoueris, interpella. Prima igitur huius disciplinæ cõsideratio mihi uideri solet, an quid sit extremum & finis in rebus humanis, ad quẽ omnia quæ agimus referri oporteat. Secunda, quid sit extremũ. Tertia, quibus rebus ad id perueniatur. his enim cognitis, & totius uitæ rationem (quemadmodũ dirigẽda sit) cognoscemus. Quæ enim ad actionũ nostrarum ad uerũ finem referuntur, eas & frugi & laudabiles dicimus: quæ uero fallaci opinione aberrant, eas uituperamus atq; propellimus. Vt aũt de his dicere incipiam, conspicuũ est plures in rebus fines esse humanis, alios à sub alios tamen. Finẽ aũt appello, cuius gratia quid agimus. Exẽplo quoq; hoc ipsum faciamus illustrius. Parat quis nauem nauigandi causa. nauigat aũt, quo pecunias acquirat. acquirere aut uult, quo opulentior fiat. hanc ipsam opulentiã alterius gratia cupit, uel honoris, uel potẽtiæ, uel ut nullius indigeat. hic igitur uides tot esse fines, quot sunt actus, aliosq; subesse alios. Idem est in cæteris operationibus nostris. Semper enim nostra de fine in finem graditur quidẽ procedituq; intentio. nec est dubiũ, quin superior finis precio sior sit, cùm illius gratia inferiores appetantur. Illud præterea constat, nos omnia quæ agimus, boni gratia agere. ex quo fit, ut idem sit finis & bonũ.

Sed



Sed an cuncta alterius gratia uolumus, & necubi consistit appetitio nostra? uel est aliquis extremus & ultimus finis, ad quem cùm tandem peruentũ fuerit, appetitio conquiescit? Fatendum est esse aliquem, ne si forte negemus, irrita & stulta probetur cupiditas nostra, & in infinitum progressio, & multa perabsurda exinde consequantur. Id ergo extremum, si modo est aliquid, quod esse plane constendum est, necesse est esse tale, nulla ut externa illecebra, sed ipsum per se sua ui nos incẽdat & rapiat in cupiditatem sui, quod propter sẽ expetatur semper, & nunquã propter aliud: ad quod referãtur omnia, ipsum autem nusquam. Erit igitur hoc summus finis, & summũ bonum. nã finem & bonum idem esse docuimus. Erit quoq; principium & causa. inde siquidem motus est, cùm eius gratia, omnia omnes agant. Intelligere mihi uideor, inq̃, ac pbe tenere, quare ad alia, si tibi uidetur, progrediare. Age nunc, inquam, hic quid sit extremus finis uideamus. hoc enim secũdo erat loco in quæstione propositum. De hoc quidem (inquit Aristo.) apud omnes cõuenit. Felicitatẽ enim uulgus eruditiq; appellant. sed ipsa felicitas quid tãdem sit, de eo sane inter se discrepant: nec idẽ uulgus sapientesq; tradiderũt. At enim ne sapientes quidẽ. nulla enim unq̃ de re fuit inter philosophos tanta contentio. Nam alij uoluptatẽ esse id extremũ & ultimũ, quod per seipsum expetitur, & cuius causa cætera agimus, asseuerãt. Esse quidẽ id institũ mẽtibus nostris, ut omnia faciamus atq; patiamur, quo postea in gaudio et lætitia cõtenti & quieti uiuere possimus. ea autem est summa & mera uoluptas. Ex quo fit, ut principia uel appetendi aliquid uel fugiẽdi, à uoluptate doloreq; proficisci uideãtur. Quare & ipsas quidem uirtutes ideo censent ab hoĩbus exerceri debere, quia effectrices sint plurimarum uoluptatum. contra, eã delectorum scelerumq; conscientia nos uexet, et angat, tum inanes cupiditates, quarũ stultorum omnis uita referta est, sollicitent mentes, & quietas esse nequaquã permittant. Itaq; cum esse sapientis delectum aiunt, ut prætermittẽdis minoribus, sibi maiores comparẽt uoluptates: & doloribus paruis susceptis, maiores grauioresq; repellant. In hac ferme sententia Eudoxus, & Aristippus, & Epicurus fuere: etsi corũ aliis plus, aliis minus tribuerit corporeæ uoluptatibus. His adjiciẽdus est Democritus, qui obscure quidem ac uerbo pene insolẽti εὐεσίαν summum bonũ esse dixit, quasi tranquillitatem quandam animi, omni molestia uacantis. Alij uero in usu uirtutis felicitatẽ posuere, atq; ex eo beatam constare uitam censent. Esse enim quoddam proprium hoĩs opus, ad quod ad agẽdum natus sit. id autem non esse uiuere, quia commune sit etiam plãtis. non sensum habere, quia cõmune sit etiam brutis: sed uitam & actus secundũ rationem, qua qui bene excellẽterq; utitur, is propriũ opus, ad quod natus sit, bene absoluat, eumq; bene uiuere ac bene agere, in coq; situm esse summũ illud hoĩs, quod quærimus, bonũ. In hac ferme opinione Aristo. & Theophra. et cæteri omnes Peripatetici fuere. Sed cũ quæreretur, numquid foret hæc uita in potestate sapientis, id est, an sibi ipsi per uirtutẽ hanc præstare uitam uir bonus possit, multæ difficultates subeorti uidebãtur. Fieri enim potest ut sapiẽs, & bonus uir & oĩbus uirtutibus instructus atq; ornatus, in exilium, in orbitatẽ, in egestatem detrudatur, amissa patria, ablato patrimonio, filijs propinquisq; necatis. præterea ut in carcerem tyranni, ut in equuleum, ut in supplicia grauia & miserãda incidat. Hunc igitur quanquã uirtutibus abundantem, tñ beatũ dicere tantis in malis quis potest? Quòd si ita est, nec uirtus ipsa satis uidetur ab beate uiuendũ. Ob hæc ij, de quibus loquor philosophi, tria bonorum genera distinxerũt: Animi, Corporis, Externa. Felicitatẽ in bonis animi reponunt, quæ sunt maxima ac præcipua bona. Corporis autem et externa adesse homini oportere aiunt, nõ ut illa ex sese beatam cõficiant uitã, sed ut ne operationes uirtutis, in quibus beata uita cõsistit, impediantur. etenim supplicijs doloribusq; affectum corpus, neq; contemplari quicquã, nec agere permittunt. et egestas exiliumq; multa impediunt, cũ tanq̃ instrumẽta desint ad agendum. Quid ergo, miser erit sapiens in ijs quæ supra enumerauimus, malis? Certe non miser. habitus enim uirtutis illum ab hac infami appellatione defendit. Sed nec etiam beatum in tantis calamitatibus nuncupabo. Beata enim uita omnis optabilis est & plena gaudiorũ: hæc uero calamitosa, ne quaquã optabilis. nec beata igitur. Hæc Peripateticorũ ferme est de summo bono, uitaq; beata sententia. Nec est dubium, quin & si parũ, tñ aliquid fortunæ tribuatur. Itaq; Zeno, quiq; à Zenone sunt Stoici (rigidi nempe hoĩes & seueri) aliter de summo bono opinati sunt. Negant enim quicq̃ esse bonum, præter honestũ: in eoq; consistere uitam beatam affirmant. Honestum aũt est, qd̃ bene et laudabiliter et ex uirtute fit. Vt enim quod tumide, quod libidinose, qd̃ abiecte agitur, turpe dicit, ac dedecoris plenũ est: sic qd̃ fortiter qd̃ cõtinenter, quod ex dignitate agit, honestum, decorum, pulchrum nuncupamus. Corporis autem & fortunæ commoda negant esse bona: contra, illorũ incommoda, negant mala esse. Virtutem enim satis esse ad beate uiuendũ putant. neq, carcere, neq, tormẽtis, neq; doloribus ullis, aut egestate exiliõue beatam uitam impediri. Virũ enim sapientem, ac uere fortẽ, magno animo totum ex seipso pendere: nec humanos casus, neq; fortunæ minas expauescere, nec illis, si accidant, unquam frangi. nõ enim exilium, nec paupertatem, nec dolores mala esse sapienti. quoniam ut nihil bonum, præter id quod honestum & cum uirtute fit, sic etiam nihil malum, nisi quod turpiter et cum uitio fit. quod in sapientẽ cadere nequaquã potest. Quòd si fortunam metuat quis, nunquam erit beatus: cùm & si non fracta, attamen fractæ formidolosa. illius mutabilitatis sollicitũ reddat. Hæc ferme est, ni fallor, Stoicæ disciplinæ forma. nescio an uera, sed certe magnifica, atq; robusta. Percurri tibi sententias omnes de summo bono, quæ tandem cognitu dignæ uidẽtur: de quibus scire uelim, quid tandem existimes. Ego ne, inquit? Fatebor tibi quid mihi acciderit. singulis dum a te referebantur, me me totum addixi. Nam uoluptate, et uacuitate doloris, quæ prima fuit sententia, nihil optabilius uisum est. Quid enim beatius aut esse aut excogitari possit, q̃ uita gaudiorũ plena, omni molestia detracta. Aut quid deorũ immortaliũ uitæ similius imaginari possimus. qui cùm sint uere felices atq; beati, hoc beatitatis instar nobis mortalibus

talibus reliquisse uidentur. Rursus uero cùm ad uirtutis splendorem oculos crexi, uictus excellētiæ laude, usq; adeò contempsi equidem ac posthabui uoluptatem, ut etiam molestijs & doloribus comparandam eam beatitudinem exstimarem. Corporis uero commoda, externamq; rerū prosperitatem, quasi necessariam in bonis imponebā. Ecce alteri exurgētes, negant quicq̄ tale in bonis habendum, dantq; homini potestatem, seipsum per se in beatitudinem ascribēdi. quo quid optabilius esse potest? Ita cùm omnes ad se trahant, ambiguus sum quid maxime putē recipiēdum. Non est rurum, inquam, si tibi horū singuli probātur. Nam uulgus quidem philosophorū qui absurda dicebant, tamprudē auditores scholæq; ipsæ respuerunt. illæ restāt disciplinæ quæ aliquid dicere uideātur: quæ etsi uerbis pugnent, re tamen & effectu proximæ sunt. Quomodo proxime, inquit? an potest quicquā esse distantius. Attende, inquam, an tibi proximitatē hanc satis probare uideor. Primū enim Stoici à Peripateticis quid differūt? Vtriq; profectò beatæ uitæ dominam, effectricemq; uirtutē consentiunt. In hoc ferè totum est. & qui in uno hoc cōsentiunt, uix in alijs dissentire possunt. Nam de corporis externisq; commodis, quæ alij bona appellant, alij nō bona, id non refert, quantum quisq; illis tribuerit, si non plus his q̄ illis de uerbo differentia est, non autem de re. quod alteros usitatum uerbum delectat, alteros nouū. quæ enim hi bona & mala, illi præposita & reiecta appellant. De fortunæ modo tormentis, doloribusq; corporis diuersitas est, & quidē non magna. Peripatetici enim non à quibusuis calamitatibus depelli uitam beatā putant, sed ab ingentibus & multis. & hæc ipsa si accidāt sapienti, nequaquā eum fieri miserum dicunt. Stoici uero etiam in his ipsis calamitatibus beatū asserunt. Vides ergo q̄ parum interfit inter hos duarum sectarum magistros. Quinetiam uoluptatis patroni non multum ab his discedūt. Felicitas enim absq; uoluptate esse nō potest: adeo nō implicata est illi et annexa uoluptas, ut separi nequeat. Nomen certe ipsum quo beatitas designatur, à gaudendo apud Græcos tractum est, quasi uita quædam gaudiosa. Actio uero uirtutis, scientiaq; & contemplatio, conscientia denig; ipsa rectæ factorum immensas quasdam continet uoluptates, ut dubium fiat, an hæc propter illam, an illa propter hæc expetatur. Clamat enim Epicurus ipse, non posse cū uoluptate uiui, nisi iuste, temperate prudenterq; uiuatur. nec rursus iuste, temperate, prudēter, nisi cum uoluptate. Ita cùm tres sint philosophorum sectæ, omnes profectò aut idem aut propè de summo bono dicere uidentur. Quare non multum tibi formidandum est, ut dum alteros sectaris, ab alteris contingat te abscedere longius. Perquàm gratū mihi est, inquit, hanc, ut ita dixerim, conciliationem philosophorum audisse. Nec placuit modo tua de hisce rebus disputatio, uerum etiam placauit inquietam mentem, cuinam potissimum inhæreret hæsitātem. Sed restat tam tibi certa illa pars, cū sit ne finis aliquis extremus & summus, & quis sit cōspexerimus, ut nunc quibus rebus ad illud ueniatur ostendas. Tute, inquā, ipse uiam nō ex superioribus dictis tam hinc discernis? Discernio, inquit. uirtutes enim beatæ uitæ dominas, effectricesq; consentio: sed tamen de his ipsis audire percupio. Audi igitur, inquam, & si non ad unum resecare propositū est, sed & quantum ad euidentiam nunc sat erit, breui discursu perstringere. Hoc ipsum, inquit, nunc postulo: de singulis uero si ambigam, aliàs. Cùm per uirtutes ad beatam uitā peruenia tur (ab his enim honestas uoluptasq; existit) de uirtutibus ipsis dicere aggrediar. Atq; illud primū à nobis intelligēdū est, uirtutem omnem esse affectionem animi constantem, quem cōmuni noīe habitum uocant. Vt enim equitē fic a natura generatū uidemus, ut & currere, & in gyrum flectu, & portare equitem possit, hæc tamen ipsa non per fecte agit, nisi cum domitus & exercitatus est, atq; ita assuefactus, ut illa bene & scienter agat. tum enim perfectū quoddam habere uidetur: sic & homo à natura aptus, per exercitationem & assuetudinē habitum iustitiæ & temperantiæ, cæterarumq; uirtutum nanciscitur: ut tunc demum perfectum ab usu sit, quod a natura fuerit inchoatū. Et de uirtute quidem omni in hunc ferè modū accipiendum est, Habitum scilicet animi, exercitatione usuq; acquisitum, ut perite & scienter opus suum perficiat. Virtutum uero ipsarum prima partitio est, ut aliæ sint morū, aliæ intellectus. Conueniunt in eo, q̄ omnes sunt habitus. Differunt autē, quia morales fiunt in ea parte animi, quæ nō habet rationem: intellectiuæ autē, in ea parte, quæ rationem habet. Præterea morales uirtutes mediocritates quædam sunt inter excessum & defectum: intellectiuæ autem excessum non habent, nec sunt mediocritates. Insuper morales circa affectus & actus: intellectiuæ circa ueri deprehensionem magis uersantur. Sunt uero intellectiuæ uirtutes quinq;: Sapientia, Scientia, Prudentia, Intelligentia, Ars. Moralium autem maior est numerus. ut enim affectus sunt humani, qui nos inflectunt & ducunt, ita uirtutes aduersus hos oppositæ resistunt. Ex quo fit, ut morales quidem uirtutes omnes circa difficile arduumq; uersentur. Difficile est enim libidines quasi freno compescere: difficile iracundiā tenere: difficile auaritiā coercere. idem est de alijs affectibus nostris, ad quæ enim proni natura sumus, aduersus illa uirtutes opponuntur. Nil agas timide dicit uirtus, nil intēperanter, nil auare, nil iracunde, nil inique, nil abiecte. gradē potius quiddā tibi propositum sit. Etsi adsint facultates, magnificentia splendeat. Honores uero ita prosequere. ut declines ambitionem. Veritas, & in omni sermone & in omni uita eluceat. Præterea caue, ne te uirtutis specie decipiat uitium. Inconsulta audacia fortitudo non est, sed temeritas & uesania. tamq; est in uitio qui nō timenda formidat, q̄ qui timenda omnino non expauescit. Sit timor in periculis: ita tamen si perferēda sint, ut ratio superet uincatq; terrorem. At graue est uulnera excipere, graue mortem obire. sint sane ista, si ita uis, etiam grauissima, tamen incidunt tempora in quibus honesta mors turpi fugienda uitæ à sapiente præferenda. et uulnera pergloriam excipere præstat, quam per ignominiam corpus integrum seruare. Hunc fortitudo illa mirabilis existit, speciosissima profectò uirtus oratorum campis: quæ tanto fauore hominum excepta est, ut etiam definctorum statuas uideamus fere habitu militari, quasi præclarum sit hoc potissimum genere laudis in uita claruisse. Commune certe



certe uirtutis nomen fortitudo sola in suam propriam appellationem conuertit. nec sane immerito. Virtus enim à uiro dicitur. Vir autem constans aliquid, & pugnax designare uidetur. Itaq; illud in promptu est, si uiri estis, id est si fortes. Et cæsar milites increpans, inquit, sese non tantum uirtutem in milite desiderare, quantum modestiam: uirtutem haud dubie pro fortitudine ponens. Itaq; ut in multis alijs, ita in hoc præclarius Græci q̄ nos. Fortitudinem enim illi ἀνδρεί ας uocāt. id importat (ut uerbum de uerbo exprimam) uirilitatem. Nam temperātia communis quidem est, nec uiri solum, sed etiam mulieris. fortitudo autem propria uiri est. uersatur autem tēperantia circa libidines compescendas. atq; ut fortitudo à fuga nos reuocat, sic temperantia ab insequendo coercet: ut quodammodo inter se cōtrarie, una ad prælium cohortari, alia receptui canere uideatur. Est aūt temperantia circa eas uoluptates, quæ nobis communes sunt cum cæteris animātibus: ex quo non propriæ illæ quidem hominis uoluptates. sed magis ferales bestialesq; habentur. dicimus de affectibus animi in metu & libidine. Quid? auaritiæ nonne arduum est frenum imponere? aduersus quam immoderationem uirtus est, quam dicimus liberalitatē. Ea est mediocritas quædam in acquirendis erogandisq; pecunijs, remota quidem ab auaritiæ sordibus, remota etiam à prodigalitatis amētia. Auari enim est nimia acquirendi cupiditas, & remissior q̄ oportet expendendi cura. Hæc autem duo contraria in prodigo. nam & dissolutus in acquirendo, & profusus in largiendo est. Horum medius liberalis, ubi & quando, & quantum capiendū erogandumq; sit, tenet. & rationem secutus, habitum iam ista agendi exusu contraxit. Sed ut circa pecuniarum cupiditatem liberalitas, sic et circa cupiditatem honorum alia quædam uirtus existit, ambitioni contraria: nomē uero nequaquā sortita. Sunt enim quidam plus q̄ oportet honoribus inhiātes, quos dicimus ambitiosos. bi fere idem in honoribus faciunt, quod auari in pecunijs cōparandis. Alij, et quos honeste consequi possunt honores, abiectione quadā animi prætermittūt. Inter hæc uitia, uirtus est quædam, intellecta quidem aperte, sed non aperte nominata. At enim & liberalitati, & huic uirtuti quæ est circa honores, duæ præclarissimæ uirtutes coniunctæ sunt, magnificentia & magnanimitas. quarum magnificentia, sublimior quædam liberalitas est circa sumptus ingentes & magnos. ut si quis ad usum populi theatrum ædificet, aut ludos exhibeat Megalenses, aut gladiatorum munus, aut epulum publicum. hæc enim & huiusmodi, quæ priuatum supra modum excedunt splendorem quendam habent eximium: nec liberalia modo, sed etiam magnifica dicuntur. Magnificentia igitur ad liberalitatē talis est. Eodemq; modo magnanimitas ad illam aliā uirtutem, quæ circa honores uersatur. Est enim ferè eadē, nisi q̄ magnitudine animi, propositoq; sublimi excedit. ut si maximis dignus sit, maximos sibi honores arrogare non uereatur. Proxima est mansuetudo, & ipsa quoq; aduersus cupiditatem constituta, non pecuniarum, nec bonorū, sed uindictarū. Est enim ira ulciscendi cupiditas. cui resistit māsuetudo, ne plus minus'ue æquo efferatur. Huius excessus iracundia: defectus uero segnities. utraq; in uitio. mediocritas uero laudabilis: quæ & pro quibus, & aduersus quos, et quantum oportet irascitur. Hic ille, sublatis in me oculis, quasi admiraretur, mediocritatē, inquit, istam cæteræ quidem uirtutes, quæ adhuc à te commemoratæ sunt, recte suscepisse uidebantur: māsuetudo autem admiror si hanc suscipiat mediocritatem. Iam enim si hoc fatemur, illud quoq; confitendum erit, iram quandā esse laudabilem. de quo (ut tibi uerum fatear) ualde equidem subsisto. quas uero causas ambigendi habeam, si nō tibi inuea hæc interpellatio molesta sit, exprimere conabor. Tu uero, inquam, arbitratu tuo. non enim mei causa sermo hic institutus est, sed tui. Puto igitur, inquit, nullam iram esse laudabilem. q̄ si non laudabilis, neq; cum uirtute: quando omnis uirtus laudabilis est. uirtus enim excellentiam & præstantiam dicit. Nihil uero est omnium, quod non absq; ira melius faciant homines, q̄ irati. Quid enim est ira, nisi ebullitio quædam & concitatio, maturo stabiliq; consilio & tranquillitati rationis aduersa? Itaq; non alia tam crebro pœnitēda hominibus incidunt, q̄ illa quæ per iram gerūtur. Nam recta quidem illa ratio, qua nulla carere uirtus potest, sedationē animi serenitatemq; requirit. ira uero perturbat & concitat, ut non solū mentis iudicij, sed corporis etiā laudabilem statū peruertat illa quidem, atq; detorqueat. furentes oculi, & trementia labra, uerba interrupta atq; infracta, iactatio brachiorum insana, progressio amens. hæc autē (ut pace tua dixerim) furori propiora mihi uidentur q̄ uirtuti. Atq; perabsurdū est, rectam quidem rationem in uirtutibus dominari dicere: iram uero, quæ nos à recta ratione dimouet, in uirtutibus aliquādo fateri esse. & hunc seruaturū esse modū in rebus agendis credere, qui in ipso modum non seruat. Vident porro & sapientes uiri, hoc ipsum quod modo dixi, apertissime testificari: sunt enim, ut uidemus, libri cōplures aduersus iram ab illis conscripti. qui uero contra inirascentiam scripserit, nemo adhuc, quod equidem sciam, repertus est: quasi non irasci laudabile sit, irasci uero uitiosum. Quòd si iram nunquam esse laudabilem constat, sequitur ut mediocritas nulla eius sit, sed omnem penitus huiusmodi perturbationem animi esse improbandam. Tum ego, non ignoro, inquam, ista ita dici solere ab ijs qui contra Peripateticos disputāt. sed tamen refert, quid quisq. sentiat. Quæris num excandescentiam istam uehementemq; iracundiā probē? Negabo quidem atq; detestabor. quid enim amentius? quid furori similius? Quæris rursum, num inirascentiam, & segnitiem omni tempore laudem? Hanc uirtutis in uitio ducā, atq; reprehēdā, Etenim pero abs te. si seruus parentē uerberet tuū, aut si filiæ uirgini uim afferat, num tu hæc aspiciens animo tranquillo esse debeas? uel potius motu quodā animi ad infringendū illius contumeliam insurgere? Respondebit profectò pietas ipsa, & ratio, reprehendendū esse te, nisi pro tanta parentis filiæq; iniuria indignationem suscipias, & ad uindictam cum acritate quadam uehementiori perciteris. Quid enim, quæsò, agat filius, contumeliā parētis indignam cernens? Stabit cedò eodem animo atq; uultu, quo fuerat prius, nec eum charissimi & coniunctiss. iniuria cōmouebit? & quis non hunc detestetur, atq; reprehendat? Ita fit, ut ira quædam

nonnunquam

nonnunquam laudabilis sit, & non irasci in uitio reponatur. Videtur porrò neq; sensum neq; mentem habere, qui usque adeo hebes atq; dissolutus est, ut neq; doleat, neq; graviter ferat: cũ patriæ, cũ parentibus, cũ filijs, cùm cæteris quos charissimos habere debemus, contumeliæ inferuntur. Neq; sane uerũ est q̃d dixisti, nihil esse omnium, quod nõ absq; ira melius fiat. iuuant enim interdum, & certe decent stimuli quidam & motus animi uehementiores, pro indignitate flagitij non immerito susceptí, qui nos ad pietatem fortitudinemq; impellunt. Nam quod ais, neminẽ ad hæc contra irascentiam scripsisse, ignorare mihi Aristotelem uideris, qui ubiq; scriptorum suorum, segnitiem, et in irascentiam istam magnopere damnat. Itaq; ut tu iracundum illum furenti, sic ego dissolutum hunc et segnem mẽte capto assimulabo: qui nec sentire, nec curare, nec affici ulla re uideatur. Sed hæc satis: ad reliqua institutæ operis re uertamur. Diximus de mansuetudine, atq; illius extremis. In uita autem et conuersatione multi peccant. Nam re periuntur quidã contentiosi, displicentes, duri, difficiles, inhumani. contraq; alij, adulatores, placendi studio omnia assentantes. hæc utraq; uitanda sunt, media uero inter hæc uirtus est amicitiæ similis, procul ab assentatione, procul a contentiosa asperitate. Eodemq; modo & ostentationem & ironiam in uita & conuersatione abesse cõuenit, quarũ altera in plus fictio est, altera in minus. grauitas uero, harum mediocritas est: sed ab ostentatione remotior. Cùm autem sit in uita cessatio quædam atq; remissio (neq; enim continuo laborare homo potest) solationum quæ dam moderatio est. Nam si omnem refugias iucunditatem, rusticus sis. sin autem iocundi arripias occasionem, ita ut nec honestati, nec dignitati parcas, modo risum mouere possis, scurra. inter hæc moderatio, est quædã uirtus, quæ ab his extremis reducta, comitas appellatur. Sic ter gemina sunt uitia in conuersatione hominum deuitãda: ne ad uersatores odiosi, ne'ue rursus placentes adulatores simus, ne fingamus ostentando, ne'ue rursus minuẽdo ironia uta mur, ne procul ab omni iocũditate, ne'ue rursus ridiculi homines scurræq; habeamur. Iustitia uero duplex est. Vna perfecta, quæ omnem complectitur uirtutẽ. Altera singularis, in æquitate reposita. Aequitas autem est, ut ne plus commodi, ne'ue minus incommodi suscipiatur. Hic ille, patere quæso, inquit, paruimper, & in hoc loco interpel lari te. Cupio enim nisi molestũ sit, quamobrem perfectam uirtutem iustitiam dixeris intelligere. an forsitã aliæ, de quibus supra dixisti uirtutibus, perfectæ non sunt: ne fortitudo quidem illa, quam tu multis uerbis ornasti? q̃ si illæ perfectæ, cur huic perfectionem potius attribuas q̃ illis, non plane intelligo. Iure tu quidem ambigis, inquam: sed non omnia possunt in hoc tanto ac tam præcipiti discursu explicari. iamq; à nobis dictum est, non esse propositi nostri, ut ad unum singula recenseamus: sed tanquam introductores aliqui, euidentiam quandam & prægustationem rerum in præsentia tradere. Quod tamen de perfecta requiris uirtute, scire debes, bifariam dici perfectam. Vno quidem modo, ut inchoatæ opponitur. nec enim est dubium, nos ad iustitiam & temperantiam & fortitudinem & liberalitatem quodámodo natura aptos produci, usus tamen & assuetudo exercitatioq; ipsa (ut de æquo diximus) ita nos afficit, tunc tam perfectum ab usu sit, quod à natura fuerat inchoatum. isto quide modo omnis moralis uirtus perfecta est. neq; minus aliæ q̃ ipsa iustitia. Alio modo perfecta uirtus dicitur, quæ omnem omnino uirtutem cõtinet et complectitur. Talis uero est iustitia illa, de qua primo diximus. Est enim secundum leges obseruatio quædã. Leges autem cunctarum uirtutum opera iubent, & uitiorum omnium facinora uetant. Nam & quæ sunt continentiæ: ut non committas adulterium, non flagitium facies. Et quæ sunt fortitudinis: ut non fugias in acie, non desere locum, non arma abijcies. Et quæ sunt mansuetudinis: ut non iurgia diuersis, non pulsabis, non contumelia afficies. et sic de aliis uirtutibus & uitijs, illas iubendo, & ista uetando. Quæ uero à legibus proficiscuntur, iusta sunt. Itaq; illa pars iustitiæ, quæ est legis custos & obseruatrix, uniuersalis quædam est, & usus omnium uirtutum in sẽ continet. atq; ideo perfecta dicitur, q̃ nullius uirtutis usus illi desit, quasi completa quædã & absoluta uirtus. Alia uero iustitiæ pars, quam in æquitate repositam diximus, particularis est: ut non plus commodi, nec minus incommodi suscipiamus. Est igitur iustitia duplex: una uniuersalis uirtus, altera singularis. Prima est illa de qua Euripides inquit: Neq; lucifer, neq; hesperus est ita mirabilis. Altera uero nõ plus ferme laudis ĩ se habet, q̃ una cæterarum uirtutum. Mihi quidem, inquit, hæc periucunda fuere, et mandaui memoriæ quæ dixisti. Sed nunc, quod reliquũ est, intellectiuas uirtutes expecto. Vnũ adhuc restat, inquã, quod ignorare te nolo: postea ad intellectiuas transibimus. Quid est inquit? De continentia, inquã, & incontinentia dicere. quæ res difficultatem habet & plerosq; fallit, & utilitatem non contemnendã eius cognitio affert. Continentia igitur non est illa quidem uirtus, sed finitimum quoddam & proximum. ostensum est enim prius, omnem uirtutem esse habitum: continentia uero habitus non est: itaq; nec uirtus dici potest. Versantur autẽ continentia & incontinẽtia in his, in quibus temperantia & intemperantia. Abstinet quis à iucunditate sensuum indebita. si diu hoc egerit, in habitum transit: & tunc demum uirtute licet temperantiæ. Ante uero q̃ constitutus sit habitus, in ipsis operibus continentia est. itaq; & dolens abstinet continens, nec satis firmus est aduersus cupiditatem. Eodem modo incontinens nondum habitum uitij contraxit. itaq; rationem discernit, & principium tenet: superatur tamen ab affectu, & in uitijs quodammodo captiuus adducitur. De quo rectè poeta inquit: Video meliora proboq;, deteriora sequor. At intemperans in habitu uitij constitutus, nec rationem iam nec principium tenet: atq; ita corruptus est, ut peruersa natura rerum, malum quidem bonum arbitretur, bonum autem malum. Itaq; eligens facit intemperans, incontinens uero nequaquã elis gens, quia rationem intelligit, sed tamen trahitur uiolentia cupiditatis, quæ in eo quidem est omni ratione potentior. Habes nunc de continentia & incontinentia, quæ breuiter dici potuerunt. Hæc eadem utilia sunt & in cæteris uirtutibus, ut habitum electionemq; in illis recognoscas. uitiosus enim omnis, qui habitum uitij iam confecit, lumen



men cognitionis principium q̃ amisit. quamobrem malo gaudet, quia id bonum putat. Qui uero nondum habitũ effecit, se quidem male agere intelligit, pugnatq; simul affectus et ratio, atq; modo hæc, modo illa peruincit. Placet igitur inter uirtutẽ & uitiũ, medias affectiones quasdam, nondum satis stabilitas, ut modo ad hæc, modo ad illud inflectantur. Nunc uero, quoniam de moralibus satis dictum, intellectiuas uirtutes breuiter uideamus. Quarum nempe discussio prolixitatem exigit: breuitas autem suscepti operis compendium flagitat. tanquam igitur digitis illas monstrantes, notare tamen singulas illarum contenti erimus. Quoties ergo de uirtute propria loquimur sine ulla moralis siue intellectiua sit, de animi uirtute, non autem corporis loqui nos intelligendum est. Ipsius uero animi partes sunt duæ. Vna rationalis: altera non habens rationem. Et rursus quæ rationem non habet, partim est uegetatiua, expers omnino rationis, quam plãtis etiam inesse constat: partim appetitiua, cupiditatis et metus, & affectionum omnium capax: quæ etsi rationem non habet, audiens tamen est, parensq; rationi. Hæc est enim illa pars animi nostri, quam increpamus errantem, quam coercemus elatam, quam excitamus iacentem, quam cõsolamur afflictam. hanc nos dirigimus, & rationi obtemperare compellimus. in hac demum parte uirtus moralis sit: quæ est habitus animi per assuetudinem acquisitus, ut mediocritatem quandã in affectibus seruet. Irrationalis igitur pars animi duplex est, ut ostendimus. Rationalis uero etiam duplex. Nam eius una pars consultatiua est, altera scientifica. Consultamus enim de ijs quæ aliter esse possunt: scimus uero ea, quæ aliter esse nõ possunt. quapropter neque in cõsultationẽ possunt cadere. In hac itaq; rationali parte animi, uirtutes intellectiuæ sunt: atq; ut ista diuiditur, sic illæ distinguuntur. Quinq; uero esse numero intellectiuas uirtutes supra diximus. Inter quas prudentia nobis prima occurrit, cũ superioribus, quas retulimus, uirtutibus ferè cõuncta. Etenim in rebus agendis recta illa ratio, quæ moralibus moderatur uirtutibus, quæq; extrema fugiens in mediocritate quadam laudabili cõsistere facit, nihil aliud q̃ prudentia est: ex quo fit, ut nulla moralium uirtutum absq; prudentia esse possit. Versatur autẽ prudentia in his rebus quæ non semper eodem modo fiunt, sed alias aliter. in quibus etiam consilium & electio locum habent. nam de cæteris, & impossibilibus aliter se habere frustra quis aut consultat, aut eligit. Itaq; & cõsilium & electio à prudentia est, resq; agendæ omnes à consilio electioneq; pendent. Videtur autem electio non aliis ferme ullis q̃ homini cõuenire. Nam neq; bestijs, quæ sunt infra hominem: quoniam ratione carent. neq; rursus Deo: quoniam ille puro intuitu singula discernens, nulla de re ambigere potest, at consilium & electio de re dubia est. Dicitur aũt electio, quod è pluribus in consultatione propositis unum eligatur, ideóque suscipiatur. Fit autẽ hoc, cùm pluribus propositis commodis, id quod uidetur maximum potissimumq; assumimus: aut cùm pluribus propositis incommodis, minime malum recipimus. hæc autem & tempus & accidentia uariant, & rerum experientia consilium dirigit. Prudẽtia igitur de his est, quæ aliter esse possunt. Scientia uero cõtra de his est rebus, quæ semper eodem modo sunt, & aliter esse non possunt. principia tamen non tractat, sed ab illis tam cognitis discurrit. Intelligẽtia uero principiorum est, & circa illa uersatur. At sapientia utraq; complectitur. nam & de principijs, & de his quæ à principijs emanant, iudicat & discernit. Itaq; recte definita est, rerum diuinarumq; cognitio. O præclaram suppellectilẽ, inquit, & quasi diuinam quandam intelligentiæ syluam. quæ enim uel auditæ serenant animum, quid gustatæ receptæq; efficiant? Restat ars, inquam, quæ in eodem genere quo prudentia, uersatur. sed in eo differt, quòd ars in faciendo est, prudẽtia in agendo. Enimuero cùm plures sint uirtutes, ut diximus, constat alias ad otiosam uitã in contemplatione repositam, alias ad negociosam & ciuilem esse aptiores. sapientia enim, scientia et intelligentia, contẽplatiuã quidem diuinior: plane atq; clarior: actiua uero in communi utilitate præstantior. Itaq; uel in priuata uel publica re, quæcunq; excellẽter & cũ laude, quæq; pro utilitate aut nostra, aut patriæ, aut hominum nobis claríssimorũ agimus: ea quidẽ omnia à prudentia ab his uirtutibus, quæ sunt cũ prudentia copulatæ, descendit. Sed illud ante oĩa intelligendũ est: nisi bonus sit uir, prudentẽ esse nemine posse. Est. n. prudẽtia, uera existimatio circa utilitatẽ. uera autẽ existimatio incorrupta est. Tales uero ipsæ res, quales reuera sunt, nisi bono uiro uideri non possunt. improborum siquidem hoĩum iudicia perinde sunt, ut ægrotantium gustus, qui nulla ferme in re uerum sapore agnoscunt. Itaq; nihil est oĩum, cui magis officiant uitia morum, q̃ prudentiæ. Scelestus enim & flagitiosus homo ueras mathematicæ demonstrationes, & physicæ notitiam retinebit: ad prudẽtiæ uero opera omnino cæcutit, & lumen ueritatis in hac una amittit. Atqui constat & hunc nihil uelle nisi bonum. at in illo ipso caligant oculi, q̃ bona putat, quæ bona nõ sunt. Videmus alios tyrãnidi inhiãtes, alij rapinas fraudesq; meditantes: mœchi uero isti & pederastæ, quid est q̃d pro libidine explenda non prætermittãt? His si forte Deus aliquis cupiditatem illam merbumq; animi euellat, ac uiri boni mentem iudiciumq; infundat, tanq̃ respicientes lumenq; recipientes, quantis in tenebris uersati sint recognoscent, suumq; ipsi maxime detestabuntur errorem. Proposita etenim nobis in omni uita felicitas est, eiusq; cupido nobis ingenita. ad hanc non per uitia & libidines, quæ nec laudem in se habent ullã, nec quietare animum possunt, sed per uirtutes modestiamq; ascenditur. Bono igitur uiro rectum expeditumque iter est ad felicitatẽ. solus enim hic non fallitur, neq; aberrat. Itaq; is solus bene uiuit, & bene agit. malus autem contra. Si ergo beati esse uolumus, operam demus ut boni simus, uirtutesq; exerceamus.

Introductionis in Moralia Eudemia Aristotelis per Leonardum Aretinum finis.

MORALIVM EVDEMIORVM

# ARISTOTELIS STAGIRITAE,

PERIPATETICORVM PRINCIPIS

MORALIVM EVDEMIORVM

LIBER PRIMVS.

SVMMA LIBRI.

*Circa beatam uitam, ac felicitatem cõfyderationes quamplurimæ: Et nõ dari ipsius boni Ideam.*

*De beata uita agendum esse: de eoq;, in quo consistat uariæ opiniones.* Cap. 1.

QVi numinis sententiam in Delo edisserit, vestibulo templi inscripsit: Nõ in eodem omnia conuenire, Bonum honestum et lucundum. Nam iustitiæ quidẽ cultũ, rem esse pulcherrimam, sanitatem præstantissimam, rei vero amatæ consecutionem suauissimam. Q̃d nos nequaquam concesserimus. felicitas enim cùm optima sit & pulcherrima, eadem etiam iucũdissima existit. Cæterum inter considerationes varias, quæ in vnaquaq; re naturaq; excutienda negotium faciunt, & contemplatione egẽt, aliæ ad cognoscendum tantum pertinent, aliæ vero ad acquisitionem, & negotia spectãt. Quãobrem quę in sola contẽplatione posita sunt, opportuno tempore (id quod methodi proprium munus est) à nobis pertractabuntur.

Ante omnia vero considerandum, in quonam vita beata consistat, et quo pacto ad eam perueniatur. Vtrum, quemadmodum homines parui, magni, & colore differentes sic quibus nomen beatorum contigit, natura fiant. An per disciplinam, velut certam eo destinatam scientiam. An per exercitationem. haud enim pauca, neq; natura, nec arte aliqua, sed consuetudine sola parãtur: vt mala malis, bona bonis. Aut nullo quidem horum modorum, sed aut Dei alicuius adflatu, quod fanatico furore correptis, aut numine instinctis accidit. Aut etiam fortuna. plurimi enim felicitatem idem quod secundam fortunam esse arbitrantur. Patet igitur beatitudinem euenire, vel per hęc omnia, vel quædam, vel vnum aliquid. nam ad hæc principia referuntur omnes rerum generationes: ac ab intelligentia profectæ actiones ad eas, quæ à scientia fluũt, transferri queant. Porrò bene beatéque viuere in tribus maxime rebus consistit, ijs nempe quæ potissimum expetuntur. Nam prudentiam alij, alij virtutem, alij vero voluptatem vt summum aliquid eligunt, contendunt'que inter se de harum magnitudine & potestate, quænam ad felicitatis consecutionem vim adferat vberiorem. Vnde fit, vt quidam prudentiam virtuti, alij prudentiæ virtutem, nonnulli vtrique voluptatem anteponant. quocirca ad bene beatéque viuendum, quidam vnum ex his, alij duo, nonnulli omnia requirunt. Et qui de his præcipiunt, aiunt omnibus scopum quendam recte viuendi propositum esse, qui modo ex electione viuere iam queant: vt sunt honor, gloria, opes, eruditio: quem spectans quisque, omnes actiones peragit. Quapropter vita proposito fine carens, insignis stultitiæ argumentum est. In primis vero apud sese quisque, nec temerarie, nec segniter constituere debet, quanam parte beata vita consistat, & quid sit, quo sine nemini ea contingat. Neque enim sanum esse, & id, & quo sine nequeat consistere sanitas, pro eodem reputari nõ debent. ita nec recte viuere idem cum eo est, citra quòd id nemo consequatur. quod idem etiam in alijs innumeris obseruatur. Sunt autem causæ eiusmodi, non equidem vitæ, sanitatis'ue propriæ, sed communes (vt sic loquar) omnium habituum & operationum. nam absque respiratione neque vigilia nec motus, nec bonum aut malum in vniuersum vllum subsistit. Aliæ vero propriæ sunt magis vniuscuiusque naturæ, quas ignorare non conueniat. neque enim ex æquo cum iam dictis ad bonam habitudinem acquirendam faciunt carnium esus, atque cibo ingesto deambulatio. Atque hæc sunt quæ difficultatem controuersiam'que pariunt, dum quid sit recte viuere, & vnde contingat homini inquiritur. nam id, quo sine nemo queat beatus esse, nonnulli felicitatis partem existimant. Verum omnes omnium de his opiniones persequi superuacuum sit, quãdo & ægrotis, ac deliris, & pueris quædam videantur, quæ nemo sanæ mentis in quæstionem posuerit. Ratione enim opus non est: sed his quidem ætate prouectiore, qua corrigatur iudicium: illis vero punitione politica medica'ue, quæ dolori inferendo plagis, vim habet haud minorem. Similiter & vulgi, de rebus omnibus ferè pronunciantis obmittenda sententia est. absurdum quippe ratione cum ijs contendere, qui non rationem, sed mulctam mereantur.

Dubitationes



*Dubitationes de uita excellentissima: & eam secundum diuersos in diuersis poni generibus.* Cap. 11.

PORRÒ cũ in omni negotio quæstiões oriãtur, patet etiã de vita excellẽtissima dubitationes, opinionesq; occurrere, quas sit expendere operæpreciũ. controuertentiũ enim argumentis rationes contrariæ demõstrãtur. Ignorare insuper haud quaquã conuenit sub tractationis principium ea, quibus omnis cõsideratio destinatur, scilicet, è quibus bene rectéq; viuere cõtingat (beate enim parcius dicere conuenit, ob spem quæ in singulis à bonis honestisq; viris percipi solet.) Nam si vel in fortuitis, vel ijs quę natura euenũt, sita est vita, honestas, commoditasq; ispes eius præcidatur. multis quippe, qui frustra eò cura sedulitateq; enitãtur, siue id q̃d in ipsis est, siue studium actionemq; spectes. Verum si in operatione penes ipsum positam, & in eo qualis quisq; sit bene viuere cõstituatur, & communius & diuinius bonum fuerit illud quidem, qa pluribus participare liceat: hoc, q; opationes huiusmodi vel illiusmodi formare habeat necessũm. Equidem quæ de his ambiguntur et disputantur, perspicua pleraq; fuerint, si cõstiterit, quid vere tãdem felicitatem oporteat appellare. An pro animo, hoc vel illo pacto dispositio, vt quidam sapiẽtes veteresq; existimarunt, definire eam conueniat: an vero pro totius hominis statu, aut operationum potiõ qualitate & modo. Distinctis autem inter sese vitę conditionibus & studijs, felicitatem non nulli haud quaquã in eis collocant, sed neccẽ fariorum gratia tantum expeti contendunt: cuiusmodi sunt artes odiosæ, vt adpellantur, & quæstuarię. (Odiosas autem voco, gloriæ tantum destinatas: mechanicas autem voco, sellularias & mercenarias: quæstuarias autẽ, foro cauponicisq; artibus cõparatas.) Ergo cum ad vitam bene beateq; transigẽdam tria (vt supra diximus,) velut potissima bonorũ genera ordinata sint, virtus, prudentia, & voluptas, totidem etiam vitę genera enasci constat, quas omnes mentis saltem compotes adipisci & sectari cupiant: nempe ciuile, philosophicum, et voluptuarium. Philosophus enim prudentiam contemplationemq; veritatis: ciuilis, actiones honestas, eas inquam, quę à virtute proficiscũtur: voluptuarius vero corporis voluptates expetit. quapropter, vt supra dictum est, alium q̃ priores, felicem beatumq; arbitratur. Vnde Anaxagoras Clazomenius à quodã interrogatus, quemnam beatissimũ iudicaret, nullũ, inquit, ex ijs quos existimas: sed qui à felicitate alienissimus tibi videatur. Animaduerterat enim nisi mãgnũ, pulchrũ, aut diuitem, neminem felicis adpellatione dignũ illi censeri: cùm contra sibi felices beatiq; haberentur, qui iustis honestisq; actionibus tranquille incumberent, diuinaq; aliqua contemplatione participarent. Cæterum recta syncerag; iudicatio de reb⁹ difficultate vbiq; plena est: tum in primis de ijs, quę obuia omniumq; cognitioni exposita vulgus arbitratur, vt quid in vita expetendum sit, quo'ue cõparato plenam cupiditatem consequantur. Multa quippe mortalium vitam circũstant, et molestã faciant & acerbã vt sunt morbi, dolorum intentio, tempestates. vt si hęc considerãti optio à principio detur, non nasci, potius q̃ hęc experiri velint. Qua cõditione vita puerilis est, ad quam nemo prudẽs, etiam si queat, redierit. Ac multa quidẽ, vel voluptatis dolorumq; expertia, vel inhonestis saltẽ voluptatibus tincta. eiusmodi sunt vt non esse omnino q̃ viuere, melius iudicetur. Ac in vniuersum, si congeras cuncta, quę vel agunt vel patiuntur homines nõ volẽtes (quia nec ipsius gratia) adiectis infinitis temporũ spatijs, nihilo tamen magis viuere q̃ nõ viuere eligatur. Eodem pacto neq; ob cibi veneriscq; voluptates, si reliquis destituta fuerit, quas vel cognitio vel visus, aut sensus quispiam alius suppeditarit, nemo nisi seruile mancipium magnopere sibi vitam exoptandam iudicarit. patet enim à bruto ita affectum hominem nihil distare, adeo vt bos Aegyptius, quem vt Apin colunt, hos monarchas multis modis antecellat. Eadẽ ratio est de somni voluptate. Quid enim refert, siue à prima natiuitatis die ad vltimam usq;, mille annis aut circiter somno profundo sternas, an uitam plãtæ uuas illæ enim eadem propemodum, qua infantes, uita participant. nam & hi ut primum in utero concepti sunt, excrescunt quidẽ, sed uelut iugi somno sopiti. Vnde constat, nequaquam nostræ cognitioni expositũ, quid rectũ illud bonũq; in uita fiet. Quocirca Anaxagoras, ambigentẽ quẽdam scitatãtemq; quare uiuere potius q̃ nõ uiuere expetendũ esset, iussit cœlũ mundiq; totius constitutionẽ & ordinẽ contueri: sentiens uitę cupiditatẽ, nõ nisi scientiæ alicuius gratia laudabilẽ esse. Cæterum qui Sardanapalũ, aut Smindyriden Sybaritã, aut aliũ quemcũq; uitæ uoluptuarię indulgentẽ, beatũ prædicant, hi in lætando felicitatẽ posuisse uidentur. Rursum alij reperiuntur qui nec prudentiam nec corporis uoluptates, actionibus à uirtute prętulerint: quippe quas nõ gloriæ alicuius gratia sectantur: tum etiam cum felicitatẽ minime consequũtur. Sed & multis

ciuilibus appellatio nō contingit. nā nec reuera ciuiles sunt, qui honestas per se actiones expetunt: cùm plerique alij habendi studio & gratia diuitiarum vitā eiusmodi capessant. Inde manifestum est felicitatē ad tria vitę genera transferri: ciuile, philosophicum, & voluptuarium. neq; clam est, quæ harum circa corporis voluptates consumetur: quæ item, qualisq; sit, tum quo pacto fiat: vt nō sit necessum quę sint, sed num ad felicitatem, & quo pacto conferant perquirere. item an voluptates honestas vitæ applicare oporteat, an alio pacto quopiam inter sese communicent. sunt enim & voluptates alię, quibus in rationibus colligendis beatum non absq; dolore tantum, sed iucunde etiam viuere arbitrantur. Verum de his postea dicetur. Virtutis vero prudentięq; naturam excutiemus quæ sit, & vtrum beatę vitæ partes existant, vel ipsæ, vel operationes ab ipsis profectæ. iunguntur enim felicitati, si nō ab omnibus, certe ab insignioribus. & pretio aliquo dignis.

*Socratis opinio de uirtute: ac ipsius redargutio.* Cap. III.

SOcrates igitur, senex ille finem summum posuit homini virtutis cognitionē, et quid sit iustitia, quid fortitudo, & quæ pars reliqua eius inquirit. Et recte id, quando scientias virtutes omnes arbitrabatur, vt iuxta hūc nosse iustitiam & iustū esse coincidant. quemadmodum & geometriam architectonicamq; didicisse, & geometram architectum q; esse. Quo circa, non quo pacto, & ex qbus fiat, sed quid sit virtus vestigat. id qđ in scientijs contemplatiuis vsu venit. neq; enim aliud est astrologię, geometrię, physilogięq; officium, q̄ vt naturā subiectarum rerum norint & intelligant. sed enim ad eas ipsas nihil obstat, ad res necessarias multas vtiles nobis frugiferasq; fieri. Verum alius est actiuis scientijs, alius cognitioni contemplationiq; finis propositus: vt sanitas medicinę, recte iuris legumq; constitutio politicæ. Ergo, cùm res quidem honestas cognoscere pulchrum sit, in virtutis tamen consideratione, non tam quid sit, q̄ e quibus petatur, cognoscendum est. Neq; enim scire quid sit fortitudo magnopere, sed fortes esse potius volumus: nō scire iustitiam, sed iusti esse: quē admodum sani esse beneq; habere, q̄ sanitatē bonumq; habitum cognoscere. Probationē vero horum omnium colligere per rationes oportet, adhibitis testimonijs exemplisq; apparentibus. Potentissimum vero est, in omni probatione confessum omnibus testimonio ppposita firmare posse. si id nequeas, omnino vel aliquam verisimilitudinē adferre. residet enim penes omnes aliqua veritatis cōfessio, quę nostris confirmandis queant adduci. Nā & ea quę vere quidem, sed minus aperte dicūtur, perspicua fiunt, si confusa notioribus cōmutaris, rationes porrò in vnaquaq; methodo, vel philosophice, vel secus adhibētur: quę etiam in politicis haud superuacue ita accommodantur, vt nō solum quid, sed quare quid (qđ philosophi est proprium in vnaquaq;) intelligatur. Qua ire animaduersio accurata requiritur. Sūt enim qdā, qui vt philosophi esse appareat, nihil, si nihil appareat dicere, ignorātes peregrinas incidūt, tractationesq; inanes aduocant. idq; vel pignorantiā, vel etiā per insolentiā: qua fit, vt nonnunquā periti rebusq; agendis idonei, ab eiusmodi vincant̄, qui hæc nec intelligant, nec in agēdo industria vlla valeant. Cuius rei causa est insciti a: quæ in vnaquaq; re nihil est aliud q̄ inopia iudicij, qua, prię omnes à peregrinis distinguātur. Recte vero habet, si causę rationē, remq; demōstratā studiosę discutieris. Tum (vt modo dictum est) nō solum certis rationibus, sed apparentibus sępe potius insistere oportet, animūq; aduertere. nā eas, nisi queas soluere, violēter ad fidē habēdam pertraheris. quocirca sępe quidem id quod demonstratur ratione, verū existit quidem, sed non ea ex causa, quæ forte adfertur. nā & ex falsis vera colliguntur: quemadmodum in Analyticis ostenditur.

*Bonorum diuisio: ac in quo membro felicitas sit constituenda.* Cap. IIII.

HAec prefati, à primis obscurioribusq; exorsi, ad manifestiora progrediemur, quid sit felicitas vestigaturi. Quę omniū quidem cōsensu inter humana bona, maximū est & prestantissimū. (Humana adijcio, quia excellentiori fortasse cuidā cōgruat, vt Deo alicui.) nam reliqua animantia homine inferiora huius appellationis prorsus sunt expertia. Neq; enim felix dicitur, equus, auis, piscis, aut aliud quodcunq; animantis genus: nisi forte naturæ bonitate præstanti diuinaq; re aliqua fruatur, vnde nomen hoc trahat. sed alia quadam bonorum participatione aliud alio commodius, incommodius ue viuit. quod ad eū modum habere deinceps excutietur. Nūc vero dicamus, q̄ bona, alia sunt agibilia, quædā non. id ita intelligas, q̄ vt entia, quædam motu carent, ita etiam bona nonnulla. atq; hæc fortasse natura sunt præstantissima. Alia vero agibilia quidem, sed agibilia præstantiorib⁹ homine. Quia vero agibile bifariam dicitur (nam & quorum gratia agimus, & quæ propter illa actione participant, vt sanitas & diuitiæ, quæq; horum gratia fiunt, salubria quæstuariaq; inter agibilia connumeramus) patet & felicitatem inter agibilia hominis præstantissimum dicendum esse.

*Non dari ipsius boni Ideam.* Cap. V.

ITaq; considerandum qđ sit optimū illud, quotq; modis dicatur. Id tribus potissimū opinionibus constat. Omnium enim bonorum excellentissimū inquiūt ipsum bonum. Ipsum autem bonum esse, quod & primū sit, & aliis suæ bonitatis causa: quorū vtrūq; Ideę boni cōpetit. Vtrūq; dico, et primū esse, et causam bonorū, quibus adfuerit. Iuxta hāc enim bona maxime dici, vt quę participatiōe, similitudineq; huius primi boni, reuera bona & ipsa existant. sublata. n. Idea, participātia quoq; auferri: quippe quę ex eius participatione nomen boni sortiuntur. Primū aūt eum habere modū ad posterius, vt bonū ipsum boni Idea sit, quę vt reliquæ à participātibus seperatur. Verum huius opinionis cōsideratio alterius exercitationis est, & logicę magis. refellentes enim, cōmunesq; rationes nulla alia scientia subsistunt. Porrò si breuiter hæc dicere cōuenit, pronunciamus primū, Ideas non boni solum, sed cuiuscunq; alterius inutiliter contentiosq; affirmari. Plurimi aūt modi sunt, tum peruagatarum populariūq;, tum philosophicarum rationum, quibus hæc inquisitio fieri solet. Deide si maxime Ideas, atq; Boni Ideas concesserint, nihil cū id vel ad vitam honestā, vel actiones contulerit. quoties enim ens, toties & bonum dicitur. Quemadmodū enim ens (vt alibi quoq; ostensum) significat quid sit res, aut qualis, nōnunquā quanta, aut quādo, & preterea in eo ponatur interdum quod moueatur, aliquando vero quod moueat: sic et bonū in singulis his ordinibus conspicitur. Substantia enim mentē & Deum, qualitas iustū, quantitas mediocre, qñ tempus & opportunitatem, motus docentē doctumq; cōplectitur. ergo vt ens non vnum est in prædictis consideratum, & ita nec bonum. & proinde neq; vna scientia & entis, & boni. Sed & nec cōformia inter sese ad eādem considerationē pertinent, vt tempus & mediocritas: sed alia aliud tēpus, alia aliam mediocritatē spectant. Vt opportunitas mediocritasq; in alimento, quas medicina & gymnastice: circa actiones vero bellicas ars militaris. et sic alia de alijs tradit docetq;. multo itaq; minus ipsū bonū vna aliqua scientia cōprehendi queat. Preterea in quibus prius & posterius fuerit, eis cōmunē quandam Ideā & separabilem nequeas cōstituere. sic enim sit aliquid primo prius. prius enim et cōmune et separabile est, eò q̄ ablato cōmuni necesse sit, & primū tolli. vt si duplū multiplicium primum est, nō licet multiplex cōmuniter prædicatū separari, quippe q̄ duplo prius est: siquidē Ideam communem esse contendas. perinde enim fiat, ac si cōmune illud separabile reddas. nā si iustitia bona est, & fortitudo erit. Preterea considerandum quid nam vocēt ipsum bonum. Ipsum quidē adiecūm eo videtur, vt cōmunē rationē intelligas, rationē, quę quid aliud est. q̄ eternum & inseparabile. Verum album diebus multis nihilo magis album est q̄ q̄ vno. quapropter commune bonum idem cū Idea censeri nō debet: omnibus enim inest. Rursum vero ostendendum, * quonā pacto in præsentiarum bonū demōstret. Nunc equidē cōfessa bona demōstrat, ex ijs penes quæ bona residere in cōfesso est. Ex numeris quod iustitia & sanitas bona nūt. ordines enim & numeri sunt, vt numeris vnitatibusq; inesse bonum affirmetur, cùm vnum ipsum bonum sit. Verum ex cōfessis, vt sanitate, robore, modestia, adstruere oportet & in immobilibus magis honestū esse: omnia enim hęc ordo quidam et ques. q̄ si ita habet, alia vtiq; magis bona sunt: quippe quæ hæc intra sese complectantur. Verum haud germana demonstratione probatur. vnū esse ipsum bonum, q̄ numeri concupiscant. Non enim appetere manifeste dicuntur, sed simpliciter admodū concupiscentiam etiam dicunt, q̄ quo pacto quis tribuat vita expertib⁹. Itaq; operæprecium est circa hęc nonnihil occupari, neq; committere, vt citra rationem trāsmittantur, quæ ratione adhibita non difficulter persuadeantur. & affirmare omnia entia bonum aliquid adpetere, verum id quidē: vnūquodq; enim proprium bonum expetit: oculus visum, corpus sanitatem, sic etiam reliqua. Verum non esse ipsum bonum eiusmodi, dubitationes habet, & politicæ inutile esse. prorsum enim bonum videtur, quemadmodū & in alijs, vt gymnasticę bona habitudo. aut enim nulli boni species, aut omnib⁹ ex æquo vtilis est. Porrò non agibile, similiter neq; cōmune bonum, neq; cōmune, neq; ipsum bonum est. Di nanq; mediocri bono insit, nihil operabitur. neq; enim quomodocunq; medicina in quolibet operabitur, sed vt sanitas acquiratur. similiter & reliquæ artes singulæ. Verum quot modis dicatur bonum, & qđ in eo sit pulchrum, & quod agibile & non agibile: eiusmodi autem bonum est id cuius gratia: nō est autem in immobilibus: liquebit, quòd neq; cōmune, neq; ipsum bonū qđ quęritur, Idea boni existat. illud enim immobile est, nō agibile: hoc vero mobile, sed nihilo tñ magis agibile. Id aūt cuiº gratia, finis ē pstantissimº,

primumq; omnium et causa inferiorum. quo circa rerum homini agibilium ipsum bonum finis subiectus, scilicet omnium rectrici, politicæ, œconomicę, prudentięq;. Qui habitus ab alijs quidem differunt, eò q; eiusmodi sunt: verum à se inuicē quomodo distinguantur, post explicabitur. Cæterum finem causam inferioribus esse ostendit ratio, qua finem definientes, reliqua eò bona demonstramus, q; finis causa existant. velut sanum vt sit corpus, quia causa est aliqua, ea vtiq; ad ipsum cōfert. porrò sanum esse tanquam causa mouens sanitatis est, quæq; vt alij bono sanitas sit facit. Præterea neq; hoc monstratur, sanitatem bonam esse scilicet, nisi sophista sit, nō medicus is qui ea de re disputat. hi enim in aliena harena sese iactando cauillātur: neq; vllius artis principiū monstratur. Id vero qđ homini vt finis bonū est, cùm omnium quæ quidem possunt ab homine fieri, sit præstantissimum, videdum præstantissimū quoties dicaē: siquidē hoc pstantissimū est: initiū disputationis aliud sumētibus.

# ARISTOTELIS
## MORALIVM EVDEMIORVM
## LIBER SECVNDVS.

### SVMMA LIBRI.

*De uirtute in uniuersum. Quo pacto inter uitia uirtutes constituantur, ac inter se opponantur. De uoluntario, uiolento, ac electione. De fine, ac iis quæ ad ipsum ducūt: ac qi sit ipsius uirtutis finis.*

*Bonorum diuisio. Virtutem in opere existere: quisq; fit ipsius opus.* Cap. I.

POst hęc autē de sequentibus, aliud principiū cōstituētibus, dicēdū. Oīa. n. bona aut extra nos sunt, aut in animo posita sunt: præstantiora autē animi bona, quemadmodum & per uulgata oratiōe distiguimus. Prudentia enim virtus & voluptas in animo sunt, quorum aut nonnulla, aut omnia fines omnibus esse videntur. Animi autem bona; alia habitus & potentię sunt, alia operationes & motus. Quibus ita positis, & de virtute fateamur præstantissimam dispositionē esse aut habitum, aut potētiam singulorū, quorū vsus aliquis opusue extiterit. id autem inductione manifestū fiat. Quemadmodū enim vesti & opus aliquod & vsum assignamus, præstantissimumq; eius habitū virtutē dicimus: sic et de animo sentiendū. Est enim aliquod eius opus pstantioris q; habitus præstantius opus, & vt sese habitus ad inuicē, ita actiones ab ipsis profectæ habēt, ac opus vniuscuiusq; finis. Vnde manifestū est opus habitu præstare. finis enim quà finis, vtiq; excellētissimus est, qñ & supra concessum, finem et vltimum & optimū esse, vtpote cuius gratia cuncta fiant. Patet igitur opus habitum dispositionēq; excellere. Verū opus bifariā dicitur. In alijs enim ab vsu diuersum est: vt ædificatoriæ domus, nō ędificatio: medicinæ sanitas, nō sanatio, neq; medicatio. in alijs vero vsus opusq; non distant: vt visus visio, mathematicęq; scię speculatio. quocirca necessum, vt quoq; opus in vsu cōsistat, vsum habitu præstare. His ita determinatis dicimus opus negotij etiam virtutis opus esse: verum nō eodē pacto, vt sutoriæ, sutionisq; calceus. Et siquidem sutoriæ, bonięq; sutoris virtus est aliqua, opus erit ipsi⁹ bonus accōmodatusq; calceus. eodē modo et in reliquis. nā et animę opus est vitā rebus inferre: eius vero vsus vigilia: quandoquidē somnus desidia quædam est & quies. Quapropter cū opus vnum atq; idem sit necessario, animę virtutisq; opus fuerit vita cōposita & honesta. id vero bonū angustius, qđ felicitatem supra vocauimus. erat enim ea præstantissima nobis. Porrò fines in animo cōstituti bona excellētissima sunt. ipse vero habitus, & actus, quia est melior dispositione operatio, erit & optimi habitus optima etiā operatio: virtus aūt optimus habitus est: quocirca operatio à virtute siue anima profecta, præstantissimū bonum est. cūq; felicitatē pręstātissimum illud esse cōstet, erit ea animæ excellētis operatio. Hęc igitur perfectū quippiā est. vita vero & perfecta & imperfecta, similiter & virtus: quippe q; alia integra sit totaq;, alia vero particula tantum. Vnde & imperfectorum quoq; imperfecta operatio est. quo ostenditur, felicitatem esse vitę perfectæ, & ſm perfectam virtutem operationē. Atq; hoc in definitione genus recte cōstitutum esse testatur communis omnium cōsensus, qui bene agere, beneq; viuere idem, qđ felicē beatumq; esse censent: quorū vnumquodq; vsus est & operatio, vitaq; & actio. actiua enim vita † vsibus etiā comparata est. nam faber frena cōficit, equiti etiā vsui futura. Tum etiam q; nec die tantum vna, nec puerili, neq; omni ętate felicitatē constare posse dicimus. Quo circa friuola est Solonis sententia, negantis viuū vllum beatum esse, nisi vbi finem attigerit. Nihil quippe imperfectū felix esse potest, cùm integrum nō sit. Deinde laudes virtutis actionibus earumq; encomijs impenduntur. & coronātur, nō qui vincere qđē possint nec vincāt tñ, sed victores. Sed et iudiciū, quo q̄lis quisq;

Felicitas q̄

Χρήσιμα



q̄sq; sit cōstituit ex opibus, spectat. Præterea ob id non laudari felicitas solet, quia reliquà vel partes eius existunt, vel per eam fiunt, aut ad ipsam referūtur. quamobrē aliud est † prædicatio, aliud laus, aliud item encomium. Encomium enim oratio est, facta cuiusq; singularia exponens. Laus vero vniuersalia celebrans. Prędicatio autem finē intendit. Vnde manifestū redditur interdū, quo de cōtrouertitur, quare media vitæ parte; boni honestiq; prauos nihil antecellant: nihil enim discrimis inter dormientes est. Somnus enim est vitæ otium, non operatio. Quapropter nutritiuæ partis virtus, quemadmodum nec corporis pars totius virtutis nequaquam censeri debet: eo q; in somno vim suam vberius exerat, agatq; nutrix facultas: cùm contra sensitiua, concupiscensq; dormientibus sint imperfectiores, quatenus motu non participant: phātasiæ vero, nisi morbo, aut alio quopiam malo præpeditæ fuerint, sapientum efficatiores.

† τὸ δ' αἶνος ποιεῖ.

*Animæ duas esse partes, ratione participantes, uirtutis item duas esse species.* Cap. II.

VErum quia virtus animæ est, non accidentarie, de anima considerādum deinceps studiosius erit. Sunt enim humanæ animæ duæ partes, quarum vtraq; ratione participat, sed nō eodem modo. altera enim vt imperio, altera vero vt obsequentiæ auscultationisq; nata: si quid præterea fuerit rationis expers, prætermittatur. Neq; vero refert in partes ne diuidi anima queat, an nequeat. sunt enim illi facultates diuersæ, tum illę etiā, quas memorauimus supra. Quemadmodū in curua superficie concauum conuexumq; separari nō possunt, item in eadem rectum & albū. quanquam rectum est, quod album non est, nisi per accidens substantia sit eiusdem licet. Ita si quæ pars animę prēterea adscribitur, obmittitur, vt naturale. humanæ nāq; animæ hę partes proprię sunt. quocirca nec nutrix, nec concupiscibilis facultas existimari hois propria debet. Ex naturæ enim humanæ conditione necessum est rationem, ac rerum agendarum principium, tum operandi potentiam inesse. Porrò quia ratio non imperat rationi: sed affectionibus & cupiditati, oportet & has quoq; partes assignari. & quemadmodū bona habitudo ex singulis corporis virtutibus constat: ita & animæ virtus quatenus finis, ē singulis conflatur. Virtutis vero duæ species sunt, moralis alia, alia intellectiua. neq; enim iustos tantum, sed etiam intelligentes, sapientesq; laudamus, quia virtutem, eius'ue opus laudibus celebrari supra ostendimus: hę vero cùm non operentur, ipsæ quidē operationes tamen virtutum existūt. Quia vero intellectiuæ partes cum ratione sunt, à parte rationem habente vendicantur, quę imperium obtinet in anima, nempe quæ ratione participat. Morales vero irrationalis qdē partis sunt, sed quæ necessario sequitur dicentē. neq;. n. interrogāti, cuiusmodi sit moribus aliqs, respondemus sapiēs vel callidus, sed māsuetus aut cōtidēs.

*Moralem uirtutem circa iucunda, ac tristia uersari.* Cap. III.

HIs itaq; consequens, vt de virtute morali, primū quid sit, & quę eius partes consideretur. ad hęc enim etiā reducuntur ea, per quę fiant. Oportet autem inquisitionem, quēadmodum in alijs, ita fieri, vt prius cōstet qđ omnes quęrunt, & pinde per ea quę vere quidem sed nō perspicue dicuntur, ea quę & vera sunt, et perspicua colligere. Perinde enim se hęc vestigatio habet, ac si sanitatē finire dispositionem corporis optimā instituamus: & Coriscū illum, qui in foro sedet, nigerrimū esse dicamus. quid enim sit alterutrum horum ignoramus. proinde quo quid sit vtrunq; cognoscatur, operępreciū est quo pacto habeat prænouisse. Primū igitur cōstituatur, præstantissimam actionē à præstantissimis virtutibus produci, & in singulis quid optimum sit efficere, idq; ab vniuscuiusq; virtute. Vtē laborib⁹, cōmodis, nutrimentoq; idoneo bona habitudo orit, ex habitudine vero optima, optima etiā elaborāt hoies: deinde oēm dispositionem ex ijsdē hoc vel illo pacto illatis nasci & corrūpi velut sanitas ex laboribus, alimēto, & anni tēpore, q̄ inductione patēt. Proīde & virtus, talis dispositio est, nascēs à motibus aię pstantissimis, & vnde animę affectiones, operaq; præstantissima proueniunt, et ab ijsdē aliquo modo & fit, et lędit. ad ea vero vsus ipsius à quibus augetur et labefactatur, circa quę et rectissime vitam disponit. Cæterum circa iucunda tristiaq; virtutē versari argumento sunt punitiones, q̄ vt medicationis vice pcōtraria vsurpant in alijs, ita p hęc quoq; fiūt. Patet igit virtutē moralē circa iucunda tristiaq; versari.

*Quid per, hæc noīa, Mos, Affectus, Potentia, ac Habitus significetur.* Cap. IIII.

QVoniam vero mos, vt nomē indicat, à consuetudine incrementum capit: (Adsuescit enī opatrix facultas exercitatione nō naturali, vt hoc vel illo pacto moueatur: etsi inanimatis id nō contingat: nemo enim lapidem quēlibet crebro iurium iactū, itidē facere, nisi vi extrinsecus adhibita vidit) recte morē aię iuxta imperātē rationē vocari,

ac potentia qualitatem sequi dicimus. Neque vero prætercundum est, iuxta quas animæ affectiones quales quidam mores dicantur: iuxta potentias vero passionum à quibus passiui, iuxtaq; habitus modum erga affectus, dicũtur mores, vel affecti aliquo modo, vel passionibus minime obnoxij. Cæterum diuisio constituatur deinceps ex affectuum, potẽtiarumq;, & habituũ animæ enumeratione. Voco autem affectus, iram, metum, verecundiã, cupiditatem, & in vniuersum quæ per se voluptas, tristitia ue sensitiua sequitur: & secundum hæc quidẽ qualitas nulla formatur, sed πάσχει. afficiuntur homines iuxta potẽtias. Voco autem potẽtias, quibus fit, vt commote aliquid agere dicamur, vt iracundus, stupidus, amoribus deditus, verecundus, impudens. Habitus vero sunt, quibus afficitur, vt hæc secundum rationem nobis insint, aut contrarium: vt fortitudo, modestia, timor, intemperantia.

*Morales uirtutes omnes circa medium inter excessum ac defectum uersari: ipsarumq; omnium per exẽplia adumbratio.* Cap. V.

QVibus ita determinatis, constituendum, in omni cõtinuo diuisibili q; excessum, defectum, mediumq; reperiri, atq; hęc vel mutuo ad se inuicem vel nostri respectu: vt gymnastica, medicina, ædificatoria, gubernatoria, & quæcunq; actiones aliæ, siue iuxta scientiam instituræ, siue scientiæ expertes, aut artificiosæ, siue inartificiosæ: motus enim continuum quidpiam est, actio vero motus. In omnibus vero scientia & ratio medium nostri respectu & quid optimum sit præcipit: idq; passim habitum gignit præstantissimum, quod etiam inductione & ratione probari potest. contraria enim contrarijs pugnant, extrema vero & medijs & sibi. medium enim vtrumlibet est ad vtrumlibet: vt æquale minore quidem maius, maiore vero minus existit. Itaq; necessarium est virtutem moralem circa mediam quædam versari, & medium quidpiam virtutem esse. Restat igitur vt dicatur cuiusmodi medietas virtus sit, et circa quę versetur media: quæ omnia dilucidius exemplis, velut i tabula adumbrabimus. Sumatur enim iracundia, doloris carentia, mãsuetudo. Confidentia, timor, fortitudo Impudẽtia, stupor, verecundia. Intemperantia, sine sensu vita, modestia. nam oppositum modestię, quod hic ἀναισθησίαν vocamus, nomine vero caret, Vindicta, Lucrum, damnum, iustum. Prodigalitas, sordes, liberalitas. Iactantia, dissimulatio, veritas. Adulatio odium, amicitia. Placendi studium, contumacia, grauitas. Mollities, afflictio, tolerantia. Ostentatio inepta, pusillanimitas, magnanimitas. Profusio sumptuosa, illiberalitas, magnificentia. Versutia, stultitia, prudentia. Hæc atq; eiusmodi affectiones animis accidunt, ac ab excessu defectuq; nomen acquirunt. Iracundus enim dicitur, qui vehementius, & citius, & ob plura q; deceat excandescit. Dolore autem vacans deficit, in quibus, & quando, & quomodo cõueniebat. Confidens, qui non metuit nec quæ decebat, nec quando, nec quomodo. Timidus vero qui metuit quæ non conuenit, nec quando, nec quomodo. Similiter & intemperans cupiditatibusq; indulgens, & qui modũ nesciat in re quacunque tandem. Sensu vero humano caret, qui nec quantum expedit, nec secundum naturam cõcupiscit, sed omnis affectionis, ad instar lapidis, expers est. Lucri cupidus, qui vndequaq; quæstum aucupatur. Negligentes vero, aut nusquam aut à paucis certo conquirunt. Iactabundus, plura quàm possideat ostentat. Dissimulator, pauciora. Assentator, plura quàm deceat laudat, odio prosequens, pauciora. Qui nimis ad voluptatem comparat orationem, placendi studiosus. Verum qui ægre aut pauca ad gratiam dicit, contumax appellatur. Et qui nullum dolorem, etiam, si expediat, sustinet, mollis. Qui vero omnem, proprio quidem & simplici nomine caret, sed trãslato, obduratus, erumnosus, misericordisq; natus dicitur. Ostentator ineptus, qui pluribus se dignum arbitratur quàm deceat. Pusillanimus, qui paucioribus. Profusus, qui omnibus sumptibus excedit. Illiberalis qui omnibus parcit. Similiter & parcus et prodigus: hic enim excedit erogando modum, alter eum nõ attingit. Versutus, in omnibus & vndequaq; alios i vtilitatis captione anteuertit. Stolidus vero etiã illic ceciat, vbi nõ oportebat. Inuidus, ob successum plus quã deceat angitur. nam et dignorũ successibus adfligũtur tales. Contrarius huic nomine caret: is scilicet qui spectans indignorum successum, nihil commouetur tamen, sed expeditus est, securusq; alienorum, perinde ac solent, qui vẽtri tantum inseruiunt. Ille vero difficilis est ob inuidiæ morbum. Quę vero in singulis ita habeant per accidens, supervacuum est determinare. nulla enim scientia, vel contemplatiua vel actiua, ea ratiocinãdo, agendo ue iungit. hæc enim contra deceptiones artium logicas adferuntur. Quocirca simpliciter hæc determinata nobis sufficiant, accuratius deinceps pertractanda, vbi de oppositis inter se habitibus disputabitur. Affectuonũ vero eiusmodi species ex eo nomen trahunt, q; aut iuxta excessum temporis, aut secundum q; magis quidq;



quidq; est, aut relatione ad aliquid differant, ij in quibus affectus exterũtur. Animo nãq; præceps dicitur, eo q; citius q; oporteat prorumpat. Segnis vero & immanis, eo q; violentius prorũpat: Acerbus vero, quòd irascendi captet occasionem. Percussor vero & cõtumelios à punitionibus ex ira profectis. Delicati autem gulosi, vinolentiq;, eo q; vtroque alimẽti genere nimis & præter rationem deliniuntur. Cæterũ ignorari nõ oportet, quando quo modo pro vberiore passione capitur, id quibusdam ex his nõ competere. Vt adulter nõ ex eo vocatur, quia magis soleat coniugatis misceri, sed malitia eius facti quædã expenditur. simul nanq; & passio, & talem esse iunguntur, nec segregatur etiam ab eiusmodi contumelia. Vnde sæpe controuertitur, an qui congressus sit, etiam adulterium cõmiserit, vtputa si ignorans aut coactus fecerit. & qui percusserit, etiam contumeliatus sit. atque eodem pacto in reliquis.

*Virtutes omnes morales circa dolores, ac uoluptates uersari: easq; mediocritates esse inter extrema: quæ & ipsis, & sibi inuicẽ pugnant.* Cap. VI.

HIs ita peractis, non prætereundũ, quòd duæ cùm sint animæ partes, virtutes ẽt iuxta easdẽ distingui. alię enim rationalis partis contemplatiuæ, quarum opus est veritatis inquisitio, vel quomodo habeat, aut generatur: aliæ vero partis irrationalis cupiditatibusq; obnoxiæ. non enim, si in partes diuidi anima queat, idcirco oẽs eius cupiditate participant. Mores vero honestos aut prauos elucere necessum in dolorum voluptatumq; fuga, aut persecutione: id quod ex diuisionibus affectuum, potentiarum, habituumq; patet. potentiæ enim & habitus affectionum sunt: ipsi vero affectus dolore voluptateq; finiuntur. Itaq; & ex his & superioribus cõstat, omnes virtutes morales circa dolores voluptatesq; versari. Omnis enim animi voluptas in ea intẽdit, quibus meliores, deteriores ue reddimur. etenim in dolorum, ac voluptatum fuga, & persecutione tũ prauos fieri mores manifestum est, quãdo nec vt oportet, nec quas oportet persequũtur ac fugiũt. Ideoq; promptum illud omnibus est, vt animum in voluptatibus & tristitijs imperturbate ac tranquille consistentem, virtutem definiãt, cõtrariaq; de vitio loquantur. Quãdoquidem autẽ virtutem iam liquet habitũ eiusmodi esse, quo & effectui optimorũ reddantur homines, vt optime etiam ad ea disponantur (optimum enim præstãtissimum illud est in rectam ra-

Virtutis definitio.

tionem, medium nempe nostri respectu, excessus defectusq;) necessum est virtutem moralem mediocritatem in re qualibet esse, aut in voluptatibus doloribusq;, & in iucũdis ac tristibus circa media quædam versari. Mediocritas vero illa interdum in voluptatibus consistit, in ijsdem enim & excessus & defectus interdum in doloribus: nõnunquã in vtrisq;. excessus enim fit, vel nimis iucũdis lætando, vel tristibus nimis dolendo. idq; vel simpliciter, vel termini cõmunis respectu: vt cũ non velut vulgus, sed vir bonus, quemadmodum decet, cõmouetur. Quia vero habitus quidam est, iuxta quem in eadem re hic quidẽ ad excessum, alius vero ad defectũ prolabatur, necessum est, vt quemadmodum hæc & sibi ipsis & medio cõtraria sunt, sic etiam habitus & sibi inuicem & virtutibus pugnare. Cõtingit autẽ oppositiões alibi quidẽ omnes iuxta perspicuas esse, alibi verò in excessibus, alicubi in defectu magis. Causa autem contrarietatis eius est, quia nõ qui & quæ semper inæqualiter, similiter ue admodum, sed qui nunc quidem ab excessu, nunc autem à defectu citius transit ad medium, is contrarius magis videtur. Quemadmodum in corporibus laborando quidem excedere, q; deficere, edendo vero deficere q; excedere, salubrius est. Itaq; & delectus rerum earũ, in quã, qui his in exercitationibus sunt, similiter habẽt. Proinde q; hac aut magis, aut minus conducibiles dicuntur, vt nũc quidem qui laborum, nũc qui continẽtię stabilitatisq; studiosiores sunt, aptiora magis sanitati videãtur. Et contra, cũ à mediocri et ab eo quod ratio probat discedit, nũc quidem ignauus ille laborumq; fugiens, non autem ambo, nũc vero luxu perditus & non fastidiosus ille delectu deterior dicetur. Id vero euenit, q; natura non in omnibus æqualiter à medio distat. laboribus enim minus q; voluptatibus capimur. quæ similiter circa animam habent. Contraria vero constituimus habitũ, in quo magis excedunt, & in quẽ vulgus inclinatur: alter vero latet, perinde ac nõ existat prorsus. qa enim contingit rarius, non sentitur. Ita enim iram mãsuetudini opponimus, & iracundum mansueto. nam etsi excessus contingat in mãsuetudine exercẽda, siue admittenda reconciliatione, siue non irascendo cũ fiscæsus alapis, pauci tñ eiusmodi reperiũtur, omnibus in alterum extremum propensis, ira nanq; minime solet esse blanda.

*Quarum actionum homo principium sit, & dominus.* Cap. VII.

POsteaquam igitur habitus circa quamlibet passionem, ac excessus defectusq;, &

contrarios

contrarios habitus, quos habēt ſm rectam rationē homines, enumerauimus, ſupereſt, vt quid ſit recta ratio, cuius ue termini reſpectu, medium vocandum ſit, exponatur. Manifeſtū vero omnes virtutes morales, omniaq; vitia circa voluptates doloresq; exceſſus quoſdam eſſe atq; defectus. voluptates aūt à memoratis habitibus affectionibusq; fiunt. verum optimus habitus rei cuiuſq; medius exiſtit. vnde patet virtutes aut omnes, aut quaſdam in mediocritate ſitas eſſe. Quapropter aliud principium conſiderationi ſequēti conſtituatur. Etenim ſubſtātiæ omnes ſm naturam principia quędam ſunt, & poſſunt ſingulæ multa eius generis ꝓgignere: vt homo hominē, & animal, in vniuerſum aialia animalia, plātæq; plātas. Præter hæc vero ſolus omnium animantium homo actionum quarundam principium eſt: quippe q; præter hāc nullum agere præterea dicitur. Sed enim ea propria vocantur, è quibus primū motus proficiſcūtur. iuſtiſſime vero omnium, è quibus aliter nihil queat ꝓduci, cuiuſmodi penes Deū ſunt. Immobilia aūt, vt in mathematicis, nō per ſe qdem, ſed ſimilitudine quadā principia appellant. Hic enim ipſo principio labefacto, labeſieri omnes, quæ ab illo principio fluxere, demonſtrationes oportet: cū ipſæ inter ſe demōſtrationes altera alterā tantiſper non euertūt, quantiſper illa cōmunis ſuppoſitio, vnde lucem iſtę ſuam habent, non euertitur. homo igitur motus cuiuſdam principiū eſt, nam actio motus eſt. Quia vero principium, quemadmodum & in alijs, eorum quę per ipſum ſunt fiūtq; cauſa exiſtit: vt in demonſtrationibus, ita hic quoq; penſiculare ea conuenit. Nam ſi habēte trigono duos rectos neceſſum eſt tetragonum quatuor rectis conſtare, manifeſtū eſt q; trigonus duos rectos habēs cauſa eius exiſtat. Verū ſiquid in trigono mutaris, neceſſarium eſt & in tetragono mutes: vt ſi tres habuerūt ſex, & ſi quatuor, octo. Sin vero nō mutes, vt illud, ita hoc quoq; habeat neceſſe eſt. Id ita neceſſario euenire ex Analyticis patet. verum in præſentiarū in tantillum neq; dicere acurate, neq; nō dicere conuenit. Nā ſi nulla alia triāgulo cauſa eſt, cur habeat, idipſum principium erit & cauſa, qua reliqua adſtruant. Quocirca ſi quædam ſunt eiuſmodi, vt etiam cōtra habere poſſint, neceſſario ēt principia ſunt eiuſmodi. nā ex neceſſarijs nihil niſi neceſſariū concluditur: quæ vero à nobis oriūtur, etiam contrarie euenire poſſunt. equidē quę penes homines ſunt, pleraq; eius generis comperūtur, atq; ipſi talium ēt principia exiſtūt. Quarum igitur cūq; actionum principium & dominus homo conſtituitur, ea patet fieri & nō fieri poſſe, & in ſua etiā manu eſſe, quę fiant vel nō fiant. vtputa quorum ipſe dominus eſt, vt vel ſint vel non ſint: quæ vero in ipſo ſita ſunt, vt faciat vel non faciat, eorum vtiq; cauſa exiſtit. Quoniam autem virtus ac vitium, & vtrorūq; effectus, hi quidem laudantur, illi vero vituperātur: vituperantur autem laudāturq; nō quæ à neceſſitate, vel natura vel fortuna inſunt, ſed quorum ipſi cauſa ſumus: quorum vero alij, eorūdem etiam laus vel nota erit: manifeſtū virtutem ac vitium circa eiuſmodi verſari, quorū cauſa quiſq; eſt, & actionis principium. Quocirca diſpiciēdum quorum cauſa, quarumq; actionum principium homo exiſtat. etenim conſitemur omnes volūtariorum tantum, & eorum quæ electionem admittunt, neq; à volentibus deliberatoq; ſuſcipiunt, cauſam quēq; eſſe: inuolūtariorum vero nequaquā, vnde latis cōſtat, volūtariorum tātum uirtutem eſſe ac uitiū. Idcirco quid uolūtarium, & inuoluntarium atq; electio ſit, cùm uirtus his uitiiſq; deſcribantur, explicandum eſt. primum autem voluntarium ipſum, & in uoluntarium conſiderandum.

### De uoluntario. Cap. VIII.

ETribus vero his vnum exiſtere videtur, aut iuxta cupiditatem, aut electionē, aut intelligentiam. Nam volūtarium ſm hęc aliquid eſt: inuolūtarium vero præter hæc aliqd. Porro cupiditas in tres partes diſtribuit, conſultationem, iraſcētiam, & cupiditatem. itaq; hæc diſtinguēda ſunt, et primum quidem ſm cupiditatem. Omne enim, quod iuxta cupiditatem eſt, voluntarium vtiq; iudicatur. nā inuoluntarium omne violentum videtur. & ſi violentum ſit, etiam acerbum erit: omne ſcilicet, quod coacti faciunt aut patiūtur quemadmodum Euenus inquit: Omnem rē neceſſariam moleſtā eſſe. Itaq; ſi quid moleſtiū, idem etiam violentum erit, & contra. quicquid vero præter cupiditatem eſt, id omne dolorē infert: iucūdorum enim cupiditas eſt. itaq; violenta etiam inuolūtaria ſunt. & proinde quæ ſm cupiditatem, eadem voluntaria: hęc enim inter ſe inuicē ſunt contraria. Porro omnis malitia reddit deteriorem, intemperantia autem malitia quædā eſſe videtur: intemperās, qui præter rationem ſequitur cupiditates. volens igitur faciet, et voluntarium iuxta cupiditatem. abſurdum enim ſit, intemperantes reditos, iuſtiores fore. Ex his igitē voluntarium ſm cupiditatē iudicari queat, ex alijs vero cōtrarium. quicquid enim fit voluntarie, id fit à

uolente:



volente: quodq; à volētē, id voluntarium. nemo aūt vult quod malum eſſe norit. Verum intemperans nō quæ vult facit: ſiquidem intemperanter agere eſt ex cupiditate id quod optimum quis arbitratur agere. vnde volentem nolētemq; eundē agere cōtigeret: quod eſt impoſſibile. Continēs vero iuſtius agit incontinente. nam continētia virtus eſt: & proinde iuſtiores efficit ſui ſtudioſos. tum vero exercetur, cùm contra cupiditatem ſm rationem viuitur. Quocirca iuſte, quēadmodum & praue agere voluntarium eſt. vtraq; enim volūtaria apparēt; & neceſſum ſi alterum volūtarium ſit, ēt alterum eſſe: quod vero præter cupiditatem fit, voluntarium. idem igitur volens aget, & non volēs. Sic etiam propemodum ſeſe de ira habet. Nam cōtinentia & incontinentia, quemadmodum circa cupiditatem, ita circa iram quoq; verſari videntur. nam q; iræ repugnat triſte eſt, & violēta eius cohibitio. itaq; ſi violenta etiam inuolūtaria, & quod ſm irā fit, volūtarium. Videt & Heraclitus, vim iræ contuens, repreſſionem eius permoleſtam atteſtari. Difficile enim, inquit, iræ reſiſtere eſt. anima enim fruitur, animoq; indulget ira. Sin impoſſibile eundem quippiam nolētem volentemq; vnum idem facere, magis voluntarium eſt, quod à voluntate, quàm cupiditate, aut iraſcentia fit: argumēto eſt, quòd multa facimus etiam abſq; ira, & cupiditate. Supereſt igitur, vt, an q; volunt homines idem ſit voluntarium, cōſideretur. videtur nanq; & id impoſſibile, quādo & ſupra cōſtitutum eſt, malitiam reddere iniuſtiores: ac intemperantia quidem malitia eſt. Contrarium vero vſu venit, eò q; nemo quæ mala arbitratur, velit, quæ tñ facit intemperans. Itaq; ſi iniuria afficere ſpōtaneum eſt: id autem ex voluntate: ergo intemperās factus non iniurius, ſed tēperāte priore illo iuſtior erit: quod eſt impoſſibile. Voluntarium igitur non eſſe quod iuxta cupiditatē fit, neq; inuolūtarium quod cōtra cupiditatē fit, patet. Sed & neq; id quod ſm electionem, ex ijſdē manifeſtum eſt, nam quod ab electione fit, demōſtratum eſt inuoluntariū non eſſe: ſed magis q; quiſq; vult, id volūtarium. verum cōtingit etiā non volētem tamen ſpontaneū aliquid agere. atq; ſolum id eſt demonſtratum. multa inſup repentino motu facimus: elegit autem repente nemo. Etenim ſi trium horū aliquod voluntariū eſt neceſſario, erit aut ſm cupiditatem, aut electionē, aut intellectum. ex quibus cùm duo priora nō ſint, relinquitur vt in eo q; contemplando quis agat ſitum, voluntariū illud dicamus. Cæterum paululum progreſſi ora

tione, finem tractatui de volūtario inuoluntarioq; imponemus. Eorum enim quæ vi aut non vi euenīūt, conſideratio prioribus cognata eſt ac propria. omne enim violentum inuoluntarium. quocirca de violento conſiderandū eſt, quid ſit, quo'ue pacto ad voluntarium inuoluntariumq; ſe habeat.

### De violento. Cap. IX.

VIdetur aūt violētum & neceſſariū, viſq; & neceſſitas volūtario perſuaſioniq; in rebus agēdis opponi. In vniuerſum aūt violentum neceſſitatemq; etiam inanimatis aſſignamus. Nam & ignem vi coactumq; deorſum ferri cernimus, verum. qñ uero ſm naturam propriumq; impetum fertur, nec violentia, nec voluntarium ſubeſt, ſed nomine careret oppoſitio. verum cùm præter hæc contingunt, vi dicimus fieri. Eodem pacto & animalia & inanimata vi multa cum facere tum pati animaduertuntur: quādo ſcilicet præter naturalem impetum ab externo aliquo mouentur. Quod in anima quidem expertibus ſim plex principium eſt, ſed in animatis ſępe ſimplex, vt in quibus nō ſemp ratio cupiditasq; cōſonant. Ac cæteris quidem aialibus quemadmodum & inanimatis violentum ſimplex eſt: quippe quæ cupiditati (nam ea viuunt) ratione minime contrarium habeāt. homini vero ambo inſunt certa quædam ætate, ea ſcilicet quæ rebus per rationem agendis idonea eſt. neq; enim vel puerum vel feram agere dicimus. Proinde, cùm violentum omne moleſtum eſſe, nec vi quiſquam ſed gaudēs agere videatur, magna de temperante intemperanteq; cōtrouerſia oritur, eò q; vterq; cōtrarios intra ſe impetus ſentiēs agit. Vnde temperantem vi ſeipſum à ſuauitū cupiditate abſtraxiſſe aiūt. dolet enim luctās cum reſiſtēte cupiditate. Intemperans autem vi, præter rationem rapitur, minus tamen adſtigitur: nam cupiditati lætus indulget, qppe qui ſuauibus intēdit. quocirca non vi, ſed volens agit, quia dolore vacat. Porro perſuaſio violētiæ neceſſitatiq; opponitur, temperans vero ea ſectatur, de quibus perſuaſus eſt, nō, vi ſed volēs. nam cupiditas citra perſuaſionē trahit, qppe quæ ratione caret. Quòd igitur ꝛ ſoli vi inuitiq; facere videantur, quamq; ob cauſam, ſcilicet ob ſimilitudinē, qua & inanimata agere dicimus, expoſuimus hactenus. Sed enim ſi & quod in determinatione poſitum iſtic fuerat, adijciatur, ſoluiē quod dictum eſt. Quando igitur foris quippiam præter impetum intrinſecum mouerit ſedaritue, vi id fieri aſſeuerabimus: quādo vero ſecus, non vi. In tempe-

rante

rante autem intemperanteq; insitus impetus ducit(vtrūq; enim habet)& neuter vi & coactus,sed volēs vterque agit. nam principium quod foris est, præter naturalem impetum, siue moueat,siue motum impediat,necessitatem vocamus: vt si quis manu,& volūtate & cupiditate retinētis arrepta, percutiat alium. verū si intrinsecus principium fuerit, vis non est:quādoquidem & voluptas inest & cupiditas,quæ statim à natiuitate in omnibus deprehenditur. Atq; his ferè duobus à natura quippiam inesse determinamus, eo scilicet,q; à natiuitate statim à natiuitate inest, & q; generatione existēte facile cōsequimur, vt senectus, canities,ac alia id genus. Itaq; nō fm naturam facit alteruter, sed fm naturā simpliciter, sed nō eandem. Quæstionibus igitur de temperante intemperāteq;,vtrum vi & non volens agat alter aut vterq;,aut vi simul inuitiq; ambo: & si vis voluntaria sit, num volētes simul & nolentes q; agant,ex dictis hactenus occurrendum. Verum & aliter vi coactiq; agere dicūtur,non dissentiētibus inter se mutuo ratione & cupiditate, quādo scilicet id faciunt, quod molestū quidem & friuolum iudicant, sed neglectum, damnū aut mortem inferat, hæc enim omnes, aut coactos facere aiūt, aut non. faciūt autem omnes:nam obmittere quidem licet,sed terēdum ineōmodum. Verum ex his alia quidem violēta, alia vero non violenta forte quis dixerit. Quæcunq; enim eorum,per quæ vel facere, vel nō facere penes ipsum est, etiam si nō volens facit,tamē & facere spōte dicitur, & non vi: quæ vero penes ipsum non sunt, vi quodāmodo,sed non simpliciter fieri dicuntur, eò q; nō illud ipsum eligit, sed alicuius gratia agit. Verum ex his est quoddam discrimē. Nam ridiculus fuerit,si, vt cōtactus quis vitaret,occidisset alterum, vi se id coactum q; fecisse dicat. maius enim acerbiusq; malū oportet,nō facienti propositum sit. Sic enim coactus,& non vi faciet,scilicet quādo malū boni gratia, vel ob maioris mali repulsionem agit,idq; inuitus: neq; enim penes ipsum hæc sunt. quocirca & amorem, & iras quasdam, & naturalia nōnulla inter inuoluntaria cōnumerant: quia violenta nimis & supra naturam sunt. vnde & veniam merentur,eo quòd vi cogere naturam soleant. Sed & magis vi,inuiteq; facere videt, qui facit ne vehementius aut leuiter doleat, vel etiam ne gaudeat. nam ad ipsum refertur vniuersum, quod ferendo natura est. Verum quæ neq; naturalis cupiditatis,nec rationis sunt,nō debet penes ipsum esse censeri. quamobrē phanatici,& qui futura prædicunt, quamlibet intellectus opus faciunt,non tamē id penes ipsos esse asseueramus,neq; vt faciant quæ fecerunt,neq; vt dicant quæ dixerunt. Sed & neq; per cupiditatem. Itaq; & intellectus quidā affectusq;, aut actiones fm eiusmodi ratiōes & intelligentias,in nostra potestate nō sunt: sed quemadmodum Philolaus inquit,rōnes quę dam sunt nobis potentiores. Ergo voluntariorum,ac inuoluntariorum consideratio, eorum quę vi eueniūt tractatui iungēda est,atq; hæc ita sint inter sese distincta. Nam qui spontaneum maxime interpellāt, in se coactos dicunt, vt in eam animi sententiam venirent. Et quia finem id fam habet,& voluntarium, neq; cupiditate nec electione terminatum est,relinquum est vt ea quę iuxta intellectum fiūt,determinentur. Videtur autem inuolūtario contrarium esse voluntarium, & quod cuiusque gratia sciens quis facit. interdum enim nouit q; pater sit, non tamē q; occidat, sed seruet potius. vt Peliades petebant quidem poculum, sed vt amatorium & vino plenum. id vero venenum erat. ignorās autem quem,cui, & qd, ex ignorantia, non per accidēs agere dicitur. quod autem ab ignorante tali fit, inuoluntarium est,ergo volūtarium contrariū eii. Quę igitur penes ipsum sunt,vt facere obmittat,facit non ignorans & per se,ea vtiq; voluntaria sunt, & voluntarium id ipsum est: quæ vero ignorās,ex eo q; ignorat ea,inuitus facit. Porro quia scire & intelligere bifariam capitur; vel vt habeatur, vel vt vsurpetur scientia, qui habens nō vtitur,interdum ignorans merito dicitur,interdum vero nequaquā, velut si per negligentiam non vtatur. Similiter & is vituperetur, qui vel facilium vel necessariorū pertiam, & per negligentiam, aut dolorem aliquem voluptatemq; non vestiget. Hæc loco huic inserēda videbātur. De volūtario igitur & inuolūtario hoc modo determinatū sit.

*De electione.* *Cap. X.*

DE electione vero deiceps dicemus, expositis primum nonnullis quæstionibus. Ambigat enim fortasse quis, in quo genere oriantur, tum in quali constituēda sint, aut eadem ne aut diuersa sint voluntarium et inuolūtarium. Maxime vero quidam asseuerant,& quærenti etiam ita forte videri queat, electionem ex duobus his alterum esse, scilicet aut opinionem aut appetitū. vtraq; enim cōsectanea uidētur. Verum appetitum non esse patet ex eo,q; tum aut uolūtatem,aut cupiditatē,aut irā esse necessum sit:nemo quippe nisi horum aliquid patiēs appetit. Ira poro cupiditasq; etiam feris inest: electio uero

nequaquam.



nequaquam.' & tamen quibus hæc ambo insunt, multa absq; ira cupiditateq; eligunt, sed dum passionibus adfliguntur, non eligūt,sed tolerant. Præterea cupiditati iraq; semp dolor iungitur, multa vero nos absq; dolore eligimus. Volūtas insuper & electio idem non sunt. volunt enim interdum etiā ea homines, quæ impossibilia norunt, vt omnibus hominibus imperare,immortalem esse,id quòd nemo sciens impossibile elegerit: & in vniuersum,quæ & si non per se,sed sibi tamē impossibilia vel factu vel obmissu norit. vnde manifestum electionem esse rerum penes nos sitarum. Similiter clarum, nec opinionem esse, neq; simpliciter,si quis aliquid putet, cùm eligibile eiusmodi quid sit,quod viribus nostris paretur. multa vero opinione concipiūt, quę penes nos non sunt, vt diametrum cōmensurabilem. Porro nec vera est nec falsa electio, sed & nec rerum penes nos sitarum opinio, qua faciendum aliquid vel non faciēdum arbitramur. Cōmune vero id est de opinione & volūtate. nemo enim finem,sed ea quę fini consequendo cōferunt eligit: quēadmodum nemo sanum esse,sed ambulare,sedere,sanitatis gratia. neq; felicitate potiri quisquā eligit, sed quæstus studium & periclitationes,felicitatis adipiscendæ gratia. Et in uniuersum declarat semper eligēs, quod, cuius ue gratia eligat. est enim aliud id cuius gratia,& quod gratia alterius eligit: uult autem maxime finem, ut in precio & sanū esse, feliciter beateq; uiuere. Itaq; patet aliam & opinionis & uoluntatis rationem esse. uolūtas enim & opinio maxime finem spectat,quod nō facit electio. Ergo electionem patet,nec uolūtatem, nec opinionem, nec simpliciter ullā animi perceptionem esse: quo simul elucet, & quid sit, qd ue ab ijs differat, ac ut se ad uolūtarium habeat. Porrò possibilium esse aut non esse, alia eiusmodi sunt, ut de ijs suscipiat deliberatio: alia vero ut non suscipiatur. quorum enim generatio penes nos non est,etiam si fieri non fieri possint, sed quæ uel natura uel alijs ex causis fiunt, de ijs sciēs nemo cōsultare instituat. Verum quæ non tantum fieri non fieri possunt, sed in consultationē etiam uenire solēt, ea sunt quæ pro arbitrio facere nō facere possumus. quapropter non de remotis apud Indos, nec de circuli quadratura deliberamus: nam illa ad nos non spectant, hoc uero fieri nequit. Sed & nec de omnibus quæ à nobis queant fieri. unde manifestum nec opinionē simpliciter electionem esse,eligibilia uero etiā agibilia, rerum scilicet penes nos existentium. Proinde miretur forte quis, quo pacto medici, quæ scientia complectuntur,in deliberatione ponant,cùm id non faciat grammaticus. Ratio eius ex eo constat,quod aut ratiocinando,aut sensu error omnis cōmittat,quorum utrunq; in Medicinā contingit: in grammaticis uero iuxta sensum et actionem quam spectant,in infinitum progrediuntur. Quoniam igitur neq; opinio, neq; uoluntas est electio,est certe uelut utrunq;, & non ambo. ex improuiso enim nemo eligit,sed cùm faciendum uidetur,conspiratq; uoluntas: quæ cùm ambo eligenti insint,utroq; constabit electio. Considerādum autem quomodo insint hęc: idq; ex ipso nomine primū. Nam electio non simpliciter est,sed alterius ad alterū. unde consideratione consiliumq; requirit, & prouide ex opinione consultatiua constituet. Neq; enim de fine, qui rebus omnibus quidā propositus est, sed de ijs quæ ad finem, suscipitur consultatio. id vero omnes consultamus, doc. nec ad nos transtulerimus generationis principium. Quòd si nemo eligit,nisi re prius consultata expēsaq;, melius sit an deterius: volūt autem quæ possibilia nobis sunt, non quæ ad finem: erit electio cupiditas rerum penes nos sitarum, deliberatiua. enimuero omnes quæ eligimus,eadem volumus: nec tamen quę volumus,oia eligimus. Porro deliberatiuam facultatem voco,cuius principium est consultatio, quæ & concupiscit id, quod vtile decreuerit. Quapropter nec reliquis animātibus, nec omni ætati aut homini electio inest, eo q; nec consultare,nec causam quare quid eueniat uidicare queat. Opinationē tamen,faciendum ne quippiā sit, nihil vetat pluribus inesse, sed ratione perspicere nequaquam. animæ enim pars deliberatiua rationes causasq; vestigat. Nā si cuius gratia, vna ex causis existit,(namquare quid, causa est, & id cuius gratia qd est aut fit,vt profectionis facultatum comparatio,quandoquidem eius gratia proficiscūtur) constat eos qui proposito fine carent,consultationi parū idoneos esse. Quapropter cùm quis facit aut negligit quæ penes nos sunt, vt faciamus vel nō faciamus,idq; non ignoranter, volēs vtiq; aut facit aut non facit. Cæterum multa eiusmodi citra consultationē prę cogitationēq; agimus. unde necessum omne eligibile voluntarium esse, non autem voluntarium statim eligibile. item quæ ex electione fiunt, omnia voluntaria sunt, non autem voluntaria omnia iuxta electionem. Similiter ex his manifestum, affectiones recte in voluntarias,inuoluntarias,& cōsultatas distribuit: quę etsi non sint accuratā, veritatem tamē modo aliquo attingunt. verū deinceps de his in tra-

ctatu

ctatu de iustis. Electionem igitur nec voluntatem simpliciter, nec opinionem esse patet, sed opinionem cum appetitione, quando ex consultatione concurrunt.

*De fine, & ijs quæ ad finem ducunt; ubi uirtutis assignatur definitio.* Cap. X I.

ET quia consultantes omnes gratia alicuius consultant, & scopum habent præfixum certum, quoniam respiciunt vtile, de fine quidē nemo deliberat, qui principium est & fundamentum, quemadmodum in cōtemplatiuis scientijs suppositiones: de quibus breuiter sub principium, verum in Analyticis accurate disserimus. Cæterum consideratio de ijs quæ ad finem ducunt, partim vero inartificialis apud omnes est, vt bellū gerant nec ne, his quibus hoc in consultatione est. Obuium autem magis est quapropter id est, cuius gratia cōsultatio existit, vt opes, vt voluptas, aut aliquid aliud huiusmodi, quodcunq; finis est vice. nam cōsulit quisquis cōsilium capit, vel finem recte ne perspexerit constituerit q; : tendit enim eo consulēdo quomodo hic finis in ipsum adducatur, vel quomodo ipse perduci in finem possit. Finis autem semper natura bonus est, de quo & particulariter consultāt, medicus de remedio adhibēdo, dux de castrorū metatione, quibus finis propositus est bonum, id scilicet, quod simpliciter optimū. Verum quod præter naturam est, ex aliqua peruersitate, non id quidem vere, sed apparēs bonum est. cuius rei causa est. q p entium quorundam vsus, non nisi ijs quibus facta natura sunt, applicari pōt: vt sunt visibilia. neq; n. videre licet, quorum visio nō sit, neq; audire quorum nulla auditio. Sed per scientiam etiam, ea quorum scientia non est, possunt fieri. neq; enim æqualiter sanitatis morbiq; eadem est scientia, sed illius quidem iuxta, huius autē præter naturam. Sic & voluntas fm quidem naturam boni est, præter naturam vero mali. & vult natura quidem bonum, præter naturam vero, et ex mētis quadam euersione, malum. Verum cuiusq; corruptio euersio q; , nō in quodlibet, sed in contraria & media competit: hos enim limites trāsgredi non licet. Et quia error non in quælibet, sed in contraria cōmittitur, quibus contraria sunt, tum in ea contraria quæ iuxta scientiam opponuntur, necessum est, & errorem & electionem à medio ad cōtraria ferri. Porrò contraria sunt, medium, maius & minus, eo quòd iucundum & triste sic habeant, vt ab anima iucundum quidem bonum iudicetur, iucūdius vero melius, & triste malum, tristius & deterius. vnde patet circa voluptates & dolores, virtutes vitiaq; versari, circa eligibilia nanq; consistunt. Electio autem circa bonum, malū, & apparentia, quæ natura sunt voluptas & dolor, versatur. Quoniam igitur ipsa virtus moralis ipsa mediocritas est, oisq; circa voluptates & dolores versatur, vitiū autem circa excessum & defectū, & ea prorsus, in quibus etiam virtus cōsistit: necessum est, virtutem moralem habitum esse electiuū mediocritatis, quo ad nos, in iucūdis & tristibus, iuxta quæ qualis quisq; moribus dicitur, dolens gaudens ue. dulce nanq; siue amarum diligens, nō qualis quidam moribus dicitur. Virtus 3.

*Virtutem actionem non peccabilem, finemq; rectum reddere.* Cap. X II.

QVibus ita determinatis, dispiciatur, vtrum virtus electionē reddat non peccabilem finemq; rectum: nempe vt cuius gratia debeat, tantum eligat: an, vt nōnullis videtur, rationem absoluat, id quod temperantiam dicimus, quippe quæ rōnem non euertit. Sed enim virtus & temperantia discernuntur ab inuicem, de quibus post erit dicendi locus. quibus enim cunq; rationē rectam præstare virtus videtur, id causa existit, cuiusmodi ēt temperātia. Cæterum eam laudabilium esse, præmissis dubitationibus, ostenditur. Porro scopum quidē licet esse rectū, verum in ijs quæ ad scopum aberrare. rursum scopo etiam falso proposito, in ijs quę ad ipsum tendunt, recte habere. interdum vero vtraq; fallūt. Vtrum igitur virtus scopum, an ea quæ ad scopū regit? Assequamur autem scopum à virtute constitui. quocirca nec collectione, nec ratione aliqua hæc demonstrabūtur, sed vt principium hoc positum nobis esto. Neq; enim medicus cōsiderat, an esse sanum, sed vtrum deambulare, an nō deambulare oporteat. Neq; gymnastes an bene habere, sed vtrum luctari vel non luctari expediat. similiter neq; alia vlla circa finē occupatur. Quemadmodum enim in contemplatiuis suppositiones principiorū locū obtinent, sic & effectiuis finis, & principium est & suppositio. quoniam si hoc sanum esse cōuenit, necessum est hoc esse. siquidē illud expectes: quemadmodum isthic, si trīgulo duo recti, necessum est hoc consequi. Cogitationis igitur principium finis est, actionis vero cogitationis terminus. Si igitur omnis rectitudinis, aut ratio causa est, aut virtus, si ratio non fuerit, per virtutem finis, non quę sunt ad finem, constituetur. Finis autem est id cuius gratia: ois enim delectio alicuius est de aliquo: cuius igitur gratia mediū est, eius causa virtus, quæ

id cuius



id cuius gratia eligit. Verum quæ deceāt consecutio alterius est facultatis, quę id cuius gratia eligit. non enim ipsius est electio, sed eius quod ipsius gratia. Equidem finis gratia agere oportet. verum vt finis rectus præfigatur, electionis munus est, cuius causa est virtus. quocirca qualis quisq; sit, ex electione iudicamus, non quid, sed cuius gratia faciat expendentes. Similiter & vitiū contrariorum gratia electionem efficit. nam si quis cum in potestate sua sit bonum agere malumq; obmittere, agat contrarium, necessum est hūc honesti studiosum haudquaquā esse. Itaq; virtus & vitium voluntaria sunt, cùm nulla necessitas ad mala perpetranda cogat. inuoluntaria enim cùm turpia sint, nō vituperātur tamen: contraq; bona non inuoluntaria, sed voluntaria laudantur. Postremo omnes laudantes vituperantesq; , electionem magis quàm facta intuemur, etiāsi virtute sit eligibilior operatio. Faciūt item mala quidem coacti, sed eligit ea nemo. Sed & quia difficile electionem cuiusmodi sit perspicere, idcirco ex operibus qualis quisq; sit iudicare necessum habemus. itaq; eligibilior actio, sed laudabilior electio. Ex positis igitur hæc eueniunt, & consentanea sunt apparentibus.

# ARISTOTELIS

## MORALIVM EVDEMIORVM

## LIBER TERTIVS.

### SVMMA LIBRI.

*De uirtutibus moralibus omnibus, iustitia excepta.*

*De fortitudine, forti, & eorum extremis.* Cap. I.

MEdiocritates igit̄ esse in virtutibus easq; electiuas, & cōtraria earū vitia, quæq; sint, vniuersaliter dictum est. Singulatim vero vnamquanq; plequentes, primum de fortitudine dicemus. fere. n. apud omnes in confesso est, & fortem circa terribilia versari, & fortitudinem vnam è virtutibus esse. Distinximus autem in tabula superiore, vtrum cōfidentia & fortitudo, cùm aliquo pacto sibi inuicem opponātur, etiā inter se contraria sint. Vnde manifestum, qui ab ijs habitibus nomen habēt, etiam inter sese inuicem opponi. quemadmodū timidus. nam is magis q̄ deceat timere, minus vero audere dicitur. & confidens, qui ipse quoq; ex eo q̄ huiusmodi sit, minus scilicet, q̄ deceat timēs, magisq; q̄ deceat audēs, nomen trahit. vnde & audax ab audacia denominatur. Quocirca cùm fortitudini sit circa timores audaciāq; habitus præstantissimus: decet vero nec vt audaces, qui in nonnullis deficiūt, in alijs vero excedūt, agere: neq; timidorū instar, qui in eodē peccant, non eodem tamen sed cōtrario modo: audendo enim deficiunt, timēdo vero excedunt; manifestum est mediam audacię timiditatisq; dispositionem fortitudinem esse. is enim habitus optimus. Videtur autem fortis metu vacare vt plurimum, timidus autē metui obnoxius esse. Et hic quidē multa, pauca, magnaq; , & parua metuit, idq; vehementer, & cito: ille vero contra, aut prorsus nō, aut leuiter, egre & raro, & nō nisi magna. & hic quidē vehemēter terribilia sustinet: ille vero nec leuiter quidem horrida. Quę igitur sustinet fortis primum, sibi ne, an alteri terribilia? Et enim si alteri terribilia sufferat, nihil videatur magnificum fortem esse. sin vero sibi ipsi, necessum est non nisi magna & horrida terrorem incutere. Itaq; si terribilia vehemēter, vehemēs: sin leuiter, infirmus etiam metus fuerit. vnde contingit fortem multos magnosq; terrores formidare. Verū videtur timidum contrarie fortitudo præparare, vt in eo quòd aut nihil aut pauca timeat, eaq; & leuiter & ægre. Sed enim horribile, quemadmodum et iucūdum & bonum, bifariā dicitur. alia enim simpliciter, alia vero cuidam iucunda bonaq; vocantur non simpliciter: ac contra prauia & minime iucunda, quemadmodum quæ prauis vtilia sunt, & quæ iucūda pueris, quia pueri sunt: sic etiam terribilia alia simpliciter, alia vero alicui. Quæ igitur timidus metuit, quā timidus, nemini terribilia sunt. Alia rursum leuiter, alia plurimis timentur. Et quæcunq; naturæ humanæ horribilia sunt, ea simpliciter terribilia vocamus: fortis vero ad hæc intrepide habet, sustinetq; eiusmodi, quæ partim ipsum quoq; terrēt, partim vero nō. qua enim homo est, terribilia illi quoq; sunt, qua vero fortis, non sunt, aut certe leniter, aut nequaq̄. Terribilia tamen dicunt, quę à pleriscq; timeri solēt, quocirca hic habitus laudatur. Quemadmodum enim robusti, saniq; appellantur, non vt illi nonnullis laboribus fragrātur, aut hi nullo excessu debilitentur, sed ex eo, q̄ vel prorsus non turbantur, aut simpliciter aut leniter, à quibus multi & pleriq; . valetudinarij enim & infirmi & timidi cōmunibus vulgaribusq; passionibus afficiunt, sed citius vehementiusq; q̄ solent. multi præterea, quibus

multi

multi afficiuntur, ea vel nō prorſus vel leniter ipſos tangunt. Quæritur autem nū forti nihil ſit terribile, neque metuat quicquam. An nihil vetat, pro eo ac dictum eſt ipſum quoq; timere. fortitudo enim rationem ſequitur, ratio vero honeſta capeſſere iubet. quocirca qui non per hāc ſuſtinet, is aut ſtupidus eſt, aut confidens. verum qui ob honeſtū tantum nō metuit, ſolus fortis eſt. Timidus igitur quæ non decet metuit: audax vero in quibus nō oportet, audet: fortis vero in vtroque agit quod decet, & proin medius exiſtit. nam quæ ratio dictat, ea & metuit & ſuſtinet. quæ magna, acerba, interitumq; inferētia niſi ſint honeſta, ſubire haud iubet. audax vero etiam non iubente ipſa ſubit: timidus vero ne ſi iubeat quidem: ſolus autem fortis ipſius iuſſui obtemperat.

*De quinq; ſpeciebus fortitudinis nō uere.* Cap. II.

SPecies autē fortitudinis quinq; ſunt numero. eadem enim ſuſtinent, non tamen eaſdem ob cauſas. Vnde vna ciuilis, quam verecundia parit. Altera militaris, expitia vſuq; rerum profecta: nō quemadmodum dixit Socrates, vt horribilia, ſed vt auxilia horribilitū cognoſcātur. Tertia per ignorantiam & imperitiam: velut eſt puerorum inſanorūq; fortitudo, qua hi horribilia ſuſtinent, illi vero ſerpentes manibus prehendūt. Alia rurſum exſpe naſcitur, qua laute conuiuati æbriiq; pericula ſuſcipiunt. nam vinum ſpem ſolet addere. Poſtremo alia ex affectuum impotentia rationis expers, vt amore ira'ue accenſorum. nam ſiue amet quis, audax potius q̄ timidus erit, multaq; pericula ſuſtinebit. velut qui in Metaponto tyrannum occidit: & in Creta fabulas recitauit. Siue ira cōmoueatur. nā extra ſe rapitur animus. Vnde & ferę ſyluestres fortes dicuntur, nec ſunt tamen. concitatæ. n. ſunt eiuſmodi: non concitatæ, quēadmodum & audaces, inæquales ſunt vehemēter. Maxime autem naturalis eſt ab ira profecta fortitudo. inuicta. n. ira. quapropter & pueri optime pugnant. ciuilis autem propter legem exiſtit. Cęterum harum nulla ſm veritatem comparata eſt: ad cohortationes tñ in periculis vſum adferunt hæc omnia non mediocrem.

*Quæ dicantur horribilia.* Cap. III.

DE horribilibus igit cùm ſimpliciter iam dixerimus, non ab re fuerit de his ſuſſius determinare. In vniuerſum igitur horribilia dicunt metus effectiua, ea ſcilicet quę dolorem inferunt corruptiuum. Nā quibus alia afflictio incidit, alium ēt dolorē, diuerſumq; affectum, nō metum parit: nā qui moleſtiam, aliquam proſpicit, velut eam, qua inuidi auę æmuli, aut pudore ſuffuſi affligūtur, aliud nomen ſortitur, eò q̄ metus eorum tantum malorum eſt, quorum natura interitum videtur inferre. Quocirca nonnulli quamlibet moles, fortes tamē ſunt in quibuſdam. & nōnulli duri ac tolerātes, timidi. Videtur enim propemodum propriū fortitudinis munus eſſe, circa mortem eiusq; acerbitatem recte affici. nam ſi algorem quis & calorem, pro eo ac ratio dictat, ſuſtinet, cū à periculo abſint, verum ad mortem mollis ſit & timidus, nō ob aliud, niſi ob interitum: alius vero ad eadē quidem mollis, erga mortem autē intrepidus: ille quidem timidus, hic autem fortis iudicari ſanè queat. periculum nanq; ijs conſtare terribilibus tantum dicitur, quæ in propinquo habēt. eiuſmodi interitus effectiua. apparet autem periculum, quando prope cernitur. Terribilia igitur, circa quæ verſari fortis aſſolet, dicta iam nobis ſunt, eò q̄ appetentia effectiua doloris corruptiui, oportet nec procul, ſed in propinquo apparere, nec magnitudine humanę virtutis proportionem excedere. Quædam enim neceſſum eſt, omnibus terribilia videantur, omnesq; percellāt. Nihil enim verat, quominus, quemadmodū calida frigidaq; & alia quędam corporis humani habitus viresq; ſuperant, ita animi affectionibus nonnullis opprimamur. Timidi enim & audaces ſm habitus decipiuntur. illis enim non horribilia, horribilia tamen videntur, & quę leuiter metuenda ſunt, vehementer. audaci vero cōtrarium, horribilia animoſa videtur, & quę vehementer, leuiter. viro autē forti vera horribilia maxime. Quocirca nec ſi quis ignorāter periculo ſuſtineat, fortis eſt. velut qui fulmen, ex inſania ferat illatum, aç ſi cognoſcat quantū ſit periculum, ex iræ impetu agat. quemadmodum ſi Celtæ, ſumptis armis, occurrant fluctibus, cuiuſmodi furioſa fortitudo prorſus Barbarorum eſt. Nonnulli vero ob alias voluptates pericula ſuſtinent. nam & ira voluptatem habet quandam, cum ſpe nempe vltionis ſumendæ. Verum nec ſi ob eiuſmodi, nec ob alias voluptates, malorum'ue grauiorum fugam mortem obeat, vere fortis quiſquā propterea merito dicatur. Nam ſi mori iucūdum ſit, ſæpe per intemperantiam morerentur laſciui. quemadmodum & hodie, cùm ipſa quidem morte minime, ſed inferentibus eā ſuauibus exiſtentibus fit, vt quidam per inconti nentiam certum ſibi concilient interitū. Non ignari etiam certam mortem, ppoſitam, quo ex genere nullus fortis videatur. Neq; ſi quis dolorem



dolorē fugiens, (quod ſolent multi) mortem accerſat, fortis fuerit. Quemadmodum enim Agathon inquit, prauī homines qui doloribus victi, mortem eligunt, veluti Chironē fabulæ perhibent, ob dolorem vlceris mortem optaſſe, licet immortalem. Nō procul ab his diſtāt qui ex peritia pericula ſuſtinēt, id quod plerię ſolent militantes. Id nāq; contrarium Socratis ſentētiæ, opinātis ſcientiam fortitudinem eſſe. neq; enim quia nouerint horribilia, qui ſuper mucronibus iaculorū ingredi dicerunt, id auſi ſunt, ſed quia præſidia cōtra læſionē explorata habent. Neq;. n. qui audacius pugnāt, idcirco fortes ſunt: quemadmodum nec robur, nec diuitiæ iuxta Theognim, fortitudinē gignunt. Vir enim, vt inquit, pauertate domatur omnis. Manifeſta nanque quidā ſuſtinent pericula, eo q̄ diſcrimen nullum futurum nouerunt, cū paratum ſit præſidium. argumento eſt, q̄ malis iam reuera imminentibus, retrocedūt. Inter omnes igitur parteis ea videtur virtuti proxima, quæ ex verecundia naſcitur fortitudo. Quēadmodū & Homerus Hectorem ſcribit, periculū obijſſe verecūdia impulſum. Hectorē verecūdia cœpit: primus nāq; Pulydamas me reprehendet. atq; ea eſt quā diximus ciuilem. Cęterum vera neq; hæc eſt, neq; alia ex his vlla, ſed furori ſimilis eſt ferarū, quæ impetu feruntur. neq;. n. vel ob ignominiā, vel ex ira, vel quòd non morituros ſe arbitrentur, aut quòd facultatibus præſeruatiuis inſtructi ſint, ſuſtinere horribilia opinor. nam ita nihil horribile eſſe iudicarint. Et quoniam virtus omnis electiua eſt, nēpe vt ſupra diximus, q̄ omnia gratia alicuius, eius nēpe quod honeſtū eſt, huius inſtinctu eligatur, patet fortitudinē, quia virtus eſt, horribilia gratia alicuius ſuſtinenda docere. neq; ex ignorantia, vt quæ iudiciū format, neq; ob voluptatē, ſed ob ſolam honeſtatem. quoniā ſi non ſit honeſtum, ſed furioſum, qa turpe, id nequaquā ſuffert. Circa quæ igitur verſetur fortitudinis mediocritas, & quorum ſit, & propter quid, & horribilia quā vim habeant, ſatis in præſentiarū explicatū videtur.

*De temperantia, & eius extremis.* Cap. IIII.

POrro de temperātia & intēperantia deinceps diſſerere conabimur. Intemperans aūt multifariam dicitur. interdū. n. quando non eſt caſtigatū nec emendatū, quemadmodum incaſtratū dicimus, q̄ caſtratus non ſit, quorū caſtrari nonnulla poſſunt, alia non poſſunt. (dicimus. n. incaſtratū, & qd' caſtrari nō poſſit, & quod cùm poſſit, non ſit tñ caſtratū) ſic & intemperans dicitur, velq; tēperiem caſtigationēq; natura non admittat, vel quod admittat quidē, ſed nunq; ſit caſtigatū, veluti puer in ijs peccatis quę recte moderat tempans. iuxta eā. n. intemperiē hoies intēperantes dicunt. Rurſum & id intēperans dicitur, q̄ vel ægre, vel non oīno caſtigatione vlla emendari queat. Multifariam aūt cū dicatur intēperantia, patet circa voluptates quaſdā & dolores verſari: tū q̄ ex diſpoſitione circa eas varia, & à ſe inuicē, & ab alijs hoies diferant. prius aūt deſcripſimus quo pacto intemperantiā appellatione tranſferamus. nā eos qui nullo ſenſu erga eas cōmouent, inſenſatos alij, nōnulli aliud nomen imponunt. Verum non eſt nota hæc affectio neq; vulgaris, eo q̄ magis in alterā partem peccet, & q̄ congenitus ſit oībus iucundorū eiuſmodi ſenſus & delinitio. Hmōi autem ſunt, quos Comici inducunt agreſtes hoies, qui nec moderata quidē neceſſariaq; vlla ſuauitate miſcēt. Et qa tempans circa voluptates verſatur, neceſſum eſt ēt cupiditates quaſdā illi propoſitas eſſe. Itaq; quæ ſint iſta explicare oportet. neq;. n. circa oēs cupiditates, oiaq; ſuauia verſat temperans, ſed opinione quidem circa ſenſibilia duo, guſtabile ſcilicet, & tangibile, reuera aūt circa tangibilia tñ. Nam circa viſionis voluptatē, quæ citra veneris cupiditatem pulchrorum, aut dolorē, qui turpiū aſpectu naſcitur, aut eā quæ ex auditione ſuauiter conſonantiū, aut ſecus, aut quæ olfactu fragrātium aut fœtidorū prouenit, nō verſatur tēperās. neq; enim vel patiēdo, vel nō patiendo dicitur intēperās. Siue igit quis aut pulchrā ſtatuam, aut equum, aut hoiem cernat, vel ſuauiter audiat canentē, nec bibere nec edere, nec veneri indulgere velit, ſed pulchra quidē videre, & canentē audire, is intēperans minime videat, quemadmodū nec Syrenū cantibus delinitus. ſed circa duo hæc ſenſibilia verſant, quæ & reliquorū animantiū ſenſibus incurrētia, dolorem, voluptatē'ue cient: ea ſcilicet quæ guſtu tactu'ue ſentiunt. Cęterū quę reliqs ſenſibus ſuauia exiſtūt, nullū ferè illis ſenſum mouent, vt circa, pportionū pulchritudinis cōtuitionē nihil magnope moueri vident. ſed & nec auſcultationibus ſonorū riteq; cōſonantiū, neq; ſuaue aut grauiter olētib⁹: licet oēs ſenſus acutius pcellāt. Sed & odoribus ij gaudēt maxime, q̄ per accidēs, nō per ſeſe oblectant. Dico aūt per ſe, q̄bus gaudemus nec ſperātes, nec recordantes aliud, velut cibi aut potus. nā ob aliā, hoc eſt edēdi bibēdiq; voluptatē ijs gaudemus. per ſe vero, vt eſt lucorū et florū. Quocirca ſcite Stratonicus dixit, illa qdē pulchre, hæc vero ſuauiter fragrare. Et qa guſtabile aliquod, nō omnē voluptatē ferę attingunt,

nec quãtum extremo linguæ apice, sed quantum toto gutture sentitur. quapropter gulones non optant linguam longam, sed quemadmodum Philoxenus ex Hyride, vulturis guttur. Itaq; circa tangibilia, vt simpliciter dicam, intemperantia est constituenda, circa ea, quæ etiam intemperans versatur. nam vinolentia, edacitas, luxuria, crapula, etiam omnia eiusmodi circa sensus prædictos sunt: quas in parteis intemperantia diuiditur. Verum qui visum, auditione, olfactuq; excedit, non dicitur intemperãs. citraq; ignominiam tales errores vituperamus, & prorsus circa quæ non dicuntur continentes. incontinẽtes vero nec temperantes sunt, nec intemperãtes. Insensatus igitur, aut quocunq; alio nomine appellare conueniat, qui in omnibus deficiat, quibus solẽt plerunq; omnes participare, atq; lætari. Verum qui excedit, intemperans est. omnes enim his & natura gaudent, & aliquo ẽt modo concupiscunt, nec tamen sunt, vel dicuntur intemperantes. etenim consecuti, excedunt magis q̃ oporteat gaudendo: nõ consecuti magis q̃ oporteat dolẽdo. Sed nec dolore etiam vacantes dicuntur. non enim deficiunt gaudendo dolendo'ue, sed magis excedunt. Quia igitur circa hæc est excessus defectusq;, manifestum q̃ & mediocritas, qui habitus optimus est, & vtriq; contrarius. Itaq; tẽperantia habitus præstantissimus, circa quẽ intemperans versatur, quæ in dictis iucundis sensibilibus tenẽs mediũ, insensilitatis intemperantiçq; mediocritas existit. Excessus vero intemperantia est. Defectus autem nomine caret, aut supra positas appellatiões sortitur. Accuratius vero deinceps de iucundorũ genere pertractabitur, vbi de continentia incontinentiaq; agemus.

*De mansuetudine, & eius extremis.* Cap. V.

EOdem pacto de mansuetudine, rigiditateq; sentiendum est. Nam & mãsuetum qualem quendã esse erga dolorẽ ex ira profectum cernimus. Supra enim iracũdo, rigido & agresti (omnia enim hęc sunt dispositionis eiusdẽ) seruilem, & insensatum opposuimus: eo q̃ ita vocentur, quotquot non moueãtur ad irã quibus oporteat: sed lacessiti faciles humilesq; sese præbeant ad contẽptum. opposita enim sibi inuicem sunt, celeriter & ægre, leniter & vehementer, & dolor quem iram dicimus longo tẽpore durãs, ei qui breui. Qm̃ vero quẽadmodũ & in alijs, hic quoq; excessus defectusq; repetitur: Rigidus. n. est eiusmodi, qui citius magis, longioreq; tempore, tamen nec quando, nec quibus oportet, ac in multis afficitur: Seruilis autem cõtrarius quispiam est: Medius autẽ inter inæqualitatem cõsistit: & quia vterq; habitus vitiosus est, patet medium horum æquanimitatem esse. neque enim præcurrit, aut excedit: neq; quibus non oportet irascitur, nec qbus oportet non irascitur. Quocirca cùm & mansuetudo circa easdem affectiones versetur habitus optimus, erit & mansuetudo mediocritas quędã, & mãsuetus inter rigidum seruilẽq; medius.

*De liberalitate, & eius extremis.* Cap. VI.

SVnt porrò & magnanimitas, & magnificentia, & liberalitas mediocritates. Liberalitas enim circa acquisitionem amissionẽq; facultatũ versatur. Nã qui omni acquisitione gaudet, omniq; amissione dolet, vtrunq; magis quàm oportet, illiberalis est. qui vtrunque minus quam oporteat, prodigus. qui vero vt oportet vtrunque, liberalis. vt oportet hic, velut in alijs etiam expono, quemadmodum recta ratio dictat. Et quia illi quidem in excessu defectuq; sunt: nam vbi extrema sunt, isthic & mediũ, quod præstantissimum est in quaq; specie, & vnum: necessum & liberalitatem inter, pdigalitatem, illiberalitatemq; circa facultatum acquisitionẽ, & amissionem mediam consistere. Bifariam autem facultates quæstuariamq; vocamus. alia enim per se est facultatum possessio, velut calcei & vestis: alia vero per accidens: nec tamen ita, vt si qs lance calcei vice vtatur, sed velut emptio, conductioq; mercenaria. emũtur enim & calcei. Pecuniæ autem cupidus præ quęstu accidentario circa numismatum possessionem occupatur: illiberalis vero, & prodigus circa accidentarium lucrãdi modum. nam ille quidem in acquisitione naturali augmentum quærit: prodigus vero in necessarijs deficit: liberalis autem ex abundãti copia largitur. Species vero harum differre dicuntur, eo q̃ magis & minus circa particulas ostendunt: vt illiberalis, parcus, sordidus, turpis lucri cupidus. Parcus enim, eo quòd non eroget, dicitur. Turpis autem lucri cupidus, quòd omnia corrodat. Sordidus, qui vehementer in exiguis obnititur. Deceptor vero depilatorq;, qui iniustus ex illiberalitate est. Ita cõtra prodigorum hic qui dem cautus est, qui inordinate consumit: ille vero inconsideratus, qui in eo quem ferre dictat ratio, durare dolore non potest.

*De magnanimitate, & eius extremis.* Cap. VII.

DE magnanimitate autem, ex ijs quę de magnanimis dicta sunt, determinare oportet: eo q̃ vt in alijs iuxta affinitatem & similitudinẽ, quoad latent progredi conuenit.

Ita



Ita & de magnanimitate tractantibus idem vsu venit. Quocirca nonnunquam contrarij eadem affectant. quemadmodum prodigus & liberalis, perfractus & grauis, audax & fortis. circa eadẽ enim versantur, & cognati sunt aliquousq;. nã & audax & fortis pericula sustinet, sed hic quidẽ sic, ille vero aliter, quæ plurimũ inter se distant. Dicimus aũt magnanimum iuxta nomínis appellationẽ, velut vi & magnitudine animi instructũ. itaq; & grauí et magnifico símilis videatur: qũquidẽ omnes virtutes quodãmodo sectatur. nã recto iudicio de rebus maximis pariter & infimis bonis pollere laudabile est. Videntur aũt ea magna esse, quæ optimo habitu instructus prosequitur, circa eiusmodi scilicet iucũda. Magnanimitas vero est præstantissima iudicat aũt in vnoquoq; maius & minus recte iuxta sapientis virtutisq; præscriptã, vnde vel ipsa oẽs virtutes, vel ipsam oẽs consequuntur. Præterea contẽptiuus dicit magnanimus. Singulę vero virtutes rerũ præter rationem magnarum sunt contẽptrices. vt fortitudo periculorum: id. n. magnum inter turpia deputat, & neque multitudinem oẽm iudicat formidandam. & intemperans voluptates. liberalis opes multas magnasq; spnit: id quod magnanimi esse videtur, eo q̃ in paucis occupet. atq; hæc magna sunt, eo q̃ nec cuiuslibet iudiciũ spectat. Magis qppe magnanimus spectat qd vni sapienti probetur, quàm multitudini, vt vulgo. Quẽadmodũ ad Agathonẽ dixit Antiphon, maligne defensionẽ laudãtem. neglectus. n. propria maxime affectio magnanimi. Porrò nec vitæ, nec opũ, quibus studere magnopere videtur hoies, curam gerit, sed tñ honoris. itaq; & dolet ignominia affectus, & indigni subiectus impio: gaudet aũt principatum asse cutus. vnde cõtraria videntur. nã circa honores occupari, & quæ vulgus sentiat de se contemnere, nõ sunt consentanea. quocirca accuratius hæc discutere oportet. Nã honor exiguus & magnus bifariã capiuntur. aut enim a multis is & vulgaribus, aut ab illustribus ille contingit. qui rursus pro re, in qua euenit, differt. magnus. n. non solum honorantiũ multitudine aut qualitate, aut precio ẽstimatur, sed veritate. vnde & principatus et reliqua præclara, & studio digna bona censentur, quæ reuera eximia existunt. Quo circa nulla virtus magnitudine caret, qua & amplificare & ius reddere videtur in qbus fuerit. sed enim & inter cæteras virtutes magnanimitas eminet. quare peculiari vocabulo hac præditus magnanimus appellatur. Quoniam vero bona alia honorabilia sunt, alia vero vt supra determinauimus: ex quibus alia ex vero eximia, alia parua sunt: quibus nonnulli cũ digni sint, seipsos dignos etiam arbitrantur, in ijsdem solet elucere magnanimus. Quadrifariam vero hæc discernũtur. Nam & dignum esse ijs, & sese dignum ijs iudicare contingit. Interdum vero & mediocribus dignum ijs quoq; se dignum iudicare. Nonnunquã vero eonuerso vtralibet hęc ad se inuicem componuntur. nam cùm exiguis aliquis dignus, magnis atq; honorabilibus se dignũ arbitratur, alius maximis dignus, paruis se dignũ existimat, prior quidẽ hic est exiguis dignus, magnaq; affectãs, vituperationem meretur. dedecens enim id est, ac minime honestũ, præter dignitatem quippiam consequi. verum & is vituperandus, qui præsenti honore dignus, eum tamẽ auersetur. restat, iam vtriq; horum contrarius, qui cum rebus magnis dignus sit, seipsum etiam dignum arbitretur. hic laudabilis & inter hos medius est. Et quia circa honoris electionem fruitionemq; circa honorabilia reliqua bona dispositio est præstantissima magnanimitas, & quemadmodum ostendimus nõ circa vtilia occupatur, ac ipsa mediocritas cum primis laudabilis, manifestum ẽt magnanimitatem esse quandam mediocritatem. Ex contrariorum autem, hoc quod dixímus indignum, maximis sese dignum arbitrantem, lentitudo. tales quippe lentos dicimus, qui magna venditant, cùm non insint. Verum vbi dignus magnis, se indignum censet, pusillanimitas appellatur. pusillanimis enim est, qui p̃clara meritus, iis sese indignum iudicarit. Itaque magnanimitatem necessum est mediocritatem esse, inter pusillanimitatem & lentitudinem. Porro quartus ex his, neque omnino vituperatione dignus, neque magnanimus, in nulla re magni quippiã consecutus. neque enim vel dignus existit, vel ita de se ipso censet, quapropter non est contrarius. Nam etsi planè contraria inter se videantur, magnis dignũ magna, & paruis dignum exigua deberi sibi arbitrari. contraria tamen non sunt, eo quòd hic reprehensione careat; quandoquidem ex rationis instinctu agit, & eadem quæ magnanimus naturæ conditione. Cùm vterque quibus dignus est, sese dignum arbitratur, magnanimus ex ijs, quibus dignus est sese dignum censebit. pusillanimis vero cùm magna insint ei bona honorabilia, si eis se indignum iudicat, quid faceret, si paruis dignus esset. aut igitur magnis se dignum iudicans, lentus, aut pauciorum. quocirca nemo pusillanimen dixerit, qui inquilinus tantum, se non imperio dignum censeat, seq;

subijciat, verũ qui honesto loco natus sit, imperiumq; rem magnam iudicarit.

*De magnifico, & eius extremis. Cap. VIII.*

MAgnificus aũt non ex qualibet operatione, electione ue dicitur, sed ex sumptibus: nisi forte per translationẽ ita vocetur. absq; sumptu aũt magnificentia non est. nam πρέπωον, ideſt decens, in ornatu: ornatus vero non in quibuslibet, sed in necessariorum excessu cõsistit. Verũ qui in magno sumptu decentem magnitudinem eligit, eãq; mediocritatem cum eiusmodi voluptate expetit, magnificus est. qui vero ãmplius quã par sit, & præter modũ, is nomine caret: tametsi quandam affinitatẽ inter sese habent, quos vocant ineptos & prodigos. Nã qui opulentus dilecti hois nuptijs sumptus suppeditat, eum apparatũ se decere arbitratur. Qui frugales paucaq; desiderantes excipienti cõueniat, parusficus. Verum qui nuptiali apparatu eos excipiat, nec ob gloriã, neq; pro authoritate peculiari aliqua, prodigo similis videt. Verum qui pro dignitate iuxtaq; rõnem id facit, magnificus est. decorum. n. iuxta dignitatẽ est, quan doquidẽ nihil præter dignitatẽ decet. decorũ aũt esse oportet. etenim decẽtis est agere iuxta dignitatẽ, & quod deceat, & circa qd deceat. aliud. n. decorũ est circa familiaris, aliud circa amati nuptias. atq; ipsi ẽt in tantum aut eiusmodi: vt spectaculũ, Cimonem non Themistoclem, q; humiliore fortuna hactenus esset, decere aiebat. ille vero, cui qualiscũq; sit dignitas perinde est, nullus est horũ. De liberalitate vero similiter se habet. nã liberalis aliqs est, quando libet.

*De indignatione, uerecundia, amicitia, grauitate, ueracitate, urbanitate. Cap. IX.*

ET fere ẽt sic cætera circa mores, vel laudabilia vel vituperabilia. nã alia excessus, alia defectus, alia vero mediocritates sunt passiuæ, quẽadmodum inuidus & alienis malis gaudẽs. iuxta hos. n. habitus dicitur, inuidus quidem angi, dignorũ successu: hic vero in eadem passione nomine carere, sed ei affectioni obnoxius, notus est, gaudẽdo indignorũ vel casibus vel successibus, itẽ & dignorum lętando. Medius vero inter hos est indignabundus, & quod veteres νέμεσιν vocant, à dolendo, ob indignorum successum. quapropter et Nemesin Deã esse arbitrantẽ. Verecũdia mediocritas est inter impudentiã & stuporem. Nam qui nullã de se existimationẽ moratur, impudens. qui oẽs, stupidus. qui vero apparentes quasdã modeste, verecundus. Amicitia vero medium inter inimicitiã & adulationem. Nã qui oĩbus pro cupiditate sua iucunde congreditur, adulator est. qui vero voluptatem oẽm vitat, odiosus. verũ qui nec sectatur, nec refugit oẽm voluptatẽ, sed quod optimum videt in congressu obseruat, amicus est. Grauitas vero mediocritas est inter cõtumaciam, & placendi studium. Nã qui nihil in cõuictu alteri largit sed contẽnit, contumax. qui vero oĩa omnibusq; se subijcit, placẽdi studiosus est. qui vero alia quidem largitur, alia nõ, grauis appellatur. Verus aũt & simplex, quẽ rigidum vocant, inter dissimulatorẽ & iactabundum medius est. Nã qui sua deteriora mentitur q; sunt, idq; non ignorãs, dissimulator. qui vero maiora prędicat, iactabũdus est. verum qui vt habeat exponit, verus, & iuxta Homerũ sapiẽs appellatur. & in vniuersum, hic quidẽ veri, ille falsi amator est. Porro vrbanitas mediocritas est: & vrbanus inter rusticum & scurrã medius. Quemadmodũ. n. circa alimentum, vorax & tẽrius differunt, q; ille nihil aut pauca aut ægre admittat, hic vero facile oĩa, sic rusticus habet ad importunũ aut scurrã. nam ille ridiculũ nihil aut ægre admittit, hic vero oĩa et prompte & suauiter. Verum neutrũ ita decet, sed quædam admittẽda ioca, quædã nõ, idq; iuxta rationẽ: quod facit vrbanus. Demonstratio aũt eadem. quando quidẽ & eiusmodi est vrbanitas, et nõn quem transferẽtes dicimus, equissimus habitus, & mediocritas laudabilis: extrema vero vituperabilia sunt. Duplex autem vrbanitas est. alia enim quæ ridiculis gaudet, iocisq; etiam in ipsum scommate iactis: alia quæ iocos lususq; perexhibere alijs põt. Diuersæ quidem à seinuicem, sed mediocritates ambæ. nã qui & exhibere iocũ alijs põt, quo afficiatur syncere iudicãs, et qui in se dictũ ferre ridiculũ, inter importunum & frigidũ medius est. Quæ determinatio melior est, q; si illuso, qũocunq; affecto, molestũ esse quod dicitur asseratur: quippe quòd magis placere, ea moderatione prædito cõueniat, hic enim recte iudicat. Ceterum omnes hæ mediocritates etsi laudabiles sunt, non tamen virtutes dici debent, neq; earum contraria, vitia: quippe quòd hæc omnia ex affectionum diuisione, carere eloquio ne constat. vnaquæq; enim harum affectio quædam est, & quia naturalis est, ad naturales etiã virtutes refertur. naturales enim quo dammodo virtutes hæ sunt, vt ex sequentibus patebit, cum prudentia. vnde & inuidia, iniustitiæ (nam ad alium spectant actiones ab ipsa profectæ) & indignatio iustitiæ, verecundia modestiæ adcensentur. quocirca & eo in

*σικχόν.



eo in genere modestiam definiunt. verus autem & vanus eiusmodi vt ille sapiens, hic stultus sit. verum medium magis extremis cõtrarium est, quàm ipsa sibi, eo q; illud cum neutro iungat, & fit, hæc vero frequenter. sunt q; nonnunquã timido audaces, ac partim prodigi, partim illiberales, & prius vitiose inæquales. Nam cũ recte inæquales sunt, medij existunt. medio nanq; extrema aliquo modo insunt, verum cõtrarietates nõ videntur extremis similiter iuxta mediũ ambę inesse. interdum enim iuxta defectũ, aliquando iuxta excessum insunt: quorum causa sunt duo illa supra cõmemorata. paucitas ergà iucũda insentatorum, & quod cõtrarium magis esse videtur, in quo magis peccatur. tertiũ vero, quòd rarius, minus contrariũ videtur; vt audacia ad fortitudinẽ, & prodigalitas ad liberalitatem. De reliquis igitur virtutibus laudabilibus fere dictum est: itaque de iustitia deinceps dicendum erit.

*Pro Quarto, Quinto, & Sexto sequentibus libris, lege Quintum, Sextum, ac Septimum Nicomachiorum. hoc enim ex eo loco translati fuere, nullo penitus mutato uerbo: ut in Græcis exemplaribus uidere licet.*

# ARISTOTELIS MORALIVM EVDEMIORVM LIBER SEPTIMVS.

## SVMMA LIBRI.

*De amicitia, ac eius speciebus. De amicis: ac multis, quæ circa hæc sunt consyderanda. De beneuolentia, concordia, ac probitate.*

*De amicitia, ubi dubitatur, an sit in similibus uel in contrarijs. Cap. I.*

DE amicitia, qd sit, & quale sit, quis item amicus: ac vtrũ sim pliciter tãtum dicat amicitia, an multifariam, & si multifariam, quot nã modis: insuper quo pacto sit amico vtẽdum, quid ue iustũ amicum, nihilo minus excutiẽda nobis sunt, q; ea quæ de moribus circa honesta eligibiliaq; tradunt. Nam inter ciuilia officia vel potissimũ est, amicitias inter se hominũ mutuas cõciliare. Eamq; ob causam virtutẽ vtilẽ existere dicimus, quòd amici esse nequeunt, qui mutuis inter se iniurijs conflictantur. Præterea iustũ iniustumq; maxime circa amicos versari omnes confitemur. Et sanè videtur vir bonus ẽt amicus esse, ac amicitia moralis quidam habitus: vt si iniuriam quis cauere instituat, hoies inuicem reddat amicos, eo q; veri amici nunquã mutuo, quemadmodũ & iusti, inferãt iniuriã. quocirca aut idẽ prorsus, aut cognata inter sese amicitia iustitiaq; existũt. Prẽterea inter bona præstantissima reputamus paratũ esse amicũ: & malum grauissimũ solitudinẽ, amicorũq; carentiã interpretamur: quòd omnis vita, sp̃ta neq; hominum conuersatio his cõstet, quæ cum familiaribus aut cognatis, aut alijs nobis cum degentibus vel liberis vel parẽtibus vel vxore trãsigitur. Et propria quidẽ iusta, quæ ad amicos spectant, solũ ad nos pertinent. verum quæ lege cõstituta, non equidẽ nos, sed alios respicit. Verũ multa ambigi circa amicitiam solent. Primũ quidem q; foris assumitur, vt plerũq; dicitur. Videtur. n. nõnullis similẽ simili amicũ esse: vnde natum est quod ferẽ, Deus similẽ semper adducit ad similẽ. et enim graculus ad graculũ, & fur furẽ cognoscit, & lupus lupũ. Sed & physiologi vniuersam naturã rerum describentes, principium hoc constituunt, similia ad similia cõtendere. Quocirca & Empedocles canem femellã fictili incumbere aiebat, ob similitudinẽ, quam cum eo plurimã haberet. Atq; hi quidem ad hũc modum amicũ definiunt. Alij vero contrarium cõtrario amicũ asserunt. amabilia. n. desiderabiliaq; oĩbus amica sunt; & siccũ humida, non sicca appetit. vnde & terra pluuiã optare dicitur, & rerũ omnium mutationem gratã esse: ea vero in contrariũ fit. Et simile simili inimicũ, & figulus (quod dicitur) odit figulũ. Insuper & animantia quibus ex eodem victus suppetit, hostilia inuicẽ sunt. Opiniones igitur hæ tantum distant ab ijs, quę simile amicũ, & contrarium inimicũ cẽsent. Minus certe semp ei quod plus est, hostile existit. inimicitiãq; dies exordit. Prætereà & loca inter se dissita, contrariorũ sunt: amicitia. n. contrahere vidẽt. Alij vero contraria amica putant, & Heraclitus increpat poetã dicentẽ, q; lis inter Deos & homines pereat. Neq; n. harmoniam cõsistere inquit, citra acutũ & grauẽ sonũ: neq; aialia absq; mare & fœmina duobus cõtrarijs. quæ duę opiniones de amicitia sunt in vniuersum plurimũ discrepãtes. Verũ aliæ magis cognatæ sunt, & proprię apparẽtium. alijs. n. inter prauos amicitiã constare nõ posse, sed inter bonos tantum. alijs contra, absurdum videt, si mater liberos nõ amare asserat, cũ & inter bruta amicitia intercedat tanta, vt etiam pro sobole sua mori non recusent. Alij tãtum vtile amicum arbitrantur. argumento

illis est, q̄ omnes id prosequuntur, inutilia vero abijciūt. Vnde Socrates senex ille saliuam proijciens, & capillos vngues q̄ præscindēs, particulas se inutiles oēs abijcere dicebat, & postremo etiam corpus ipsum cū mortuū fuerit, & quòd nullis porrò vsibus accōmodari queat. verū vbi vsui est, velut in Aegypto, reseruāt. quæ oia contraria inter se maxime videntur. nā inutile simili, & contrarietas simili rudini, ac contrariū inutilissimū contrario suo maxime repugnat. q̄ppe q̄ contrarij sit contrarium corruptiuum. Insup videtur alijs quidem facile amicos cōparare, alijs vero rarissimum hunc cognoscere, q̄m citra successum nō contingit. Cū felicibus amicitiam omnes captant. verū alij, ne in ijsdem quidē infortunijs persistentibus, credendū iudicant. quippe qui fallacia quadā, fictaq̄ cum calamitosis conuersatione, bonorū amicitię sese insinuēt. Sed adducendus ēt postremus, qui & opiniones de his rectissime exponit, & dubitationes contrarietatesq̄ soluit. quod fit, dū apposite explicantur, quæ videntē contraria. eiusmodi enim ratio maxime apparentibus consonat. Contingit aūt oppositiones manere, quando quod dictum est, verum sumptum fuerit; interdum vero secus.

*Quale sit id, quod ametur, iucundum, an bonum.* **Cap. II.**

DVbitationem aūt h[illegible] iucundum, an bonū id[illegible]iam si id maxime concupisc[illegible]positissimum amor. Nequ[illegible]qui nō amet semp. Et cupi[illegible]una da fertur, nā & iucūdum[illegible]us bonum amamus; verū aliud [illegible]dum ac bonum: de quibus & alijs cognatis determinare conabimur, his principijs cōstitutis. Quæ cupiditate aut voluntate appetuntur, aut bona sunt, aut apparentia bona. Quapropter & iucundum concupiscibile est, quia apparēs bonum: quippe q̄ alijs bonū iudicetur, alijs appareat tantū, etiam si non iudicetur. neq̄ n. in eadē animæ parte sunt, phātasia. Patet igitur amicum & bonū & iucundum esse: quo determinato, altera iā suppositio præmittenda. Bonorū. n. alia simpliciter bona sunt, alia alicui nō simpliciter, atq̄ eadē simpliciter & bona, simpliciterq̄ iucūda. Nā quæ sano corpori conducunt, simpliciter corpori bona: quæ vero laborāti tantum, non simpliciter appellamus, velut sunt medicamenta, & sectiones. Similiter & iucūda simpliciter vocamus, quę integrū sanumq̄ corpus oblectāt: vt in clara luce, nō in tenebris cernere: verū laborāti ex oculis contrarium. & vinum iucundius esse iudicat, non linguæ ex vitiolentia corruptæ, quæ ne infusum quidē acetum discernat, sed sensui syncero. Similiter & in ijs quę animam spectāt, non quæ pueris aut bestijs, sed cordatis probantur. vtrorūq̄ igitur memores, hæc eligimus. Et quēadmodum pueri ac bestię habent ad cordatū, sic prauus stolidusq̄ ad moderatū & sapientē. ijs vero iucūda sunt, quę iuxta habitus icidūt, quæ sunt bona et honesta.

*De tribus amicitiæ speciebus: & quæ ipsarum proprie sit amicitia.* **Cap. III.**

QVia vero bona multifariam dicuntur, aliud. n. quia tale sit, aliud quia vtile ac frugiferum: sic & iucūdum, aliud simpliciter ac bonū simpliciter, aliud vero quod alicui videat bonum, quēadmodum in inanimatis: contingit ob singula hæc aliqd nos eligere & amare: vt & hoiem. alium. n. q̄ virtute præditus, alium quia bonus & frugiferus, alium quia iucundus ob voluptatem. Amicus aūt sit, q̄n amatus redamat: neque id ignoratur ab ipsis. Quocirca necessum tres amicitiæ species esse: neq̄ iuxta vnū aliquid oēs, neq̄ vt vnius generis species, neq̄ oīno æquiuoce dicātur. ad vnam. n. quandam primāq̄ referuntur: quemadmodū medicinale. etenim animā medicinalē, & corpus, atq̄ instrumentē instrumentū & opus dicimus: sed proprie primū, per quod ratio eius nobis inest. velut instrumentū medicinale, quo medicus vtitur, nec tñ instrumēti ratio medici rōni inest. quocirca in oibus primum illud quæritur, Et quia primū vniuersale est, vniuersaliter ēt capitur quod fallit. itaq̄ & de amicitia non possunt oia apparentia reddere. Rationē. n. vna minus cōgruente non arbitrant cæteras amicitias esse. aliæ vero sunt quidē, sed nō similiter: alię vero, cū prima non cōuenit, vt vniuersalis, siquidē prima fuerit, neq̄ alias esse amicitias inquiunt. Verū vt modo dictū est, multæ amicitiæ species sunt: q̄m tripliciter dici amicitiā determinauimus, cū alia ob virtutē, alia ob vtilitatē, alia ob iucūditatē oriri dicat. Et sanè quæ cōmodorum gratia nata est, plerūq̄ est amicitia qui se inuicē, qa vtiles diligere solēt.

γλαῦκ' ἐπὶνορός ἀνὴρ τὸν οὐ φιλοῦσι μιᾶχθαι.

Et nondum Athenienses cognouerunt Megarenses. Quæ vero ob voluptatem cōtrahitur, iuuenum est. mutatis enim pro ætate moribus, etiā iucundum mutāt. Quæ vero à virtute, pficiscitur, optimorū. vnde manifestum est primā amicitiam, bonorum esse mutuū et ga se inuicē amorem, mutuāq̄ electionem. Amicum enim est amatum amāti, amicusq̄ item



item redamans amato. Ea igitur sola inter homines est, quippe qui soli electionem sentiūt. cæteræ autem etiam feris inter se sunt, vbi ēt aliqua mediocris elucet vtilitas. Atq̄ ita ēt cicura homini, & alia alijs amica sunt: quemadmodum regulus auis crocodilo, Herodoto teste: et quemadmodū vates de consessibus trāsitionibusq̄ loquuntur. Et mali malos, cū ob vtilitatem, tum ob iucunditatem amant: neq̄ tamen amicos fatēt̄ur, cùm primæ sint expertes: quippe q̄ prauus iniuriam praue inferat, quod amicitiæ legibus repugnat. Alij itidem amant citra amicitiam primam, quos tamen reliquas colere nihil vetat. ob voluptatem. n. incontinentes seipsos suspectos habent, nec ab iniuria mutua abstinent. Quocirca nec ob voluptatem se mutuo amantes, dici amici debent: quando accurate disquirentibus plane primam non esse constet. illa enim firma est amicitia, hæc vero prout hactenus diximus, non illa quidem, sed ab illa profecta. Quapropter vt illo tātum pacto amicus esse asseratur cogere, est apparentia absurdaq̄ dicere. nam iuxta rationem cōmunem quandā affirmare omnes amicitias licet. Superesti[illegible]ma tantum amicitia vocetur [illegible]etiam omnes: neq̄ vt æquius[illegible]sas quomodocūq̄ habētes', [illegible]speciem, sed potius ad vnum [illegible]

*De amicorum diuersitate: & qui[illegible] dicendi amici.* **Cap. IIII.**

ET quia simpliciter bonum iucundumq̄ idem & simul est, nisi quid obstet: & primus verus, & simpliciter amicus (nā talis propter seipsum eligibilis, idq̄ necessario. quem admodum enim propter se bona quispiā appetit, sic & ipsum talē eligi oportet) verus autem amicus etiam iucūdus est simpliciter: videtur igitur quomodocunq̄ amicus iucūdus esse. Verum magis de his determinandum, vtrū quod ipsi, an quod simpliciter bonū amicum sit, & vtrum actu amare cum voluptate, vnde & amabile iucūdum, an non. hæc enim ad idem reducenda sunt. & quod non ipsi bonum fuerit, nō etiam ad ipsum pertinet. Atq̄ hoc ipsum est quod quæritē, sic esse bona, quę simpliciter bona sunt. eligibile enim est simpliciter bonum: ipsi vero, quod ipsi bonum: quę conuenire oportet. Et virtus vna talē effi cit. & ciuilis facultas ēt, quibus hęc nō insunt, ingignit, modo iam ante accōmodatus & homo existat. naturaliter enim ei bona sunt, quę simpliciter bona. Similiter et vir pro fœmina, & stupidus pro prædito indole. ob dulce vero, necesse est quę pulchra sunt, sint & dulcia. vbi vero dissonant hæc, iā non prorsus bonū. nam intēperātia interuenire potest. Cū. n. honestum iucundūq̄ diconueniunt, in affectionibus intēperantia est. Quia cum prima amicitia est sm virtutē, erūt & ipsi simpliciter boni: non qa vtiles, sed alio quopiā modo: quandoquidem bitariā, huic & simpliciter bonum capitur. & similiter quēadmodum in cōducibili & habitibus, vbi aliud est simpliciter conducibile, et honestū, velut se exercitatio ad medicationē habet: Itaq̄ & habitus hominis virtus. Sit igitē homo ex rebus natura præstantibus. nā virtus natura præstātis simpliciter, alterius vero alicuius nequaquā, sed huic bonū dicitur. Eadē quoq̄ ratio dulcis est. Hinc igitur vestigandū, vtrum absq̄ volūtate sit amicitia, quid'ue differat, & in vtro amare consistat: & vtrū bonus esse ēt non iucūdus queat, sed non propter idipsum tñ. Amor igitē cùm dicatur bitariā, vtrū qui actu est, eo q̄ bonum iudicat, nō absq̄ voluptate esse apparet. patet aūt, quēadmodū in scientia rerū cognatę contemplationes disciplinaq̄ specie sua facile intelliguntur, ita ēt familiarium recognitiones expeditæ fiunt. cuius rei ratio cadē in vtrisq̄ est. Natura igitur simpliciter bonū, & simpliciter iucundū: & quibus bonum, ijsdem ēt iucundū est. Quapropter similia similibus mox gaudēt, & homini homo iucūdissimus. Et qa impfecta ea conditione sunt, ēt absoluta eiusmodi erunt. Est aūt vir bonus perfectus. siquidem ergo amare actu mutuæ familiaritatis & notitiæ, electio cū voluptate est, scilicet & amicitia prorsus simpliciter bonorū & iucundorum, qa bona iucundaq̄ sunt, mutua electio. Atq̄ ea amicitia habitus, ex quo eiusmodi electio, pficiscitur. nā opus eius actus est, q̄ non extra, sed in ipso amāte consistit, cū potentia extra, vel in alio insit, vel diuersum saltem existat. Quocirca in amāte, nō in amato gaudiū est. Amari. n. amabilis rei, illud vero ēt amicitiæ actus est, & aīati tantum, cū prius ēt manifestatiscōpetat, q̄n & ea quoq̄ diligūtur. Et qa amare actu est gaudere amato, quatenus amatum, & amicus ēt est, qui amatur vicissim, erit amicus amico, nō qua musicus vel medicus. Voluptas igitur ab ipso pcepta, quà amicus, proprie amica voluptas appellat. ipsum. n. diligit nō ob aliud quidpiam. quā ob rē nisi eo quatenus bonus est delectat, non fuerit amicitia prima. neq̄ rē vllā interuenientē obliare decet, vt bonū ipsum nō delectet. itaq̄ ēt si graueolētia fuerit, aliqua obliterare, & mētis industriā amplecti verus amicus solet. Hanc igitur primā amicitiā esse oēs cōfitentur: alię vero propter hanc, & aliquo modo videtur,

illis est, q̃ omnes id prosequuntur, inutilia vero abiiciũt. Vnde Socrates senex ille saliuam proiiciens, & capillos vngues q̃ præscindẽs, particulas se inutiles oẽs abiicere dicebat, & postremo etiam corpus ipsum cũ mortuũ fuerit, & quòd nullis porrò vsibus accõmodari queat. verũ vbi vsui est, velut in Aegypto, reseruãt. quæ oia contraria inter se maxime videntur. nã inutile simili, & contrarietas simili tudini, ac contrariũ inutilissimũ contrario suo maxime repugnat. q̃ppe q̃ contrariũ sit contrarium corruptiuum. Insup videtur aliis quidem facile amicos cõparare, aliis vero rarissimum hunc cognoscere, q̃n citra successum nõ contingit. Cũ felicibus amicitiam omnes captant. verũ alij, ne in iisdem quidẽ infortuniis persistentibus, credendũ iudicant. quippe qui fallacia quadã, ficta q̃ cum calamitosis conuersatione, bonorũ amicitię sese insinuẽt. Sed adducendus ẽt postremus, qui & opiniones de his rectissime exponit, & dubitationes contrarietates q̃ soluit. quod sit, dũ apposite explicantur, quæ videnť contraria. eiusmodi enim ratio maxime apparentibus consonat. Contingit aũt oppositiones manere, quando quod dictum est, verum sumptum fuerit: interdum vero secus.

*Quale sit id, quod ametur, iucundum, an bonum. Cap. II.*

DVbitationem aũt habet, vtrum iucundum, an bonũ id sit, qd'ametur. Nam si id maxime concupiscimus, erit eiusmodi potissimum amor. Neque. n. amator dicitur, qui nõ amet semp. Et cupiditas semper ad iucunda fertur. nã & iucũdum, quod volumus bonum amamus: verũ aliud est iucundum ac bonum: de quibus & alijs cognatis determinare conabimur, his principijs cõstitutis. Quæ cupiditate aut voluntate apperuntur, aut bona sunt, aut apparentia bona. Quapropter & iucundum concupiscibile est, quia apparẽs bonum: quippe q̃ alijs bonũ iudicetur, alijs appareat tantũ, etiam si non iudicetur. neq̃. n. in eadẽ animæ parte sunt, phãtasia. Patet igitur amicum & bonũ & iucundum esse: quo determinato, altera iã suppositio præmittenda. Bonorũ. n. alia simpliciter bona sunt, alia alicui nõ simpliciter, atq̃ eadẽ simpliciter & bona, simpliciter q̃ iucũda. Nã quæ sano corpori conducunt, simpliciter corpori bona: quæ vero laborãti tantum, non simpliciter appellamus, velut sunt medicamenta, & sectiones. Similiter & iucũda simpliciter vocamus, quę integrũ sanumq̃ corpus oblectãt: vt in clara luce, nõ in tenebris cernere: verũ laborãti ex oculis contrarium. & vinum iucundius esse iudicat, non linguæ ex virolentia corruptæ; quæ ne infusum quidẽ acetum discernat, sed sensui syncero. Similiter & in ijs quę animam spectãt, non quæ pueris aut bestijs, sed cordatis probantur. vtrorũq̃ igitur memores, hæc eligimus. Et quẽadmodum pueri ac bestię habent ad cordatũ, sic prauus stolidus q̃ ad moderatũ & sapientẽ. ijs vero iucũdá sunt, quę iuxta habitus icidũt, quæ sunt bona et honesta.

*De tribus amicitiæ speciebus: & quæ ipsarum proprie sit amicitia. Cap. III.*

QVia vero bona multifariam dicuntur, aliud. n. quia tale sit, aliud quia vtile ac frugiferum: sic & iucũdum, aliud simpliciter ac bonũ simpliciter, aliud vero quod alicui videat bonum, quẽadmodum in inanimatis: contingit ob singula hæc aliq̃d nos eligere & amare: vt & hoiem. alium. n. q̃ virtute prædítus, alium quia bonus & frugiferus, alium quia iucundus ob voluptatem. Amicus aũt sit, q̃n amatus redamat: neque id ignoratur ab ipsis. Quocirca necessũm tres amicitiæ species esse: neq̃ iuxta vnũ aliquid oẽs, neq̃ vt vnius generis species, neq̃ oĩno æquiuoce dicãtur. ad vnam. n. quandam primã q̃ referuntur: quemadmodũ medicinale, etenim animã medicinalẽ, & corpus, atq̃ instrumentũ & opus dicimus: sed proprie primũ, per quod ratio eius nobis inest. velut instrumentũ medicinale, quo medicus vtitur, nec tñ instrumẽti ratio medici rõni inest. quocirca in oĩbus primum illud quæritur, Et qũia primũ vniuersale est, vniuersaliter ẽt capitur quod fallit. itaq̃ & de amicitia non possunt oia apparentia reddere. Rationem. n. vna minus cõgruente non arbitrantẽ cæteras amicitias esse. aliæ vero sunt quidẽ, sed nõ similiter: alię vero, cũ prima non cõuenit, vt vniuersalis, siquidẽ prima fuerit, neq̃ alias esse amicitias inquiunt. Verũ vt modo dictũ est, multæ amicitiæ species sunt: q̃n tripliciter dici amicitiã determinauimus, cũ alia ob virtutẽ, alia ob vtilitatẽ, alia ob iucũditatẽ oriri dicať. Et sanè quæ cõmodorum gratia nata est, plerũq̃ est amicitia qui se inuicẽ, qa vtiles diligere solẽt.

γλαῦκ' ἐπὶ νοτερὸς ἀνὴρ τὸν σὸν φίλον ἰσκιμάχητον.

Et nondum Athenienses cognouerunt Megarenses. Quæ vero ob voluptatem cõtrahitur, iuuenum est. mutatis enim pro ætate moribus, etiã iucundum mutãť. Quæ vero à virtute ꝓficiscitur, optimorũ. vnde manifestum est primã amicitiam, bonorum esse mutuũ erga se inuicẽ amorem, mutuãq̃ electionem. Amicum enim est amatum amãti, amicusq̃ item



item redamans amato. Ea igitur sola inter homines est, quippe qui soli electionem sentiũt. cæteræ autem etiam feris inter se sunt, vbi ẽt aliqua mediocris elucet vtilitas. Atq̃ ita ẽt cura homini, & alia alijs amica sunt: quemadmodum regulus auis crocodilo, Herodoto teste: et quemadmodũ vates de consessibus trãsitionibusq̃ loquuntur. Et mali malos, cũ ob vtilitatem, tum ob iucunditatem amant: neq̃ tamen amicos fatẽtur, cùm primæ sint expertes: quippe q̃ prauus iniuriam praue inferat, quod amicitiæ legibus repugnat. Alij itidem amant citra amicitiam primam, quos tamen seliquas colere nihil vetat. ob voluptatem. n. incontinentes seipsos suspectos habent, nec ab iniuria mutua abstinent. Quocirca nec ob voluptatem se mutuo amantes, dici amici debent: quando accurate disquirentibus plane primam non esse constet. illa enim firma est amicitia, hæc vero prout hactenus diximus, non illa quidem, sed ab illa profecta. Quapropter vt illo tãtum pacto amicus esse alteratur cogere, est apparentia absurdaq̃ dicere. nam iuxta rationem cõmunem quandã affirmare omnes amicitias licet. Superest igitur, vt prima tantum amicitia vocetur: interdum vero etiam omnes: neq̃ vt æquiuoce, neq̃ ad seipsas quomodocũq̃ habẽtes', neq̃ iuxta vnam speciem, sed potius ad vnum aliquod relatas.

*De amicorum diuersitate: & qui proprie sint dicendi amici. Cap. IIII.*

ET quia simpliciter bonum iucundumq̃ idem & simul est, nisi quid obstet: & primus verus, & simpliciter amicus (nã talis propter seipsum eligibilis, idq̃ necessario. quem admodum enim propter se bona quispiã appetit, sic & ipsum talẽ eligi oportet) verus autem amicus etiam iucũdus est simpliciter: videtur igitur quomodocunq̃ amicus iucũdus esse. Verum magis de his determinandum, vtrũ quod ipsi, an quod simpliciter bonũ amicum sit, & vtrum actu amare cum voluptate, vnde & amabile iucũdum, an non. hæc enim ad idem reducenda sunt. & quod non ipsi bonum fuerit, nõ etiam ad ipsum pertinet. Atq̃ hoc ipsum est quod quæritˇ, sic esse bona, quę simpliciter bona sunt. eligibile enim est simpliciter bonum: ipsi verò, quod ipsi bonum: quę conuenire oportet. Et virtus vna talẽ efficit. & ciuilis facultas ẽt, quibus hęc nõ insunt, ingignit, modo iam ante accõmodatus & homo existat. naturaliter enim ei bona sunt, quę simpliciter bona. Similiter et vir pro fœmina, & stupidus pro prædito indole. ob dulce vero, necesse est quę pulchra sunt, sint & dulcia.

vbi vero dissonant hæc, iã non prorsus bonũ. nam intẽperãtia interuenire potest. Cũ. n. honestum iucundũq̃ disconueniunt, in affectionibus intẽperantia est. Quia cum prima amicitia est fm virtutẽ, crũt & ipsi simpliciter boni: non qa vtiles, sed alio quopiã modo: quandoquidem bifariã, huic & simpliciter bonum capitur. & similiter quẽadmodum in cõducibili & habitibus, vbi aliud est simpliciter conducibile, et honestũ, velut se exercitatio ad medicationẽ habet: Itaq̃ & habitus hominis virtus. Sit igitˇ homo ex rebus natura præstantibus. nã virtus natura præstãtis simpliciter, alterius vero alicuius nequaquã, sed huic bonũ dicitur. Eadẽ quoq̃ ratio dulcis est. Hinc igitur vestigandũ, vtrum absq̃ volũtate sit amicitia, quid'ue differat, & in vtro amare consistat: & vtrũ bonis esse ẽt non iucũdus queat, sed non propter idipsum tñ. Amor igitˇ cùm dicatur bifariã, vtrũ qui actu est, eo q̃ bonum iudicat, nõ absq̃ voluptate esse apparet. patet aũt, quẽadmodũ in scientia rerũ cognatę contemplationes disciplinæq̃ specie sua facile intelliguntur, ita ẽt familiarium recognitiones expeditæ fiunt. cuius rei ratio cadẽ in vtrisq̃ est. Natura igitur simpliciter bonũ, & simpliciter iucundũ: & quibus bonum, ijsdem ẽt iucundũ est. Quapropter similia similibus mox gaudẽt, & homini homo iucũdissimus. Et qa imperfecta ea conditione sunt, ẽt absoluta eiusmodi erunt. Est aũt vir bonus perfectus. siqui dem ergo amare actu mutuæ familiaritatis & notitiæ, electio cũ voluptate est, scilicet & amicitia prorsus simpliciter bonorũ & iucundorum, qa bona iucunda q̃ sunt, mutua electio. Atq̃ ea amicitia habitus, ex quo eiusmodi electio, ꝓficiscitur. nã opus eius actus est, q non extra, sed in ipso amãte consistit, cũ potentia extra, vel in alio insit, vel diuersum saltem existat. Quocirca in amante, nõ in amato gaudũ est. Amari. n. amabilis rei, illud vero ẽt amicitiæ actus est, & aiati tantum, cũ prius ẽt inanimatis cõpetat, q̃n & ea quoq̃ diligũtur. Et qa amare actu est gaudere amato, quatenus amatum, & amicus ẽt est, qui amatur vicissim, erit amicus amico, nõ qua musicus vel medicus. Voluptas igitur ab ipso pcepta, quà amicus, proprie amica voluptas appellať. ipsum. n. diligit nõ ob aliud quidpiam. quã ob rẽ nisi eo quatenus bonus est delectať, non fuerit amicitia prima. neq̃ rẽ vllã interuenientẽ obliare decet, vt bonũ ipsum nõ delectet. itaq̃ ẽt si graueolẽtia fuerit, aliqua obliterare, & mẽtis industriã amplecti verus amicus solet. Hanc igitur primã amicitiã esse oẽs cõfitentur: alię vero propter hanc, & aliquo modo vidẽtur,

& in controuerſiam veniunt. Conſtantiam enim quãdam habere amicitia videtur, ac ſola ea conſtans eſt. nã pronunciatũ à grauibus eſt, conſtans id eſſe, quod nõ cito fiat, neq; facile diſſoluatur. cætera iudicio ſyncero vocãt. Porrò nec citra fidem cõſiſtit amicitia firma: ea vero experimẽtum requirit, vt inqt Theognis. Neq; enim viri mulieris ue mentem cognoueris ante periculum, velut de vi mentis ſumptum. Eodẽ pacto & tempus reqrit amicus, quia etiam amici ante contractam amicitiam cupiunt: qui habitus, velut iam conſummata amicitia, latet. nam quia ad mutuã amicitiam propendent, & ſibi inuicem omnia officia præſtant, putantur non velle amici, ſed re ipſa amici eſſe. Verũ quẽadmodũ in cæteris, ita hic quoq; vſu venit. quemadmodũ enim ſani non ſunt ſtatim qui id velint, ita nec amici qui eſſe volunt. argumento eſt, quòd facile tales nondum aſſumpto experimẽto, ita nec calumnia circumueniantur. q̃ experimẽtum quibus in rebus habent, in his facile ſe calumniæ non præbẽt. in quibus autem non habẽt, perſuadeantur, ſi coniecturas calũniator adhibeat. Simul vero pater, nec inter prauos amicitiã conſtare poſſe: quippe qui iniqui ſunt, et nemini ſeſe cõmittunt, ex ſeipſis alios metientes. Vnde & boni facilius decipiuntur, niſi ea periclitatione diffidant. Etenim praui natura bona amico præferunt, neq; quiſquam amicum magis q̃ res amat. nam tales amici non ſunt: repugnãt enim legi amicitiæ, amicorum cõmunia omnia aſſerenti. quandoquidẽ amicus rebus ipſis p̃ferendus eſt, non amicis res. Vnde prima amicitia inter paucos incidit: eo q̃ difficile ſit multorum capere experimentum: quandoquidẽ non omnibus, quẽadmodũ oportebat, poſſis cõuiuere. Neq; ex equo de veſte & amico deliberare conuenit. equidem qd'inter duo melius extiterit, eliget mentis ſaltem compos, & quo eſt vſus olim vt deteriore, non præferet ei quod iudicet melius. In amicitia autẽ non facile pro vetere amico, incognitũ aſſumet. neq;. n. abſq; experimento eſt, neque vnius diei amicus. quapropter in prouerbiũ abijt, ſalis modius. Simul autem non eo tãtum, q̃ ſimpliciter bonus quiſpiam ſit, ad amicitiam ſufficit, ſed vt etiã tibi ſit amicus. Bonus enim quiſq; dicitur ſimpliciter, eo q̃ bonus eſt: amicus aũt, qui alteri bonus. ſimpliciter autem bonus amicusq;, in quo vtraq; iſta concurrũt. Itaq; quod ſimpliciter bonum alteri, hoc quanquam non ſimpliciter bono: alteri vero bonus, eo q̃ vtilis. amare autẽ vnà multos, & ipſum hunc amorem auertere, impoſſibile erga plures operari. In his aũt conſtat recte dici, amicitiã conſtãtium bonorum eſſe, quemadmodum felicitas ſufficientium. etenim natura, non facultates, firmitatem habet. Verum multo rectius virtutẽ naturæ eſſe affirmatur, & tempus amantem indicare, infortuniaq; magis q̃ ſucceſſus. In illis enim vere declaratur quod dicitur, communia amicorum omnia: quippe qui ſoli bonis malisq; natura, circa infortunia & ſucceſſus in q̃bus conſiſtunt, hominẽ præferunt, vel vt illa ſint, alia vero non ſint. Succeſſus autem arguit nõ veros amicos, & ad vtilitatem tantum comparatos. Tẽpus vero vtroſq;. neq; enim vtilis ſtatim amicus eſt, verum ſuauis & iucũdus. Sed nec qui ſtatim, ſuauis ſimpliciter eſt: quando perinde vt vino ciboq; partim ſuauitas, partim vero celeritas percipitur, verum medioci tempore ſuauitatem voluptatemq; amittit, ſic etiam hominibus vſu venit. nam quod ſimpliciter iucundum eſt, ſine temporeq; determinari debet. Fateatur autem & vulgus, dulce vocans, non ſolum quod compererũt, ſed veluti cùm bibunt, cumq; adhuc in manibus poculum eſt. Non enim id inde dulce eſt, quia cõpererit aliquis, ſed quia non frequenter bibit, ac quia primum decipitur. Prima igitur amicitia, à qua cæteræ nomen trahunt, ſecundum virtutem eſt, iuxtaq; eius delectationem, velut dictum eſt prius. Reliquæ etenim inter pueros, brutaq;, & prauos contingunt. Vnde prouerbio dicitur, æqualis æqualẽ delectat, & malus malo iucunde conuiuit. nam & praui nonnunquam ſe mutuo oblectant, nõ quatenus praui, nec quatenus neutri, ſed quatenus vel ambo (exempli gratia) ſtreperi: vel hic quidẽ ſtreperus, ille vero parcus: quatenusq; bonum aliquod omnes habent, eatenus cõgruunt ſibi. Præterea vtiles ſibi ẽt hos eſſe contingit, non quidẽ ſimpliciter, ſed inſtitutis. Sic etiam bono viro amicũ malum eſſe contingit, nempe ad inſtitutum aliquod vtilẽ: vt malus boni viri inſtituto, quale bonus habet, inſeruiat. bonus intẽperanti quidẽ ad illud quod habet inſtitutũ, malo autem ad id quod iuxta naturã exiſtit. Valentq; bona ſimplicia quidem ſimpliciter, illi vero ex ſuppoſitione, nẽpe quatenus aut paupertati aut morbis cõfert, idq; bonorũ ſimpliciũ cauſa: quẽadmodũ & pharmacũ bibit. non. n. bibere vult ipſum, ſed huius mali pellẽdi gratia vult. Præterea amici hi eſſe poſſunt inuicẽ, qualiter & ij ſunt, qui boni nõ ſunt. Iucundus. n. eſſe poteſt, non quatenus malus, ſed quatenus aliqd cõe habet: vt ſi ſit muſicus. inſuper quatenus vnũ quiddã eſt oĩbus, quod ferre poſſis. ideo quidẽ ad colloquiũ apti boni habeantur, aut

quatenus



quatenus denique vnicuique congruant: aliquid enim boni omnes habent. Tres igitur hæ ſpecies amicitię ſunt, & i his omnibus iuxta ęqualitatem quodammodo amicitia appellatur. Nam & amici ſecundum virtutem in æquali tate quadam virtutis ſibi inuicem amici ſunt.

### De *amicitia ſecundum exceſſum.* Cap. V.

ALia porrò in his differentia ſecundum exceſſum: velut eſt Dei erga hominem virtus (id enim aliud amicitię genus eſt) & in vniuerſum velut principis erga ſubditum. quemadmodũ et iuſtũ aliud eſt. proportione enim æquale, numero vero minime. quo in genere ſunt pater erga filium, & beneficus erga beneficia paſſum. In ijs vero ipſis diſcrimina quædam elucent, quando alia eſt patris erga filium ratio, & viri erga vxorem: hæc quidem vt principis erga ſubditum, illa vero vt benefici erga beneficia paſſum. In ijs aut prorſus non, aut certe non ſimiliter redamare contingit. Ridiculum enim fuerit, ſi quis Deo exprobret ſi non pro eo ac ab hominibus amatur, viciſſim ipſe diligat: aut principi, quod nõ æqualem amorem ſubditis præſtet. Imperanti enim vt ametur, non vt amet, aut certe alio pacto cõuenit. Verum oblectatione nihil eſt diſcriminis, ſiue vt in opulente erga facultates domeſticas, & ſobolem ſuam, vel vt egens erga id quo potitur. Quocirca ſimiliter ſe habet in amicis qui ob vtilitatem, & qui ob delectationem conciliantur. Nam hi quidem iuxta æqualitatem, illi vero iuxta exceſſum amici ſunt. proin quemadmodum illi expoſtulant, ſi non ex æquo vtiles ſint, ac beneficijs reſpõdeant: ſic hi etiam ob delectationem. quod in amatorijs vſu venit, vbi perſæpe ex eiuſmodi cauſis rixæ ſuboriuntur, ignorante ſcilicet eo qui amat, rationẽ eſſe diuerſam in ijs quæ animi promptitudinẽ ſpectant. quocirca contentionis cauſam amatus ſe meminiſſe arbitratur. hæc (inquit) non diceret amans, ex eo ſcilicet, quòd rationem eãdem eſſe exiſtimat. Cùm igitur tres amicitię ſpecies ſint, ſecundũ virtutem, ſecundum vtilitatem, & ſecundum voluptatem, rurſum hæ in duo diſtinguuntur. aliæ enim iuxta æqualitatem, aliæ iuxta exceſſum ſunt: amicitiæ quidem vtræq;: amici vero iuxta æqualitatem tantum. Abſurdũ enim ſit, amicum vocare virum puero, eo q̃ amet & ametur. Nam etſi excellẽtem virum amare alicubi cõuenit: ſi tamen redamet ipſe, vt dedecus improperatur, vt qui amet indignum. nam dignitate quadam æqualitateq; ponderatur amicitia. Quędam igitur ex ætatis defectu, quędam vero ex virtutis, generis, aut alio quopiã, indigna æquali amore ſunt. Semper autem ab excellente, ſiue vtilitatem, ſiue iocunditatem, ſiue virtutem ſpectes, aut nullus, aut minor amor requiri debet. Verum in mediocribus exceſſibus merito controuerſiæ oriuntur. paruum enim nõnunquam minime debet robore æſtimari, veluti non ligni, ſed aurei vaſis pondus prævalet. Atqui paruum illud homines perperam iudicant, quia bus domeſticum bonum, magnum videtur, quia propinquum: alienum vero exiguum, quia remotũ. cumq; exceſſus interuenit, nec tamen quidem inquirunt, quo modo, ac an ſimiliter redamari oporteat, perde ſiquis amorem à Deo repoſcat. Manifeſtum eſt igitur, amicos in æqualitate quadam conſiſtere: redamare autem licere, vt amici non ſint. Neq; vero obſcurum eſt, quia homines amicitiam iuxta exceſſum, ei quæ ad æqualitatem comparata eſt, anteponant: eo ſcilicet, quia & excellentia & amore potiuntur. quocirca nonnullis aſſentator amico gratior eſt. q̃ppe qui vtrũq; cui adulatur, videtur adſtruere. ac ſunt ferè ambitioſi tales. nam in admiratione eſſe, excellentiæ cuiuſdam ſpeciem habet. Naturа autem alij amatorij, alij vero ambitioſi naſcuntur. Amatorius quidem, qui magis oblectatur amando, quàm dum amatur. Ambitioſus autem magis amari & in admiratione eſſe cupit, excellentiæ amicus: alter vero voluptatis, quam percipit amando. nam in actu neceſſario amans eſt. redamari autem per accidens contingit, & latere poteſt: amans autem non poteſt. Et eſt amicitię hoc peculiare, vt amare potius, quàm amari cupiant. amari vero iuxta id quod amabile fuerit, contingit. argumẽto eſt, quòd amicus, ſi nõ contingat vtrunq;, cognoſcere vult magis quàm cognoſci. velut in exceſſibus ſummis faciũt fœminæ. vt Andromache Antiphontis, quæ cognoſci velle videtur ipſius gratia, vtq; bono aliquo afficiatur, non afficiat: cognoſcere vero, afficiendi amandiq; gratia. Quocirca in amorem etiam erga mortuos perſiſtentes laudamus, quippe qui cognoſcant, non cognoſcãtur. Plures igitur modos amicitiæ eſſe, & quot, tres nempe: item quod amari & amici differant, qui iuxta ęqualitatem et qui iuxta exceſſum amici ſunt inuicem, dictum eſt.

### *Quo pacto ſimilium, quo'ue contrariorum dicatur eſſe amicitia.* Cap. VI.

QVia vero amicus etiam vniuerſaliter dicitur, velut principio, adductis extrarijs quibuſdam opinionibus, oſtẽdimus (nam alij ſimile, alij contrarium amicum pronunciant) dicẽdum etiam de his eſt,

quo

quo pacto habeant erga expositas hactenus amicitias. Simile autem tam ad iucundum q̃ bonum refertur. Bonum enim simplex est, malum vero multiplex. & bonus simílis sibi semper, neq; mores mutat: prauus autem & stultus sibi dispar est mane et vesperi. Quocirca nisi inter se paciscantur mali, amici sibi inuicem non erunt, sed dissiliunt: quæ amicitia minime firma est. Quare eatenus simile amicũ est, dum simile bonum sit. Interdum autẽ iuxta voluptatem consistit: similibus enim eadem iucunda sunt, & natura quodq; cuiq; iucũdum est. Vnde & voces, & habitudines, et conuersationes cognatis inter se suauissimæ solent esse, cum hominibus, tum cæteris animantibus. atq; hac possunt etiam prauí se inuicem diligere, & malus malo iucunde conuiuit. Contrarium autem contrario amicũ, quẽ admodum vtile. nam quod sibi simile, id inutile est. quapropter dominus seruo, & seruus domino indiget, & vir fœminaq; inter sese mutuo. ac iucundum & desiderabile contrarium, vt vtile, non quà in fine, sed quà vt ad finem. Nam vbi consequutus est quod concupiebat in fine quidem iam est, sed contrarium non concupiscit: veluti calidum, ipsum frigidum. Porrò & contrarij boniq; amicitia quædam est: se inuicẽ enim per media desiderant, vt symbola, non vt ex ambobus vnum medium fiat. Per accidens autem contrarij desiderium est, per se autem mediocritatis. neque enim se inuicem, sed medium concupiscent contraria. nimium enim algentes, ad mediũ reducuntur cùm calefiunt, & calẽtes cùm frigefiunt. similiter & in reliquis. Sin vero non semper flagrauit cupiditas, nõ in medio erit, sed gaudebit natura iucundis citra cupiditatem in medio cõstitutus. Alij vero omnibus, quæ naturalem habitudinem egrediuntur, quę species etiam inanimatis competit. Amare autem contingit, quando fuerit in animatis. quocirca nonnunquam dissimilibus gaudent, velut austeri facetis, irritabiles ad iram tardis, vt qui à se inuicem ad medium reducũtur. Per accidens igitur, velut ostensum est, contraria amica propter bonum sunt. Quot igitur species amicitiæ sint, et quę differentię, iuxta quas discernuntur amantes ac amati, idq; sic vt amici absque illo vocentur, dictum est hactenus.

*An quisquam sibi ipsi amicus esse queat.*
Cap. VII.

VErum an sibi quisquam ipsi esse amicus queat, vestigationem vberiorem requirit. Nonnullis enim videtur, sibi quisque amicus esse maxime: qui eodem vtentes canone, amicitias erga alios etiam iudicant. verum secundum rationes, iuxtaq; ea quæ amicas censentur inexistere, partim repugnant, partim vero similia esse videntur. Quodammodo enim iuxta analogiã hæc amicitia est, simpliciter vero nequaquam: eo quòd amare ac amare in disiunctis duobus consistat, iuxta quæ magis hic sibi amicus est: velut in cõtinente & in incõtinente dictũ est, q idẽ volens nolensq; agit, qñ partes aliquo ad se inuicem pacto habent. Ac rationem habent hæc omnia eandem, num qui sibi amicus est, etiam inimicus sit, aut iniuria num se quispiam afficiat. Quæ omnia in duobus disiunctum considerãtur. aut enim anima duplex quidpiam est, aut hæc disiuncta non consistent: verum ab habitudine erga ipsum pendent, velut etam reliqui amandi modi determinati, iuxta quos ratiões exquirere has solemus. videtur enim amicus esse, qui alicui vel vere bona, vel quæ arbitretur bona, alij euenire cupiat, nõ sui, sed alterius gratia.

*

Alio vero modo, quo conuiuere optat ob ipsam conuersationem tantum, non ob aliud quidpiam. veluti patres liberis quidem bona optant, sed alijs conuiuunt tamen: quæ inter se inuicem omnia pugnant. ille enim si non quod sibi, hic autem si nõ quod est. Alij vero conuiuendi desiderium non ad amorem referunt. condolere quoq; dolenti, non ob aliud quidpiam nos dilectionem vocabimus. solẽt enim serui ita erga dominos condolere, qui ægrotantes plerunq; sunt morosiores, non ob ipsos quidem, et vero affectu, velut matres solent liberis, & aues nonnullæ vna cum enitentibus similiter dolore affligi. amicus enim non solum amico condolere vel maxime studet, sed simili etiam conturbatione affici, veluti simul cum sitiente sitire: alioquin enim non fuerit coniunctissimus. Eadem quoq; in gaudendo ratio: amicitiæ enim est, non ob aliud quidpiam, sed ipsum tantum gaudere. Præterea eiusmodi de amicitia dicuntur, vt æqualitas quædam sit amor: nec vna tantum amicitia iungantur veri amici, sed cuncta hęc simul conferantur in vnum. bona enim cupit alteri verus amicus. Quemadmodum & nemo sibi ipsi ob aliud quidpiam benefacit, neq; ob gratiam: neq; indicat qd̃ fecit, quatenus vnus est. nam qui amorem patefacit, nõ amare quidem, sed velle amare videtur. Itaq; & simul esse, & conuiuere, congaudere, cõdolore, absq; se mutuo ne viuere quidem posse, (vna enim anima sunt) sed commori, vnius illius vereq; amicitiæ est. sic enim vnus ille habet, ac sibi in hunc modum conuiuit. Omniaq; hæc in boa

no



no conspirant, in prauo autem dissentiunt, velut in incontinente. vnde et aduersus aliquãdo ipse sibi existit. Quatenus vero quisque vnus est, indiuisibilis ac per omnia desiderabilis sibi est: quales boni sunt, & secundum virtutem amici. malus autem non vnus, sed multi, & die eadẽ varius, & importunus ipse sibi. Quamobrem recte cuiusq; erga seipsum amicitia, ad boni probatiq; amicitiam reducitur. quia enim sibi ipsi & similis est & commodus ac vnus insuper, vtiq; etiam amicus sibi est & desiderabilis, qualis est secundũ naturam. cõtra vero prauus. Porrò bonus sibi nihil exprobrat, incontinentis instar: nec posterior prioribus succẽdet, velut mutabiles: neq; prior posteriori, velut leues vaniq; solent. Præterea qui simpliciter bonus est, quærit vt ipse etiam sibi amicus existat, quemadmodum & dictũ est supra, duo in sese complecti, quæ ad amicitiam mutuam propendeant, quæ disiungere sit impossibile. Quocirca in homine amicitia erga seipsum constare posse videtur, non etiã in reliquis animantibus. neq; enim equus sibi ipsi amicus est, neq; pueri, donec electionem per ætatem consequãtur. iam tum enim puer pro cupiditate é seipso dissentit. Cognatorum amicitiæ similis videtur ea quæ cuiq; est erga seipsum, quandoquidem neutrum à se queas distinguere: & si maxime differãt, cognati tamen illi sunt, ac vnus ille quoad vixerit. Quot igitur modis amare dicatur, quodq; omnes amicitiæ ad vnam primam reducantur, ex dictis patet.

*De beneuolentia.* Cap. VIII.

PRoprium vero huius cõsiderationis fuerit de concordia beneuolentiaq; disquirere: quæ alijs eadem, alijs vero absq; se mutuo non esse videntur. Est autem beneuolẽtia cũ amicitia neque prorsus idem, nec plane diuersum. nam amicitia tribus modis dicta, neq; in ea quæ vtile, neq; ea quæ voluptatem spectat, consistit. siue enim vtilitatem volunt, nõ ob illum, sed ob se hanc cupiunt. Videtur aũt beneuolentia quemadmodũ & amicitia, non beneuolentis esse, sed eius cui is bene vult. si in iucundo amicitiam constituas, beneuolentiam etiã inanimatis tribues. quapropter beneuolentia circa moralem amicitiam consistit. verum beneuoli tantum est voluntas: amici vero, vt quod vult præstet etiam. Ac amicitiæ omnis principium est beneuolẽtia, ac omnis quidem amicus beneuolus: non contra, omnis beneuolus amicus. incipienti enim similis beneuolus est. vnde & amicitiæ principium, non amicitia appellatur.

*De concordia.* Cap. IX.

CAeterum et consentire amici videntur, & consentientes inter se concordes q̃ amici esse. verum non circa omnia amica versatur concordia, sed circa res cõcordibus propositas, quæq; ad conuictum mutuum conducant. nec iuxta cogitationẽ cupiditatemq; tantum. concupiscere enim cõtraria licet, veluti in incontinente hæc ipsa quoq; sibi repugnant. Neq; oportet simul pro electionis, simul et cupiditatis instinctu eonstare concordiam: quippe quę bonorum est tantum. prauí autem eadem eligentes & appetentes ipsi sibi incommodant. Videtur autem cõcordia, quemadmodum & amicitia, non dici simpliciter. verum alia prima quædam, & natura recta, qua mali concordes esse nequeunt: alia qua etiam prauí inter seſe conspirant, quando pro electione sua cupiditateq; res succedunt: quodq; concupiscunt & eligunt, eiusmodi sit oportet, quo potiri ambo queant. Nam si eas res appetant, quæ nequeant ambobus contingere, certamen oritur: cùm contra inter seſe concordes non soleant contendere. Est autem concordia, eadem de principatu, subiectioneq; electio & voluntas, non alterutrius, sed publici boni gratia. quocirca amicitia quædam ciuilis concordia est. De cõcordia igitur beneuolentiaq; hæc dicta sint.

*Cur magis amantes beneficijs afficientes, quàm affecti dicantur.* Cap X.

DVbitatur autem, cur magis amantes dicantur, qui ipsos affectos, quàm qui affecti seipsos facientes reddant: cùm videatur contrarium iustum esse, quod crediderit quis ob vtile quidpiam, & quia commodare ei cõtingit. aliũm enim iuuari, alium vero impendere decet. Neq; id tantum est, sed natura etiã eligibilior est actio: rationemq; prorsus eandem habet opus & actio: & qui beneficium accipit, opus est benefacientis. quocirca & in animantibus peculiare in generãdo, natosq; conseruando, studium est. Et magis parentes sobolem suam diligunt, quàm diligantur vicissim ipsi. & effusiore charitate hanc matres complectuntur, quàm patres. ac nati itidem magis ex se genitos, quàm genitores amant: quia præstantissima est actio. & matres effusius q̃ patres amant, quia magis suum opus esse liberos arbitrantur: & quia opus difficultate definiunt, magis vtique generando mater affligitur. De amicitia igitur, quę vnicuiq; est erga se, queq; in pluribus versatur, hoc pacto determinatum sit.

Amicitiam

*Amicitiam omnem in æqualitate quadam consistere: ubi de cuilitatis speciebus quædam.*

Cap. XI.

VIdetur autem iustum æquale quidpiam esse, & amicitia in æqualitate quadam consistere: nisi frustra dicat, amatoria est æqualitas. Porrò omnes ciuilitates iusti quędā species sunt: communicatio enim quædam est; & commune omne ex iusto conflatur. Quocirca hæc omnia amicitia iusto, & communicatione quis dijudicarit, ac discrimina quidē tenuia habet. Et quia similiter habet anima ad corpus, vt artifex ad instrumētum, & seruus ad dominum: horum quidem nulla communicatio est, quia duo non sunt, sed illud quidē vnum: & quod vnius, nullum: neq; diuisibile vtriq; bonum, sed amborum vnius, cuius gratia est. Corpus enim instrumentum est congenitum, & seruus domini velut particula & instrumentum separabile: instrumentum autem, velut seruus inanimatus. Reliquę autem communicationes sunt, aut particula cōmunicationum ciuitatis, velut contribulium est, & quæ vocatur orgiorum. præterea quæstuariæ respublicæ. Verum ciuitates omnes communicationibus quibusdam continentur, & rectæ & transgressoriæ. quemadmodum enim in harmonijs, sic & ciuitatibus vsu venit. quæ in regia quidem, parentis est: in optimi potentia, velut viri & vxoris: simplici autem repub. fratrum. excessus autem in his, tyrannis, paucipotētia, et plebs. et iusta quidem totidem sunt. Quemadmodum vero æquale aliud quidem numero est, aliud proportione, sic & iusti & amicitiæ communicationis species sunt. secundum numerum quidem, vt socialis amicitia: nam ipsa definitione terminatur. secūdum proportionem vero optimi potentia, optima & regia. Neq; enim idem principi, subditoq; iustum est, sed secundum proportionem. Sic & amicitia similiter patris & filij, neq; absimilis in communionibus ratio. Amicitiæ autem sunt, naturalis, socialis, communicatiua, & quæ ciuilis adpellatur. Et naturalis quidē multas species habet: alia quidem vt fratrum, alia vt patris & filiorum: illa iuxta proportionem, hæc vero secundum numerum. propinqua enim socialis est, in qua singuli dignitate participāt. Ciuilis autem maxime ad vtilitatem comparata est. nam quia sibi per se non sufficiunt, conuenire videntur & conuictus mutui gratia. sola autem ciuilis, & quæ in illa transgressio cōmittitur, non solum vt amicitiæ sunt, sed vt amici iuxta eas inter sese communicant. aliæ vero iuxta excessum. Potissimum vero iustum in vtilium amicitia consistit, eo quòd hoc ipsum ciusse iusti existat. alio enim pacto serra & ars simul conueniunt, non communis alicuius (nam vt organum & anima) sed vtentis gratia: contingitq; vt eam industriam id instrumentū consequatur, quæ ad opus iuste conueniat, vt cuius gratia existit. ac in terebro id ipsum dupliciter: præstantior enim actus est perforatio ipsa. & in hac quidem specie corpus & seruus, velut dictum est prius. Quærere igitur quo pacto amico conuiuendum sit, ipsum est iustum quærere. Nam in vniuersum omne iustum ad amicum pertinet: iustū enim aliquibus & inter sese mutuo communicantibus iustum est. & amicus communis est, alius genere, alius vero vitæ ratione. Homo enim solus: non solum ciuile, sed œconomicum animal est: & non vt cætera aliquando se alteri, aut viro, aut mulieri coniungens, aliquando vero, fugitans & latitans: sed communicabile animans homo est erga ea, quibus cum naturalis cognatio illi intercedit. quocirca & cōmunicatio & iustum quodpiam erit, etiā si vrbs non sit. nam & domus & amicitia quædam est. Serui equidem & domini, velut artis & instrumentorum animæ & corporis communicatio est. verū nec amicitiæ neq; iustitiæ sunt, sed proportionale quidpiam: quemadmodū & salubre non iustum est, sed proportionale. Mulieris aūt & viri amicitia, velut vtile quodpiam, & communicatio. patris vero & filij, velut Dei erga hominem, & benefici erga accipientem, & in vniuersum natura imperantis ad natura subiectum. fratrum autem ad se inuicem, maxime secundū æqualitatem est socialis. Neq; enim spurius huic est demonstratus. ambobus autē pater Iupiter vocatus est meus princeps. hæc enī à quærentibus æquale dicuntur. Quocirca in domo primum fons et principiū amicitię, ciuitatisq; et iusti oritur,

*In omni amicitia compēnsationem fieri debere.*

Cap. XII.

QVia vero tres amicitiæ species numerantur, iuxta virtutem, iuxta vtilitatem, iuxtaq; iocundum, singulę hę in duo distribuuntur: quandoquidē vnaquæq; harum & secundum excessum, & secundum æqualitatem existit. Iustum autem circa has ex controuersijs patet. nam in eo quod est iuxta excessum, proportione quęritur, nō simpliciter, sed excellens conuersim proportionale erga inferiorem flagitat: sic quod ab inferiore fit, in idem tendit. vnde ita inter se dispo nuntur hæc, velut imperans ad subditum. sin minus, numero æquale quæretur, quemadmodum



modum & in reliquis communicationibus vsu venit, vbi interdum numero, interdum proportione æquale postulatur. Nam si æquale numero argentum illatum fuerit, id æquali numero distinguunt: sin vero numero non æquale fuerit, proportionale erit. Excellens vero contrarie conuertit proportionale, iuxtaq; diametrum iungit. Ac sic quidem videatur inferior reddi excedens, & ministeriū publicū fuerit amicitia et cōmunicatio. quo circa aliquo alio æquare, & proportionale reddere cōuenit, honore scilicet, qui & natura principi & Deo tribuitur à subiectis. Sed & lucrū æquare cū honore conuenit. Ac amicitia quidem ad æqualitatem constituta ciuilis est: ciuilis autem vtilitati destinata est. & quemadmodum vrbes, sic etiam ciues sibi inuicem amici existunt. Et eodem modo non cognoscuntur ab Athenienſib. Megarēſes, ac ciues ipsi, nisi inuicem vtiles fuerint. verum ex manu in manum hæc amicitia est. Porrò hic & præses est & subditus, non naturale nec regium, sed quod in parte consistit: neq; eius gratia vt benefaciat Deus, sed vt æqualitas sit boni ac muneris honorarij. ad æqualitatem autem prorsus comparata esse vult ciuilis amicitia.

*Vtilem amicitiam, aliam legalem, moralem aliā esse: in eaq; accusationes fieri.* Cap. XIII.

CAeterū vtilis amicitiæ duę species sunt: alia enim legalis est, alia moralis. ac respicit ciuilis in æqualitatem & rem ipsam, quē admodum ementes & vendentes. vnde dicitur, merces viro amico. Quando igitur ex pacto conuenitur, ciuilis est legalisq; amicitia. verum cùm rem arbitrio committunt, ad moralem amicitiam accedit, & socialem. quocirca potissimum in hac amicitia expostulatio est, eo quòd præter naturam. reliquę enim amicitiæ sunt, & quæ vtilitatem spectat, & quæ est secundum virtutem. Nonnulli vero vtraque complecti volunt, & quidem vtilitatis gratia cōsuetudinem cum alio habent. moralem autem faciunt vt moderati. proinde fidem habētes legitimā non faciunt. Nam inter tres istas vtilis illa expostulationes habet frequentiores. virtus enim accusationis expers est. suaues autem, habentes erogantesq; concilīantur. vtiles autem non facile in gratiā redeunt, nisi legitime, atq; vt socios decet inter sese cōgrediantur. Inter vtiles autem amicitias, legitima ipsa quoq; criminatione vacat. pecunia enim de controuersijs decidit legitima, qua & æquale mensuratur. Moralis autem voluntaria conuentio est. quocirca lex alibi ita contiuentibus posita est, quæ in contractibus voluntarijs vtrum recte habeant, non interponitur. bonis enim inter sese iustum nullū est: hi vero vt boni, etiam contrahentibus. Licet autem i hac amicitia vtrinq; accusationes ancipites fieri, quonam pacto vtrinque vtātur, quando iuxta mores non legitime fidem habent. ac dubium quidem, vtro nam modo iustum iudicare conueniat, an respectu rei præstitæ, quanta sit & qualis, an accipientis. Contingit enim interdū, quod inquit Theognis:

Tibi quidem Dea id paruum est, mihi vero ingens. nam contrarium euenire potest, velut etiam in oratione ait: Tibi quidē lusus sit, qd mihi mortem adferat. Hinc igitur accusationes petuntur. nam ille quidem reperit officium, vt qui rem magnam præstiterit, cùm ad essēt egenti: autsi quid aliud dicat, allatū quantum quidem potuerit, sed quod illi expediebat. hic autem contra, quātum illi par fuisset, non quantum sibi commodasset: interdum vero transsumpta expostulatione controuertit. ille enim quantulum ipsi contigit, hic vero quàm magnum pro facultatibus præstiterit. velut si in periculo constitutus, ille drachmæ precio adiutus sit, hic quidē periculi, alius vero argenti magnitudinem reputabit, velut in retributione pecunię fieri solet: nam & hic de his controuertitur. nam alius vt tum, hic vero vt in præsentiarum res est, nisi concilient, iudicandum arbitratur. Ciuilis igitur amicitia conuentionem & rem ipsam intuetur, moralis autem ad electionem respicit. quocirca iustū hoc magis est, & iustitia inter amicos vsurpata contentionis causa. Vnde honestior amicitia moralis, vtilis autem necessaria magis. Equidem nonnulli moralem amicitiam præ se ferunt: verum vbi quid aduersum experiūtur, declarant sese diuersos. nam quidam ex bonorum facultatumq; copia, honestum persequuntur: quapropter & honestiori rei amicitia quædam est. Quocirca manifestū vt hæc distinguēda sint. Nam si morales amici sunt, ad electionem spectandum est, num æquale vel secus alteri sit ab altero postulandum: verum si vtilitatis mutuæ gratia conueniunt, & ciuiles, quantum quisq; cōmodarit, expenditur. Quòd si hic quidem ex more, ille vero ex vtili statuat, non pulchrum quidem, sed factu necessarium tamen, vt boni id consulamus. si militer & in altero: vt quia moraliter quidem de rebus non iudicat, at nihil simulat, in amicitia tamen contentus alter in talem amicum incidisse sit. Moralem igitur secūdum electionem esse patet: quoniam et si magnis beneficijs acceptis vel ob facultatum penuriam nō rependit, sed quantum potuit præstitit, recte

habet.

habet. Atq; ita Deus profacultatum modulo nostrarum sacrificia æstimat. verum ementi, ac mutuo ad vsuram danti, nisi amplius istinc prouenturum polliceare, non suffecerit. Vnde multæ accusationes in amicos oriũtur, nisi iustum illud puro iudicio prospiciatur. difficile enim est ad vnum quidem exquirere quæ non recta se inuicem spectant, velut inter amantes vsu venit. alius enim ob conuiuendi voluptatem complectitur alium: ille vero ipsum propter vtilitatem. Verum quando is amor refrigescit alio superueniente aliquo, fit alius, ac tum inter sese ratiocinantur, velut Python & Pammenes altercabantur, & in vniuersum quæ præceptoris erga discipulum ratio est. Neq; enim sciẽtiam & facultates vno aliquo metiri cõuenit. Ac velut Prodicus medicus erga mercedem maligne persoluentem & citharœdus & rex. hic enim vt iucundo, ille vero vt vtili conuersatur. & quia persolure beneficium oportet, iucundum seipsum exhibet, & ad hilaritatem prouocat, sic vicissim ille alia promittit. Quo autem pacto hæc dijudicanda sint, etiam hinc manifestum fit. nam vtiq; hoc loco vno quopiam hęc mensuranda sunt, verum non termino, sed ratione. proportio enim mensuranda est, quemadmodũ & ciuilis communicatio solet. Nam quo pa[illegible] cto inter agricolam sutoremq; commu[illegible] tio cõstabit, nisi ex proportione æquet[illegible] ra. Nam qui nõ eodem respectu ad in[illegible] agunt, mensuram habent proportione[illegible] lut si hic quidem sapientiam, alter ver[illegible] sapientia pecuniam à diuite postulet. Dein[illegible] vero quid datum sit considerãdum erit. nam si alter ex aceruo minori partem dederit, ille vero ex maiore non multiplicem, iniuria vtiq; afficit.

*An bono, an retribuenti præstandum sit beneficium.* Cap. XIIII.

ACrecurrit quidem hoc loco prima controuersia, an vt vtiles cõuenire seipsos affirmandum sit, ille vero minime, sed iuxta aliam quampiam amicitiam. Porro discutiendum, an bono iuxta virtutem amico præstandum sit beneficium & auxilium, an retribuenti facultatibusq; instructo. Quod idem problema est prorsus, an amico potius quàm viro bono sit benefaciendum. Et siquidem amicus idem etiam vir bonus fuerit, non sit difficile iudicare: nisi fortasse quis alterum amplificet, alterum vero imminuat, amicitiæ vehementiam tribuens, bonitati vero mediocritatem. sin secus fiat, multæ quæstiones oriũtur. Velut si hic quidem erat, non erit autem: ille autem erit, sed nondum. vel hic quidem factus est, non est tamen, vel est, non erat, neq; erit: verum illud laboriosius fuerit. Quocirca nihil dicit Euripides, scribens, rationem rectã adferri, vbi merces rationis inferatur, opera illis operum vice prębuit. Nec omnia patri cõueniunt, sed & matri alia, quamlibet sit præstantior pater. Neque enim Ioui sacrificantur omnia neq; omnes honores, sed quosdam admittit. Fortasse igitur sunt, quæ vtili præstare oporteat, alia rursum quæ bono: nępe cui nõ alimentum & necessaria proprie competant, conuiuere enim illi oportet. Et quoniam viuere recte decet, ei præstanda non quæ ipse, sed vtilis largiatur. verum qui id faciunt, præter quàm decet, omni amato idem præstant. Neq; iustæ sunt, quæ in orationibus amicitiæ definitiones constituuntur. etsi enim omnes amicitiam exprimant, non tamen eandem determinant. vtili enim competit velle alteri bona, & benefacienti. Nec tamen hæc amicitiæ definitio id vere exprimit, sed alij esse, alij vero cõuiuere assignatur. ei vero qui voluptuarius amicus est, communis dolor, cõmunisq; lætitia tribuitur. Atq; omnes quidem hæ definitiones amicitiam quandam ostendunt: nulla vero proprie vnam exprimit. Nec singulæ [illegible]ulis amicitijs congruunt, etiam si videantur [illegible]t electio est existendi, quæ & ei quidẽ [illegible]m excessum et facienti competit, qui [illegible] id inexistere vult, ac eroganti vtiq; [illegible], & vt sit, & vt retribuat. verum non [illegible] iucundo conuiuere decet. Nonnulli [illegible]em amici se inuicem iniuria afficiunt: res enim magis, sed non habentem amant. quocirca et illis amici. vt cur voluptuarius vinum suscipit? & quia vtilitati deditus diuitias: vtiliores enim. idcirco molestę ferendum est, ac si minus pro maiori susceperit. hoc autẽ obiiciunt. illud enim nunc quærunt bonum, iucũdum prius aut vtile quærentes.

*An sibi in omnibus sufficiens, amico indigeat: de amicorum numero: & interdum nos amatum abesse uelle.* Cap. XV.

COnsiderandum autem est de sufficientiæ amicitiæq; cõditione, quo pacto habeant ad seinuicem ipsarum facultates. Quærat enim forte quispiam, num per omnia sufficienti amicus sit. cumq; vir bonus sufficientissi. & vna cum virtute beatus, quid habeat opus amico. neq; enim vel vtilibus, vel prouidis, vel alieno cõuictu sufficiens opus habet: quippe qui abunde sibi ipsi conuiuere, adesseq; possit. Veluti Deus, qui cũ nulla re egeat, nec amico etiam opus habet. quocirca & homo



mo beatissimus minime omnium eget amico, nisi quatenus impossibile est ex sese sibi sufficientem esse. Vnde necessum est optime viuenti amicos paucissimos esse, neq; comparãdis amicis operam illũ dare, sed negligere nõ vtiles tãtum, sed ad mutuum conuictum etiã suaues. Atque hinc sane perspicuum euadit, nec vsus, nec vtilitatis gratia, sed ppter virtutẽ tãtum verum amicum esse. Nam cum re nulla egemus, tum magis omnes, suis etiam bonis fruituros, magisq; in quos conferant, q̃ à quibus accipiant beneficia quęrunt. Et accuratiore iudicio, pollemus rerum copia affluẽtes quàm egeni, magisq; tamen amicos conuictui idoneos requirimus. De hac autẽ quæstione considerandum est, vtrum aliud quidẽ recte dicatur, aliud vero lateat propter parabolam. Manifestum equidem id quidem, sumentibus quid viuere actu sit, atq; vt finis. patet enim id esse sentire & cognoscere, quocirca & conuiuere est simul sentire & cognoscere. Verum idem sentire & cognoscere cuiq; maxime expetitur, ob congenitam omnibus viuendi cupiditatem. ac viuere ipsum cognitionem quandam disponit. Verum si quis detrahat hæc, & cognitionem constituat ipsam per se & non per se (id equidem latebit, v[illegible] in oratione scriptũ est, re ipsa tamen lic[illegible] latere) nihil referat, si alium pro seipso [illegible] scat. Sed quod simile viuere alium pro[illegible] diuersum est. rationabile autem est, iuu[illegible] gnoscere & sentire eligibilius esse. quoc[illegible] coniungere hæc duo in oratione oportet, vi[illegible] uere & eligibile, quod bonum ex his constat, quando id ineſt eadem natura participantibus. Quoniam igitur in eiusmodi serie, altera semper in alterius ordine cõtinetur, & cognoscibile vtiq; eligibile est, & vt in summa communicatio determinatæ naturæ. quocirca idẽ velle sentire, est eundem talem quendam esse velle. Et quoniam non secundum nos ipsos horum vnumquodq; sumus, sed participatione facultatũ sentiendo cognoscendoq; (sentiens enim sensibilis redditur, vt iuxta hoc, vt secundum prius sentit qua & cuius, & cognoscibilis redditur cognoscens) eodem pacto et viuere semper volumus ob iuge cognoscendi desiderium, hoc est, quia & ipse cognoscibile quidpiam esse cupit, electionem esse cupit. electionem autem conuictus stultum forte quispiam iudicarit. In congressibus primum etiam animalium cæterorum, vt simul edere, simul bibere. quid enim aut in commu ni, aut seorsim sermonem conferre differt? de inde etiam sermone communicare, cuiuslibet est. Adde quod qui amicus idoneus est, discere videri non vult. Docentis enim amicus nõ est, quando similitudo quædam est amicitia, sed videtur tamen. Equidem suauis bonum omnes cum amicis communicamus. quantũ scilicet quodq; suauitatis adijcit, & qua præstãtissima quisq; pollet. Ex his autem alia voluptatem corporalem, alia musicam, alia physicam contemplationem habent. Audacia porrò congrediẽdi amicos decet. Vnde quidam inquit labor, sunt procul amici. quocirca voluptate allata non disiunctos esse oportuit. Vnde amor maxime, vt videtur, amicitię simi lis. bene enim viuere amor cupit, non equidem quàm oportuit potissimũ, sed iuxta sensus. ratio ergo illa dubitando profert: ipsum autem opus sic contigisse videtur. Vnde patet hæc ambigentem nobis imponere. Veritas autem hinc consideratur. amicus enim esse vult, vt prouerbium habet, Alter Hercules, & alter ipse. Atqui diuulsus est: difficileq; quæ ab vno discesserunt, vnum esse. Atqui iuxta naturam quidam, quę cognitissima est, similis est, iuxta corpus vero diuersus, ac etiã iuxta animam diuersus est: iuxta quę partes animæ diuersus nihilominus idem inditus que amicus esse vult. Itaque amicum sen[illegible] ipsum quodãmodo sentire necessario [illegible]noscere q̃. ac si quid molestum amico [illegible] eo collętari ac conuiuere amico sine [illegible]cundum est. accidit enim, vt illius sen[illegible]us nobis simul ingeratur, præsertim [illegible]uina voluptas est. Causa vero huius [illegible], quia suauius est semper in meliore bono [illegible] esse contemplari. Hoc autem nunc quidem affectus, nunc vero negocium, nunc aliquid aliud est, in quo bene viuere & amico sit possibile. Conuiuere igitur oportere, idq; maxime velle omnes, tum beatissimũ optimumq; potissimum talem esse. Verum quod ex ratione id non eluxerit, & rationabiliter id consecutum sit, ex vere dictis, vtputa compositione collationis, in promptu solutio est: q̃ eiusmodi Deus non sit, vt amico egeat, aut similẽ requirat. et nõ reputabit pari rõne vir bonus. Neq; enim in hunc modum Deus habet, vt qui pro sua excellentia nihil præter seipsum cogitat. nobis autem bonum aliunde euenit. vnde & necessum habemus multos amicos cõquirere, cùm ipse sibi bonũ sit. Simul autem amicum esse nullum, vti multi amici, recte vtrunq; affirmatur. Quia enim multis cõuiuere licet, simul etiam sentire nobiscum q̃ plurimos vtiq; gratissimum sit. Rursum, quia difficile in paucioribus, necessum est actum in mutua sensatiõe cõsistere. quare nõ solũ multos comparare arduum est, sed etiam compa

ratis

habet. Atq; ita Deus profacultatum modulo noſtrarum ſacrificia æſtimat. verum ementi, ac mutuo ad vſuram danti, niſi amplius iſtinc prouenturum polliceare, non ſuffecerit. Vnde multæ accuſationes in amicos oriũtur, niſi iuſtum illud puro iudicio proſpiciatur. difficile enim eſt ad vnum quidem exquirere quæ non recta ſe inuicem ſpectant, velut inter amantes vſu venit. alius enim ob conuiuendi voluptatem complectitur alium: ille vero ipſum propter vtilitatem. Verum quando is amor refrigeſcit alio ſuperueniente aliquo, fit alius, ac tum inter ſeſe ratiocinantur, velut Python & Pammenes altercabantur, & in vniuerſum quæ præceptoris erga diſcipulum ratio eſt. Neq; enim ſciẽtiam & facultates vno aliquo metiri cõuenit. Ac velut Prodicus medicus erga mercedem maligne perſoluentem & citharœdus & rex. hic enim vt iucundo, ille vero vt vtili conuerſatur. & quia perſolure beneficium oportet, iucundum ſeipſum exhibet, & ad hilaritatem prouocat, ſic vicißim ille alia promittit. Quo autem pacto hæc dijudicanda ſint, etiam hinc manifeſtum fit. nam vtiq; hoc loco vno quopiam hęc menſuranda ſunt, verum non termino, ſed ratione. proportio enim menſuranda eſt, quemadmodũ & ciuilis communicatio ſolet. Nam quo pacto inter agricolam ſutoremq; communicatio cõſtabit, niſi ex proportione æquetur opera. Nam qui nõ eodem reſpectu ad inuicem agunt, menſuram habent proportionem, velut ſi hic quidem ſapientiam, alter vero pro ſapientia pecuniam à diuite poſtulet. Deinde vero quid datum ſit conſiderãdum erit. nam ſi alter ex aceruo minori partem dederit, ille vero ex maiore non multiplicem, iniuria vtiq; afficit.

*An bono, an retribuenti præſtandum ſit beneficium.* Cap. XIIII.

ACrecurrit quidem hoc loco prima controuerſia, an vt vtiles cõuenire ſeipſos affirmandum ſit, ille vero minime, ſed iuxta aliam quampiam amicitiam. Porro diſcutiendum, an bono iuxta virtutem amico præſtandum ſit beneficium & auxilium, an retribuenti facultatibusq; inſtructo. Quod idem problema eſt prorſus, an amico potius quàm viro bono ſit benefaciendum. Et ſiquidem amicus idem etiam vir bonus fuerit, non ſit difficile iudicare: niſi fortaſſe quis alterum amplificet, alterum vero imminuat, amicitiæ vehementiam tribuens, bonitati vero mediocritatem. ſin ſecus hat, multæ quæſtiones oriũtur. Velut ſi hic quidem erat, non erit autem: ille autem erit, ſed nondum. vel hic quidem factus eſt, non eſt tamen, vel eſt, non erat, neq; erit: verum illud laborioſius fuerit. Quocirca nihil dicit Euripides, ſcribens, rationem rectã adferri, vbi merces rationis inferatur, opera illis operum vice prębuit. Nec omnia patri cõueniunt, ſed & matri alia, quamlibet ſit præſtantior pater. Neque enim Ioui ſacrificantur omnia neq; omnes honores, ſed quoſdam admittit. Fortaſſe igitur ſunt, quæ vtili præſtare oporteat, alia rurſum quæ bono: nẽpe cui nõ alimentum & neceſſaria proprie competant, conuiuere enim illi oportet. Et quoniam viuere recte decet, ei præſtanda non quæ ipſe, ſed vtilis largiatur. verum qui id faciunt, præter quàm decet, omni amato idem præſtant. Neq; iuſtæ ſunt, quæ in orationibus amicitiæ definitiones conſtituuntur. etſi enim omnes amicitiam exprimant, non tamen eandem determinant. vtili enim competit velle alteri bona, & benefacienti. Nec tamen hæc amicitiæ definitio id vere exprimit, ſed alij eſſe, alij vero cõuiuere aſſignatur. ei vero qui voluptuarius amicus eſt, communis dolor, cõmunisq; lætitia tribuitur. Atq; omnes quidem hæ deſinitiones amicitiam quandam oſtendunt: nulla vero proprie vnam exprimit. Nec ſingulæ ſingulis amicitijs congruunt, etiam ſi videantur. velut electio eſt exiſtendi, quæ & ei quidẽ ſecundum exceſſum et facienti competit, qui ſuo operi id inexiſtere vult, ac eroganti vtiq; conuenit, & vt ſit, & vt retribuat. verum non huic, ſed iucundo conuiuere decet. Nonnulli autem amici ſe inuicem iniuria afficiunt: res enim magis, ſed non habentem amant. quocirca et illis amici. vt cur voluptuarius vinum ſuſcipit? & quia vtilitati deditus diuitias: vtiliores enim. idcirco moleſte ferendum eſt, ac ſi minus pro maiori ſuſceperit. hoc autẽ obiiciunt. illud enim nunc quærunt bonum, iucũdum prius aut vtile quærentes.

*An ſibi in omnibus ſufficiens, amico indigeat: de amicorum numero: & interdum nos amatum abeſſe uelle.* Cap. XV.

COnſiderandum autem eſt de ſufficientiæ amicitiæq; cõditione, quo pacto habeant ad ſeinuicem ipſarum facultates. Quærat enim forte quiſpiam, num per omnia ſufficienti amicus ſit. cumq; vir bonus ſufficientiſſ. & vna cum virtute beatus, quid habeat opus amico. neq; enim vel vtilibus, vel prouidis, vel alieno cõuictu ſufficiens opus habet: quippe qui abunde ſibi ipſi conuiuere, adeſſeq; poſſit. Veluti Deus, qui cũ nulla re egeat, nec amico etiam opus habet. quocirca & homo



mo beatiſſimus minime omnium eget amico, niſi quatenus impoſſibile eſt ex ſeſe ſibi ſufficientem eſſe. Vnde neceſſum eſt optime viuenti amicos pauciſſimos eſſe, neq; comparãdis amicis operam illũ dare, ſed negligere nõ vtiles tãtum, ſed ad mutuum conuictum etiã ſuaues. Atque hinc ſane perſpicuum euadit, nec vſus, nec vtilitatis gratia, ſed ppter virtutẽ tãtum verum amicum eſſe. Nam cum re nulla egemus, tum magis omnes, ſuis etiam bonis fruituros, magisq; in quos conferant, q̃ à quibus accipiant beneficia quęrunt. Et accuratiore iudicio, pollemus rerum copia affluẽtes quàm egeni, magisq; tamen amicos conuictui idoneos requirimus. De hac autẽ quæſtione conſiderandum eſt, vtrum aliud quidẽ recte dicatur, aliud vero lateat propter parabolam. Manifeſtum equidem id quidem, ſumentibus quid viuere actu ſit, atq; vt finis. patet enim id eſſe ſentire & cognoſcere, quocirca & conuiuere eſt ſimul ſentire & cognoſcere. Verum idem ſentire & cognoſcere cuiq; maxime expetitur, ob congenitam omnibus viuendi cupiditatem. ac viuere ipſum cognitionem quandam diſponit. Verum ſi quis detrahat hæc, & cognitionem conſtituat ipſam per ſe & non per ſe (id equidem latebit, velut in oratione ſcriptũ eſt, re ipſa tamen licet non latere) nihil referat, ſi alium pro ſeipſo cognoſcat. Sed quod ſimile viuere alium pro ſeipſo diuerſum eſt. rationabile autem eſt, ſuum cognoſcere & ſentire eligibilius eſſe. quocirca coniungere hæc duo in oratione oportet, viuere & eligibile, quod bonum ex his conſtat, quando id ineſt eadem natura participantibus. Quoniam igitur in eiuſmodi ſerie, altera ſemper in alterius ordine cõtinetur, & cognoſcibile vtiq; eligibile eſt, & vt in ſumma communicatio determinatæ naturæ. quocirca idẽ velle ſentire, eſt eundem talem quendam eſſe velle. Et quoniam non ſecundum nos ipſos horum vnumquodq; ſumus, ſed participatione facultatũ ſentiendo cognoſcendoq; (ſentiens enim ſenſibilis redditur, vt iuxta hoc, vt ſecundum prius ſentit qua & cuius, & cognoſcibilis redditur cognoſcens) eodem pacto et viuere ſemper volumus ob iuge cognoſcendi deſiderium, hoc eſt, quia & ipſe cognoſcibile quidpiam eſſe cupit, electionem eſſe cupit. electionem autem conuictus ſtultum forte quiſpiam iudicarit. In congreſſibus primum etiam animalium cæterorum, vt ſimul edere, ſimul bibere. quid enim aut in communi, aut ſeorſim ſermonem conferre differt? deinde etiam ſermone communicare, cuiuslibet eſt. Adde quod qui amicus idoneus eſt, diſcere videri non vult. Docentis enim amicus nõ eſt, quando ſimilitudo quædam eſt amicitia, ſed videtur tamen. Equidem ſuauis bonum omnes cum amicis communicamus. quantũ ſcilicet quodq; ſuauitatis adijcit, & qua prętiã tiſſima quiſq; pollet. Ex his autem alia voluptatem corporalem, alia muſicam, alia phyſicam contemplationem habent. Audacia porrò congrediẽdi amicos decet. Vnde quidam inquit labor, ſunt procul amici. quocirca voluptate allata non diſiunctos eſſe oportuit. Vnde amor maxime, vt videtur, amicitię ſimilis. bene enim viuere amor cupit, non equidem quàm oportuit potiſſimũ, ſed iuxta ſenſus. ratio ergo illa dubitando profert: ipſum autem opus ſic contigiſſe videtur. Vnde patet hæc ambigentem nobis imponere. Veritas autem hinc conſideratur. amicus enim eſſe vult, vt prouerbium habet, Alter Hercules, & alter ipſe. Atqui diuulſus eſt: difficileq; quæ ab vno diſceſſerunt, vnum eſſe. Atqui iuxta naturam quidam, quę cognitiſſima eſt, ſimilis eſt, iuxta corpus vero diuerſus, ac etiã iuxta animam diuerſus eſt: iuxta'que partes animæ diuerſus nihilominus idem indiuſus'que amicus eſſe vult. Itaque amicum ſentire, ſeipſum quodãmodo ſentire neceſſario eſt cognoſcereq;. ac ſi quid moleſtum amico incidit, in eo colletari ac conuiuere amico ſine dubio iucundum eſt. accidit enim, vt illius ſenſus aliquis nobis ſimul ingeratur, præſertim ſi qua diuina voluptas eſt. Cauſa vero huius eſt, quia ſuauius eſt ſemper in meliore bono ſeſe contemplari. Hoc autem nunc quidem affectus, nunc vero negocium, nunc aliquid aliud eſt, in quo bene viuere & amico ſit poſſibile. Conuiuere igitur oportere, idq; maxime velle omnes, tum beatiſſimũ optimumq; potiſſimum talem eſſe. Verum quod ex ratione id non eluxerit, & rationabiliter id conſecutum ſit, ex vere dictis, vtputa compoſitione collationis, in promptu ſoluto eſt: q; eiuſmodi Deus non ſit, vt amico egeat, aut ſimilẽ requirat. et nõ reputabit pari rõne vir bonus. Neq; enim in hunc modum Deus habet, vt qui pro ſua excellentia nihil præter ſeipſum cogitat. nobis autem bonum aliunde euenit. vnde & neceſſum habemus multos amicos cõquirere, cùm ipſe ſibi bonũ ſit. Simul autem amicum eſſe nullum, vti multi amici, recte vtrunq; affirmatur. Quia enim multis cõuiuere licet, ſimul etiam ſentire nobiſcum q; plurimos vtiq; gratiſſimum ſit. Rurſum, quia difficile in paucioribus, neceſſum eſt actum in mutua ſenſatiõe cõſiſtere. quare nõ ſolũ multos comparare arduum eſt, ſed etiam compa

ratis

ratis vti. Et interdum quidem abesse amatum uolumus prospere degentem: interdum uero participare ijsdem simul cũ eo, quod amicum gratumq; esse cupimus. Nam cùm bonum obuenit, eo vtique omnes participare volunt, non obueniente autem secus. Et quẽ admodum Herculem mater potius Deum esse volebat, quàm vna cum ipsa manentem, Euristeo mercenariam operã locare. Sic enim diceret, & quem Lacon Dicterio irrisit. Vocãtem forte, dum tempestate affligeretur, iubẽs Castorem & Pollucem implorare. Videtur enim amantis esse, à molestorum participatione arcere, alterius autem simul eadem sustinere velle, quocirca vtraque rationabiliter eueniunt. nihil enim decet amico tam acerbum iudicari, vt non teneat priorem iucunditate amicum. Videtur tamen non malum ipsius expetendum, quando satis est ipsos adfligi, vnde et participationem eiusmodi vetant, sed ne videantur sua spectare, inq; amici perturbatione lætitiam affectare. Sed & leuius mala tolerantur, cùm non soli ferunt. Et quia eligibile est, & vt bonum nobis contingat, & vt simul potiatur amicus, patet quòd simul in minore bono versari quodãmodo eligibile sit, aut cum maiore seorsim. Et quia incertum est quantum, iuxta simul illud distinguuntur, ac simul quidem omnibus participatione amicum est, quemadmodum & simul conuiuari iucundius aiunt hęc habentes, alij autem contra non volunt. Quoniam hyperbolas quis probauerit confitentibus, in perturbatione magna simul communicandum: in successu autem magno seorsim agendum. Similiter etiam circa infortunia. interdũ enim amicos presto esse volumus, neq; dolere, quando scilicet nihil sint nobis amplius effecturi. Interdum vero iucũdissimum præsto esse, id quòd ob prædicta contingit. quandoquidem natura afflictum, & in mala habitudine constitutum videre, non minus quàm in nobis ipsis refugimus: gaudentem autem iucundumq; & non dolentem amicum, velut rem multo suauissimam intuemur propter causam prædictam. Quocirca vtrumlibet horum fuerit magis suaue, adesse vel non adesse propensionem reddit, idq; in deterioribus ex eadem causa. Maxime enim cupiunt amicos non felices esse. sed & nec in aduersis cruciari. quos circa nonnunquam simul quos amant interimunt. Malus enim id est quàm si proprium sentiatur malum: quemadmodum & recordantes in quo successu vixerint, magis quàm si perpetuo se male habiturum arbitretur.

*Quo pacto amico utendum. Et virtutes non esse scientias.* Cap. XVI.

DVbitarit autem quis, an amico quolibet, & ad quæcunq; idoneus est, & aliter etiam, vti liceat, vt oculo ad vidẽdum, aut eo distorto peruerse, ac vt vnum duo esse appareat intueri. Ambo igitur illa, & oculus & quòd oculi est reuera & per se sunt, alterum vero per accidens. quẽadmodũ et in cibo esus et vomitio; sicut et i scia veritas et error. Nã qui volens non recte scribit, ignorãtia vti solet, veluti qui conuersis membrorum officijs pedibus manuum, & manibus (quod solent saltatriculæ) pedum vice vtuntur. quæ ratio omnium etiam præstantissima est scientiarum, atq; ita iustitiam vt iniustitia licet vsurpare, velut qui ex iustitia iniusta agit, perinde vt qui imperita & stolida ex scietia. Verum si id impossibile, manifestum est virtutes nõ esse scietias: quando non licet ex scientia ignorare, sed errare tantum, eademq; ex ignorantia facere, nec minus tamen ex iustitia & iniustitia quidpiam agit. Sed enim quando prudentia scientia est, & verum quidpiam idem faciet ea. licebit enim studioso à prudentia desipere in ijsdẽ, quibus & stolidus. Verum si simplex cuiusq; quatenus quidq; est, vsus fuerit, etiam ita agẽtes fecerint sapienter. In cæteris igitur scientijs alia quædam princeps est, quæ alimenta ministrat. Et principis rursum illius alia quædam, non tamen scientia vel intellectus. Sed nec virtus, vt qua vtitur, quãdo temperantis virtus etiã subditi virtutẽ sibi vsurpat. Quid igitur est, an vt intemperanti, vitium irrationalis animæ partis, & quonam pacto intemperans mente præditus fuerit. Verum pręualens euertit mẽtem ratiocinaturq; contraria.

† Et si virtus quidem in illo, in ratione vero ignorantia resideat, vbi reliquæ iam uendicantur: sic etiam licet iustitia, iuste quoq; maleq; & prudentia stulte abuti, unde contraria eueniant. Absurdum enim si quod in rationali parte uitium insidẽs, euersa ratione ignorantiam inducat. Virtus autem inexistentẽ in ratione stultitiam non euertit hanc, rectumq; de rebus iudiciũ format. Rursum autem prudentia rationalem partem occupans, ex irrationali intemperãtia sublata, moderatas actiones efficit, id quòd continentiæ videtur proprium. Itaque licet ab ignorantia prudenter, aliterq; à prudentia imprudenter rebus vti, quod in cæterarum nulla euenire cernimus. Velut cùm medicinam et grammaticam nutrit intemperantia. †

Iniustus enim omnia quæ & iustus potest, & in vniuersum potentiæ inest impotẽtia. Quo circa



circa simul prudentes, & bonæ eorum etiam cæteræ habitudines, & corpus firmum, quando nihil fortius prudentia est. Verum quòd scientiam dixit non recte habet: virtus enim est, & non scientia, sed genus diuersum.

*An fortunatus, infortunatusne quis natura sit.* Cap. XVII.

QVoniam vero non prudentia solum successum virtutemq; efficit, sed fortunatos etiam bene agere, tanquam fortuna secunda prosperos gignente successus, affirmamus, quæ eadem etiam scientiæ sunt. Cõsiderandũ igitur natura ne fortunatus hic, infortunatus ille sit, an secus, & quo pacto res habeat. Fortunatos enim quosdam esse cernimus. stulti enim in multis, quorũ scilicet fortuna domina est, prospere agunt. quã doquidem & quæ arte administrantur, fortunam admittant, in militia & gubernatoria. Vtrum igitur ab habitudine aliqua successibus eiusmodi conficiendis, aut nõ idonei homines fiunt? Nunc equidem naturæ id quidem assignant. in quibusdam quæ tales quosdam efficit, quibus & à natiuitate statim, tale quidpiam ingignit. vt velut cæsijs nigrisq; oculis, certa aliqua forma inter se distinguuntur: sic fortunati & infortunati. Tales enim non per prudentiam prospere agere indemnisestum est, quia non irrationalis prudentia est, sed ratione prædita, qua res administrat, eã sibi adscribere illi nequeunt: quippe quòd horum fortuna causa existat. vtcunq; etiam pateat, circa alios stupidos nõ esse. neq; enim id absurdum, quemadmodum Hippocratẽ, cùm Geometer esset præstantissimus, in cæteris tamen imperitum stupidumq; fuisse cõstat, qui pecuniæ plurimum amisit, ob stultitiam Bisantij πεντηκοσαλόγων. Sed & in nonnullis prospere agunt stolidi. Et non raro. velut arte nauium gubernatrice, peritissimi etiam parum secundam fortunam experiuntur: ac velut in aleę iactu, alius nihil, alius multum lucratur: quam felicitatem vel naturæ beneficio accepit, vel, vt inquiũt, beneuolentia Dei. qua etiam in exilio & eiectus benignitatem fortunæ experitur, non secus ac male compacta natus rectius sæpe agitur, non per se quidem, sed quia peritum gubernatorem nacta. sic enim fortunatus ille genium optimum gubernatorem habet. Sed enim absurdum est, talem à Deo genio', ue diligi, non prestantissimum potius sapientissimumq;. Quapropter si necessum est, aut natura, aut intellectu, aut procreatione diuina fortunam secundam contingere, & neutro posteriorum eueniat, naturæ itaq; ea prosperitas fuerit assignanda. Verum natura, vel rerum semper sic se, vel vt plurimum habẽtium causa est: contrà autem fortuna. Si igitur quòd præter rationem euenit, fortunę esse videtur, perq; fortunam homines fortunati dicuntur, non equidem natura causa fuerit, vt quę velut dictum, semper aut vt plurimum, sic se habentibus adscribitur. Aut insuper talis vel voto potitur vel truncatur. quemadmodum cæsius cui non fortuna, sed natura quo minus cernat acute, causa existit. quocirca non fortunatus, sed bona natura præditus dicitur. quocirca sic de his dicendum est, vt quos fortunatos dicimus, nõ fortunę beneficio id esse asseramus. vnde nec fortunati etiam sunt: fortunæ nanque bona sunt, quorum ipsa est causa. Sic rursum quæritur, an fortuna sit in vniuersum aliqua: vel cùm sit, an non sit, etiam vnde. Atqui necessum est & esse fortunam, & causam esse. vnde & bonorum quorundam et malorum causa fuerit. Etenim si excipienda hæc sint, & nihil assignãdum fortunæ, sed alij cuipiam causæ, non tamen quare hanc non cernimus, fortunam causam esse affirmamus. Quocirca de finientes fortunam, causam proportionalem hominis ratiocinationi constituunt, tãquam sit quædam natura. Verum hæc iam alia quæstio fuerit: quandoquidem quos cernimus semel prospera vsos fortuna, quare ij non rursus, & rursum? eadẽ enim eius causa. Non igitur est fortunæ, neq; aliud etiam quidpiam indeterminatorum infinitorumq; contingat: erit enim bonum et malum. Scientia vero nõ erit eius per imperitiam. quando & quidam fortunati didicerunt: aut omnes scientiæ (qd' Socrates dixit) scientiæ sint. Quid igitur vetat, quo minus cuidam ex ordine, non quòd oporteat, contingat, sed velut sortes proculsint iaciendæ. Quid enim autem num impetus in anima non sunt. atqui alij à ratione, alij à cupiditate (qui & priores) proficiscuntur: siquidem naturalis est per cupiditatem iucundæ rei appetitus. ac natura omnia ad bonum festinant. Quòd si quidam bene nati sunt, & velut cantionis imperiti, & citra rationem ferantur, vt dictat natura, ac cõcupiscant, quod, quando, & quo pacto oportuit, prospereq; agunt, & consequantur stolidi, prętereq; rationem, eadem quæ harum rerum præceptores, tales vtiq; fortunati censendi sunt, quotquot scilicet præter rationem plurimum prospere agunt. Natura igitur quidam fortunati sint, siquidem multifariam dicatur secunda fortuna. alia enim ex impetu, & pelectione fiũt, alia vero secus, & prorsus contrariũ. nam et male

ratiocinari videntur bene agentes, & secunda tamen fortuna vsos confitemur, ac rursus quidem in illis cùm voluerint, at minus bonum acceperint, & licet quidem istis per naturam prosperitatem consequantur. nam impetus animi cupiditasq; , quo oportebat delata, successu est usa. ratiocinatio aũt stulta, quã fortuna dum prospere adflat, ex ijs quorum causa existit, non rectam expellit. interdum vero per cupiditatem quis male ratiocinatus aduersam expertus est. in cæteris autem quo pacto iuxta appetitus cupiditatisq; ingenuitatem successus erit? Verum hic successus & fortuna duplex, quæ istic eadẽ, vel plures prosperitates. Quia vero præter omnes ratiocinationes rectas, scientiasq; quosdam fortuna secunda adfluentes videmus, manifestum est aliã quãpiam successus causam esse. prior autem ista prosperitas, aut non est, aut quę oportuit concupiuit: cumq; ratiocinatio humana desit, non fuerit ipsius. neq; enim prorsus rationis expers, nec naturalis est cupiditas, sed ab aliquo corrumpitur. Secunda igitur fortuna in ijs, vbi præter rationẽ ipsa causa existit, locum habet. id vero improuisum. nam præter scientiam præterq; vniuersale, nec tamen à fortuna profectum videtur, verum propter hoc videtur. Quocirca hęc quidem ratio non probatur, naturale esse vti secunda fortuna: sed potius quod non omnes, quibus secunda fortuna videtur adfluere, id ex fortuna, sed ex natura habeãt. neq; nullius esse causam fortunã demonstrat, sed nõ oĩum quorũ existimaẽ.

*An fortuna causa sit, ut concupiscamus, & quid sit motus in anima principium.* Cap. XVIII.

QVæret forsan quispiam, an fortuna eius ipsius causa sit, vt quid & quando oporteat concupiscatur. An sic omnium erit: nam & cognoscendi consultandiq;. Neque enim consultans consultauit, & hoc cõsultauit, sed principium est quoddam: neque cogitans cogitauit id prius cogitare, atque in infinitum eiusmodi fiat progressio. neq; igitur consideràdi iunctum principium, neq; cõsultandi consilium. Quid igitur aliud nisi fortuna? quo circa à fortuna omnia proficiscuntur, & quoddam est principium, extra quod aliud nullum reperiatur. Ipsa autẽ (quęritur) cuiusmodi facultate instructa efficere eiusmodi queat, quod perinde est, ac si principium motus in anima quid sit, inquiratur. Patet autem sic esse, quemadmodum in vniuerso est Deus & vicissim cuncta in illo: mouentur enim omnia ab inexistente in nobis numine. Rationis autem non ratio, sed prestantius quidpiam est principium. Quid autem scientia præstãtius est, nisi Deus? virtus enim organũ intellectus est. Quocirca veteres dixerũt felices ex fortuna, qui irrationabiles ad recte agendum impellerentur, nec velle ipsis conferret: principium enim habent & intellectu & voluntate prestantius. Alij vero rationem habent. illud vero non habent, quales sunt furores animi. hoc enim nõ possunt hi: quippe qui sine ratione feruntur. Itaque horum qui prudentes sapientesq; sunt, celeris est vaticinatio & durabilis. qui non à ratione profectã esse suspicari debemus. sed alij experimento, alij consuetudine, speculando vtuntur. itẽ hi, quorum est ratio soluta. Itaque & melancholici recta valde, subitaq; insomnia habent. Patet autẽ, quòd species felicitatis duæ sunt. altera diuina, ideoq; qui felix est, numine aditum aliquid fecisse dicunt: is autem est, qui aliquid iuxta impetum diuinum facit: alter est, qui aliquid præter hunc impetum facit. Irrationales vero ambo: ac illa frequens magis felicitas est, ista frequens minus. Sigillatim igitur de vnaquaq; virtute determinatũ est prius.

*De probitate: & quis sit animæ præstantissimus terminus.* Cap. XIX.

QVia vero seorsim ipsarum vim distinximus, etiam de virtute, quam probitatem vocamus, dicendum erit. Singulas igitur habere reliquas, qui huius appellationem sit constituturus, necessium esse patet. nam neque in cæteris aliter id veniat vsu. Nec enim toto corpore sanus sit, parte autem nulla: sed necessium aut omnes, aut certe prestantissimas recte habere. Non dissimilis etiã i toto ratio. Bono enim esse ac honesto simul & bono licet, non ipsius solum nominibus, sed rerum ipsarum differentia participanti. Omnium enim bonorũ sunt ipsi per se suiq; gratia eligibiles: et inter hos honesta quoque, quæ per seipsa omnia laudabilia sunt. Vt enĩ ipsa, ita actiones ab ipsis profectæ laudari solent: actiões enim et modesti, ipsaq; modestia celebratur. non etiã sanitas laudabilis, nã nec opus eius: quando nec quod fortiter fit laudabile est, tametsi bona hæc confiteamur. Similiter autem id etiam in cæteris per inductionem manifestum est. Bonus enim est, qui natura bonis egregie sit instructus: præstantissima enim omniaq; sui desiderio excitãtia bona sunt. Honor, diuitiæ, corporis virtus, facultates, natura quidem sunt bona: sed noxia nonnullis ob habituum corruptionem. Neque enim vel stultus, vel iniustus, vel intemperãs aliquid ex eorum possessione commodum



modum referat: quemadmodum, nec æger ex sani hominis alimento, neq; infirmus mutilus ue, ex sani integriq; hominis ornatu. Honestus autem bonusq; dicitur, & ex eo, quòd honesta bona per se ipsa in sunt illi: et eo quòd bonorum, idq; ipsorum gratia effectiuus exi stat, honesta autem sunt virtutes, operaq; ab ipsis profecta. Sed & habitudo quędam ciuilis est, qualem & Lacones habent, & alij simili ingenio haberẽt, ita comparata. Sunt enim qui virtutem non esse sequendam putẽt, nisi natura bonorum gratia. quocirca viri boni sunt, quòd ijs natura bona existant. Verum istam probitatem non sunt nacti. neq; enim honesta per se illis sunt, sed boni honestiq; esse eligunt. neque id tantum, sed & quæ non honesta natura: boni tamen natura honestorum loco illis habentur. Honesta enim sunt, cùm eius gratia faciunt eliguntq; honesta: vel quòd honesto bonoq; natura bona, honesta sunt. Honestum enim iustum est, id vero secundum dignitatem censetur: hic autem ijs vtiq; dignum existit. sed & decẽs honestum. decentia autem illum sunt, nobilitas, diuitiæ, potentię. quocirca honesto bonoq; ea quoq; honesta vtilia sunt, quæ in alijs disconueniũt: neque enim simpliciter bona eis bona sunt. bono autem honesta bonaq; : quippe qui multas honestas actiones per ea cõficiat. Verum qui virtutes ęternarum rerum gratia complectendas arbitratur, per accidens honesta facit. quocirca virtus perfecta est probitas. Porrò de voluptate dictum est, qualis & quo pacto sit, tum quòd alia simpliciter iucunda sint honestaq;, alia vero simpliciter bona iucundaq;, neque voluptas nisi in actione nascitur. quocirca simpliciter beatus iucundissime viuit; neque id temere homines arbitrantur. Quoniam aũt est quidã medico terminus, ad quem referens sanum corpus iudicat, & cuius respectu aliquousque progrediendo sanum sit efficiendum corpus, nõ etiam si plus sit minus ue: sic & viro bono circa actiones electionesq; natura bonorum non laudabilium tamen, terminum quendam & de habitudine, & de electione ac fuga, vel paucitatis vel copiæ diuitiarum, deq; successibus constituere oportuit. In prioribus quidem ostẽsum est, vt ratio dictat. quòd idem est, ac si quis dicat se alimento sumendo omnia obseruare, vt medicina ac ratio dictat. quod verum quidem, sed parum manifestum est. Oportuit igitur iuxta quod imperat, iuxtaq; habitudinem & actionem imperantis vitam instituere: velut seruus iuxta Domini, singulaq; iuxta conuenientem suum principatum. Quandoquidem & homo ex imperante subditoq; constituitur, ac vnumquodque necessium habet ad principis sui mores accommodare. is autem duplex est, aliter enim medicina: aliter sanitas imperat, & huic illa destinatur. Sic & in contemplatiuo principatus habet. Neque enim iubẽdo Deus imperat, sed cuius gratia prudẽtia est. quod vero alicuius gratia iubet, in alijs determinatum est. quoniam ille nullo eget. Quæ igitur electio possessioq; naturа bonorum vel corporis, vel amicorum, vel reliquorum, considerare maxime Deum facit, præstantissima est, atque hic terminus est pulcherrimus: quæ vero vel ob defectum, vel ob excessum cõsiderare colereq; Deum permittit minime, ea est pessima. Atq; sic quidem res habet animæ: & is terminus eius prestantissimus est, minimum, inquam, alteram irrationalemq; animæ partem sentire, quatenus talis est. Quis igitur probitatis terminus, sit, & quis simpliciter bonorum scopus, hunc in modum sit dictum.

*Librorum Septem Moralium Eudemiorum finis.*

*Subsequẽtem de Virtutibus libellum, cùm sub Aristotelis nomine legatur (et si forte ab alio authore editus fuerit) & ipsum alijs subnectendum esse censemus.*

# ARISTOTELIS

## DE VIRTVTIBVS LIBELLVS,

### Alexandro Chamaillardo interprete.

*Quæ sint laudabilia, quæ ne vituperabilia: & cuius animæ partis, singulæ sint virtutes.*

LAudabilia quidem sunt, honesta: vituperabilia vero, turpia. Et quidem in honestis principem locum obtinent virtutes: in turpibus autem vitia. Laudabilia porrò sunt, & causæ virtutum, & quæ virtutes consequuntur, & quæ exoriuntur ab ijs, & opera ipsarum: vituperabilia vero contraria. Cùm autem anima secundum Platonem in tres distribuatur partes: rationalis qdem, virtus est prudentia: animosę autem, mansuetudo, & fortitudo: cupidæ vero, temperantia & continentia: totius aũt animę, iustitia, liberalitas, & animi magnitudo. Vitiũ vero est, rationalis quidem, imprudentia: animosę vero, iracundia, & ignauia: cupidæ autem, intemperãtia & incontinentia: totius vero animæ, iniustitia, illiberalitas, & animi prauitas.

*Quid sit unaquæq; virtus.*

Prudentia.

ESt autem prudentia virtus aię rationalis, ea prępparans quę ad felicitatem spectãt.

Mansuetudo.

Mansuetudo vero est virtus animosę, qua qui pręditi sunt, difficulter ira concitantur.

Fortitudo.

Fortitudo autem virtus est animosæ, per quam non facile mortis metu percelluntur.

Temperantia.

Temperantia vero est virtus appetentis, per quam à malarum voluptatum appetentia redduntur alieni.

Continentia.

Continentia aũt virtus est cupidæ, qua cupiditatem, quæ in malas fert voluptates, ratione inhibent.

Iustitia.

Iustitia vero est virtus animæ, eius distributiua, quod quisq; meruit.

Liberalitas.

Liberalitas autem est virtus animæ, honestorum sumptuum ministra.

Magnanimitas.

Magnanimitas autem est virtus animæ, per quam ferre possunt vtranq; fortunam, honorem, & ignominiam.

*Quid sit unumquodq; vitium.*

Imprudentia.

IMprudẽtia vero est vitium rationalis, male viuendi causa.

Iracundia.

Iracundia autem vitium est animosæ, per quod fiunt ad iram præcipites.

Ignauia.

Ignauia aũt vitium est animosæ, per quod periculis, & maxime mortis consternantur.

Intemperantia.

Intemperantia autem vitium est appetẽtis, per quod amplectuntur malas voluptates.

*De incontinentia quidem nihil: sic autem tu potes definire.*

Incontinentia.

Incontinentia vero vitium est cupidæ, per quod stoliditate huc illucq; cupiditatem circumagunt, impellentem ad malarum voluptatum delectationes.

Iniustitia.

Iniustitia vero est vitium animæ, per quod circumscriptores fiunt præter dignitatem.

Auaritia.

Auaritia autẽ est vitium animæ, per quod appetunt vndequaq; lucrum.

Pusillanimitas.

Pusillanimitas autem vitiũ est animæ, per quod neutram possunt fortunam ferre, nec honorem, nec ignominiam.

*Quæ sint uniuscuiusq; uirtutis propria.*

Prudentiæ.

PRudentię aũt est, cõsilium agitare, discernere bona & mala, & omnia quę sunt in vita sequenda & fugienda, honeste vti oibus bonis, cũ alijs recte versari, pspicere occasiones, solerter verbis et rebus vti, experientiam habere vtiliũ oium. Memoria autem, peritia, & solertia, vel manãt à prudẽtia, vel prudẽtiæ sunt assectæ: aut partim prudẽtię adminicula, vt experientia & memoria: partim tanq̃ prudentiæ partes, vt consilium & solertia.

Mansuetudinis.

Mansuetudinis autem est, posse ferre moderate obiecta crimina, et contemptus, nec celeriter rapi in vltiones, nec esse de facili mobilem ad iras, esse autem moribus comem et mitem, & ingenio esse quieto & stabili.

Fortitudinis.

Fortitudinis vero est, inconcussum à mortis metibus, & constantem in malis, et intrepidum ad pericula esse, & malle honeste mori quàm turpiter seruari, & victoriæ causam prę stare. Preterea aũt fortitudinis est, et laborare, & i animo instituere, & posse. Accedit aũt fortitudini & audacia, & animi pstãtia, & fiducia, & confidentia: adhæc, industria & tolerantia.

Temperantiæ.



Temperantiæ.

Temperantiæ aũt est, nihil mirari corporis voluptates, & cuiusuis fœdę voluptatis & delectationis minime appetẽtẽ, & timere etiam iustã licentiã, & intentũ esse i vitę rõnem, similiter in paruis & magnis. Affectatur aũt temperantiã, ordo, moderatio, pudor, reuerẽtia.

Continentiæ.

Continentiæ autem est, posse cohibere ratione cupiditatem, ferẽtem ad malas delectationes & voluptates, & pati, & tolerare pro natura indigentiæ & ægritudinis.

Iustitiæ.

Iustitiæ aũt est, distributiuũ esse eius qd̃ est ẽm cuiusq; dignitatẽ, & tueri patrias cõsuetudines & instituta, & seruare scriptas leges, & veridicũ esse in controuersijs, & stare conuẽtionibus. Est aũt prima iustitiarum, aduersus Deos: proxima, in dæmonas: deide, in patriã et parẽtes: deinde, erga defunctos: in quibus est pietas, vel pars iustitię, vel eius comes. Sectatur autem iustitiam, et sanctitas, et veritas, et fides, et vitiorum odium.

Liberalitatis.

Liberalitatis autẽ est, erogare pecunias in laudabilia, et largitio ad honestos sumptus faciendos, et prẽsto esse ad auxilium in aduersa fortuna, et non accipere vnde non oportet. Est autem liberalis, et circa indumẽta nitidus, et circa habitationem: est et instructor permagnarũ rerũ, et elegantiũ, et oblectationẽ habẽtium, nulla cõmodi ducta ratione: est et altor animalium, mirum quid aut suaue habẽtium. Comitatur autem liberalitatem, morum facilitas, et comitas, et humanitas: et esse misericordem, et erga amicos beneuolum, et hospitalem, et honesti studiosum.

Magnanimitatis.

Magnanimitatis aũt est, pulchre ferre et felicitatem et infelicitatẽ et honorẽ, et ignominiam, et non admirari neq; delitias, neq; clientelas, neq; potestates, neque victorias gymnicas: habere aũt quandam animi altitudinem et magnitudinem. Est aũt magnanimus, neq; vitam magnifaciens, neque vitæ amans, simplex porrò moribus, et generosus, iniuria potens lacessiri, et non vindex. Sequitur autem magnanimitatem, simplicitas, et veritas.

*Quæ sint uniuscuiusq; uitij propia.*

Imprudentiæ.

IMprudentiæ autem est, iudicare peruerse de rebus, deliberare perperam, vti nequire præsentibus bonis, in falsam adduci opinionem de ijs, quæ ad vitam sunt bona, & honesta. Sectatur autem imprudentiam, inscitia, incontinentia, rusticitas, obliuio.

Iracundiæ.

Iracundiæ aũt sunt species tres, excãdescẽtia, segnitia et vecordia. Est autem iracũdi non posse ferre fœdas contemptiones, neq; immi nutiones: esse autem plagosum, et vindictæ cupidum, et de facili ad iram facto verbo ue quouis moueri. Affectatur autem iracundiã morositas, et inconstantia, et sordida illiberalitas, et de paruis angi, et ab ijsdem de repente affici, et per breue tempus.

Ignauiæ.

Ignauiæ autem est quouis metu facile percelli, et mortis maxime, et noxarum corporis et arbitrari præstabilius esse quomodocunq; seruari, quàm pulchre mortem obire. Comitatur autem ignauiam mollities, effœminatio, torpor, vitę studium. Subest etiam quædã timiditas, et contentionis detrectatio.

Intemperantiæ.

Intemperantiæ autem est, sequi delectationes voluptatum noxiarum et turpium, et arbitrari maxime felices eos esse, qui i huiusmodi voluptatibus versantur, et facetum esse, et dicacem, et vrbanum, et versutum, tam in verbis quàm rebus. Sectatur autem intemperantiam, ordinis perturbatio, impudentia, contusio, incuria, negligentia, dissolutio.

Incontinentiæ.

Incontinentiæ aũt est, phibente rõne, delectationes voluptatũ sectari, et ducere præstabilius esse, non frui aũt nihilominus, et opinari quidem oportere facere, et pulchra et conferẽtia, abhorrere tamen ab ipsis propter voluptates. Est autem comes incontinentiæ, mollities, et pœnitentia, et plura eiusmodi, quæ intemperantiam comitantur.

Iniustitiæ.

Iniustitiæ autem sunt species tres, impietas, auaritia, immanior improbitas. Impietas quidem est aduersus Deos, & dæmones, & circa defunctos, & circa parẽtes, & circa patriam. Auaritia autem circa commercia, præter dignitatem eligens præcipuũ. Immanior autem improbitas est, per quam voluptates sibi comparant, ludibrio alios habentes: vnde Euenes de ea dicit: Quæ lucrum captans: nil ,,
tñ ipsa nocet. Est autẽ iniustitię, patria violare ,,
& instituta et iura, nec parere legibus, nec magistratibus, menturi, peierare, transgredi conuentiones, & fidem fallere. Comitem autem iniustitiæ se addit calumnia, iactantia, humanitatis assimulatio, malignitas, calliditas.

Auaritiæ.

Auaritię autẽ species sunt tres, turpis quæstus, tenacitas, illiberalitas. Turpis q̃stus quidem, per quem dilescere quærũt vndecunq;, & lucrum q̃ pudorem pluris faciunt. Tenaci

tas autem, per quam sumptui parcunt, & impẽsæ in re honesta. Illiberalitas autem est, per quam expendunt quidem, minutatim autem male, & plus iacturę faciẽtes, nullo scilicet habito temporis delectu. Est autem auaritię, plurimi facere pecunias, nec id probrum putare qd' quæstuosum sit: vita mercenaria, & seruilis, & sordida, à munificẽtia & liberalitate aliena. Consequuntur autem illiberalitatem, sordes, ægrimonia, pusillanimitas, humilitas, immodestia, ignobilitas, hominum odium.

Pusillanimitas.

Pusillanimitatis autem est, neq; honorem, neq; ignominiam, neq; felicitatẽ, neq; infortunia posse ferre, sed honoratum quidem tumescere, & leui successu prospero auctum efferri & subsultare, ignominiam autem ne minimam quidem ferre posse. Aberratio porrò est, infortunium non drjudicare magnum: cõqueri vero de oibus, & egro animo ferre. prę terea autem talis est pusillanimus, vt omnes neglectus contumeliam vocet & ignominiã, etiam per imprudentiam, vel obliuionem admissos. Comitantur autem pusillanimitatem sordes, querimonia, diffidentia, humilitas.

*Quid uirtutis sit in uniuersum.*

IN vniuersum aũt virtutis quidẽ est, facere studiosum & probũ affectũ i animo, qetis & constitutis motibus vrentem, omnibus ex partibus consonantem: quapropter videtur institutiq; ratiõis boni animi esse honestus affectus. Est porrò virtutis, & bñficijs dignos afficere, et diligere bonos, et neq; ad sumẽdas pœnas, neq; ad vindictam ardẽti esse animo, sed clemẽti placido, et misericordi. Assecla est autem virtutis, benignitas, equitas, animi candor, spes bona, & quæ eiusdem sunt generis, veluti familiarium studiosum & amicorum esse, sociabilem, hospitalem, humanum, elegãtem se exhibere, quæ vtiq; omnia laudabiliũ sunt: vitij autem, contraria.

*Libelli de Virtutibus finis.*

## LEONARDI ARETINI IN LIBROS POLITICORVM PROOEMIVM.

*ENter moralis disciplinæ præcepta, quibus humana uita instituitur & docetur, eminentissimum quodã modo locum obtinẽt, quæ de ciuitatibus earumq; gubernatione conseruationeq; traduntur. Quippe disciplina huiusmodi omnis felicitatem hominibus conficere studet. Felicitatem uero si una acquirere præclarũ est, quanto magnificentius erit universæ ciuitati beatitudinẽ adipisci. Bonum enim, quanto latius patet, tanto diuinius est existimandũ. Cumq; homo imbecille sit animal, et quã per seipsum nõ habet sufficientiã perfectionẽq;, ex ciuili societate reportet, nulla profecto conuenientior disciplina homini esse potest, ꝙ quid sit ciuitas, & quid respublica intelligere: & per quæ cõseruetur intereatq, ciuilis societas non ignorare. Mihi quidem qui hæc ignorat, seipsum pariter ignorare uidetur, ac sapientissimi Dei præceptum dispicere. Itaq; & Plato decem illis præclaris libris, qui sunt ab eo de Republica scripti, in hac parte ostendenda docendaq; plurimum nixus est. Et Marcus Cicero noster sex inclitis libris, quos de republica scripsit, hanc ipsam materiam est prosecutus. Et Aristoteles in hoc uolumine, quod nunc in Latinum conuertimus, hæc ipsa complexus est, tanto quidem natore & copia & ornatu, ut uere mereatur flumen aureum uocitari. Materia igitur huius operis talis est. Conuertendi autem interpretandiq; mihi causa fuit eadem illa, quæ iam decem & octo annis ad conuersionem Ethicorum induxit. Nã cum uiderem hos Aristotelis libros, qui apud Græcos elegantissimo stylo perscripti sunt, uitio malæ interpretis ad ridiculam quandam ineptitudinem esse redactos, ac præterea in rebus ipsis errata permulta ac maxima ponderis, laborem suscepi nouæ tractionis, quo nostris hominibus in hac parte prodessem. Quid enim opera ea utilius? quid laude dignius efficere possim, quam ciuibus meis primum, deinde cæteris qui Latina utuntur lingua, ignaris Græcarum literarum facultatem præbere, ubi non per ænigmata ac delirameta interpretationum ineptarum ac falsarum, sed de facie ad faciem possint Aristotelem intueri, & ut ille in Græco scripsit, sic in Latino perlegere? Excutiat uuoq; me utilitas maxima, quam ex interpretatione Ethicorũ prouenisse conspexeram. Homines enim ingenue eruditi, quos primo ueteris interpretationis ineptitudo ac barbaries à legendo repellabat, ita postmodum eos libros complexi sunt, ut in maximam lucem illarum rerum cognitio sit perducta. Quod idẽ fore spero in his, de quibus nunc agimus, Politicorum libris. Atq; eo magis, quo hæc materia ciuilis, et uerba ad exprimendũ alia quam in suis disputationibus scholastici utantur, & maiorem quendam efflagitat dicendi ornatum. quæ duo interpres nedum ille cõsequi, sed ne suspicari quidem potuit. Aristoteles certe tanta facundia, tanta uarietate & copia, tanta historiarum exemplorumq; emulatione hos libros refersit, ut oratorio pene stylo scripti uideantur. Sic enim argumentationes totas interdum explicat, ut cuncta dicendi ornamẽta in eas studiose conecta liceat intueri. nec est in his libris quæstio ulla paulo uberior, quæ tractata ab illo sit absq; rhetorico pigmento aut colore, quorum & si non expressionem, attamen adumbrationem quandam diligens lector in hac traductione nostra deprehendet. Fuit enim Aristoteles studiosissimus eloquentiæ: quod artes Rhetoricæ eius, pluribus uoluminibus explicatæ declarãt. Quæ sit igitur horũ librorũ materia, & qua de causa laborẽ hũc susceperimus, & quales libri ipsi in Græco sint, hæc prefatos esse sufficiat. Hortamur aũt oẽs uehemẽter ad huius operis diligẽtissimã lectionẽ, utpote doctrinã uberrimã, ac rerũ prope innumerabiliũ cognitionem, & quidẽ necessariã ad uitã susceptoros.*

Aristotelis



# ARISTOTELIS STAGIRITAE,

PERIPATETICORVM PRINCIPIS

POLITICORVM

LIBER PRIMVS,

*Leonardo Aretino interprete.*

SVMMA LIBRI.

*De ciuitate, domo, pago, re familiari, seruis, dominationibus ac seruitutibus, possessione, acquisitionibus necessaria ac numularia, & personarum in re domestica existentium uirtutibus.*

*De ciuitate, eius gubernatore, partibus, domo, pago.* Cap. I.

QVoniam videmus omnem ciuitatẽ esse societatem quandam, & omnem societatẽ boni alicuius gratia constitutam (nã eius gratia qd' bonũ videtur, omnia omnes agunt) patet qd' bonum aliquod omnes coniectant. maxime vero principalissimum omnium quæ est principalissima, & cæteras omnes complectitur. est autẽ hæc illa, quę ciuitas appellatur, & ciuilis societas. Quicunq; vero putant gubernatoris ciuitatis, & regis, patrisq; familias, et domini eãdem esse rationem, non bene dicunt. Multitudine enim & paucitate, sed nõ specie illorum singulos putant differre, veluti si paucorum quidem, dominum: si vero plurium, patremfamilias: sin etiam plurium, gubernatorem ciuitatis vel regem: quasi nihil differat magna domus & parua ciuitas, gubernatorq; ciuitatis & rex. quando quidem ipse præsidet, rex: quando vero ſm rationem talis scitiæ in parte prẽsidet, & in parte subest, gubernator ciuitatis. Sed hęc vera nõ sunt, quod manifestum erit ſm hãc doctrinã considerãtibus. Vt enim alijs compositũ vsq; ad incompositа diuidere necessariũ est (hę nãq; sunt minimę totius particulę) ita ciuitatẽ, ex quibus cõponitur considerantes, & qũo illa differãt inter se, & si quid artificij recipiunt singula ipsorũ, magis intuebimur. Si quis igitur ab initio rerum originẽ inspiciat, vt in alijs, sic & ĥ istis optime discernet. Primum igitur necesse est cõbinare illos, qui nõ possunt esse nisi simul, ceu marẽ & fœminã generationis causa. Et hoc nõ ex electione, sed velut in cęteris aialibus & plantis naturale est desideriũ, quale ipsum est, tale alterũ relinquendi. Imperãs vero natura & parens ppter conseruationẽ. nam quod potest mente prospicere, natura imperat ac dominatur: qd' aũt potest corpore hoc facere, paret natura & seruit. quapropter domino & seruo id confert.

Natura igitur distincta sunt fœmina, et seruus. Nihil enim natura facit tale, quale fatuarij delphicũ gladium obinopiam, sed vnũ ad vnũ, sic enim optime instrumenta proficiẽt, si eorum singula non multis, sed vni deseruiant. Verum apud Barbaros fœmina & seruus eodẽ gradu habentur. causa vero huius est, quoniam quod natura dominetur non habẽt, sed fit eorum societas ex seruo & serua. Quamobrem aiunt poetæ, Græcos Barbaris dominari oportere: quòd idẽ sit natura, Barbarus & seruus. Ex his duabus igitur societatibus domus prima. Rectęq; Hesiodus inquit: Domũ in primis, mulierẽq;, & bouẽ aratorẽ. bos enim pro seruo pauperibus est. Quotidiana igitur societas ſm naturam constituta domus est: quos Charondas quidem homosypios, Epimenides vero cretensis homocãpnos appellat. Sed quę ex pluribus domibus cõstituitur societas prima, vtilitatis gratia nõ quotidianæ, pagus est. Maxime vero secundum naturã videtur pagus, propagatio quædam esse domus eorum, quos dicimus coalitos, & natos esse natorum. Quapropter primo sub regibus ciuitates erãt: nunc vero etiã gentes. nam ex his qui fuerant regno, processerunt. Omnis aũt domus regitur à seniore: quare & coloniæ indęq; pagatæ pp consanguinitatẽ. Et hoc est, quod inquit Homerus: Iura dant singuli natis & vxoribus.

*homo capax.*

sparsim nanq; etiã sic antiquitus habitabant: Et Deos ob hoc ipsum putãt cũcti regẽ habere: qm̃ & ipsi partim nũc, partim antiqtus sub regibus degebãt. Quẽadmodũ vero formas humanas Dijs attribuunt hoies, sic etiã vitas.

*Quid ciuitas, ꝙ homo ciuile sit animal, ꝙ partibus ciuitas prior sit.* Cap. II.

QVæ autem ex pluribus pagis conficitur societas, ciuitas est. quæ quidem (vt ita dixerim) totius sufficientiæ finem habet, constituta quidem gratia viuẽdi, existens autem bene viuẽdi gratia. Quapropter omnis ciuitas natura est: siquidem & primæ societates. nã hęc illarũ finis: natura vero finis est. Quale enim vnũquodq; est generationis ptectę, hãc vniuscuiusq; naturã esse dicimus: ceu hominis, equi, domus. Insuper cuius

gratia & finis, optimũ: sufficientia vero finis, & optimũ. Ex his igitur patet ciuitatẽ esse ex his, qui natura sũt, et ꝙ homo natura ciuile est animal. Et qui absq; ciuitate est ꝓ naturã, non per fortunam, aut nequã est, aut potior q̃ homo. vt ab Homero per contumeliã increpat:

» Sine tribu, sine iure, sine domo.

nam simul talis est & belli cupidus, veluti qui nullo retinetur iugo, vt neq; volatilia. Ex quo patet sociale animal esse hoiem, magis q̃ omnis apes, & q̃ omne gregariũ animal. nihil enĩ (vt diximus) fruſtra natura facit. Sermonem vero homo habet solus oĩum animalium. Nã vox quidẽ molesti atq; iocũdi significatio est. quapropter alijs quoq; exiſtit aialibus. huc usq; enim natura, pcessit in his, vt sensum habeant iocũdi & molesti, & hoc inter se significare possint. At sermo ad hoc datus est nobis, vt ostẽdamus vtilitatem & damnum, atq; ita iustũ & iniustum. hoc enim præter cętera animalia hoibus proprium est, vt boni et mali, ac iusti & iniusti, & aliorũ huiusmodi sensum habeant soli. horumq; societas facit domum, & ciuitatem. Et certe ſm naturam prius est ciuitas q̃ domus, & q̃ singuli nostrum. Nam totũ prius esse necesse ẽ ꝑtem, necessariũ est. perempto enim toto nõ erit pes nec manus, nisi æquiuoce, veluti si quis dicat lapideã. nam corrupta quidẽ erit talis. cunctæ autem opere definitæ sunt & potentia. itaq; cùm amplius nõ sint tales, nõ est dicẽdum illas esse easdem. sed æquiuocas. Esse igitur ciuitatem natura, & prius q̃ singuli manifestum est. Si enim non est sufficiens vnusquisq; separatus, perinde se habet ac reliquę partes ad totũ. Qui autẽ in cõmuni societate negt esse, quiq; nullius indiget propter sufficientiam, nulla pars est ciuitatis: quare aut bestia aut Deus. natura igitũ omnibus ad huiusmodi societatẽ est appetitus. Qui aũt primus instituit, maximorum bonorum causa fuit. vt enim perfectione suscepta, optimũ cũctorum animalium est homo, ita si alienus fiat à lege et à iudicijs, pessimũ est oĩum aialiũ. Seuissima est enim iniustitia tenẽs arma. Homo vero arma tenet ꝓ innatã prudẽtiam atq; virtutẽ, quibus plurimũ valet in cõtrariũ vti. Itaq; impijssimum & immanissimum est sine virtute, & ad libidinẽ cibationẽq; deterrimũ. Iustitia vero ciuile qddã est. nãius ordinatio est ciuilis societatis: iudicatio aũt iusti iudiciũ.

*De re familiari, domino, seruo, re possessa, imperãdi ac parendi necessitate, ac utilitate. Cap. III.*

QVoniam vero declaratum est quibus ex partibus sit cõstituta ciuitas, necessarium videtur primum de re domestica dicere. Omnis enim ciuitas ex domibus cõstat. rei domesticæ rursus partes sunt, ex qbus domus est cõstituta. domus aũt ꝓficitur ex seruis & liberis. Cũ vero prima quæq; sint in minutissimis perquirenda: primæ vero ac minutissimę partes domus existant dominus & seruus, maritus & vxor, pater & filij: de his vtiq; tribus cõsiderandum fuerit, quid vnũquodq;, et quale esse oporteat: hoc est de domi nica, de coniugali (nam & ipsa proprio nomine non nominatur) & de paterna disciplina. Sint autem hę tres quas diximus. Est insuper quædam pars, quæ videtur quibusdam esse † disciplina rei familiaris: quibusdam vero maxima eius pars. Loquor autem de illa parte, quæ versatur circa acquirendum: quæ & ipsa quemadmodum se habeat, considerandum erit. At primũ de seruo & domino dicamus: vt quæ necessaria sunt intueamur, & si quid de his melius comprehendere possimus, quã ea quæ nunc existimantur. Quibusdam porrò videtur scientia quædam esse dominatio, eademq; esse disciplina domestica, & dominatio. gubernatioq; ciuilis & regia: vt in principio diximus. Alijs autem, præter naturã videtur esse dominatio. qm̃ natura nihil differat, sed lege duntaxat inductũ sit, vt alij liberi sint, alij serui. quapropter neq; iustum: violẽtum enim. Cùm igitur possessio sit pars domus, certe & illa per quã acquirimus, pars erit domesticæ disciplinæ. nam sine necessarijs impossibile est & viuere, & bene viuere. Vt vero in artibus definitis necessarium est subesse propria instrumẽta, si opus modo confici debeat: sic etiam in re familiari. Instrumentorũ vero quædam inanima sunt, quædam animata. veluti gubernatori, nauis quidẽ inanimis est: qui vero proram regit, animatus. nam minister in artibus locum instrumenti obtinet. Sic & res possessa instrumẽtum est ad vitam: possessio autem multitudo instrumentorum: & seruus possessum quiddam aiatum, et tanq; instrumentum ante instrumenta omnis minister. Si possent enim instrumẽta ad iussum vel nutũ domini opus suum conficere, quemadmodum Dędali, aut Vulcani tripodes (quos inquit poeta spõte sua diuinũ prodijsse in certamẽ) sic & pectines texerent, et plectra citharа pulsarẽt. nec architecti sane ministris, neq; domini indigerent seruis. Quæ igitur instrumenta dicũtur, factiua sunt: quod vero possidemus, actiuum est. à pectine quidẽ enim aliquid fit præter illius vsum: à veste vero atq; lectica vsus solũ. Præterea cũ specie differãt facere & agere, & indigeat vtrunq; instrumentis, necessariũ est & illa eandẽ habere differentiã.

Vita



Vita certe actio est, & non factio. quapropter seruus minister est ad actionem. Id autem quod possidetur, dicitur quemadmodum & pars ad totum. pars enim non solum alterius est pars, sed ẽt oĩno alterius. similiter & quod possidet. Quapropter dominus serui est dominus solum, sed illius non est: seruus autem non solum domini seruus, sed omnino illius. Quæ igitur sit natura serui, et quę potestas ex his patet. quicunq; enim suiipsius non est ſm naturam, sed alterius, homo autem est, hic natura est seruus. * alterius aũt homo est, q̃ possidet, homo existens. res possessa vero instrumentum ad acquirendum actiuum & separabile. Vtrum vero sit aliquis natura talis vel nõ, & vtrum melius ac iustius sit alicui seruire vel nõ, sed omnis seruitus sit præter naturam, considerandum postea erit. Nec sanè difficile est ratione ꝑspicere, & ex his quæ fiũt cognoscere. Imperare enim & parere nõ solum necessariorum sunt, verũetiam vtiliũ. ac statim ex generatione quædã distincta sunt, alia quidem ad imperandum, alia vero ad parẽdum. & species multæ & imperãtium & parẽtium sunt. & semper melius imperium meliorum parentium est, ceu hominis, q̃ bestiæ. Nam quod à melioribus perficit, melius est opus. Vbi vero aliud impat, aliud paret, est aliquod horum opus. nã quæcunq; ex pluribus constat, & vnum quid cõmune fiũt, siue ex continuis siue ex discretis, in omnibus apparet & quod impat, & quod paret. & hoc ex tota natura ineſt animalis. nam & in his quæ expertia sunt vitæ, est quoddam imperiũ instar harmoniæ. sed hęc forsan aliena sunt ab ista consideratione. Animal vero cõstat primum ex anima & corpore: quorum alterum imperat ſm naturam, alterum paret. Oportet aũt considerare naturam non in corruptis, sed in his quę magis se habẽt ſm naturam. quocirca eũ hominẽ, qui & animo & corpore optime dispositus sit, inspiciendum: in quo certe id manifestum est. nam prauorum quidem aut prauе dispositorum sæpe inuenietur corpus imperare animo, ex eo quia peruerse ac præter naturam se habent. Est igitur (vt dicimus) primum in animali perspicere imperium dominicum & ciuile. Nam animus quidem in corpus, dominicum habet imperium: mẽs vero in appetitum, ciuile & regium. in quibus clarum est ſm naturam & vtilitatem impari ab animo corpori, & ab ea parte quę habet rationem, ei parti quæ subiacet pturbationi: æqualitatem vero ac vicissitudinem omnibus nocere. Rursus in homine & alijs aialibus eodẽ modo. mãsueta quidem meliora sunt ꝙ fera, his autem vniuersis melius est vt homini pareant: nã salutem ita recipiũt. Præterea autem masculus & fœmina, alter melior ſm naturã, altera deterior: & hic impans, illa vero parẽs, eodemq; modo necesse est in cunctis hominibus esse. Quicũq; igitur distant tãtum, quantum animus à corpore: & homo à bestia, per hũc modum se habẽt. Quorũcunq; est opus in corporis vsu, & hoc est in eis potissimum, hi sunt natura serui: qbus melius est vt imperetur, hoc imperio quemadmodum in præmissis. Est enim natura seruus, qui potest alterius esse: quapropter & alterius est. & qui tantum particeps est rationis, vt sentiat quidem, at nõ habeat. Nam certa quidem animalia rationem quidem nõ sentiunt, sed passionibus inseruiunt. Vsus etiam variat parumper. necessariorum enim corpori auxiliũ fit ab vtilibus, à seruis videlicet, ac mansuetis aialibus. Vult autem natura, & differentia facit corpora liberorum & seruorum: alia quidem robusta ad necessarios vsus, alia verò recta & inutilia ad tales operationes, verum vtilia ad ciuilem vitam. hæc autẽ diuisa est in belli opportunitates & pacis. Accidit vero sæpe & cõtra, hos quidem corpora habere liberorum, illos vero animos. Nam id quidem patet, ꝙ sit tantum præcellãt corpore solum, quãtum Deorum imagines, reliqui omnes digni apparent illis seruire. Id si verum est in corporibus, multo iustius in aio idem putare, sed non vt corporis, ita & animi pulchritudinem discernere facile. Quòd igitur sint ſm naturam, alij liberi, alij serui patet: quibus & seruire prodest ac iustum est.

*De duplici seruo, potentia gubernandi, dominationis, ac gubernationis differentia. Cap. IIII.*

QVòd autem & contradicentes quodam modo recte dicunt, non difficile fuerit intueri. Dupliciter enim dicitur seruire & seruus. Est enim aliquis ſm leges seruus, & seruiens. nam lex cõsensio quędam est, per quam bello capta illorum fieri dicuntur qui ceperũt. Hoc autem ius multi eorum qui circa leges versantur, accusant, tanquam oratorem qui iniqua decreuerit: quasi sit graue, si eius qui vim afferre potest, & potentia præcellit, seruus fiat & subditus is qui vim patitur. & quibusdã hoc modo videtur, quibusdam illo, etiam sapiẽtum. Causa vero ambiguitatis & variationis sermonum huiusmodi est: quia quodam modo virtus freta potentia, vim potest maxime afferre, & semper id quod superat, est in excellentia alicuius boni. ex quo fit, vt vis non absq; virtute esse videatur.

* ἀλλ' οὐδὲ ἀνθρωπος ἐστὶ ὃς ἂν κτῆμα ᾖ ἄν ἕρωπος ὤν.

† οἰκονομικὴ fic fere per libru totũ.

deatur, ſed circa iuſtum ſolum eſſe ambiguitatem: propter hoc ſanè, quod alijs quidē beneuolentia videtur eſſe iuſtū, alijs hoc ipſum videtur iuſtum, potentiorem dominari. quoniam diſcordantibus inuicem huiuſmodi ſermonibus, cūalteri nec validum quicquā, neq; perſuaſiuum continent, q̄ non oporteat meliorem ſm virtutē præeſſe ac dominari. Omnino vſurpantes quidam, vt arbitrantur, aliquod iuſtum (nam lex iuſtum quid eſt) ſeruitutem quæ ex bello prouenit, iuſtam poſuere, & ſimul non iuſtam eſſe aiūt. nam fieri poteſt, vt belli principium nequaquam ſit iuſtū. Et indignū ſeruire, nemo diceret eſſe ſeruū. alioquin continget eos qui nobiliſſimi videntur, ſeruos eſſe, atq; ex ſeruis, ſi contingat eos capi atq; venundari. itaq; iſtos nō volunt ſeruos dicere, ſed Barbaros. Atqui cū iſta dicūt, nihil quærunt aliud q̄ natura ſeruos, vt ab initio diximus. neceſſe eſt enim dicere aliquos eſſe, & hos quidem vbiq; ſeruos eſſe, alios vero nuſquam. Eodemq; modo de nobilitate. ipſos enim non ſolum apud ſeipſos nobiles, ſed vbiq; exiſtimant, Barbaros vero domi ſolum nobiles: quaſi exiſtat alia ſimpliciter nobilitas, alia non ſimpliciter: vt Theodecti Helena inquit. Ex Dijs ab vtraq; ſtirpe prognatam quiſquam appellabit ſeruam? Sed cùm hoc aiūt, nullo alio q̄ virtute & vitio definiūt ſeruum & liberum, nobilesq; et ignobiles. putant enim, vt ex hominibus hominē, & ex beſtijs beſtiā, ſic ex bonis bonum generari. ſed natura quidem hoc vult, attamen plerunque non poteſt. Quòd igitur hæc dubitatio habet rationem quandam, & q̄ ſunt alij natura ſerui, alij liberi manifeſtū eſt. Et q̄ in quibuſdam determinatū eſt eſſe vtile aliqd, quibus quod ob idipſum prodeſt et iuſtum eſt, alium ſeruire, alium eſſe liberum: & cōuenit alium imperare, alium parere eo imperio quod innatum eſt: quare & dominari. Quod autē male vtriſque inutiliter fit. Nam idē prodeſt toti et parti, & aię & corpori. & ſeruus pars quędam eſt domini, quaſi animata quædam corporis, ſed ſeparata pars. quapropter aliquid eſt quod ſimul proſit, & amicitia eſt ſeruo & domino in quibus, ſm naturā ita diſpoſitis: illis vero, qui ſm legem & per violentiam, contrarium. Patet autem ex his, q̄ non idem eſt dominatio et gubernatio reipublicæ, nec oēs inter ſe principatus, vt quidam aiūt. nam aliud liberorum ſm naturam, aliud ſeruorum eſt. Et in re familiari imperium eſt vnius: nam ab vno regitur omnis domus: in republica autem liberorum & æqualium eſt gubernatio. Dominus ergo non dicitur ſm ſcientiam, ſed quia eſt talis. eo demq; modo & ſeruus & liber. Scientia verò eſt & dominica, & ſeruilis. Seruilis quidē, qualem Syracuſijs ille docebat. nam ibi quidā mercede pueros docebat ſeruitūtem. Fuerit ſanè etiam complurium talium diſciplina, ceu coquinaria, & alij huius generis famulatus. ſunt enim opera alia honeſtiora alijs, alia vero neceſſaria magis. & vt eſt in prouerbio, ſeruus præ ſeruo. dominus præ domino. hæ igit omnes ſcientiæ ſeruiles ſunt. Domini autē ſcientia eſt, per quam vtitur ſeruis. nam dominus eſt, nō in poſſidendo ſeruos, ſed in vtendo ſeruis. Continet aūt hæc ſcientia non magnum aliquid, neq; glorioſum. quæ enim ſeruū ſcire facere oportet, illū oportet ſcire iubere. Quapropter quibuſcunq; eſt facultas à laboribus ceſſandi, vicārius quidem hunc honorem ſuſcipit. ipſi aūt reipublicæ adminiſtrandæ, aut ſtudijs philoſophiæ intendunt. Acquirēdi vero diſciplina, alia eſt ab vtraq; iſtarum, ceu belica quædam iuſta, aut venatica. De ſeruo igitur & dño in hunc modum determinatū ſit.

*De poſſeſſione, acquiſitione ſ ſecundum naturam ac neceſſaria, animalium præcipuè, hominum vitis vtilq; ac ueris diuitijs.* Cap. V.

OMnino autem de vniuerſa poſſeſſione & de acquiſitione intuebimur ſm ante cedentem modum, quādoquidem & ſeruus poſſeſſionis erat pars. Primum igitur dubitaret vtiq; aliquis, vtrum illa diſciplina, quæ ad acquirendum ſpectat, idem ſit quod facultas rei familiaris, vel pars aliqua eius, vel miniſtra. Et ſi miniſtra, vtrum quemadmodum pectinaria textoriæ: aut quemadmodū æraria, ſtatuariæ. non enim eodem modo ſubminiſtrant: ſed altera quidem organa præbet, altera materiā. Dico autem materiā, ceu id quod ſubiacet, ex quo aliquod perficitur opus, ceu textori lana, ſtatuario æs. Quòd quidem igitur non ſit eadem rei familiaris diſciplina illi, quæ pertinet ad acquirendum, manifeſtū eſt. Nam huius quidē parare eſt, illius verò vti. quę enim vtitur his quę ſunt in domo, niſi rei familiaris diſciplina? Sed vtrū ſit eius pars, vel alia ſpecies, dubitationē habet. Nam ſi eſt diligentis patrisfamilias videre quomodo pecuniæ & poſſeſſiones aſſint: poſſeſſio autē & pecuniæ multas complectuntur partes: itaq; primum dubitatio eſt, agricultura vtrū pars aliqua ſit illius acquirendi diſciplinæ, an aliud quoddam genus: & omnino circa alimētum cura & acquiſitio. Atqui ſpecies alimentandi multę ſunt: quapropter & vitę plures ſunt, animalium, et hominū. non enim fieri poteſt, vt viuatur ſine alimento. Itaque diuerſitates

alimentorum



alimentorum diuerſas fecerūt animalium vitas. Nā ferarum quidem aliæ gregales ſunt, aliæ ſoliuagæ: vt hoc, vel illo modo, illis cōducit ad victum. quoniā aliæ viuis animalibus, aliæ fructibus, aliæ cunctis paſcuntur. quare ad facultatem victus atq; delectum, ipſarū vitas natura diſtinxit. Cùm vero nō idem cuiq; dulce ſit ſecundum naturam, ſed alijs alia: & illarum quæ animalia, & illarum quę fructus comedūt, vitæ inter ſe differūt. Hoc idem eſt in hominibus. differunt enim multæ eorum vitæ. nam pigerrimi qui ſunt, paſtoralem vitam ſequuntur: quoniam à manſuetis animalibus ſine labore educatio ipſis prouenit otioſis. cumq; ſit neceſſe mutare locum animalibus, & ipſi coguntur vnà ſequi, quaſi agricuturam quandam viuam colētes. Alij vero ex præda viuunt. & præda quidem alia alij, ceu alij venantes, alij piſcantes: vt qui paludes, & ſtagna, & flumina, & mare accolūt. alij ab auibus & feris. ſed maxima pars hominum à terra viunt, & à fructibus non ſylueſtribus. Vitæ igitur ferè tot ſunt quot ſm propriam & innatam habent operationem, nec per cōmutationem & cōmercia ſibi præparant alimentum; paſtoralis, agricultura, prædatoria, piſcatoria, venatoria. Sunt & quiſtā miſcētes, iucunde viuant, ſupplentes deficientem vitam qua deficiens eſt, vt ſufficientia aſſit: ceu paſtoralem ſimul quidam & prædatoriam, alij vero agriculturam & venationem. eodem modo & circa alias, vt indigentia cōpellit, in hūc modum degūt. Talis igitur acquiſitio ab ipſa videtur natura hominibus data, vt ſtatim poſt genitu ram, ſic etiam ad perfectionē deductis. nā ab ipſo generationis initio quædam animalium ſimul exprimunt tātum alimenti, vt ſufficiat donec poſſit ſibijpſi acquirere quod generatum eſt: vt quæcūq; ex putredine, vel ex ouis gignuntur. quæ vero pariunt viuētia, alimentum habent in ſeipſis, ad natorum educationem vſq; ad tempus quoddā, quam lactis naturam dicimus. Quare ſimiliter eſt de perfectis quoq; exiſtimandū, plantasq; animalium eſſe gratia, & cætera animalia hominum cauſa. manſueta quidem propter vtilitatem & cibum: fera vero (& ſi non omnia, at plurima illorum) propter cibum, & alia adumēta, vt & veſtis ac cætera inſtrumenta ex illis fiāt. Si igitur natura nihil neq; imperfectum facit, neq; fruſtra, manifeſtum eſt illa omniū hominum gratia feciſſe naturam. Quapropter & bellica ſecundum naturam quodam modo acquiſitiua erit. Nā & venatoria pars illius eſt, qua vti oportet contra beſtias, & contra eos homines qui ad parendum nati ſunt, nec volūt pa rere; quia natura id bellum iuſtū exiſtat. Vna igitur acquirendi ſpecies ſecūdum naturam, pars eſt rei familiaris: quam oportet ſubeſſe iam aut illam parare, quo ea ſubſint, quorum eſt comparatio rerum in vita neceſſariarum, & vtilium ad ſocieratem ciuitatis & domus. Et videntur veræ quidem diuitiæ ex his conſtare. Nam ſufficientia huius poſſeſſionis ad vitam bonorum non infinita eſt, vt Solō poetico more dicebat: diuitiarum nullus eſt finis conſtitutus hoibus. At certe conſtitutus eſt, vt in alijs artibus. nullum enim inſtrumentum cuiuſquam artis infinitum eſt, neq; multitudine, neque magnitudine: diuitiæ autem ſunt multitudo inſtrumentorum rei familiaris & reipublicæ. Quòd igitur ſit aliqua acquiſitio ſecundum naturam patribus familias & gubernatoribus reipublicæ, & ppter quam cauſam, patet.

*De numularia acquiſitione, q̄ ſit præter naturam, & q̄ differat à cura rei familiaris: ubi multa de numi uſu.* Cap. VI.

ESt aliud genus acquirendi, quod maxime vocāt, & merito vocari debet pecuniarium: in quo nullus finis eſſe videtur diuitiarum & poſſeſſionis: quod eſſe vnum cum illo ſpecie, de quo ſupra diximus, plericq; crediderūt, propter vicinitatē. Sed neq; eſt idem, neq; ab illo valde remotū. eſt enim alterum illorum ſecundum naturam, alterum non ſecundum naturam, ſed magis ſecūdum experientiam & artem. de quo dicere ſic exordiamur. Cuiuscq; enim, quæ poſſidēi, rei duplex eſt vſus. vterq; vero ſm ipſam rem, ſed nō ſimiliter: verum alter proprius, alter non proprius rei. ceu calcei quidē eſt calceatio, & vendibilis: vterq; enim vſus calcei eſt. nam qui calceum indigenti vendit pro pecunia vel cibo, vtitur calceo qua calceus eſt. ſed non ſm proprium vſum: non enim commutationis gratia factus eſt calceus. Eodem modo ſe habet in alijs rebus, quas poſſidemus. Eſt enim permutatio in omnibus, cœpta quidē ab initio ex eo quod eſt ſecundum naturam, q̄ alij plura q̄ opus ſit, alij pauciora habeant homines. Ex quo manifeſtum eſt, pecuniariam nō eſſe ſm naturā eius, quę pertinet ad acquirēdum, quoad enim ipſi ſufficeret, neceſſarium erat permutationem feciſſe. In prima igitur ſocietate, id eſt in domo, manifeſtū eſt nihil opus eſſe illius, ſed iā in maiori exiſtente ſocietate. Alij n. illorum cōmuniter habebant oia, alij ſeparatim multa rurſus & alia, quorum ſecundum indigentiā neceſſe erat permutationē facere, quēadmodū adhuc facit Barbarorum

nationes multę,alia pro alijs dantes,recipientes cę.vtilia enim pro vtilibus tradūt, vltra vero nihil:ceu vinū pro tritico,& certis talibus. Huiusmodi ergo permutatio neq; præter naturam est,neq; ad amplificationem patrimonij pertinet,cùm fit in supplemētum indigentiæ ſm naturam. Ex hac tamen, illa processit ſm rationem.Nam cùm à remotioribus quę reretur auxilium,importando illa quibus indigebant,& exportando illa quibus abundabāt,necessario numi introductus est vsus. nō enim facilter deterri possunt singula ad vitam necessaria.Quare ad ꝓmutationes faciendas tale aliquid composuerunt inter se dare & accipere,quod vtilium quippiam existens, haberet vsum cōmutandi facilem ad vitā:ceu ferrum,& argentum,& si quid aliud tale,primo simpliciter definitum quantitate & pondere, postmodum vero cū signo impressum, quo à mensura liberi essent.nam signum positum est ad quantitatem demonstrandā.Reperto igitur numo, ex necessaria permutatione, alia species acquirēdi emersit numularia: primo forsan simpliciter, postea per expientiam artificiosior. vnde quodammodo ꝓmutando, plurimum faciat lucrū. Quapropter videtur numularia maxime circa quæstū pecuniarum versari, & illius esse opus posse discernere, vnde proueniat multitudo pecuniarum.numorum enim & diuitiarum effectiua est.nam & diuitias plerunq; ponunt esse multitudinem pecuniæ,ex eo videlicet,q; circa illam intēdunt pecuniaria & quæstuaria.Contra vero interdum futile quiddam videnē numus & lex omnino,& nequicquā secundum naturam,quoniā mutatis ijs qui vtuntur, nullius pretij aut vtilitatis est ad aliquod necessariorum. & locuples numis penuriā patietur necessarij alimenti. Atqui absurdum est,tales esse diuitias affirmare,quarum abundās quis fame perire possit. vt de Mida fabulis traditē, cui propter insatiabilitatem desiderij,quicqd apponebatur,fiebat aurum. Quamobrē quę rūt diuitias alias, et aliam acquirendi rōnem. Et recte quidē. est enim alia acquirendi ratio, & diuitiæ ſm naturam. & hæc quidem rei familiaris disciplina: illa vero pecuniaria, pecuniarum effectiua non simpliciter,sed per ipsa rum pecuniarum cōmutationem. & videtur circa numum ista versari: nā numus primum est, & vltimum in cōmutatione. Et infinitæ sunt huiusmodi diuitię,quę ab hac ratione rei augendæ proficiscuntur. Vt enim medicina sanitatis in infinitū est, & vnaquæq; ars finis in infinitum:nam q̄ maxime volunt illū efficere:eorū vero quæ sunt ad finem,non in infinitum:finis.n.extremum omnibus:sic & huius rationis augendæ rei non est finis terminus.Finis autem tales diuitię, & pecuniarum possessio: sed rei familiaris, non augendæ rei non est finis. non enim hoc est rei familiaris opus. quapropter in hac videtur necessariū, vt sit finis omnium diuitiarum. Sed cōra video fieri:omnes enim in infinitum augēt, qui pecunijs studēt.Causa vero huius est illarum propinquitas: variatur enim vsus eiusdē rei, cùm sit vtriusq; acqsitionis. ipsius enim vsus acquisitio, sed nō ſm idem. ac huius quidem alius finis,illius vero amplificatio. Quare videtur quibusdam hoc esse rei familiaris opus, & perseuerāt existimantes oportere aut conseruare, aut augere pecuniam in infinitum. Causa vero est huius dispositionis studiū viuendi,sed non bene viuendi. cùm ergo cupiditas in infinitum extendatur, illa quoq; quæ efficiunt infinita,cupiunt. Sed quibene viuere studeant,ad fruitionē corporis diuitias quærunt. Vnde cùm hoc quoq; in acqsitione consistere videatur, omnis eorū cura circa acquirendū est: & altera augendi species hinc processit. cū enim fruitio modum excedat, illam adhibent quæ huiusmodi excessum adimplere possit. & si per hanc acquirendi speciē nequeant parare,per aliā causam efficere conantur: vnaquaq; freti potentia non secundū naturam. Fortitudinis enim non est pecuniam parare,sed fiduciam animi. neq; rei militaris, aut medicinæ: sed illius quidem victoriā, huius vero sanitatem. At illi cūcta ad pecuniam conuertūt, quasi hic sit finis: ad finē vero cuncta oportet tendere. De illa igitur acquirendi specie,quæ necessaria non est, & quænam ea sit, & propter quā causam illa indigemus diximus:& de illa quę necessaria est, q; altera ab illa,& disciplina rei familiaris, ſm naturā circa alimentū,nec infinita sicut illa,sed finē habēs.

*οὐδὲ κατὰ φύσιν μετὰ τοῦτο ἐστὶν ἐκ τῆς χρηματιστικῆς ἀδύς.*

*κτῆσις.

Numi vsus.

*De acquisitione necessaria, numularia, & speciebus eius.* Cap. VII.

EX hoc patet id,de quo ab initio dubitabatur,vtrum gubernatoris domus & ciuitatis sit acquirere vel nō,sed oporteat prius esse acquisitū. sicut.n.homines nō facit respublica, sed factos à natura suscipiēs vtitur illis, sic & alimentū oportet naturā præbere, aut à terra,aut à mari,aut alio quopiam.Sed quēad modum hęc administrāda sint, ad gubernatorem ptinet domus. neq;.n. textoriæ est lanas facere,sed factis vti, et discernere qualis sit bona & apta,& mala & inepta.Eniuero dubitaret vtiq; aliqs,cur ea diligētia quę ad acqrēdū pertinet, pars rei familiaris sit:medicina vero non



non sit eius pars. Atqui sanam esse familiam oportet, quemadmodum et victū habere, aut aliud quiddā necessariorū. Sed cū sit vt patris familias & gubernatoris de salute ꝓuidere, sit etiam vt nō,sed medici: ita etiam de pecunijs est vt patris familias,est etiam vt non,sed vt lucro inseruientis.Maxime vero(vt prius dictū est)natura oportet hæc existere.naturæ enim opus est alimentum genito præbere. cuique enim ex quo generatur,ex eo alimentum relinquitur. itaq; ſm naturam est parandi facultas omnibus ex fructibus & animalibus. Cùm vero & hæc sit duplex, vt diximus,& altera pecuniaria, altera disciplina rei familiaris. & hæc quidem necessaria & laudabilis, illa vero translata & merito improbanda,quia non ſm naturam,sed ab hominibus acquirit: rationabilissime habetur odio ipsa numularia: quoniā à numo ipso facit acquisitionem, & non ad quod inductus est. Cōmutationis enim causa numus inductus fuit, fœnus autem seipsum maius facit. vnde & nomen venit: quoniam illa quæ pariuntur,similia sunt gignentibus:in fœnore autē numus numum parit: quare maxime præter naturā est hic acquirendi modus. Quoniam vero quæ ad cognitionem pertinebant, determinauimus sufficienter.illa quæ ad vsum pertinēt,discutienda sunt. cuncta enim hæc considerationē habent liberalem, experiētiam vero necessariā. Sunt autem circa acquirendum partes vtiles rerum ipsarū quæ acquirendæ sunt,peritiam habere quæ optimę sint,& vbi,& quomodo: ceu quales equi comparandi sint, quales boues,aut pecudes.eodem modo in alijs animalibus.oportet enim peritum esse,quę istorum potissima,& vbi, & qualia. nā alia alibi potiora gignuntur.Deinde agriculturæ, eiusq; species,vt nudi soli, & consiti,& apiū,& aliorum animalium natatilium, tum volatilium, ex quibus sit vtilitas prouēctura. maxime igitur propriæ acquisitionis istæ sunt partes, & primæ. Eius vero quæ per translationem dicitur, potissima pars est mercatura. Et huius partes tres: nauigatio, deuectio, negotiatio. differunt autem hæc inter se,cùm alia securiora sint,alia fructuosiora.Secunda pars est fœneratio.Tertia mercenaria. & huius alia viliū artium:alia sine arte, solo corpore ministrante.Est & quarta acquirendi species,media inter hanc & primam(habet enim partem eius quæ est ſm naturam, & partem eius quæ per translationem dicitur) & est in his omnibus quæ à terra,& ab his quæ terræ sunt, nō à fructibus,sed ab vtilibus,ceu sylua cędua, & omni metallica. hęc rursus multas complectitur partes: nam multę sunt ex terra metallorū species.De singulis horum in genere dictum est nunc: in specie vero de his dicere vtile qdem foret ad opera conficiēda, sed graue nimis in his edocendis persistere. Sunt enim operationes illæ artificiosissimæ, in quibus minimum fortunæ est: illæ fordidissimæ, in quibus maxime inquinatur corpus: illæ seruilissimæ, in quibus corporis est vsus plurimum: illę vero ignobilissimæ, in quibus minimū requiritur virtutis. Cùm vero sit à quibusdā de his scriptū, vt à Charete Pario,& Apollodoro Lemnio de cultu agrorum tam nudorum q̄ consitorum,& similiter ab alijs,de alijs ea quidem, cui cura est,præcepta consideret.Etiam quædam à frugi patribus familias dicta colligere oportet. hæc enim cūcta vtilia sunt his qui augere patrimoniū curant.Quale est illud Thaletis Milesij.id enim consideratio quædam est ad acquirendum, sed illi quidem attributum propter sapientiam. est autē vniuersale quiddam.cui cū obijceretur philosophiæ studium propter inopiā,quasi inutile et infructuosum, prospexisse illum ferunt per Astrologiā, oliuarum vbertatem futuram cumq; coegisset pauxillum pecuniarum,hyeme adhuc vigente emptionē olei fecisse in Mileto,& in Chio, pro paruo admodum pretio, vtpote nemine plus offerente,arrhasq; dedisse.Cùm itaq; postea tempus venisset, multis subito quærentibus,vendidisse oleū,quanti ipse voluit: ac magnam vim pecuniarum inde superlucratum, ostēdisse amicis, pertacile esse philosophis ditari si vellent:sed hoc non esse illis curæ. Thales igitur in hunc modum dicitur sapientiam suam ostendisse.Est autem(vt diximus) vniuersalis hic quærendi modus, siquis possit sibi soli vēditionem comparare. Quapropter ciuitates quædā hunc faciunt quæsitum,cùm indigent pecunijs:venditionem enim sibi solis reseruant. In Sicilia quidam cū apud eum pecunia reposita esset, ferri quicquid erat ex ferrarijs emit: postea vero mercatoribus illuc accedentibus vēdebat solus, non magnū excessum pretij faciens, sed tamen ita,vt pro quinquaginta talētis, centū conficeret. Hoc itaq; sentiens Dionysius, pecunias quidem illi non abstulit, sed amplius Syracusis morari vetuit: vt q reditus reperijsset suis rebus inutiles.Iste vidit aliquid tale, quale Thales viderat:vterque enim sibi soli venditionem parauit. Hoc est vtile videre etiam in republica. nam ciuitates pecunijs indigent,& huiusmodi quæsitibus,quemadmodum domus,sed & magis.quamobrem in Republica quidē huic soli parti intendunt.

Thaletis fa cetia.

De partibus

*De partibus rei domesticæ, ac differentia, uirtutibus mulieris, serui, pueri, imperantis, parentis, & artificum.* Cap. VIII.

QVoniam vero tres erant partes rei domesticæ, vna dominica, de qua supra diximus, alia paterna, tertia coniugalis: Nam & vxori præest & filijs, tanquam liberis quidem ambobus, sed non eodem imperij modo, sed vxori quidē ciuiliter, filijs autem regie: Masculus enim ꝙ fœmina natura principalior est, nisi alicubi contra naturam constiterit, & quod antiqus est & perfectum, iuniore & imperfecto: In ciuilibus igitur principatibus plerunq; cōmutatur is qui præest, & is qui subest. nam æquales esse volunt ſm naturam, nec quicquam differre. attamen cùm hic quidem præest, ille vero subest, requirit differentiā, & figuris, & sermonibus & honoribus. vt Amasis inquit, de pedū lotore. enimuero masculus ad fœminam semper ita se habet. Filiorū autem impium est regium. Quod enim genuit, quodq; per amicitiam præest & per ætatem, id ipsum est idem quod species quædā regij imperij. Ideo bene Homerus de Ioue inquit:

» Hominum pater, atq; Deorum.

sic appellans horum omnium regem. Natura enim excellere regem oportet, genere autem esse eundem: quod accidit seniori ad iuniorem, & parenti ad natum. Manifestū ergo est, ꝙ plus studij domesticæ disciplinæ est circa homines, ꝙ circa possessionem inanimatorum: & circa horum virtutes, quā circa virtutes possessionis, quas diuitias appellamus: & circa liberos magis, quā circa seruos. Primum igitur de seruis dubitauerit quispiam, vtrum prꝰter ministeria, & corporalia opera, sit aliqua virtus serui excellentior: puta modestia, & fortitudo, & iustitia, & alij huiusmodi habitus, vel non sit vlla, præter corporalia ministeria. Ambiguitatem sanè id vtraq; ex parte habet. nā siue sit aliqua, excellentiores erūt serui ꝙ liberi: siue non est aliqua, cùm sint homines rationis participes, absurdum videbitur. Eadem est ferè quæstio de muliere & puero, vtrum & horum sint virtutes, & oporteat mulierem esse modestam, & fortē, & iustam: & an puer sit intemperans, & modestus, an non. Et vniuersaliter id quærendū est de imperante natura & parente, vtrum eadem virtus, an alia. Si enim oportet vtrosque participes esse virtutis, cur tādem alter imperare debet, alter parere penitus? Nō enim secūdum magis & minus possunt differre. nam imperare & parere specie differunt, & non ſm magis & minus. Sin vero alium oportet, alium non, admirabile est. Nam si imperans nō erit temperatus & iustus, quomodo bene imperabit? Sin is cui imperatur, quomodo bene parebit: intemperatus enim & timidus, nihil faciet vt oportet. Constat igit oportere vtrosque habere virtutē. sed in ipsa virtute esse differentiam: quemadmodum in ijs quæ natura obediunt, id aperte in animo inspicitur. est enim in animo quod natura imperat, & quod paret: quorum diuersam censemus esse virtutem, & vt rationem habentis, & irrationalis. patet igitur eodem modo se habere in alijs. Quare pleraq; sunt natura imperantia & parentia. Alio enim modo liber præest seruo, & masculus fœminæ, & vir puero: & omnibus insunt partes animæ, sed differenter insunt. seruus enim omnino non habet deliberandi arbitriū. mulier vero habet quidem, sed inualidum: puer autem habet, sed imperfectum. Eodē igitur modo se habere necesse est & circa morales virtutes. Putādum est autem omnes participes esse oportere, sed non eodem modo, sed quātum cuiq; opus est. Ex quo fit, vt is qui imperat, perfectam virtutem habere debeat moralem (nam eius opus est simpliciter præcipientis ac præsidentis: ratio aūt præcipit atq; præsidet) aliorum vero vnusquisq; quātum sibi competit. Quare patet virtutem moralem esse omnium supradictorum. Nec eadem temperantia mulieris & viri, nec; fortitudo, neque iustitia, vt Socrates putabat: sed hæc quidem iubens fortitudo, illa vero obediens. eodem modo & in alijs. Patet autem id magis particulariter considerantibus. nā qui vniuersaliter dicunt, quòd bene se habere animum virtus est, & recte agere, aut aliquid tale, seipsos decipiūt. multo enim melius dicūt, qui enumerant virtutes, quemadmodū Gorgias, ꝙ qui ita definiunt. Quapropter oportet sicut poeta de muliere dixit, ita censere in oibus: Mulieri decus affert taciturnitas, sed » non ita viro. Cùm vero puer sit imperfectus, » patet, quòd & huius virtus non ipsius ad seipsum est, sed ad perfectum & ducem. similiter & serui ad dominum. posuimus autē seruum esse vtilem ad necessaria. quapropter patet ipsum virtute indigere parua, & tanta vt neque propter intemperantiam, neq; propter timiditatem in operibus deficiat. Dubitabit vero aliquis (si verū est quod nūc diximus) vtrum artifices oportet habere virtutem. nam sæpe propter intemperantiam deficiunt in operibus. An hoc longe differt. nam seruus qdem adhæret nobis cōmunione vitæ: ille autē remotior est: & tantum sibi competit virtutis, quantum seruitutis. vilis enim artifex determinatam





minatam quandam habet seruitutem. Et seruus est ſm naturam: sed nemo sutor, nec alius opifex. Patet ergo ꝙ huius quidem virtutis causam esse oporteat dominū seruo, nō eum qui doctrinā habet in operibus dominicam. quapropter non bene dicunt, qui seruos spoliant ratione, dicentes præcepto vti dūtaxat. admonendi sunt enim magis serui ꝙ pueri. Et de his in hunc modum determinatum sit. De viri autem & mulieris, filiorūq; & patris virtute, & conuersatione ad inuicem, quid recte vel contrà, & quomodo oportet, hoc quidem facere, ab illo autem abstinere, in his quę in republica conspiciuntur, necesse est intuerī. Nam cū omnis domus sit ciuitatis pars: illi autem domus: partis autē virtus ad totum respicere debeat: necessarium est respiciēti ad rempublicā filios vxoresq; instituere. siquidem refert ad rectam institutionem reipublicæ pueros & mulieres esse bene institutos. Enimuero referat necessarium est. nam mulieres media pars sunt hominum liberorum: ex pueris autem sumuntur qui rēpublicam gubernēt. Quare cùm de his determinatum sit, de reliquis autem in alijs sit dicendū, omissis propositis, tanquam finē habentibus, alio sumpto principio dilleramus, ac primum illa discutiamus quæ tradita sunt de optimo ciuitatis statu.

# ARISTOTELIS
## POLITICORVM
## LIBER SECVNDVS.

### SVMMA LIBRI.

*Diuersæ Respublicæ examinantur, inuicem comparantur, ac improbantur.*

*Non omnem unionem, ac cōmunitatem in ciuitate quærendam esse, contrà Socratis rempublicam, apud Platonem.* Cap. I.

QVoniam proposuimus considerationem facere de ciuili societate, quæ sit optima oium ijs qui possunt viuere maxime ad votum: oportet alias quoque considerare respublicas, quibus vtuntur ciuitates aliquæ earum, quę bene legibus institutæ videntur: & si aliquæ sint aliæ ab aliquibus scriptæ, quæ bene se habere videātur, vt recta institutio vtilitasq; appareat. Nec putetur esse ad ostentationem & superfluitatem, quærere aliud quippiam præter illas: sed quia illæ non se habent, ideo hunc laborem à nobis esse susceptum. Incipiēdum est autem ab eo, quod est ſm naturam huius considerationis principium. Necessariū quidem est, aut omnia esse cōmunia inter ciues, aut nulla, aut quædam. Enimuero nulla esse communia, impossibile cōstat esse: cùm ciuitas sit cōmunio quędam. Ac primo necesse est locum esse cōmunem. nam locus quædam paritas est vnius ciuitatis: ciues autē socij vnius ciuitatis. Sed vtrum melius fuerit in bene instituenda republica, quæcunq; recipere cōmunionem possunt, ea omnia esse cōmunia: an quædam cōmunia esse, quædam non esse? Nam fieri posset vt filij, vt vxores, & res quæ possidentur cōmunes essent: quemadmodum in Platonis Republica. ibi enim Socrates inquit, oportere cōmunes esse filios, & mulieres, & facultates. Id vero vtrum prꝰstat ita fieri, vt nunc fit, vel ſm legem illam in republica scripta? Cōtinet porro & alias turbationes permultas ista mulierum cōmunio. & id, propter quod censuit legem hanc esse ferendam, non videtur consequi ex rationibus. Prætereà ad finem, quem inquit oportere ciuitati existere (vt nunc quidem dictum est) impossibile. Quomodo autem distinguere oporteat, nihil ab eo determinatum est. dico autē, vt ꝙ vna videlicet sit ciuitas tota, tanquam id sit maxime optimum. susciput enim hanc suppositionem Socrates. Atqui cōstat, quòd ea si procedat, vt vna fiat magis, ciuitas non erit. Est enim ciuitas multitudo quædam ſm naturam, quæ dū fit vna magis, domus erit ex ciuitate, & homo ex domo. vnam enim magis domū censemus esse ꝙ ciuitatem, & hominem vnum ꝙ domum. quare etiam si posset quispiam hoc facere tamen non esset faciēdum, quia permittit ciuitatem. Nec solum ex multitudine hominum constat ciuitas: verum etiam ex eorum multitudine, quia specie differunt. non fit enim ciuitas ex similibus. aliud enim ad bellum conferre ꝙ ciuitas. illa enim quantitate prodest, & si eadem sit specie, cùm auxilij gratia fiat, ceu si pondus magis attrahat. Differt autem & eo modo ciuitas à gente, quādo per pagos diuisa non sit multitudo, sed quemadmodum Arcades. Ex quibus autem vnū fieri oportet, specie differunt. quapropter æquale repensum ciuitatem conseruat, vt in Ethicis dictū est prius. quoniā inter liberos & æquales necessarium est hoc esse. nā omnes simul magistratū gerere impossibile est, sed aut per annum, aut per aliā præfinitionem, & rēpus. atq; isto modo fit, vt oēs gerāt magistratum:



* Anoxias.

ceu si mutarẽtur sutores & fabri, nec semper idem sutores ac fabri essent. Cũ vero melius sit, ita se habere ea quæ sunt circa societatẽ ciuilem, manifestum est melius fore, si ĩdẽ semper magistratum gererent, modo id fieri posset. Sed in quibus hoc fieri nequit, propterea ꝙ omnes natura sunt pares, simul est iustum (siue bonum siue prauũ sit gerere magistratum) vt oẽs huius muneris participes fiãt, & in eo imitari vicissim æquales, cedendo inuicem alios alijs, vtpote qui ex principio sint æquales. nã alij regunt, alij reguntur in parte, tanquã si ipsi alij fiant. eodem modo illorum qui regunt, alij alios gerunt magistratus. Patet igitur ex his, ꝙ nõ recipitur sic vnã aptam esse ciuitatẽ, ceu dicunt quidam: & quod maximum fore cõmodũ ciuitatibus dicebatur, id interimit ciuitates. atqui singulorũ bonum singula conseruat. Patet ẽt alio modo, quòd quærere nimium vnire ciuitatẽ, non est melius. Domus enim magis sufficiens est, ꝙ homo vnus: ciuitas autẽ ꝙ domus. & vult quidem tum esse ciuitas, cùm habet sufficiẽtiam multorum societas. Si igitur magis expetendum est, qd' magis sufficientiam habet, certe & minus vnum, eo quod est magis, expetibilius est.

*Socraticæ opinionis improbatio, mulierum, ac filiorum communitatem in republica constituentis. Cap. II.*

ENimuero nec si optimũ sit vnum ꝙ maxime esse ciuitatem, tamen id demõstrare nõ videtur ex sermone, si omnes simul dicant meum, & non meũ. hoc enim Socrates putat signũ esse ciuitatis perfectæ vnitæ. At enim verbum omnes, duplex est. Si igit tanquam singuli, forsan esset magis, quod efficere vult Socrates. singuli enim eundem filium suum dicerent, & mulierem eandem, & de facultatibus, & de quibusuis alijs alia eodem modo. Nunc aũt non ita dicunt, qui cõmunibus vtunt mulieribus, & filijs: sed omnes qui dem, at non vt singuli ipsorum. eodemq; modo de facultatibus, omnes quidem, sed nõ vt singuli eorum. Quòd igitur aberratio quædam sit in verbo, omnes, manifestũ est. nam & vtraq;, & imparia, & paria dicit propter duplicitatem. & in sermonibus positum litigiosos facit syllogismos. quare hoc ipsum, oẽs, dicere, vno quidem modo bonũ est, sed nequaquã possibile: alio autem modo nihil cõsentaneũ Habet præterea quod dicitur, nocumentum aliud. quod enim multorum commune est, in eo minima adhibetur diligẽtia. nam de propijs maxime curãt hoies, de cõmunibus autem minus q̃ quantum singulis competit. tanquã enim alio curante, ab alijs negligũtur. quẽadmodum in seruilibus ministerijs, famulantes multi interdũ deterius inseruiũt, q̃ pauci. Fiunt autem vnicuiq; ciuium mille filij, & hi non vt singulorum, sed vt cuiusuis quiuis similiter est filius. quare oẽs similiter negligent. Præterea isto modo singuli sũum dicent bene agentẽ aut male, quotiescũq; contingat numero. puta, meus est aut illius, hoc modo dicẽs de singulis ex mille. vel ex quot ciuitas sit, & hoc dubitans. nam incertum est cui contigerit genuisse filiũ, & saluum esse genitum. Atqui vtrum præstat sic dicere suum, ita vocantes vnumquẽq; duorum millium, & decem milium: an magis vt nunc in ciuitatibus suum vocant, hic quidẽ filium suum, ille fratrem suũ, ille nepotem suũ, aut per aliam quandam coniunctionẽ & ex consanguinitate, vel familiaritate, & affinitate sui primũ, vel suorum. & præterea alterũ sodalem, alterum contribulẽ? præstat enim esse proprium nepotem, q̃ illo modo filium. Quinimo nec vitari quidem potest, quin agnoscantur à quibusdã fratres & filij, & patres & matres. nam per similitudines natorũ ad parentes, necessarium est vt fidem recipiant de sese inuicem. Quod tradunt scriptores quidam populi superioris Libyæ euenire. Habere enim mulieres cõmunes, filios tamen partiri inter se secundũ similitudines *. Sunt enim mulieres quædã, & animalia, ceu equi & boues, quorum ea natura est, vt simillimos genitoribus edant fœtus, vt equa illa apud Pharsaliam, iuxta nuncupata. Et præterea huiusmodi molestias non facile erit vitari ab ijs qui eam statuunt cõmunitatẽ: puta, plagas & neces partim voluntarias, partim inuoluntarias, & rixas, & iurgia, quę nephas est committere aduersus parentes & propinquos, magis q̃ aduersus extraneos. Sed frequẽtius illa euenire necesse est, vbi ignorant q̃ vbi sciunt. & ea si contingant, à scientibus expiari debito modo possunt, ab ignorantibus vero non possunt. Illud ẽt absurdum, quòd qui filios cõmunes fecerunt, coire solũ amantes vetuerunt, amare vero nõ vetuerũt: nec alios vsus, quos esse patri ad filios, & fratri ad fratrẽ, omnium deformissimum est, cũ & amare solum. Absurdum ẽt non aliam ob causam coitionem illorũ vetuisse, nisi quia nimia voluptas inde sit prouẽtura: sed quia pater sit, aut filius, aut fratres ob eã rem nihil putare referre. Videtur aũt magis, pdesse, vt agricolis cõmunes sint mulieres & filij, q̃ custodibus. minus. n. erit amicitia, si communes sint nati & mulieres.

* al. cod. ad natorum.

enimuero



enimuero tales sint quibus imperãtur, oportet, quo ipsi pareant imperio, nec res nouas in ciuitate moliant. Penitus aũt contrarium eueniat necessariũ est ex hmõi lege, q̃ ea quorum causa optimas leges esse oportet, & q̃ id cuius gratia Socrates censet ita instituẽdum de natis & mulieribus. Amicitiã. n. putamus maximum esse bonum ciuitatibus. nã sic minime seditionibus agitabuntur. Et vnam esse ciuitatem laudat maxime Socrates: quod & videtur, & ipse inquit esse amicitiæ opus. vt in amatorijs sermonibus scimus dicentẽ Aristophanẽ, propter eximiam amantium cupiditatem, applicari simul, & ex duobus fieri vnum. hic ergo necessariũ est ambos corruptos esse, vel vnum. At in ciuitatibus necesse est amicitiam infirmã fluxamq; fieri propter huiusmodi cõmunitatem, & minime dicere suum, aut filiũ patrem, aut patrẽ filium. Vt enim * parũ mellis multa in aqua diffusum, insensibilẽ facit mixtionẽ, sic accidit cõmunitatem istam, nequaquã necessariam in tali republica, à nominibus extimantibus vel patrẽ vt filij, vel filiũ vt patris, vel fratres inuicẽ exilẽ profecto beneuolentiã efficere. Duo. n. sunt quæ faciunt homines curam habere & amare: propriũ scilicet, & affectio. quorũ neutrum sit necesse est in huiusmodi republica. Insuper trãslatio illa natorũ ex agricolis, & artificibus in custodes, & ex his in illos, magnã cõtinet difficultatem, quẽadmodum tãdem fiet: & cognoscant necesse est dãtes & transferentes, quibus quos dedãt. Præterea & superius dicta magis in his necessariũ est euenire, puta rixas, & plagas, & amores, & cædes. nã non amplius appellant custodes fratres & filios, & patres & matres, qui alijs ciuibus deduntur: & rursus qui ex custodibus, alijs ciuibus, vt tale caueant aliquid perpetrare propter cõsanguinitatem. De communitate igitur natorum & mulierum determinatum sit in hunc modum.

Vide Conuiuĩ Platonis.

*μικρὸν γλυκὺ

*Contra eundem de facultatum communitate, ac magistratuum in repub. constitutione: vbi erroris sui causa exponitur. Cap. III.*

HIs cõsequẽs est de rebus quæ possidentur, considerare, qñ sit constituẽdum illis, qui in optima republica versari debeant: vtrum cõmunes esse debeant, vel non communes. Hoc seorsum determinandũ est, nec simul cũ his quæ de natis & mulieribus constituuntur. Dico aũt circa res, vtrum & si sint nati mulieresq; separatim, quemadmodum nunc sunt oibus, præstet tamen res esse communes & vsus. puta, vtrũ præstet fundos prios esse, fructus vero in cõmune conferre: quod apud quasdã fit gentes. vel contra, solum quidem cõmune esse, et cõmuniter coli, fructus aũt partiri in proprios vsus: quod ẽt facere dicũtur quidã Barbarorum vel & fundos, & fructus esse cõmunes. Si ergo alij forẽt agricolæ, alius esset modus & facilior: sed cùm ipsi sibi laborent, ea quę ad possessiones attinent, plures præbebũt difficultates. Nam si in fruẽdo & laborando nõ sint pares, necesse est inculpationes existãt. contra fruẽtes quidem & consumẽtes multa, parum vero laborantes, ab his qui minus consumunt, & multum laborant. Omnino autem conuictus, & cõmunitas rerum humanarum omnium difficilis est, & maxime in his rebus. Probant autem eorum qui vnà peregrinantur societates, quorũ plerique ferẽ dissident inter se de paruis vilibusq; rebus offensi. nos quoq; ministris illis plurimum irascimur, quibus maxime vtimur ad circularẽ famulatum. Cõmunes igitur habere res, has & huiusmodi alias continet difficultates. Eo autem modo quo nunc fit, si insup moribus & moderatione legum rectarũ honestetur, nõ parũ distabit. habebit enim vtriusq; cõmoda. dico aũt vtriusque, videlicet, eius quod cõmunes sint res, & eius quod ppriæ. Oportet. n. omnino vt res sint propriæ, sed quodãmodo cõmunes. curę enim diuisæ inculpationes adinuicem non parient: imo proficient, vtpote ad propriũ vno quoq; sedulo incũbẽte. at vero per virtutem erunt ad vsum (vt est in prouerbio) quæ sunt amicorũ cõmunia. Est autem ẽt nunc quibusdã in ciuitatibus in hunc modum subscriptũ, ne putetur impossibile. & præcipue in ijs quę bene gubernãtur, alia sua sunt, aliqua esse possunt. propria. n. sua quisq; possidens, partim vtilia facit amicis, partim vtitur cõmunibus. vt in Lacedęmone seruis vtuntur vicissim, tanquã forent vniuscuiusq;: & ꝓterea equis, & canibus, & vehiculis. Patet igit esse melius vt propriæ sint res, sed vsu facere illas cõmunes. quẽadmodũ aũt hoc fiat, legislatoris erit prouisio. Est sanè inenarrabile, quãtũ interfert ad voluptatẽ, cõsiderare aliquid esse proprium sui. nõ. n. frustra q̃sq; ad seipsum amicitiã habet. est vero id naturale. Sed cũ amatio sui reprehẽdit, non illud reprehẽdit, quia se amet, sed quia magis q̃ oportet se amat: quẽadmodũ amatio pecuniarum. nã amant oẽs, vt ita dixerim, talia. Atqui & largiri, & opẽ ferre amicis, et hospitibus, et familiaribus dulcissimũ est. qd' fit: si, ppriæ sint facultates. hæc aũt non cõtingũt illis, qui nimis vnã efficiunt ciuitatẽ. Et ꝓterea duarũ virtutũ opera

manifeſte tollunt, temperantię erga mulieres alienas (ab his.n. opus laudabile eſt ſe ob tẽperantiam abſtinere) et liberalitatis circa res poſſeſſas. neq; n. diſcerni poterit liberalis, neq; liberalem operationem faciet vllam. nã in vſu earum rerum quas ipſi poſſidemus, liberalis eſt opus. Illiuſmodi itaq; legis poſitio faciem habet apparentem, & humana videri poſſit. auditor enim libenter recipit, putans fore mirabilem quandam amicitiam omnibus erga omnes: præſertim cùm quis incõmoda accuſat rerum publicarum, nunc prouenientia ex eo, quia non ſint cõmunes omnium facultates: ceu litigia ex contractibus, falſorum teſtium accuſationes, diuitũ adulationes: quorum nihil fit propter proprietatem, ſed propter improbitatem. Cũ etiam res in cõmuni poſſidentes, rerumq; vtentes communione, multo magis iter ſe litigare videamus, quàm eos qui ſeparatim poſſident. ſed videmus vel paucos qui in cõmune degant, magis diſſidere, q; multi, quorũ propria quiſq; ſua habeat, ſi conferamus vtroſq;. Inſuper æquum erat referre, non ſolũ quantis malis priuabantur, ſi cõmunitatem rerum habebunt, ſed etiam quãtis bonis videtur autem omnino impoſſibilis eſſe illa vita. Cauſam vero Socrati huius erroris putandũ eſt fuiſſe, ſuppoſitionem non rectã. Oportet enim quodãmodo vnam eſſe ciuitatem & domum, ſed nõ penitus. eſt enim quò ſi procedat, non erit ciuitas. eſt ẽt quò erit quidem prope vt non ſit ciuitas, deterior ciuitas: velut ſi quis concentum faciat vniuocum, & verſum pedẽ vnum: ſed oportet cùm ſit multitudo (vt prius diximus) per diſciplinam, cõmunem & vnam efficere. Et qui diſciplinam ſit exhibiturus, volens per illam ſtudioſam facere ciuitatem, abſurdũ eſt, ſi per talia quędam inſtituendã putet, ac non per mores, & per philoſophiam, et per leges: veluti ſeruorum iumentorũq; poſſeſſionem in Lacedæmone, & comeſſationem in Creta legislator cõmunem induxit. Neq; illud fane ignorandum eſt, quia oportet ad longum temporis, ac multos annos inſpicere, in quibus haud quaquam poterit latere, an recte ſe habeant. terme enim omnia inuenta ſunt quidem: ſed alia non inducta, alia ab expertis repudiata. Maxime autẽ id apparet, ſi quis per opera inſpiciat rempublicam ſic inſtituram. non aliter. n. poterit feciſſe ciuitatẽ, niſi ſeparet illa atq; diſtinguat, partim in comeſſationes, partim in genera, partim in tribus. Itaq; nihil aliud cõtigit lege prouiſum eſſe, niſi vt cuſtodes agros non colant, quod nũc Lacedæmonij facere ceptãt. Modus vero totius reipublicę quis futurus ſit in cõmune degentibus, neq; Socrates ipſe inquit, neq; dictu facile eſt. Atq multitudo ciuitatis diuerſorum ciuiũ eſt multitudo, de quibus nihil determinatum eſt, an & agricolis cõmunes eſſe facultates oportet, vel proprias ſingulorum. præterea vtrum mulieres & pueros proprios vel cõmunes. Si enim eodem modo communia ſunt omnia omnium, quid different iſti ab illis cuſtodibus? vel quid plus accedet ſuſtinẽtibus eorum impium? vel quam ob cauſam imperium ſuſtinebunt? niſi forte prætexunt aliquid tale quale Cretenſes, qui cætera omnia ſeruis permittẽtes, gymnalia ſolũ illis vetuerunt, & armorum poſſeſſionem. Quòd ſi vt in alijs ciuitatibus, ita apud illos talia erũt, quis modus erit cõmunitatis? neceſſe eſt. n. duas ciuitates in vna eſſe ciuitate, & eas inter ſe contrarias. facit enim alios quidem cuſtodes, quaſi in præſidio cõſtitutos, alios agricolas, & artifices, & cæteros, ciues. Litigia vero, & iurgia, & quęcũq; alia mala ciuitatibus prouenire inquit, omnia prouenient etiam iſtis. quanquam dicat Socrates, fore, vt non multum legibus indigeant, propter diſciplinam; veluti circa res vrbanas, & circa forũ, & alijs huiuſmodi legibus, tribuẽs ſolũ diſciplinam cuſtodibus. Inſuper dominos facit ſuarum rerum, agricolas, ac tollere permittit. At multo magis putãdum eſt fore illos graues & inſolẽtes, q; illas quæ apud quoſdã ſunt, Iloteias, & penesteias, & duleias. Enimuero ſiue neceſſaria ſint hæc ſimiliter, ſiue nõ, nihil nunc quidẽ determinatũ eſt. neq; de conſequentibus quæ ſit eorũ adminiſtratio, & diſciplina, & leges quędã. Eſt aũt neq; facile repire, neq; parũ referẽs, quales hos eſſe oporteat ad conſeruandã cuſtodum cõionem. Atqui ſi mulieres faciet cões, facultates vero proprias, quis curã habebit rei domeſticæ, vt habẽt agricultura viri, quãuis ſint cõmunes facultates, & agricolarũ mulieres? Abſurdũ ẽt ex beſtijs facere ſimilitudinẽ, q; cõueniat eadẽ exercere mulieres, quæ viri, ad quos rei domeſticæ cura nequaquã pertinet. Periculoſa eſt inſuper magiſtratuũ conſtitutio, quã ſic facit Socrates, vt ſemp ſint ijdẽ. At hoc ſeditionis eſt cauſa, ẽt apud illos qui nullam poſſidẽt dignitatẽ. quid ergo apud bellicoſos & animoſos viros? Quòd aũt ipſi neceſſariũ ſit, eoſdẽ ſemper magiſtratus facere, patet. nõ. n. aliorũ modo, & modo aliorum miſcetur animis diuinum illud aurũ, ſed ſemper eiſdem. Inquit autem quibuſdam ſtatim à genitura aurum miſceri, quibuſdam argentum, æs vero & ferrũ illis, qui artifices futuri ſunt, aut agricolæ.

Præterea



Præterea cuſtodibus felicitatem auferens, totam, inquit, ciuitatem facere beatam oportet legislatorem. At impoſſibile eſt totã eſſe beatam, niſi aut plurimæ, aut omnes partes, aut quædam habent felicitatem. nõ enim eorundẽ eſt felicitas, quorũ & pãr: fit enim vt inſit toti, & ſi nulli partium. at felicitatem impoſſibile eſt. Quòd ſi cuſtodes non erunt felices, qui tandem alij? non enim artifices quidem, neq; vulgus. Illa igitur reſpublica, de qua Socrates locutus eſt, has cõtinet difficultates, & alias his non minores.

* ἄριστον alij vertunt integrum.

*De ea reipub. Socratis parte, in qua de legibus agit: & eius redargutio. Cap. IIII.*

FErme autem ſimiliter circa leges quoq; ſe habet poſtea ſcriptas. quapropter & de illa reipublicæ parte hic cogitare parũ, melius erit. Etenim in republica de paucis admodum determinauit Socrates: vt de mulierum & natorum cõmunitate, & de rebus poſſeſſis, ac de inſtitutione reipublicæ. Diuiſit. n. in duas partes multitudinem habitantium, in agricolas, & propulſatores belli: tertiã ex ijs fecit, eos qui conſultãt ac deliberant, & in quibus ſũma reipublicæ cõſiſtit authoritas. Agricolæ vero & artifices, vtrũ nullius magiſtratus an alicuius participes ſint, & vtrum arma poſſidere debeant & vna pugnare, nihil determinauit Socrates. ſed mulieres cenſet vnà pugnare debere, ac diſciplinã habere, eãdem quã cuſtodes. cætera vero extraneis pegit ſermonibus, & diſciplinã cuſtodum qualẽ eſſe illam oporteret. Legum autem maxima quidem pars leges exiſtunt publicæ, pauca vero de republica dixit: quam dum pergit cõmuniorem facere, paulatim circumagit in aliam rempublicam. Præter cõmunitatem enim mulierum & rerũ poſſeſſarum, cętera eadem vtriſq; attribuit. nam & diſciplinã eandem, & vt abſtinẽtes viuant ab operibus neceſſarijs. Et de comeſſationibus eodem modo: prętereaquam q; hic exiſtimat mulierũ quoq; comeſſationes eſſe debere, & hanc mille habẽtium arma, illam vero quinq; milliũ. Superfluum ergo quiddam, & cõptum, & nouum, & dubitatiuum omnes Socratis habẽt ſermones, ſed cuncta recte, forſan difficile. Nam ẽt multitudo illa, de qua nunc dicebatur, latere non oportet, cũ tanta ſit, quòd Babylonia, aut alia quadã infinita regione indigebit, ex qua ocioſorũ quinq; millia cũ mulierum ac miniſtrantium multiplici turba alãtur. Suppoſitiones quidẽ ſunt pro arbitrio faciendæ, non tñ impoſſibiles. Dicitur autem debere legislatorem ad duo reſpicere in ferẽda lege: ad regionem, & homines. addendum eſt et ad vicina loca, ſi oportet ciuiliter viuere ciuitatem. non ſolum enim neceſſariũ eſt ipſam talibus vti ad bellum armis, quæ vtilia ſint in ſua regione, verum etiam quæ in aliena. Quòd ſi quis huiuſmodi non recipit vitam, neq; priuatim, neq; publice, nihilominus tamen oportet terribilem eſſe hoſtibus, non venientibus ſolum in regionem, verũetiam abeuntibus. De modo quoq; rerum poſſidẽdarum vidẽdum eſt, ne forſan melius ſit aliter definire & clarius. Tantas, inquit, poſſidere oportet, vt modeſte viuatur: perinde ac ſi dicat, vt bene viuat. Verum hoc eſt nimis generale: & eſt modeſte viuere, erumnoſe tamẽ. at melius eſt dicere modeſte, & liberaliter: ſeparatim enim vtrunque, alterum luxuriæ accõmodabitur, alterum difficultati. * cùm ſolæ huiuſmodi virtutes habitus ſint circa vſum facultatum noſtrarum: puta, patrimonio manſuete vel fortiter vti non dicimur, at modeſte & liberaliter dicimur: quare neceſſarium eſt circa illud iſtas verſari virtutes. Abſurdum quoq; eſt cũ facultates adæquauerit, de ciuſtum multitudine nihil determinare, ſed indefinitam relinquere multitudinem filiorũ, quaſi ſufficienter adæquatam propter ſterilitates, quotcunq; contingant. quod videtur nunc quoq; euenire in ciuitatibus. Sed opus eſt vt aliã certitudinem tunc habeat q; nunc. nã nunc quidem nemo dubitat, eo quòd in ſingulos diuiſæ ſunt facultates in quantamcunq; multitudinem: tũc vero cũ ſint indiuiſæ, neceſſarium diſpãres nihil habere, ſiue pauciores ſint multitudine, ſiue plures. Magis autẽ putaret quis oportere determinatum eſſe modum procreandorum filiorum, quàm facultatũ: q; non plures q; determinatum ſit procreari oporteat. & numerus definiendus eſt reſpectu habito ad fortunas, ſi contingat decedere aliquos, & ad defectum procreandi cæterorum. Prætermittere autem id, vt in pleriſq; ciuitatibus, neceſſe eſt egeſtatis ſit cauſa ciuibus: egeſtas vero ſeditiones & delicta parit. Itaque Phidon Corinthius, vnus ex veteſtis legũlatoribus, familias cẽſuit æquales permanere debere, & ciuium multitudine, quamuis ſortitiones habebant prius omnes inæquales ſm magnitudinẽ. at in his legibus contrarium eſt. Verum de his, quemadmodum ſtatuendum putemus, poſtea erit dicendum. Omiſſum eſt etiam in illis legibus, quemadmodum differant præſides à ſubiectis. Inquit. n. oportere, quẽadmodũ ex alio lanæ filum ducitur q; lini, ſic & eos qui præſunt, ſe habere debere ad eos qui ſubſunt. Cũ vero totam ſubſtantiã augeri dixerit

* a.f. cũ ſolæ huiuſmodi virtutes habitus ſint

* παράδοξος adiuges.

vſq; ad quãtuplum, quare hoc vtiq; non erit in regione vſq; ad aliquid? Videndum eſt ẽt ne ædificiorum diuiſio non proſit ad rem familiarem: duas enim cuiq; domos attribuit, at difficile eſt duas habitare domos. Tota vero conſtitutio ciuit eſſe neq; plebis gubernatio, neq; paucorum potentium, ſed horũ media, quam vocant rempublicã: eſt enim ex ijs qui arma ferunt. Si igitur vt cõmuniſſimam omnium hanc ciuitatibus conſtituit rempublicam, recte forſan dixit: ſin vt optimã poſt primam rẽpublicam, non recte. forſan enim Lacedæmoniorũ rempublicã quis magis probabit, vel aliã quandam magis optimatium. Sunt qui dicant optimam rempublicam ex omni genere gubernationum admixtam eſſe debere, atque ob id Lacedæmoniorum laudant rẽpublicam, conſtare quidem illam ex paucorum potentia. item ex vno principe & populari ſtatu affirmant ponentes regem illorum pro vnius gubernatione: ſenatum vero pro paucorum potẽtia: ephoros autẽ pro ſtatu populari: quoniã ephori ipſi ex plebe ſi muntur. alij ephoratum quidem tyrãnidem putant, ſed populariter regi per comeſſationes, et alium quotidianum victum. Sed in his legibus dictũ eſt, optimam rẽpublicam ex populari ſtatu conſtare debere, ac ex tyrannide: quas aut non reponat quis omnino inter ſpecies rerumpublicarum, aut deterrimas omnium eſſe fateãtur. Melius ergo dicunt q plures cõmiſcent: nam quæ ex pluribus conſtat reſpublica, melior eſt. Deinde nihil videt habere ex vnius gubernatione, ſed ex paucorũ potentia ac populari ſtatu, verum ad paucorum potentiam inclinare magis: quod patet ex magiſtratuum creatione. nã quod ex delectis ſortitio fiat, cõmune eſt vtriſque. Sed q neceſſe ſit ditiores concionem habere, & magiſtratus creare, vel aliud quippiam huiuſmodi publicorum negotiorum facere, alios vero præteriti, id paucorum potentiæ eſt. Inſuper conari, vt plures ex diuitibus ad dignitates ſumantur, & ad maximas quidem ex maximo cẽſu, paucorum potentia eſt, & ſenatus delectio. Deliguntur enim cuncti ex neceſſitate, ſed ex primo cẽſu: poſtea totidem ex ſecundo, poſtea ex tertio. verum nõ omnes neceſſe erat ex tertio vel quarto aſſumi. ex quarto autem quartorum ſolis neceſſe eſt primis & ſecũdis. poſtea ex his æqualem ex ſingulis cẽſibus numerum eſſe ſumẽdum inquit. erũt itaque plures & potentiores, qui ex maximo cenſu ſumũtur, *quia neceſſe non eſt. Quòd igitur nõ gubernatione plebis, ac vnius principatu conſtabit huiuſmodi reſpublica ex his patet. patebit etiam poſtea, cùm de ea ſpecie reſpublicæ tractabimus. Habet etiã circa magiſtratuum creationem, quòd ex delectis deligantur, periculoſum quippiam. Nam ſi alis qui conſpirare velint etiam mediocri numero, ſemper ẽm horũ volũtatẽ fiet aſſumptio. In legibus igitur illa reſpublica ita ſe habet.

*apparet.*

*al. cod. ad. præterea qa ex plebe quidam non ſumuntur.*

### De Phaleæ, quæ & Carthaginenſium eſt, republica. Cap. V.

SVnt vero & aliæ quædã reſpublicæ tum idiotarum, tum philoſophorum, et in adminiſtratione ipſarum verſatorũ. Omnes autem hæ propinquiores ſunt illis, ſecundum quas nunc regunt, quàm iſtæ duæ. nullus. n. neq; de cõmunitate filiorum, neq; de mulieribus talem aliquam introduxit nouitatem, neq; etiam de fœminarum comeſtationibus, ſed à neceſſarijs magis inchoant. Videt quidã maximũ, vt de patrimonijs recte conſtituatur. nam hinc ſeditiones oriri cunctas aſſerunt. Quamobrem Phaleas Carthaginenſis ante omnia de hac parte conſtituit. Inquit enim patrimonia ciuium æqualia eſſe debere. hoc autem perfacile tactu eſſe, ſi ſtatim ab ipſa cõditione ciuitatis prouideret. Poſtquam vero cõdita foret, difficilius quidem, attamen ſatis mature adæquari poſſe, ſi diuites dotes dent neque accipiant. pauperes autem contrà, accipiant dotes, & non tradant. Plato autem in legibus ſuis vſq; ad aliquid cẽſuit eſſe permittendum. nam ſupra quincuplum eius quod foret minimum, nemini licere ciuium poſſidere, vt prius diximus. Sed oportet ne id quidem latere legislatorẽ (quod certe nũc latet) quòd qui patrimonio modũ imponit, debet etiam filiorum numero modum imponere. nam ſi excedat multitudo filiorum patrimonij facultatem, neceſſarium erit legem abrogare: & ſine illa abrogatiõe improba lex erit: quoniã ex diuitibus pauperes facit: opus eſt ergo, ne tales ſeditioſi efficiant. Quòd igitur valet aliqd in republica patrimoniorum exæquatio, & veterum aliqui videtur cognouiſſe, vt Solon conſtituit. & apud alios lege cauetur, vt non quantũ quiſq; velit, ſed quantum lex permittit, agri poſſideant. Eadẽ quoque ratione patrimonia ſua alienare leges vetant: vt eſt apud Locros lege cautum, ne quis patrimoniũ alienare poſſit, niſi euidentem calamitatẽ oſtenderit ſuperueniſſe. præterea vt antiquæ hæreditates cõſeruentẽ. Quod ſublatum apud Leucada, valde populare eorũ ciuitatem effecit. non. n. amplius euenit, ex taxatione cẽſus ad magiſtratus aſſumi. Sed & æqualitatẽ quidẽ patrimoniorum cõſtituit; verum

*διότι.*

hæc



hæc aut ita magna eſſe, vt delitiari liceat: aut ita exigua, vt tenuiter victum agant. Patet igitur nõ ſufficere patrimonia exæquata fuiſſe à legislatore, ſed medium coniectãdum eſſe. Præterea ſi quis mediocria ſtatuat omnibus patrimonia, nulla vtilitas eſt: magis. n. cupiditates adæquandæ ſunt cũ patrimonia. hoc autem fieri non poteſt, niſi ſufficienter diſciplina ciuibus adhibita per leges. Sed forſan reſponderet Phaleas, hoc ipſum ſe dicere. Censet enim horum duorũ æqualitatẽ ciuitatibus ineſſe debere, patrimonij ſcilicet, ac diſciplinæ. ſed quę tandẽ hęc diſciplina ſit exprimendum fuit: & vnã eandẽq; eſſe, nihil prodeſt. nã fieri poteſt, vt ſit vna eadẽq; diſciplina. verum eiuſcemodi, per quã cupidi fiãt pecuniarum, aut honoris, aut vtriuſq;. Inſuper ſeditiones oriũtur, non ſolum ob patrimoniorũ, verũ ẽt ob honorũ inæqualitates. & hoc diuerſum in vtroq;. nã multitudo qdẽ grauiter fert inæqualitatẽ patrimoniorũ, præſtates aũt viri honorum æqualitatẽ. vnde illud natum eſt:

Honori incumbit tam ignauus, q̃ bonus.

Nõ ſolum vero homines propter neceſſaria iniuriantur, quorũ remedia putant adæquationem patrimoniorum, ne ſpoliẽt alios propter frigus, aut ,ppter famem, verũetiam vt gaudeant, neq; concupiſcant. nã ſi maiorem habeant neceſſariorum cupiditatẽ, ob huius medelam iniurias inferũt. Nõ ergo ob hanc ſolum, verũetiam ſi concupiſcant vt moleſtia careant, & voluptate fruantur. Quod igitur horum triũ remediũ eſt? his quidẽ exiguum patrimoniũ & opificium, illis autẽ temperantia: tertium vero ſi quis velit per illa delectari non aliunde q̃ à philoſophia quærat remedium. nã cæteræ quidem hominibus egent, cùm iniurias inferunt plurimum propter ſuperflua, non propter neceſſaria: puta tyrannidem inuadunt, non vt frigus repellãt. quapropter honos maximus habetur, nõ ei qui furem occiderit, ſed ei qui tyrãnũ. Itaq; Phaleas paruis dũtaxat iniurijs hac ſua reipublicę conſtitutione ſuccurrit. Præterea multa ſtatuere pergit, per quæ ad ſeipſos recte inſtituti erunt. ſed oportebat quoq; ad finitimos, & peregrinos omnes. Neceſſe eſt ergo cõſtituta eſſe rẽpublicam ad bellicum robur: de quo ille nil dixit. Eodem modo de facultatibus. tantas. n. eſſe oportet, vt non ſolum ad ciuium vſum, verũetiã ad pericula externa ſufficiant. quare nec ita magnas eſſe decet, vt finitimi concupiſcant, quibus reſiſti nõ poſſit: nec rurſus ita paruas, vt cum paribus & ſimilibus bellum nequeant ſuſtinere. ille quidem nihil determinauit. Oportet autem neque id latere, quantas facultates habere conducat. Forte recta determinatio fuerit, tãtas eſſe debere, vt lucrũ ſuperantibus bello, afferre non poſſint, ſed ita quaſi nihil ſuperacgrãt. Quare Eubolus conſiderare iuſſit Autophradatem cũ Atarnea obſidere vellet, cogitaret vt quãto tempore circa expugnationẽ eius loci diſtineretur ac exiſtimaret huius temporis iacturã: velle enim pro minori pretio tum tunc Atarnea relinquere. quæ cũ dixiſſet, Autophradatem in ſententiã traxit, & obſidionem prætermittere fecit. Habet igitur vtilitatem exæquatio patrimoniorũ inter ciues, ne inde ſeditiones oriantur, verũ (vt ita dixerim) non admodũ magnam: nã & præſtantiores conqueri poſſent, quaſi ipſi plus habere debeãt. ex quo fit vt ipſi ſæpe inſurgãt, ac ſeditiones concitẽt. Præterea, improbitas hominũ inſatiabilis eſt. & primo quidem ſufficere dicunt in pauca atq; minima: mox vero, vbi illa ſunt cõſecuti, plura appetunt ſemp, quouſq; in infinitũ procedant. infinita eſt. n. cupiditatis natura, ad cuius expletionẽ plurimi vtuntur. Horum igitur principiũ eſt magis, q̃ patrimoniorum exæquatio, ciuitatẽ ſic inſtituere vt boni quidem viri plus q̃ ſibi competat habere non quærãt: improbi aũt & ſi quęrãt, habere non poſſint. hoc aũt fiet, ſi inferiores ſint, nec iniuriam patiantur. Nec vero in hac ipſa exæquatione patrimoniorũ, recte eſt. ab eo diſpoſitũ, cùm fundos & agros exæquet ſolũ: ſed ſint ſeruorũ quoq; armentorũq; & pecuniarũ diuitiæ, & apparatus ingens earũ rerum, quas ſupellectilẽ vocitamus. An igitur horũ omnium exæquatio quærẽda eſt, vel moderatio quædã mediocris, an cuncta omittenda? Videtur aũt ex ipſarũ legũ poſitione ciuitatem exiguã conſtituere: ſiquidem artifices oẽs publici erunt, nec multitudinẽ augebunt ciuitatis. ſed certe publicos eſſe eos qui publica faciunt opera oportet: quẽadmodum & Epidãmni: & Diophãtus quãdoq; Athenis conſtituit. De phaleæ igitur republica ferè ex his deprehendi poteſt, ſi quid ab eo ſit bene dictum, vel non bene.

*Nõ bõ. Alia poteſt duo ſra mutata ſcium.*

### De Hippodami, et Miſſiorum republica. Cap. VI.

HIppodamus aũt Euryphõtis Miſſius, qui & ciuitatũ diuiſionẽ inuenit, & Piræũ abſcidit, cũ eſſet in cæteris quoq; vita moroſior propter gloriæ cupiditatẽ, vſq; adeo vt quibuſdã videret ſuperfluus capillorũ prolixitate & ornatu ſumptuoſo, ꝓterea veſtitu vtili quidẽ, ſed admodum farcto, nõ in hyeme tantum, verumetiam in æſtate. ſtudioſus autem de omni natura eſſe volẽs, primus omnium,

qui non in republica versati essent, aggressus est aliquid dicere de optimo ciuitatis statu. Constituit autem ciuitatem multitudine decem milium, in tres diuisam partes. faciebat enim vnam partem artifices, alteram agricolas, tertiam propulsatores belli atq; arma tenentes. Diuisit quoq; regionẽ in tres partes, vt esset pars vna sacra, alia publica, tertia priuata. vnde cultus Dijs fieret, sacra: vnde vero propulsatores belli alerẽtur, publica: quæ autẽ agricolarum foret, priuata. Legũ quoq; tres esse species solum putabat: de quibus vero iudicia fierent, totidẽ esse numero, iniuriã, damnum, cædem. Ponebat quoq; vnum iudicium principale, ad quod omnia male iudicata reuocarẽtur: idq; cõstituebat ex senibus quibusdam delectis. Sententias vero in iudicijs, nõ calculis ferẽdas esse cẽsebat, sed vnũquenq; iudicem tabellam afferre, in qua scriberet, si condemnaret simpliciter, sentẽtiam: sin absolueret simpliciter, vacuũ: sin partim condẽnaret, partim absolueret, idipsum definiret. nam vt nunc quidem fit, nõ recte prouisum à lege existimabat: quia cogantur homines aut hoc, aut illud iudicantes, peierare. Ferebat quoq; legẽ de ijs, qui vtile quippiam ciuitati reperissent, vt honoribus afficerẽtur. Filios autem eorum, qui pro patria bellando occubuissent, ex publico alendos esse: quasi id non prius fuerit lege prouisum. nã est nũc Athenis ea lex, & in alijs quibusdam ciuitatibus. Magistratuum vero omnium electiones populo attribuit. Populum autem faciebat tria illa genera ciuium: qui vero delecti essent, eos rerum publicarum curã habere debere, item hospitalium, & pupillarium. Pluri ma igit̃ ac maxime digna memoratu in Hippodami constitutione ista sunt. Sed primo dubitabit aliquis de partitione ciuium. nã & artifices, & agricolæ, & qui arma tenent, omnes in reipublicæ cõmunione versantur. verum agricolæ quidẽ arma non habent: artifices autem neq; arma neq; agros: itaque fiunt quodammodo serui eorum qui habẽt arma. participes igitur esse oium bonorũ impossibile est, cũ sit quidẽ necessariũ ex ijs qui habent arma, cõstitui belli duces, & custodes ciuũ, & principalissimos (vt ita dixerim) magistratus. q; si participes non sint reipublicæ, qũo bono animo esse potuerũt in republica? Enimuero potẽtiores esse oportet illos qui arma tenent ambabus partibus. id autem non facile est, nisi multitudine exuperent. quòd si hoc erit, quid opus est alios participes esse reipublicæ, & suffragia magistratuũ habere? Præterea, agricolæ quid vtilitatis afferunt ciuitati? Artifices enim esse necessarium est. nam omnis ciuitas artificibus indiget, & possunt proficere ex artibus, quemadmodum in alijs ciuitatibus. sed agricolæ si habentibus arma victum parant, merito forent pars aliqua ciuitatis. at illic priuatim habent, priuatimq; colunt. Insuper autem publicos agros, ex quibus propulsatores belli victum habere oportet, si ipsi idem colant, non esset aliud agricola, aliud propulsator belli, quod legislator esse vult. sin alij quidam ab agricolis & propulsatoribus, quartum erit mẽbrum ciuitatis nullius particeps, sed alienũ à republica. Quòd si quis dicat eosdem agricolas, & proprios colere & publicos agros, primo fructuum multitudo non sufficeret, ex quibus singuli binis domibus habeant ministrare. deinde, quamobrem non statim ex eisdem agris pro secq; alimenta sumãt, & pro propulsatoribus exhibeant. hæc sanè omnia magnam continẽt turbationem. Nec de iudicio quoq; recte se habet lex, qua iudicandum putant cum distinctione, lite simpliciter scripta, ita vt ex iudice fiat arbiter. hoc enim in compromisso in plures facto recipitur (cõferunt enim inter se de sententia ferẽda) sed in iudicijs nõ recipitur: immo legũlatores pleriq; contra statuunt, ne iudices inter se colloquantur. Deinde, quomodo non erit litigiosa sententia, cùm iudex non putat tantum deberi, quantum petitur. nam si petitor viginti minas postulabat: iudicum autem vnus decẽ iudicet, alter quinq;, alter quatuor, et hoc modo diuidant: & alij in totum condemnent, alij in nihilum: quis erit modus sententiarum concordandarũ? Præterea, nemo peierare cogit simpliciter condẽnantem vel absoluentem, si simpliciter petatur. non enim cùm absoluit, nihil debere iudicat, sed viginti minas non debere. at ille peierat, qui cùm putet viginti minas non deberi, tamẽ condemnat. De eo autem, quod inuenientibus aliquid cõmodum ciuitati, honores tribuẽdi sunt, non est tutũ lege cauere, sed apparentiã solũ probabilẽ habet: continet enim calũnias, & motũ forsan reipublicæ. Sed incidit hæc in aliã quæstionẽ & cõsiderationem aliam. Nã dubitant nõnulli, vtrum dãnosum sit vel vtile ciuitatibus leges patrias mutare, si sit alia melior. quapropter non est facile dicto statũ assentiri, siquidẽ non cõducit mutare. fieri aũt potest vt inducat aut legũ, aut reipublicæ dissolutio, tanquam commune bonum. Sed cùm in hãc mentionem incideri mus, etiam pauca de eo perstringenda sunt: habet enim, vt diximus, dubitationem, & melius videri potest, vt mutationem recipiant.

nam



nam alijs quidem scientijs hoc prodest: ceu si medicina ab institutis patrijs muteẽ, & gymnastica, & alię artes atque facultates. quarum cùm vna ponẽda sit ciuilis disciplina, patet in ea quoq; eandem rationem esse tenendam. Probari autem hoc dicet aliquis, & in ipsis rebus. antiquas enim leges nimium rudes esse & barbaras. armati siquidẽ ferro incedebant Græci, & vxores emebant inuicem. & quæcunq; vetusta iura alicubi extant, penitus ridia sunt. ceu apud Cumas de cæde lex est, si accusator multos testes iducat ex agnatis, pprijs, reum esse cædis, contrà quẽ probatur. Quærunt autẽ omnino non patrium, sed bonum omnes. putandumq; est priscos illos homines, siue ex terra geniti fuerint, siue ex corruptione aliqua seruati, fuisse ignaros & imprudẽtes, vt de terra natis dicitur, quàm absurdum est in eorum opinionibus persistere velle. Præterea neq; leges scriptæ meliores sunt, si sunt immutabiles. vt enim in alijs artibus, sic etiam circa ciuilem constitutionẽ impossibile est singula * ad minimum vsq; scriptis cõprehendere. necesse est enim, vt generaliter scribantur: actiones autem circa singularia fiunt. Ex his ergo videtur, & quasdã leges, & quãdoq; esse mutandas. Alio autem modo considerantibus, cauẽdum videtur esse maxime. cũ enim vtilitatis quidẽ accessio parua sit, assuescere vero faciliter leges mutare improbandũ, constat errata quædam esse toleranda. & legũlatorum & magistratuum. non enim tãtum proderit qui corrigere perget, quantum nocebit assuefactio superioribus non parẽdi. Mẽdax & de artibus exemplum. neq; enim simile est mutare artẽ atq; legem. nam lex nullam vim habet, vt ipsi pareatur, nisi ex more: mos aũt non fit nisi temporis longitudine. quare faciliter mutare leges ex presentibus in alias nouas, infirmam facere est vim legis. Præterea si mutandæ sunt leges, vtrum oẽs & in omni republica, an non? & vtrum à quocunq;, aut quibusdam? in his enim magna est differẽtia. Quapropter nũc quidem omittamus considerationem hanc, nam aliorum est temporum.

* ἀκριβῶς exacte.

### De Lacedæmoniorum republica. Cap. VII.

DE Lacedæmoniorum autẽ republica & Cretẽsium, ferme autem & de aliorum rebuspublicis duo sunt consideranda, vnum, si quid recte vel nõ recte ad optimam cõstitutionem in illis sit ordinatum: alterum, si quid ad suppositionẽ & modum aduersantis ab illis reipublicę. Quòd igit̃ necessariũ est in bene cõstituẽda repub. necessariorũ adesse facultatem, omnes fatentur: sed quemadmodum id futurum sit, nõ facile est comprehendere. nam & Penestiæ Thessalorum multoties in ipsos Thessalos insurrexerunt: & Iloctes Lacedæmoniorum: nã in casibus eorum aduersis nunquã insidiari destiterũt. Verum apud Cretẽses nihil adhuc tale accidit. causa forsitan est, quia vicinæ ciuitates, quãuis inuicem bellum gerant, tamẽ earum nulla rebelles recipit. quoniam id non conducit, quãdo & ipse periæcos habent. At Lacedæmoniorum finitimi oẽs inimici erant, Argiui, Messẽnij, & Archades. nã & Thessalis ab initio rebellarunt, dum cum finitimis Achęis & cum Perrhębis & Magnesijs gererẽt bellum. Videtur autem & si nihil aliud, attamen hoc ipsum esse perdifficile, quẽadmodum cum eis sit cõuersandum. Nam si remisse erga illos tegeras, superbiunt illi quidem, ac se pares dominantibus existimant: sin atpere tractẽtur, insidiantur, atq; odio habẽt. patet igitur non reperire optimum modũ eos, quibus ista contingunt circa subiectos. Præterea lenitas in mulieres & ad propositũ reipublicæ nocet, & ad directionem ciuitatis. Vt enim domus pars sunt vir & vxor, ita & ciuitatẽ bifariam diuidi cẽsendum est, in virorũ multitudinem ac mulierum. quocirca in quacunq; republica male prouisum est circa mulieres, in ea putandum est medietatem ciuitatis esse neglectam: quod ibi contingit. Volẽs enim legislator totam ciuitatem esse dui & laborum patientem, in viris quidem id fecisse constat, in mulieribus aũt non fecisse. viuunt enim molliter, ac in omnẽ licentiam dissolutæ. Itaq; necessarium in tali republica diuitias haberi in precio: præsertim cũ viri sint mulieribus obnoxij. quod accidit omnibus ferme militaribus bellicosisq; gentibus, præterquam Celtis, aut siquis alij eorum masculorum palã receperunt. Videtur aũt qui primus fabulatus est, nõ irrationabiliter Venerẽ Marti connexisse: qm̃ omnes huiusce modi homines prona sunt ad venerea, aut masculorũ, aut mulierũ, illisq; obnoxij. Itaq; apud Lacedæmonios hoc fuit, multaq; in eorũ principatu à mulieribus administrabant. Etenim qd refert, vtrũ mulieres ipsę gubernẽt, an eos qui gubernãt, à mulieribus gubernarentur idem. n. accidit. Cũq; insolẽtia ad nullum obsequiũ vtilis sit, nisi forte ad bellũ, maxime nociuæ ẽt ad hoc ipsum Laconũ mulieres erant. Patefecerunt hoc in Thebanorum aduentu. non enim magis vtiles præstiterũt se quàm aliarũ ciuitatũ mulieres: ited turbã inferebant magis q; hostes. Ab initio igit̃ rõnabiliter cõtigisse Lacedæmonijs

* ῥομβέα τινα: al. sanciũ:



* a. Laccolus a. l. posset ornus domibus finitimis.

videtur in mulieres indulgentia, cũ per mili-
tiam multũ domo abessent, Argiuis primo,
mox Archadibus & Messenijs bellũ inferen-
tes. exercentes. n. seipsos, legumlatori præsta-
bant assuefactos propter militarẽ vitam. mul-
tas enim cõtinet virtutis partes. Mulieres au-
tem fertur Licurgus deducere conatus ad le-
ges: at vbi repugnabant, abstinuisse. Causæ
igitur factorũ hæ sunt: itaq; & huius peccati.
Sed nos nõ id consideremus, cui venia dãda
sit vel non danda, sed rectum ne sit an non re-
ctum. Quę porro circa mulieres non bene se
habent, videntur (vt diximus ante) nõ solum
ipsa per se indecentiã quandam facere in re-
publica, sed impellere quoq; ad cupiditatẽ pe-
cuniæ. Post illa enim quæ nunc dicta sunt,
tuentes inæqualẽ rerum possessionem quis
reprehendat? nã eorum quibusdam hoc eue-
nit, vt magnã nimium opulẽtiam haberent:
alijs vero vt penitus exiguã: quapropter ad
paucos deuenerunt agri. hoc aũt ex eo acci-
dit, quia male fuerat lege prouisum. emere
enim, aut vẽdere quod habeas, fecit nõ hone-
stũ. et recte id quidẽ. sed donare ac testamen-
to relinquere concessit. atq; idem accidat ne-
cesse est, per hunc modum & illũ. Sunt enim
mulierum ferè ex quinq; partibus totius re-
gionis duæ, multis hæredibus institutis & tra-
ditione dotiũ magnarũ. atq; melius erat, aut
nullã, aut paruã, aut mediocrẽ esse constitu-
tã. nũc aũt licet donare ex testamẽto cuicũq;.
et si nullo istituto hęrede decesserit, hic cui vo-
luerit, dat. Ex quo factũ est, vt regio sufficiẽs
mille & qngentos eqtes alere, peditũ vero tri-
ginta millia, ne mille quidẽ totos habeat, pba-
uit autẽ res ipsa praue apud illos in hac parte
fuisse prouisum: quoniã vna plaga susceptа
ciuitas ea corruit, nec vltra pertulit ob homi-
num paucitatẽ. Aiunt etiam per tẽpora prio-
rum regũ, nouos homines permultos dona-
tos. ob numerũ ciuiũ, qui bello diminuti fue-
rant ad augendũ. & aiũt fuisse quãdoq; Spar-
tiatis decẽ millia. & tamen siue sint ista vera,
siue non sint, melius est per adæquationẽ pos-
sessionum replere hominibus ciuitatẽ. Con-
traria etiam quodãmodo est huic prouisioni
lex illa circa prolem. volens enim legũlator
quãplurimos fore Spartiatas, inducit ad mul-
titudinẽ procreandam. Est. n. lex, qui tres ge-
nuerit filios, eum esse immunẽ à custodia: qui
vero quatuor immunẽ esse ab omnibus. At-
qui patet, quod si multi gignãtur, regione sic
distributa, necessariũ est multos fieri paupes.
At. n. & quæ circa Ephoros constituta sunt,
praue se habent. hic. n. magistratus maxima-
rum apud illos rerũ potestatẽ habet. sumũtur
autem ex plebe omnes: vt multoties contin-
gat hoies valde paupes in hac potestate con-
stitui, qui ꝓpter egestatẽ venales sint. Osten-
derunt id & sæpe prius, & nunc in Andrijs.
corrupti. n. pecunia quidã, quãtum in se fuit
totam rẽpublicã euerterunt: & propter eius
magistratus & nimiã potestatẽ, ac & tyranni-
di parem, reges ipsos populares fieri cõpule-
rant, vt in hac quoq; parte respublica lædere-
tur. popularis enim status ex optimate resul-
tauit. Cõtinet tamẽ rempublicã magistratus
iste. acquiescit. n. plebs ex eo ga maximi ma-
gistratus capax est. itaq; siue ꝑ legislatorẽ, si-
ue per fortunã euenit hic, vtiliter se habet re-
bus. Oportet. n. rempublicam, quę diuturna
sit, velle, vt oẽs ciuitatis partes constent atq;
in statu suo permaneãt. Reges ergo propter
honorem suũ ita se habebunt. præstantes aũt
viri propter senatum: nã ea dignitas virtutis
est pręmium. plebs aũt propter ephoriã: nam
constituitur ex omnibus. Sed oportebat hũc
magistratum sumi quidẽ ex omnibus, non ta-
men per hunc modum, per quẽ nunc fit. est
enim nimiũ puerile. Præterea aũt & iudican-
di de magnis rebus potestatẽ habent homi-
nes contingentes. itaq; melius foret non ſm
propria m mentẽ eos iudicare, sed ſm literas
& leges. Et ẽt Ephororũ vita nequaquam
conueniẽs proposito ciuitatis. nã Ephori qui-
dem molliter viuunt, in cæteris autem tanta
asperitas est vitę, vt nequeant homines illam
perferre, sed clam transgrediẽtes legem volu-
ptatibus fruantur. Senatorum quoq; pote-
stas non recte apud illos cõstituta est. nam ꝙ
sint viri boni ac sufficiẽter ad virtutẽ eruditi,
dicet forsitan aliquis ciuitati cõducere. enim-
uero ꝙ per omnẽ vitam magis de rebus de-
cernẽdi potestatem habeãt, periculosum est:
est enim vt corporis, sic etiam & ciuitatis ſe-
nectus. Per hunc autẽ modum eruditis, vt &
legislator ipse diffidat, tanquam nõ bonis vi-
ris nequaquã tutum. Videtur autẽ hi, qui in
hac potestate constituti sunt, largiẽdi gratifi-
candiq; permulta facultatẽ habere. quapro-
pter melius erat eos rõni reddẽdæ subiectos
esse: nunc aũt non sunt. Videtur aũt Ephoro
rum magistratus oẽs alios magistratus corri-
gere. in hoc aũt nimiũ certe illis permissum:
& nõ per hunc modũ dicimus rõnẽ reddere
oportere. Insup creatio ipsa senatorũ quã per
suffragia faciũt, pleuis est. ac ipm petere magi
stratũ qui eligẽdus sit, nõ recte se habet: opor
tet enim & volentẽ & non volentẽ ad magi-
stratũ assumere, si dignus sit eo magistratu.
Nũc aũt idẽ facere in hoc videtur legislator,
quod in alia republica. ambitiosus. n. faciens

ciues,



ciues, illis vtitur ad senatorũ delectum. nemo
enim magistratum petet, nisi honoris sit affe-
ctator. atq; pleraq; eorum quæ homines iniu-
ste faciunt, per ambitionem et auaritiam com-
mittuntur. De regia vero potestate, vtrum
melius sit eam in ciuitatibus existere nec ne,
alia foret disputatio. attamen melius (non vt
nunc quidem) sed pro vita cuiusq; regis iudi-
care. Quòd autem ne ipse quidem legislator
credit se facere bonos & honestos, manifestũ
est. diffidit enim quasi non sint ad sufficientiã
boni viri. Itaq; legatos simul mittebant inimi
cos, ac saltem ciuitatis esse putabant, seditio-
nes regum. Non bene etiam circa comessa-
tiones, quæ illi Phiditia nominant, constitu-
tum est ab initio. Oportebat enim magis ex
publico esse conuentum, quemadmodum in
Creta. sed apud Lacedęmonios vnusquisque
conferre habet: & si sunt quidam longe pau-
perrimi, qui huiusmodi sumptum nequeant
sufferre. Ex quo fit, vt legumlatori cõtrà eue-
niat quàm ipse voluerit. Voluit enim ciuitatẽ
popularem facere ꝑ comessationes. sed con
trà accidit, cùm non sit facile pauperibus co-
messationum participes esse. more enim ma-
iorum sic apud eos definitur, vt qui comessa-
tionum particeps esse nequeat, is ad reipubli
cæ gubernationem non admittatur. Legem
vero quæ est circa ꝑfectos classis, & alij quidã
improbarũt: & recte qdẽ improbantes. est. n.
seditionis causa. nam cùm reges sint belli du-
ces, præfectura illa perpetua ferè alterum est
imperium. Et sic quoq; suppositioni legisla-
toris succenseri potest: quod & Plato in legi-
bus suis censuit. Ad partem enim virtutis to-
ta ordinatio illarum legum contendit, scilicet
bellica: hæc autem vtilis ad victoriam conse-
quendam. Itaq; salui erant bellum gerentes,
peribant vero vbi rerum potiti essent: quoniã
nec otium agere, nec quicquam aliud exerce-
re sciebant prestabilius, quàm rem militarem.
Illud quoq; erratum nõ sane minus, quòd pu
tant bona illa, quæ ad bellum pertinẽt, ex vir-
tute magis quàm ex vitio fieri. & in hoc qui-
dem recte. sed quòd hæc potiora quàm virtu
tem ipsam putant, in hoc nõ recte. Male etiã
circa pecunias publicas apud Spartiatas cõsti
tutũ est. quia neq; in publico habent quicquã
& magna bella gerere coacti pecunias ægre
cõferũt. nam quia Spartiatarum est plurimũ
agri, non examinant inuicem collationes. &
euenit legumlatori cõtrà quàm commodum
est, publice inopiam, priuatim auaritiam in-
ducere. De Lacedæmoniorum igitur repu-
blica hactenus dictum sit. nam hæc sunt, quæ
maxime quis reprehendat.

## De Cretensium republica. Cap. VIII.

CRetensium vero respublica huic finiti-
ma est. Habet autem quædam non de-
terius, sed plurima minus nitide. Videtur au-
tem & fertur Lacedæmoniorum respublica
in pluribus imitata Cretẽsem. vetusta autem
pleraq; rudiora sunt nouis. Ferunt enim Ly
curgum post dimissam Carilli regis tutelam,
cùm longo tempore peregrinaretur, in Cre-
ta plurimum fuisse diuersatũ propter cogna-
tionem. erãt enim Lycij Lacedæmoniorum
coloni. susceperant autem ij qui in eam colo-
niam venerãt, instituta legũ, tunc in antiquis
habitatoribus obtinentia. quapropter & nũc
Pœroeci eodem modo illis legibus vtuntur, *accolæ.
quomodo eas Minos cõstituit primus. Vide-
tur autem hęc insula ad principatum Græciæ
esse nata, ac præclare sita. cuncto nanq; immi
net mari: cùm ferè Græci omnes circum ma-
re sint positi. abest enim hinc modicum à Pe-
loponneso: illic vero ab Asiæ loco, qui circa
Triopium est & Rhodum. Quare imperium
maris obtinuit Minos, ac & insularum alias
subegit, alias vero dudum incultas habitari fe
cit. tandem Siciliam aggressus, circa Camẽri- *καμικον
nam defunctus est. Habet autem conuenię- *κωα, ικον
tiam Cretica institutio cum Laconica. Agri-
culturam exercent apud hos quidem Iotæ,
apud illos vero Pœroeci. Et comessationes sunt
apud vtrosq;. & antiquitus nuncupabant La-
cedæmonij non Phiditia, sed Andria, quem-
admodum Cretes. ex quo palam est inde pro
uenisse. Insuper autem & reipublicæ institu-
tio. Ephori nanq; eandem vim habent, quam
in Creta hi qui Cosmi appellantur: nisi quòd
Ephori quinq; sunt, Cosmi autem decem. Se
natores autem pares sunt senatoribus, quos
vocant Cretes consilium. Regia autem pote
stas fuit primo apud Cretas, postea illam su-
stulerunt, imperio in bello ad Cosmos trans-
lato. Concio autem omnibus communis est,
sed aliam nullam habet authoritatem, quàm
ea comprobandi, quæ à senatoribus & Cos-
mis fuerit ante decreta. Quæ igitur de co-
messationibus constituta sunt, melius apud
Cretas, quàm apud Lacedæmonios habent.
Nam apud Lacedæmonios vnusquisq; certũ
quid in singula capita taxatum soluit: quod
nisi faciat à republica lex repellit, vt prius dixi
mus. at in Creta cõmunis est. ex cunctis enim
quæ à terra proueniunt vel armentis, ex pu-
blicis, & his quæ afferunt pœroeci, diuisio fit,
vt pars vna ad Deorum cultum & ad publi-
ca onera. pars ad comessationes deputetur. at
ita ex publico educant omnes, & mulieres, &
pueros, & viros. Ad temperantiã autem cibi

quali

quasi vtilis sit, multa legislator philosopha-
tus est, & de mulierum diuortijs, de earum cō
gregatione ad viros, ne superfluam pariant
multitudinem prospexit. quod vtrum praue
vel non praue constitutum sit, aliud erit con-
siderandi tempus. Sed quòd circa comessatio
nes melius prouisum sit apud Cretas, quàm
apud Lacedęmonios manifestum est. At cir
ca Cosmos deterius, & circa Ephoros. Quod
enim mali habet Ephororū magistratus, idē
& in illis est, sumuntur enim quiuis. sed quod
in his prodest reipublicæ, illic non est. Nam
hic, quia ex omnibus assumptio est, particeps
populus amplissimi magistratus, vult mane-
re rempublicam: illic autem nō ex omnibus
sumuntur Cosmi, sed ex quibusdam familijs,
& senatores ex ijs qui Cosmi iam fuerūt. De
quibus idē dici potest, quod de ijs quæ apud
Lacedæmonios fiunt. Nam esse liberum ma
gistratum atq; perpetuum, maius est munus
quàm dignitas eorum mereatur. & non secū
dum legem scriptam iudicare, sed secundum
quod sibi videtur, periculosum est. Quiesce-
re autem plebem non participātem, nullum
signū est bene constitutæ ciuitatis. Nec quic
quam susceptionis est Cosmis quemadmo-
dum Ephoris: abeuntq; per insulam longe à
contendentibus. Medicina vero quam huic
delicto adhibent, ridicula est, nec ciuilis, sed
† tyrannica, sæpenumero enim aut collegæ il
lorum, aut priuati homines insurgentes per
seditionem Cosmos expellunt. Licet etiam
Cosmis seipsos magistratu abdicare, enimue
ro hęc omnia præstabat lege fieri q̄ pro homi
num voluntate: non enim secura est regula.
Omnium vero deterrimum est, potētum de-
positio: quam tam sæpe concitant, cùm sen-
tentias dare nolunt. per quam manifestum
est habere eam institutionem aliquid reipu-
blicæ, sed non esse rempublicam, at potenta-
tum magis. Consueuerūt autē concitata ple-
be & amicis ad vnius arbitrium rem deferre,
seditionesq; & prælia inter se miscere. At ve-
ro id quid differt ab eo, quòd tandem ea ciui-
tas nō sit, dissoluta ciuili societate? Est autem
periculosus hic reipublicæ status, si qui velint
possintq; inuadere. sed, vt supra diximus, ser-
uatur propter locū, quia omnes aduenas pro
cul excludit. Itaque Periœci manent Cre-
tensibus. verum Ilotes persæpe à Lacedæ-
monijs defecere. non enim erat in Creta po-
tentatus vllus externus: sed nuperrime bel-
lum peregrinum irrupit in eam insulam,
quod patefecit imbecillitatem legum sua-
rum. De hac igitur republica hæc dixisse
sufficiat.

† τυραννικὴ ἀρχή.

*superiorum rerumpublicarum com-
paratio. Cap. IX.*

Videtur etiam Carthaginensium respu-
blica bene constituta, multaq; habere
præter alias, quædam vero maxime simili-
Lacedæmonijs. Tres enī istæ respublicæ quo
dam modo inter se proximæ sunt, multumq;
distant ab alijs, Cretica dico, & Laconica &
Carthaginensi: multaq; in ipsis prouisa sunt
recte. Signum autem est reipublicæ bene in-
stitutę, quòd populus in suo permaneat loco,
neq; seditionem vllam (quod dictu dignum
sit) vnquam fecit, neq; tyrannum. Continet
autem similia Lacedæmoniorum reipublicæ;
comessationes quidem sodalitiorū, Phiditijs:
centum autem & quatuor virorum potestas,
Ephoris: præterquàm quòd non deterior. nā
illi ex contingentibus sunt: hanc autem pote
statem suscipiunt optimates. Impērator ve- † βασιλεὺς
ro & senatus conueniunt Lacedæmoniorum
regibus & senibus. melius autem quòd impe
ratorem non secundum genus, neq; ex vili et
præexcellenti magis eligunt quàm secūdum
virtutem. nam qui magnam habent potesta-
tem, si ipsi nullius pretij sint, multum nocent,
nocueruntq; iam Lacedæmoniorum ciuitati.
Plurima igitur reprehensorum propter trans
gressionem communia sunt omnibus antedi-
ctis. Sed quantum ad intentionem optima-
tum attinet & reipublicæ, quædam ad popu-
larem statum magis declinant, quædā ad pau-
corum potentiam. Nam referēdi quidem ad
populum aut non referendi aliqua, impera-
tores vnà cum senatu domini sunt, si omnes
concordent. si non concordēt, populus ipso-
rum dominus est. quęcunq; autem retulerint
magistratus, de his non approbandi modo il
lorum sententias potestas permissa est popu-
lo, verum etiam pro arbitrio constituēdi pro
uidendiq;, & cuiuis contradicere relatis illo-
rum licet: quod non est in alijs rebus publi-
cis. Quinquecuiratum vero, qui multarum
ac magnarum rerum potestatem habet, ab
illis eligi, & centumuiratum hos eligere qui
est maximus magistratus, & hos longiori
tempore quàm alios imperium retinere,
nam & perfuncti magistratu imperant, &
designari ad magistratum, ad paucorum po-
tentiam spectat. Esse autem sine mercede, &
sine electione quæ sorte fit, optimatium est
ponēdum, & siquid aliud tale. Iudicia quoq;
omnia à cunctis magistratibus iudicari, & nō
ab alijs alia, vt apud Lacedæmonios. Transi
greditur autem maxime ab optimatibus ad
paucorum potentiam institutio Carthaginiē
sium ſm aliquam intelligentiam in eo, quod

etiam



etiam multi cōprobant. nō solum enim opti-
mos, verumetiam ditissimos censentin magi
stratibus esse ponendos: quasi impossibile sit
qui egenus existat, eum bene magistratū ge-
rere, aut quietem optare. Si igitur sumere di-
uitem, paucorum potentiæ est, per virtutem
autem, optimatum: ista quædā fuerit species
tertia, per quam constituta est apud Carthagi
nienses respublica. creant enim magistratus
ad hæc duo respicientes, & præsertim maxi-
mos, vt imperatores & duces bellorum. Pu
tandum autem est huiusce modi excessum ab
optimatibus esse errorē legis conditoris: quē
ab initio prouidisse valde necessarium fuit, vt
optimi valerent quietem agere, nec quicquā
indecorum facere, non solum in magistratu,
sed etiā i vita priuata. Quòd si inspicere opor
tet ad opes gratia quietis, prauū est maximos
magistratus esse venales, imperium, & belli
ducatum. hæc enim lex preciosas magis facit
diuitias quàm virtutes, ac ciuitatem totam ad
studium pecuniarū conuertit. Nam quicquid
apud ciuitatis principes habetur in precio, ne
cessarium est & aliorum ciuium opinionem
sublequi. vbi autem non maxime honoratur
virtus, ibi non est possibile firmum optimo-
rum esse in republica statum. Assuescere vero
ad lucra rationabile est, quando per largitio-
nem adipiscūtur dignitates. absurdū est enim
si pauper quidem aliquis, verum bonæ men-
tis lucrari velit: improbior autem non velit,
cùm sumptus fecerit. Quocirca oportet eos,
qui possunt optime gerere magistratum, assu
mere ad magistratum. probabiliusq; fuisset si
author legis opulentiam præstantium viro-
rum abiecisset, ac eorum qui in magistratu fo
rent, quieti prospexisset. Prauum etiam vide
ri potest, plures magistratus ab vno homine
geri: quod in honore est apud Carthaginien-
ses. vnicum enim ab vno optime perficitur
opus. hoc autem vt fieret, prouidendum fuit
a legumlatore neq; cogendum eundem tibi-
cinē esse atq; sutorem. Quare vbi non parua
est ciuitas, magis ciuile est, vt plures sint par-
ticipes magistratuū, magisq; populare. com-
munius enim, vt diximus, & melius singula
conficiuntur atq; celerius. Patet autem hoc in
bellicis rebus, & nauticis. in his enim ambo-
bus per omnes (vt ita dixerim) transit impe-
rare & parere. Sed cùm ad paucorum poten-
tiam vergat respublica eorum, optime illud
effugiūt, vt semper aliqua plebis pars ditetur
ad oppida mittentes. per hoc. n. illi arbitrātur
ac certe efficiunt, statum ciuitatis permanere.
Sed hoc est fortunę opus. oportebat vero nō
per fortunam sine seditionibus esse, sed per le
gislatorem id fieri. nunc autem si diuisa fortu
na incidat, & plebs à gubernatoribus secedat,
nullum est remedium legis ad quietem adhi-
bitum. Lacedæmoniorum igitur, & Creten-
sium, & Carthaginiensium respublicæ, quæ
merito habentur insigniores, in hunc mo-
dum se habent.

*De republica Solonis, et uarijs institutoribus re-
rumpublicarum. Cap. X.*

EOrum autem qui de republica aliquid
tradiderunt, quidam nunquam versati
sunt in gubernatione ciuitatis, sed in priuata
vita otiosi vixerūt. de qbus si qd dignū relatu
fuit, de oibus ferè suprà diximus. Quidā autē
legislatores fuere, gubernauerūtq; vel in pro
prijs ciuitatibus vel in alienis. Et horum qui-
dam solum modo legum authores fuere, qui
dam etiam reipublicæ constituēdæ, veluti Ly-
curgus & Solon. hi enim leges & rempubli-
cam condidere: Licurgus quidem Lacedæmo
nijs, vt dictum est: Solon autem Athenien-
sibus. Existimant autem quidam Solonem le
gislatorem fuisse præclarum. nam & pauco-
rum potentiam sustulisse, quę nimis intempe
rans erat, et plebem à seruitute liberasse, ac sta
tum popularem in patria constituisse, opti-
meq; rempublicam temperasse. nam esse cō
silium Areopagi paucorū gubernationis est:
delectus vero magistratuum, optimatium: iu
dicia vero, populare. Sed videtur Solon illa
duo (cùm essent prius) non sustulisse consi-
lium Areopagi, & magistratuum delectus: at
† populum asseruisse, iudicijs ex omnibus cō
stitutis. Quapropter quidam illi succensent,
quòd alterum dissoluerit, cùm authoritatem
omnem ad iudicium traduxerit, quod per sor
titionem est. nam cùm hoc inualuit, tanquam
tyranno gratificantes populo, in cū qui nunc
est, popularem statum, rempublicam redege
runt. Et consilium Areopagi Ephialtes in hi-
buit, & Pericles. Iudicibus vero salaria Peri-
cles induxit, ac per hunc modum vnusquisq;
eorum qui apud plebem posse voluerunt, po
puli vim augere perseuerauerunt, donec in
statum quæ nunc est licentiam peruenit. Ap-
paret autem hoc, nō tam Solonis voluntate,
quàm casu euenisse. Nauali enim potentia ad
uersus Medos victor populus, maiora de sese
sapere cœpit. & accesserunt patroni seditiosi
contra bonos & modestos ciues, qui rempu-
blicam gubernabant. cùm videatur quidem
Solon eam quæ maxime necessaria fuit, pote
statem populo tradidisse, vt magistratus crea
ret, & malefacta corrigeret. nisi enim popu-
lus hāc habeat potestatem, seruus erit & ini-
micus.

† constituisse populare statum.

micus. At magistratus omnes constituit ex nobilibus ac locupletibus, ex censu quingentorum modiorum, et iugerum: tertiũ ex equitibus: quartum ex opificibus sordidis, quibus nullum magistratus assequendi ius erat. Fuerunt etiam legum positores Zaleucus apud Locros occidentales, & Charondas Catanẽsis ciuibus suis, cæterisq; ciuitatibus Calcidicis, quæ sunt circa Italiam & Siciliam. Tentãt vero quidam inducere quasi Onomacritus fuerit primus legum ferendarũ peritus. hunc vero exercitatum in Creta, cùm esset Locrus. profectum autem per artem diuinationis, ei familiarem fuisse Thaletem. Thaletis autem auditores fuisse Licurgum & Zaleucum: Zaleuci autem Charondam. sed qui ista dicunt, tempora non supputant. Fuit etiam Philolaus Corinthius legumlator Thebanis. Erat autem Philolaus ex familia Bacchiadũ, amicus vero Dioclis, qui i olympijs vicit. sed vbi ille ciuitatem deseruit, commotus ob amorẽ matris Alcyones, Thebas migrauit. atque ibi ambo defuncti sunt, monstranturq; etiã nũc illorum sepulchra, quæ ab inuicem facile spectant. verum ita constituta, vt ex Dioclis quidem sepulchro non sit prospectus in Corinthium agrum ob animi infectionem: ex Philolai autem sit prospectus. Habitarunt igitur ob huiusmodi causam apud Thebanos, leges q; illis Philolaus descripsit, & de alijs quibusdam, & de sobole procreanda, quas illi leges proletarias appellant. Et hoc est præcipue ab illo prouisum, vt numerus hæreditatũ conseruetur. Charõdę autem nihil est proprium, nisi iudicia falsorum testium. Primus enim de his legem posuit: diligentia autem & claritate etiam elegantior quam hi qui nunc sunt legũ conditores. Philolai proprium est patrimoniorum disparitas. Platonis autem mulierum & natorum et patrimoniorum communitas, & comessationes fœminarum, & præterea lex circa ebrietatem, vt reges cõuiuiorum sobrij sint. & in rebus bellicis exercitatio, per quam ambidextri fiant: cùm oporteat non alteram manum vtilem, alteram inutilem habere. Draconis quoq; leges sunt. sed iam constituta republica leges tulit. Proprium autem Draconis est nihil quod sit memoria dignũ, nisi rigiditas ob magnitudinem pœnarum. Fuit quoq; Pittacus legum conditor, sed non in republica versatus. Lex est propria illius, ebrios si quem pullauerint maiori pœna damnari, quam si sobrij fecissent. quòd enim plures delinquunt ebrij quàm sobrij, non ad id respexit, quòd magis esse debeat ebrijs venia, sed ad vtilitatem. Fuit etiam Androdamas regius legum cõditor Chalcidensibus, qui sunt in Thracia, de homicidio & hæreditatibus. nihil tamẽ huius proprium referre quis potest. De his ergo rebus publicis, quæ principales sunt, & de his quæ sunt ab aliquibus scriptæ, in hunc modum cognouisse sufficiat.

# ARISTOTELIS POLITICORVM LIBER TERTIVS.

## SVMMA LIBRI.

*De ciuitate, ciue, rerumpublicarum speciebus, dominatore ciuitatis, viris eã constituentibus, unus uti uirtute superex cellente, ac regia gubernatione.*

*De ciuitate, & ciue, quid sit utrunq;. de ciuitate donatis de magistratibus, de iuste & iniuste ciuibus.* Cap. I.

QVi de republica considerat, quæ sit vnaquęq; & qualis, fere prima illa consideratio occurrit, videre quid sit ciuitas. Nam ea nõnunquam in controuersiam venit, cùm alij dicant à ciuitate factum, alij nõ à ciuitate, sed à potentibus quibusdam, vel à tyranno. * gubernatoris autem reipublicę ac legum positoris totum negocium versari videmus circa ciuitatem. Est autem respublica, eorum qui in ciuitate degunt, institutio quædam. Cùm vero sit ciuitas compositum quiddam, quemadmodũ alia tota ex pluribus partibus consistentia, manifestum est primo de ciue esse perquirendum. nam ciuitas est ciuiũ multitudo quædam. Quare & quem oporteat ciuem vocari, & qui sit ciuis, est considerandum: nam & de ciue sæpe contẽditur, nec eundem omnes esse fatentur ciuem: & qui in populari ciuitate ciuis est, persæpe in paucorum gubernatione non erit ciuis. Eos igitur qui alio quodam modo appellationem sortiũtur, ceu eos qui in ciuitate donati sunt, omittamus. Nec habitatio ciuẽ facit. nam isto modo peregrini qui circa nos habitant, & serui ciues essent. Nec rursus qui fori ac iudicij ius habent. nam hoc existit etiam illis qui simul contrahunt, cùm per contractum forum sortiantur. quanquam multis in locis peregrini nec id quidem perfecte habeãt, sed necesse est vt patronum accipiant. Ex quo fit vt imperfecte quodam modo sint fori iudiciorum participes: sed vt pueri nondum ætate perfecti, & senes ob ætatem à muneribus publicis vacantes, non simpliciter ciues dicendi sunt, sed quodam

* πολιτικοῦ.

* μέτοικοι.



quodam modo ciues. At nos quærimus eum, qui simpliciter ciuis dicat, nec habeat aliquã adiunctionem quæ restringat & corrigat: cũ & de infamibus & de exulibus eodem modo vt suprà dubitari, & responderi potest. Ciuis simpliciter nulla alia re definitur magis, quàm participatione potestatis publicæ iudicandi & decernendi. Potestates autem, aliq; sunt determinatæ secũdum tempus, ita vt non liceat interdum, nec semel eandem habere, aut per alia temporum spatia. aliæ sunt indeterminatæ, ceu illius qui in concione deliberat, & qui iudicat: quanquam fortasse diceret aliquis, tales non esse in potestate constitutos. Atqui ridiculum foret, qui de maximis rebus deliberant & decernunt, eos potestatem dicere non habere. Sed nihil referat, cùm de nomine sit quæstio. est enim absq; nomine publica potestas iudicantis decernentisq; in concione: sed sit definitionis gratia indeterminata potestas. Ponimus autem eos esse ciues, qui huius potestatis vnà cum alijs participes sunt. maxime igitur proprie ciuis, super omnes alios qui ciues dicuntur, ferè talis est. Nec latere nos debet quòd in rebus, quarum subiecta differunt specie, & aliud eorum est primum, aliud secũdum, aliud consequens, aut omnino nihil est (quà talia sunt) commune, aut vix. Respublicas autem videmus specie differre, & alias esse posteriores, alias priores. Quę enim aberrauerunt ac prolapse sunt, necesse est vt posteriores sint integris & incorruptis. quomodo autem dicamus eas labi, postea patebit. Qua re ciuem quoq; esse alium atq; alium, necesse est secundum differentiam rerumpublicarũ. Itaque ille, de quo diximus, in populari quidem statu maxime est ciuis: in alijs vero speciebus esse quidem potest, non tamen necesse est. In quibusdam enim ciuitatibus nec populus est, neq; cõcionis vsus, sed senatum habent & iudicia. vt apud Lacedæmonios de cõtractibus cognoscunt hi, qui Ephori nuncupantur, alij alios. de cæde autẽ senatus, & forsan alius magistratus de alijs. eodemq; modo apud Carthaginienses, de omnibus quidem causis magistratus quidam cognoscunt. Sed recipit correctionem quandam definitio ciuis, quòd in alijs rebus publicis non est indeterminata illa potestas, quæ in concione decernit & iudicat, sed determinata secundum iurisditionem. horum enim, aut omnibus, aut quibusdam concessum est deliberare ac iudicare, vel de omnibus vel de quibusdam. Quis igitur sit ciuis, ex his patet. Cui enim habilitas est participandi potestatis publicæ deliberatiuę & iudiciarię, hunc ciuem esse dicimus eius ciuitatis; ciuitatem vero talium multitudinẽ, quæ ipsa per se sufficiens sit, vt simpliciter dixerim, ad viuendum. Consueuerunt autem eum etiam dicere ciuem, qui ex duobus ciuibus ortus sit, & non ex altero solum, ceu ex patre & matre. alij vero magis vltra requirũt, ceu auos & proauos vel plures. His itaq; definitis ciuiliter & succincte, dubitant quidam, tertius ille aut quartus, quomodo erit ciuis. Gorgias quidem Leontinus partim dubitãs fortasse, partim ludẽs, inquit: Quẽadmodum mortaria sunt illa quæ à factoribus mortario rum fiunt, sic Lariſſæos esse qui ab artificibus eorum fiunt, esse nanq; aliquos Lariſſæorum factores. Est autem simplex. si enim participarent administrationis reipublicæ fm determinationẽ iam dictã, essent vtiq; ciues. Etenim neq; pole congruere definitionem illam primis conditoribus aut habitatoribus, vt ex patre matreq; ciuibus sint exorti. Sed forsan de eo magis dubitari potest, cùm facta mutatione recipiũtur quidam ad communionem rei publicæ, quemadmodum Athenis fecit Clisthenes, post tyrannorum ejectionem. complures enim in tribus descripsit, peregrinos, & seruos, et inquilinos, de quibus dubitari potest non qui ciuis, sed an iuste vel iniuste. Atq; de eo insuper quis dubitabit. an si non iuste ciuis, ne ciuis sit: quasi idẽ valeat iniustus & falsus. Sed cùm videamus quosdam iniuste se in magistratibus gerere, quos tamẽ magistratus esse dicimus. sed nequaquã iuste: ciuis autem potestate quadam definitus sit: (nam qui particeps est talis potestatis, est ciuis, vt diximus:) patet quòd hos quoq; ciues esse dicendum est. Iuste autẽ vel iniuste, pertinet ad priman illam quæstionem, in qua quæritur num quid à ciuitate factum sit, vel non à ciuitate. ceu cùm ex paucorum potentia vel tyrannide, ad popularem statum fit mutatio. Tunc enim neq; mutuatam pecuniam soluere quidam volunt, quasi non ciuitas eam susceperit, sed tyrannus: nec alia huiusmodi permulta, quasi respublica vi ac victoria consistet, nõ publica vtilitate. Si igitur per hunc modum, quędam in populari statu fiunt, esse similiter dicẽdum est huius ciuitatis acta, & paucorum potentiæ & tyrannidis.

*Quo pacto ciuitatem, eandem, uel nõ eandem dicere debeamus.* Cap. II.

VIdetur autem proprius huius quæstionis locus, quomodo aliquando dicamus ciuitatem esse eandem & non eandem, sed aliam. Potissime igitur inuestigatio dubitationis huius est circa locũ, & homines. fieri enim

enim poteſt, vt ſeparetur locus et homines, et alios alibi habitare. Sed hæc leuior eſt dubitatio. nam cùm multipliciter dicatur ciuitas, per facilis eſt huiuſmodi queſtio. Similiter quoq; eorum qui eundem inhabitãt locum, quoad dicendum ſit vnam eſſe ciuitatem: non enim mœnibus id definitur. liceret enim Peloponneſum totam vnis mœnibus circundari. talis fortaſſe eſt Babylon, quæ capta cùm eſſet ab hoſtibus, latuerunt partem aliquam eius ciuitatis tertia die nondum aliquid ſenſiſſe. ſimiliter & quæcunq; alia magis habet circunſcriptionem gentis quàm ciuitatis. Sed huius queſtionis alio loco vtilis erit cõſideratio. nam de magnitudine ciuitatis, & quantam eſſe vtile ſit, & vtrum vnam vel plures, latere non debet ciuilem hominem. At manentibus eiſdem habitatoribus eodem loco, vtrum quoad ſit idem genus habitantium eandem eſſe ciuitatem dicendum ſit, quamuis ſemper alij intereant alij oriantur: vt & flumina ſolemus eadem dicere, & fontes eoſdem, quamuis ſemper vnda noua ſuperueniat ac defluat. An homines dicendum ſit eoſdem eſſe propter eandem cauſam, ſed ciuitatem aliam. Nam ſi ciuitas eſt ſocietas quædã (ſocietas autem ciuiũ) variata reipublicę gubernandę forma, & alia effecta, neceſſarium vtique videretur, ciuitatem quoq; nõ eandem permanere. vt & chorum alium eſſe dicimus dum tragicus eſt, cẽ dum comicus: & ſi ijdem ſint homines. eodemq; item modo, omnem aliam ſocietatem & compoſitionem, ſi ſpecies compoſitionis alia fiat: ceu harmoniam earundem vocum aliam eſſe dicimus, & modo Doricam, modo Phrygiam vocitamus. Id ſi ita eſt, patet quòd maxime dicendum eſt eandem ciuitatem, ad rempublicam reſpiciẽtes. nomine autem vocari alio, aut eodem licet, eiſdem habitantibus eandem, vel alijs penitus hominibus. Vtrum autem iuſtum ſit † reddere pecuniam mutuo ſumptam, mutata reipublicæ gubernãdæ ſpecie, an non iuſtum, alia eſt dubitatio.

† Pactum diſſoluere, aut non diſſoluere.

*De virtute abſolute viri boni, & boni ciuis, num ſit eadem an altera. De virtute ciuis qui præeſt, & qui paret. An opifices ſint dicendi ciues. Cap. III.*

HIs vero quę nunc dicta ſunt, conſequẽs eſt videre, vtrum eadem ſit virtus boni viri, & boni ciuis, an non eadem. Atq; ſi hoc eſt perquirendum, prius de virtute ciuis ſub cõpendio conſiderare oportet. Vt igitur nauta vnus aliquis eſt eorum, qui ſunt in communi ſocietate, ita & ciuem dicimus. Nautarum vero, quanquam diſſimiles ſint ſecũdum potentiam (nam alter eſt remex, alter gubernator, alter proram dirigens, alter alteram huiuſmodi appellationem habens) patet quòd exacteſſimus vniuſcuiuſque ſermõ proprius erit illius virtutis. Similiter autem & commune quiddam conuenit omnibus. ſalus enim & conſeruatio nauigantium, cõmune eſt omnium opus: ad hoc enim vnuſquiſq; eorum intendit. ſic igit̃ & ciuibus, licet diſſimiles ſint, opus eſt conſeruatio communis ſocietatis: ſocietas vero eſt reſpublica, quapropter neceſſe eſt virtutẽ eſſe ciuis ad rempublicam. Si quidem igitur plures ſunt rerumpublicarum ſpecies, patet non eſſe recipiendum, vt ſtudioſi ciuis vna ſit virtus, eaq; perfecta. at viri boni perfecta eſt virtus. Quod igitur fieri poſſit, vt ciuis ſtudioſus non poſſideat virtutem illã, per quam dicitur vir bonus, manifeſtũ eſt. Quin etiam & alio modo inquirentibus, peruenire licet ad eãdem rationem circa optimam rempublicã. Nam ſi impoſſibile eſt ex omnibus ſtudioſis eſſe ciuitatem: & oportet ſingulos opus ſuum benefacere: hoc autem à virtute: ſit vero impoſſibile ſimiles eſſe ciues omnes: nequaquam vna eſſet virtus ciuis & viri boni. Nam virtutem ſtudioſi ciuis omnibus eſſe oportet: ſic enim optima foret ciuitas vtique. at viri boni virtutem impoſſibile eſt omnibus eſſe: niſi neceſſarium ſit in ſtudioſa ciuitate ciues omnes eſſe viros bonos. Præterea cũ ex diſſimilibus conſtet ciuitas, vt animal ex anima & corpore: anima vero ipſa ex ratione & appetitu, & domus ex viro & vxore, & acquiſitio ex domino & ſeruo: eodem modo cum ciuitas ex his omnibus, ac preterea ex alijs diſſimilibus conſtet ſpeciebus, neceſſe eſt non vnam eſſe ciuium omnium virtutem. quemadmodum nec chorum agẽtium, ſupremi & aſſiſtentis. quòd igitur nõ eadem ſimpliciter ex his patet. Sed an erit alicuius eadem virtus ciuis ſtudioſi & viri boni? Dicimus vtiq; ſtudioſum in magiſtratu, bonũ eſſe atq; prudentem: ciuilem autem hominem neceſſariũ eſt eſſe prudẽtem. et ſtatim aliam eſſe diſciplinam præſidẽntis aiunt quidam: vt patet in regum filijs, qui ad equeſtrẽ bellicã q; diſciplinã in adoleſcentia erudiũtur. & Euripides inqt, Nõ mihi ſpectoſa, ſed ea quorũ ciuitas idiget. tanquam ſit præſidentis diſciplina quædam. Si autem eſt eadem virtus præſidentis boni, ac viri boni: ciuis autem eſt & qui regitur: nõ eadem virtus ſimpliciter eſſet ciuis & viri boni, ſed tamen cuiuſdam ciuis. nõ enim eadem virtus eſt eius qui præſidet, & ciuis. Et ob hoc forſan Iaſon inquit, grauiter ferre, ſi nõ regnaret, quaſi neſciret priuatus eſſe. Sed nihilo minus laudãdum eſt poſſe imperare, & parere:

* magiſtratũ gerentis.

ac



ac præclari ciuis virtus eſt poſſe præeſſe, & ſub eſſe laudabiliter. Si ergo virtute boni viri poſſumus præſidentem, ciuis autem vtranque: nõ vtiq; fuerint ambæ ſimiliter laude dignæ. Cùm ergo aliquando videatur vtraque, ſed non eadem, eum qui imperat & eum qui paret, addiſcere debere: ciuem autem vtraq; ſcire, & participare ambarum: quid ſequatur deprehendere quis poteſt. Eſt enim præſidentia dominatiua. hac vero in his quę neceſſaria vocantur ſcire facere, nequaquam neceſſariũ eſt ei qui præſidet, ſed vti magis, alterum vero ſeruile eſt: dico aũt alterũ, poſſe exhibere miniſteria. Seruorũ autẽ ſpecies plures eſſe dicimus, cũ ſint miniſteria plura: quorũ ptẽ vnã obtinent manuales. hi ſunt, vt nomen ſignificat, qui ex manibus viuũt, in quibus ſunt opifices. Quapropter apud quoſdam antiquitus huiuſmodi homines excludebantur à reipublicæ honoribus, antequam populus extremus fieret. Hæc igitur opificia eorum qui ita ſubſunt, neq; rectorem diſcere oportet, neq; eũ qui in republica verſatur, neq; bonũ ciuẽ: niſi fortaſſe q̃nq; ſui ipſius priuati gratia. Nõ enim amplius cõtingeret eſſe alterũ dominũ, alterũ ſeruũ: ſed eſt præſidẽtia q̃dam, per quã præeſt ſimilibus genere, & liberis hominibus. & hanc dicimus eſſe ciuilem præſidentiam, quam eum qui præeſt didiciſſe parendo oportet: ceu præfectum equitum eſſe, cũ ipſe prius ſub alio eſſet: & exercitum ducere, cùm ipſe prius in exercitu per inferiores militiæ gradus ductus ſit. Quamobrem recte dicitur, neminẽ bene imperare poſſe, qui non prius ſub imperio fuerit. Sed horum diuerſa eſt virtus. & oportet bonum ciuem ſcire ac poſſe præeſſe & ſubeſſe. & hæc virtus ciuis, ſcire recte ſe habere in vtraq; parte. & boni viri vtraque. quanquam alia eſt ſpecies eius temperantiæ & iuſtitiæ quæ præeſt. nam eius qui ſubeſt ac liber eſt, non vna profecto fuerit virtus ac boni viri. vtputa iuſtitia alias ſpecies habet cùm præeſt, alias cum ſubeſt. Quemadmodum viri & mulieris alia temperantia, & fortitudo. nam videretur vtiq; timidus eſſe vir, ſi ita fortis eſſet, vt fœmina fortis: & mulier inhoneſta videretur, ſi ſic honeſta foret, vt vir honeſtus. adminiſtratio quoq; domus, alia mulieris, alia viri. nam viri eſt acquirere, mulieris ſeruare. Prudentia vero propria virtus eſt præſidẽtis. nam cæteræ quidem virtutes videntur communes. tam eorum qui præſunt, quàm eorũ qui ſubſunt: at prudentia non eſt virtus eius qui ſubſit. ſed opinio vera. qui enim ſubeſt, vt is eſt qui fiſtulam facit: qui vero præeſt, vt is qui vtitur fiſtula. Vtrum igitur eadẽ ſit virtus viri boni, & ciuis ſtudioſi, vel alia, & quomodo eadem, & quomodo alia, ex his patet.

Reſtat adhuc vna dubitatio circa ciuẽ: vtrũ reuera ciuis ſit is, ſolum, cui participatio eſt publicę poteſtatis, an opifices etiam ac mercenarij ſint ciues nuncupandi. Nam ſi ponamus hos quoq; eſſe ciues, qui magiſtratuũ ſint expertes, nequaquam poſſibile eſt vniuſcuiuſq; ciuis talem eſſe virtutem. ſi vero nullus horũ eſt ciuis, in qua parte ſunt huiuſmodi homines reponendi? neq; enim in eorum miniſtrorum loco qui nobiſcum habitant, neq; rurſus vt peregrini. An ſecundum hanc rationem nihil dicemus euenire abſurdum. neq; enim ſerui ſuprà dictorum quicquam, neq; liberti. Illud autem verum, quòd non omnes illi dicẽdi ſunt ciues, ſine quibus ciuitas eſſe non poteſt: cùm neque pueri ita ciues ſunt, vt viri. ſed hi quidem ſimpliciter, illi vero ex ſuppoſitione. ciues enim ſunt, ſed imperfecti. Veteribus quidem temporibus apud quoſdam opifices erant ſerui, aut peregrini. quapropter etiam nunc plerique tales ſunt. Optima quidem ciuitas nunquam opificem faciet ciuem. quòd ſi hi ciues, ciuis autem virtus, quam diximus, dicendum eſt non eſſe cuiuſq; ciuis, neq; liberi modo, ſed eorum qui à miniſterijs neceſſarijs ſunt alieni. neceſſaria vero qui vni miniſtrat ſeruus eſt: qui autem publice viles & ſordidi. Patebit autem hunc parum adhuc conſiderãtibus, quemadmodum in his res ſe habeat. hoc enim qd̃ diximus, id oſtendit. Cùm enim plures ſint rerumpublicarum ſpecies, plures quoq; ſpecies ciuium ſint neceſſe eſt, ac maxime eorum ciuium qui ſubſunt. Itaq; in quadam republica opifices & ſordidi ciues erũt: in quibuſdã vero impoſſibile eſt vt ciues ſint: puta in optimatum gubernatione, ſiqua illa eſt, in qua ſecundum virtutem dantur honores, & ſecundum dignitatem. neq; enim virtutem exercere poteſt qui vilibus opificibus occupatus eſt. In paucorum quoq; gubernatione tenues homines ad rempublicam non recipiuntur: ex magno enim cenſu ad honores reipublicæ peruenitur. Artifices tamẽ ad hanc ſpeciem peruenire poſſunt, & ſi ſordidi ſint: quoniam plerunque diuitijs abundant. Apud Thebanos lex fuit, vt nemo habilis eſſet ad honores reipublicæ ſuſcipiẽdos, niſi de cẽ annis à mercatura deſtitiſſet. In multis autem rebuspublicis attrahuntur lege ad ciuitatem etiam peregrini. Eſt etiam lex in quibuſdam ciuitatibus, vt ſatis ſit ex matre ciue eſſe genitum. & eodem pacto ſpurios multę recipiunt: atq; propter defectum legitimorum ciuium tales ciues faciũt. paucitate enim homi-

num

num inducti, his vtuntur legibus. ꝙ si abundent multitudine, paulatim excludūt, primo libertini generis homines, deinde eos qui ex matre solummodo ciues sint: tādem non nisi ex vtroq; parente natos ciues, pro ciuibus habent. Quòd igitur plures sint species ciuium, ex his patet: & quòd maxime dicitur ciuis ille, qui habilis sit ad honores suscipiendos, vt Homerus inquit. sed vbi id occultū est ex deceptione habitatorum, tanquam inhonoratum quendam reptitium, repellunt. vt inquilinus enim est & aduena, qui honores capere non potest. Vtrum igitur alia, an eadem virtus sit, per quam est vir bonus & ciuis studiosus, patet ex supra dictis, quòd cuiusdam ciuitatis idem, cuiusdam vero alius, & ille nō omnis, sed qui præest reipublicæ, & potestatem habet, aut solus, aut cum alijs gubernationē exercens.

*Quid sit respublica, & ipsius finis. Quot sint imperij in re familiari modi. Quid respublica recta, quid'ue lapsa.* Cap. IIII.

His ita determinatis, videndum iam est, vtrum vna sit ponenda respublica, an plures. Et si plures, quæ, & quot, & quænam differentiæ earum sint. Est autem respublica ordinatio ciuitatis & circa magistratus alios, & maxime circa id quod summam in ciuitate habeat authoritatem, & si sit principalissimū. Principalissimum autē est id, quod vbiq; gubernat & regit ciuitatem: ceu in populari quidem populus, in paucorum vero potētia pauci. Dicimus autem & rempublicam aliam esse ab istis, eodemq; modo dicemus de alijs. Supponēdum est primo, cuius gratia ciuitas sit constituta, & quot sint gubernandi species circa hominem, & circa vitæ societatem. In superioribus libris, vbi de gubernatione rei domestice, ac de domino & seruo determinauimus, dictum est, naturæ esse hominem ciuile animal ac sociale. Ex quo fit vt si etiā nihil indigeant mutuo auxilio, nihilominus affectēt vitæ societatem. quinetiam & communis vtilitas coniungit eos, inquantum cōfert singulis partem bene viuendi. maxime igitur hic est finis & publice omnibus, & priuatim. Cōgregantur etiā ipsius vitę gratia. forsan enim ineſt sibi aliqua particula honesti, & continet ciuilem societatem, etiam viuendi gratia solum, si non molestiæ in vita admodum exuperēt. Patet autem quòd tolerant homines multa aspera, propter viuendi cupiditatem, vt existente in eo quadam prosperitate, & naturali dulcedine. Atqui & modos iperij facile est diuidere, cùm sæpe sit de his à nobis in externis sermonibus determinatum. Dominatio enim, licet reuera vtilis existat natura seruo, & natura domino, nihilominus imperat pro domini vtilitate, pro vtilitate autem serui contingenter. neq; enim fieri potest, vt seruo deficiēte seruetur dominatio. Filiorum vero imperium, & vxoris, & domus totius, quam vocamus rei familiaris gubernationem, aut gratia est eorū qui gubernantur, aut gratia alicuius, quod sit vtriq; commune. Gratia eorum qui gubernātur, vt videmus & alias artes, ceu medicinam & gymnasticam illorum quibus imperatur, vtilitatem quærere: contingenter tamen & eorum qui præcipiunt, esse potest, nihil quippe vetat, magistrum ipsum gymnasij esse vnum eorum qui exercentur, quemadmodum gubernator semper est vnus ex his qui sunt in naui. Magister igitur gymnasij & gubernator considerant semper eorum vtilitatem quos gubernant. sed quando horum vnus est, per accidens ipse quoq; suscipit vtilitatem, hic quidem nauta, ille autem vnus eorum qui gymnasio exercētur. Quapropter ciuilia quoq; imperia, cùm sint secundū equalitatem ciuium constituta, & secundum paritatem, vicissim exigunt ea gerere, quà natura fert. cēsentes inuicem munera subire, & considerare vicissim quoddam illius bonū, quem admodum ille prius dum præesset, considerauit vtilitatem istius. nunc autem ratione commodorum ex reipubli. gubernatione prouenientium, volunt continuo in potestate esse, velut si semper contingeret magistratum gerentibus ex valetudinarijs ante, sanos degere: nam forsan ita magistratus amplecterentur. Constat igitur quod quæcunq; respublicæ ad communem vtilitatem intendunt, hæ certe rectæ sunt secūdum simpliciter iustum: quæcunq; vero ad propriam eorum qui præsunt vtilitatē solum, aberrant quidem, sunt q; omnes rectarum rerumpublicarū transgressiones & labes. gubernantur enim quasi à dominis: ciuitas autem est liberorum societas.

*De diuisione & definitionibus rerumpublicarum, & de earum transgressione.* Cap. V.

His determinatis, consequens est respublicas considerare quot sunt & quæ. et primo quidem eas quæ sunt rectę: nam labes earum ex illis patescunt. Cùm vero gubernatio ciuitatis & regimen idem significent: regimen autē est potestas ciuitatis: necesse est potestatem huiusmodi aut penes vnum esse, aut penes paucos, aut penes multos. Quādo igitur vnus, vel pauci, vel multi cōmunem vtilitatem in gubernatione sequūtur, has esse rectas rerūpublicarū species necesse est. quādo autem



autem ad propriam vtilitatem vel vnius, vel paucorum, vel multitudinis gubernatur, trāsgressiones sunt & labes. Aut enim dicēdum est non esse ciues, aut ad participationem vtilitatis sunt recipiendi. Vocare autem consueuimus, cùm vnus ad vtilitatem communem respiciēs gubernat regiam potestatem. Cùm vero pauci gubernāt, plures tamen vno optimatium gubernationē: vel ex eo quia optimi præsunt, vel ex eo quia ad optimum publicū administrant. Cùm autem multitudo gubernat ad communem vtilitatem, vocatur communi nomine rerumpublicarū oium, respublica. Contingit autem rationabiliter. vnum enim excellere secundum virtutem, aut paucos datur: vt vero multitudo excellat ad omnē virtutē difficile est, sed maxime ad bellicā. hæc enim in multitudine fit. Quare in hac rei publicæ specie principalissimū ac potētissimū est id in quo robur belli cōsistet. & i his ipsi illi sunt, qui sunt in possessione armorū. Prolabū tur vero ac transgrediūtur huiusmodi species, ex regia quidem gubernatione, in tyrannidē: ex optimatibus vero, in paucorum potētia: ex republica autem, in popularem statū. Tyrānidem enim esse dicimus, dominatū vnius ad proprium commodum intendentis. Paucorum autem potentiam, cùm ad opulentorum commodum gubernatur. Popularem autem statum, cùm ad commodum egenorum. harum enim nulla ad communem vtilitatem respicit. Oportet autem paulo vberius explicare quæ sit vnaquæq; istarum. habent enim dubitationes quasdam. Philosphantis enim circa singulorum disciplinam, & non solum ad agendum respicientis, proprium est nihil negligere neq; prætermittere, sed demōstrare in singulis veritatem. Tyrannidē enim esse diximus vnius dominationē ciuili societati præsidentis. Paucorum autem potentiā, quando rempublicam tenēt opulenti & diuites. Popularem vero gubernationem, cum tenues homines & non possidentes diuitias gubernant. Prima igitur dubitatio est circa definitionem. Nam si plures sint opulenti & diuites, ac rempublicam teneant: popularis autem gubernatio sit cùm multitudo regit: eodemq; modo, sicubi cōtingat inopes esse pauciores q; opulenti, sed potentiores ac rempublicam teneant, et vbi pauci rempublicam obtinent paucorum potentiam nuncupamus: non recte viderentur istę definitiones esse positæ. Enimuero siquis adiungens opulentię quidem paucitatem, inopiæ vero multitudinem, sic appellet rerumpublicarum species, vt dicat paucorum potentiam esse, in qua gubernationem reipublicę habent opulenti, numero pauci: popularem vero, in qua inopes rempublicam tenēt multi existētes, aliam habet dubitationē. Quas enim dicemus eas respublicas, eam videlicet in qua plures opulēti, & eam in qua pauciores inopes gubernāt. siquidem nullæ sunt aliæ respublicę præter supra dictas. Videtur igitur ratio ista ostendere, ꝙ paucos esse vel multos qui gubernant, contingens est. aliud paucorum potentiæ, alterum populari: propterea ꝙ vbiq; accidit, vt pauci sūt opulēti, multi vero inopes. Ex quo fit, vt huiusmodi causæ non faciant differentiam: sed in eo differat popularis gubernatio à paucorum potentia, quòd alibi opulenti, alibi inopes rempublicā obtinēt. Necessariūq;, est vbicūq; per opes ac diuitias præsint, siue hi pauciores sint, siue plures, hanc esse speciē illam quæ vocatur paucorum potentia: vbicunq; autem inopes, hāc esse popularem gubernationē. Sed accidit (vt diximus) hos qui dem paucos esse, illos vero multos. opibus enim ac diuitijs pauci abundant, libertatis tantum omnes participes sunt, propter quas causas contendunt vtriq; de republica.

*De iusto paucorum ac popularis gubernationis. De ciuitatis fine, virtute ac vitio.* Cap. VI.

Svmendum est prius, quos terminos essе dicunt paucorum potentiæ & popularis gubernationis, & quid sit iustū in vtraq;. Omnes enim attingūt iustum quoddam, sed vsq; ad aliquid, & aiunt nō omne iustum proprie. puta videtur æqualitas iustum quidā esse, & est, sed nō omnibus, at æqualibus. & inæqualitas videtur iustum esse, & est quidem, sed non oibus, at inæqualibus. Alij vero hoc auferunt, videlicet quibus, & male iudicant. causa vero est, quia de seipsis iudicium fit. qui vero de proprijs iudicāt, vt plurimū nō recti sunt iudices. Itaq; cū iustum aliquibus, & diuisum sit eodem modo in rebus & personis, vt diximus in Ethicis, æqualitatem rei conuenire, sed de personis cōtendunt, maxime ob id qd'dictū est modo, quia de seipsis nō recte iudicāt. Deniq;, quia vsq; ad aliquid vtriq; eorum iustū quiddam dicentes putant se dicere simpliciter iustum. alij enim si in aliquo sint superiores ceu opibus & diuitijs, alios omnino putāt impares esse: hi vero si in aliquo sint pares, puta libertate, omnino putant esse pares. Cęterum quod est principalissimum, non dicunt. Si enim possessionum gratia societatem inissent atq; vnā conuenissent, tantum caperent ciuitatis quātum possessionis. itaq; ratio illa valeret, quæ est paucorum potētium, qui

asunt non esse iustum, vt qui vnum contulit, tñ participet de centum minis, cũtum is qui contulit omne reliquũ: neq; de ijs quę ab initio, neq; ijs quę postea superueniant. Quòd si non viuendi solum gratia, sed magis bene viuendi: nam sic seruorum & aliorum aialium ciuitas esse posset: quod non est ex eo quia felicitatis non sunt capacia, nec viuendi fm electionẽ: neq; societatis gratia bellicæ, ne à quo quam iniuria afficiantur: neq; propter commercia ac mutuã vtilitatem: nam sic Tusci & Carthaginienses, & omnes ij quibus est commercium inuicem, tanq; ciues essent vnius ciuitatis: sunt nẽpe illis fœdera circa res importandas & pacta, ne iniuria afficiantur, & scripturæ circa mutuã bellorum societatem. sed neq; magistratus cõmunes his deputati sunt: verum alij apud alios. nec quales esse oportet alteri de alteris cogitãt. neq; vt nemo eorum iniustus sit, qui sub fœdere cõprehenduntur, neq; vt prauitatem nullam habeãt, sed solum vt non inuicem se iniuria afficiant. At enim de virtute ac vitio publice cogitant, quicunq; curam habent bene instituendi ciuitatem Ex quo manifestum est, de virtute curam esse habendam ei quę reuera ciuitas sit nominanda, non orationis gratia. nam fit communicatio societas aliorum ad bellum, loco solum differens ab alijs socijs longe existentibus. & lex pactio, vt ait Licophron Sophista, fideiussor inuicem iustorum, sed non talis, vt bonos & iustos ciues efficiat. Et q; ita se habeat patet. nam si quis coniungat loca in vnum: vt Megarensium Corinthiorumq; ciuitas sese inuicem contingant mœnibus, nihilominus vna non erit ciuitas: nec si simul coniugia ineant: quãquam hoc vnum sit de his communibus, quæ proprie sunt ciuitatũ. Eodemq; modo si qui habitent separati quidem, non tamen ita longe vt nequeãt simul cõmunicare, legesq; habeãt, iniuriam sibi inuicem in commercijs prohibendi: ceu si vnus faber, alter agricola, alter sutor, alter aliquis huiusmodi foret, essentq; hi decem milia numero, nec aliæ eis forent cõmuniones, nisi talium rerum, puta cõtractuum & bellorum confœderationis: nec sic quidem ciuitas adhuc foret. propter quam vtiq; causam? Non enim, quia nõ propinqua sit communicatio nam si in vnũ conuenirent ita communicãtes, vnusquisq; tamen vtatur propria domo vt ciuitate, ac sibi ipsis vt cõfœderati auxilium, ferant contra iniuriantes solum, ne sic quidem ciuitas esse videretur recte considerantibus. siquidem eodem modo cõuersarentur simul, coniunctim, & separatim. Ex quo patet, q; ciuitas nõ est communicatio loci, & non iniuriandi sibi ipsis, & commercij gratia. sed ista quidẽ vt assint, necessarium est, siquidẽ futura sit ciuitas. nec tamẽ si ista assint omnia, ciuitas adhuc erit. At bene viuendi societas & domibus, & generibus, vitę perfectę gratia, & per se sufficiẽtis. hoc tñ non erit nisi vno eodemq; loco habitantibus, & coniugia simul ineuntibus. propter quod propinquitates in ciuitatibus extiterunt, & sodalitia, & sacra, et conuersationes familiarũ. idq; est amicitię opus. nã simul viuendi electio amicitia est. Finis ẽ igit̃ ciuitatis bene viuere: illa vero gratia finis. Ciuitas autẽ est generũ pagorumq; societas, vitæ perfectæ ac per sufficientis: hoc est (vt diximus) bene ac beate viuere. Bene igitur agendi gratia ponẽdũ est esse ciuilẽ societatẽ, non aũt gratia simul viuẽdi. Quapropter quicũq; plus conferũt ad huiusmodi societatẽ, his plus iuris competit i ciuitate, q̃ his qui libertate ac genere pares sũt, vel maiores, sed ciuili virtute sunt impares: & q̃ ijs qui diuitijs superant, sed virtute superãtur. Quòd igitur omnes qui de republica contẽdunt, partẽ aliquã iusti dicũt, manifestũ est ex supradictis.

*Quem oporteat in ciuitate dominari: & nunnulla de repetendis rationibus.* Cap. VII.

EST autem dubitatio quid oporteat dominans esse in ciuitate, nunquid populum, an eos qui diuitias habẽt, an bonos, & æquos, vel vnum qui sit optimus oĩum vel tyrannũ. Verũ hæc omnia videntur habere difficultatẽ. Quid enim inopes quia plures sint, si partiantur ea, quę sunt opulentorũ, hoc nõ iniustum est? decreuerũt enim qui potestatem habent iniuria igitur summa, quę tandem dicenda est? Rursusq; omnibus acceptis, si plures ea sibi tribuant, quæ sunt paucorum, cõstat q; ciuitatem corrumpunt. atqui uirtus nunquã corrumpit id, quod eam habet, neq; iustum ciuitatis corruptiuũ est. ex quo patet legem istã nõ posse iustã esse. Prętera illa quoq; quę facta fuerint à tyranno, necessariũ foret iusta esse omnia. vim enim adfert propter potentiã, vt multitudo diuitib⁹. Sed an paucos & opulentos iustũ est dominari? an ergo si & illi hoc agant, & rapinas exerceant, auferantq; multitudinis bona, hoc ne erit iustum? & cætera ergo. hęc igitur oia cõstat esse prava, et nõ iusta. Verum bonos & æquos dominari oportet, authoritatemq; habere omniũ. Ergo alij omnes cùm magistratus non capiant, inhonorati manebũt: nam honores quidẽ magistratus potestatesq; appellam⁹: quos si boni semper habeant, necessarium est alios excludi ab honoribus reipublicę. Sed nũquid vnus qui sit optimus

* vtsum est enim equitã tuite et qui



optimus, dominari debet? at enim hoc etiam grauius est: qm̃ plures erũt ab honoribus excluſi. Sed forsan dicet aliquis, legẽ dominari debere, non autẽ hoĩem, in quẽ cadunt animi perturbationes. Si igitur sit lex quidẽ, sed vel ad paucorum potentiam, vel ad multitudinis fauorẽ declinãs, quid tandem refert in his, de quibus dubitatũ est? euenient enim eadẽ, quę suprà dicta sunt, de his igitur sit alius quidem sermo. Quòd autẽ magis penes multos debeat esse potestas, q̃ penes paucos, licet optimos videtur solui posse, & quandam habere dubitationẽ, immo forte veritatẽ. Nam si plures sint, quorum vnusquisq; non sit studiosus, tñ fieri potest, vt in vnum conuenientes, omnes meliores sint q̃ illi, non vt singuli, sed vt oẽs. quemadmodũ cœna in qua plures conferũt, q̃ ea quę ex vnius erogatione fit. nam cũ plures sint, vnusquisq; partẽ habet virtutis ac prudentiæ, ac fiunt in vnum collati, quasi homo vnus qui multos pedes habeat, multasq; manus, multosq; sensus. & eodẽ modo circa mores & intelligentiam. quapropter melius iudicant multi & in musica, & in poetarum operibus: alij enim aliud, & cũcti cuncta discernũt. Sed in hoc differũt studiosi viri ab vnoquoq; aliorum ex multitudine: quẽadmodum decoros à nõ decoris aiunt, & picta artificiose à veris, eò q; eorum sum distincta in vnũ colliguntur. cùm si separatio fiat, pulchrius se habebit. huius quidam picti oculus, alterius vero cuiusdam alia particula. Si igitur de omni populo omniq; multitudine recipitur hanc esse differentiam multitudinis ad paucos studiosos, incertũ est, immo per louẽ certum, quòd de quibusdam est impose. nam eadẽ ratio de bestijs esset. quanq; quid differunt quidã, vt dixerim, à bestijs? sed de aliqua multitudine nihil vetat, quod dictũ est esse verum. Quapropter dubitationẽ illam priorẽ per ista soluere quis potest, ac similiter aliã subsequentẽ, quorũ oportet potestatẽ habere liberos hoies ac multitudinẽ ciuium, quales sunt quicunq; neq; opes habẽt, neq; virtutis vllam existimationẽ. Et enim permittere istis magnos magistratus, ne quaq̃ est tutũ, propter iniustitiã et ignorantiã, per quas quibusdã iniuriarentur, in quibusdã errarẽt. Rursus vero excludere illos penitus ab honoribus periculosum esset. cũ enim multitudo inopũ est in ciuitate, eademq; ab honoribus excluſa, necesse est eam ciuitatẽ esse plenam hostiũ reipublicę. restat igitur vt ad consultandũ, & decernendũ isti recipiantur. Qua propter & Solon, & alij quidã eorũ qui leges condidere, huiusce modi hoies ad repetendas gestorũ rationes, & ad suffragia electionesq; magistratuum admittunt: solis autem vt magistratus commitantur, nequaq̃ permittunt. Dũ enim cũ alijs vna decernunt, atq; consultãt, capiũt omnes simul sufficientẽ sensum, & permixti melioribus prosunt reipublicę: quẽ admodũ non purũ alimẽtum vna cũ puro, totũ facit vtilius, q̃ paucũ. separatim vero vnusquisq; imperfectus est ad iudicandũ. Sed habet dubitationẽ huiusmodi ordinatio reipublicę. Primũ, quia videretur eiusdem esse hois scire iudicare quis recte medelam attulit, qui ipse sciat etiam mederi, ac sanitatem ægrotantibus afferre. hic autem est medicus eodẽ modo de alijs facultatib⁹ & artibus. vt enim medicum rationem suę medelæ apud alios medicos reddere oportet, ita & alios apud similes. Medicus autẽ est & ille qui agit, & ille qui præcipit & ostendit, & tertio loco ille qui à puericia expertus est circa artem. sunt enim quidã tales in cunctis (vt ita dixerim) artibus. tribuimus vero iudicium nõ minus expertis q̃ scientibus. Deinde & circa electionem eodẽ se videtur modo habere. nam recte eligere scientis est opus: ceu geometrã in geometria, et gubernatorem in nauigatione. & si enim in quibusdam operibus & artibus concurrunt alij quidam ignorantes, non tamen melius iudicant q̃ sciẽtes. Itaq; fm hanc rationem authoritas multitudini danda non esset, neq; in electionibus magistratuum, neq; in rationibus administratorum repoſcendis. At enim forsan hęc omnia non bene dicuntur, etiam propter superiorem sermonẽ, si sit multitudo nõ nimis seruilis. erit enim vnusquisq; deterior iudex, q̃ hi qui sciunt. veruntamen simul oẽs, vel melius iudicabunt, vel nõ deterius. & de quibusdam quidem neq; solum is qui fecerit, neq; melius iudicat, q̃ quicunq; qui opera cognoscunt etiam non habẽtes artem. puta domum, non solũ is intelligit & iudicat qui fecit, sed melius is qui vtitur: vtit aũt pater familias. & de temone gubernator. nõ faber: & de epulis conuiua, non coquus. Hoc igitur dubium per hunc modum videtur sufficienter solui. Est & alia dubitatio cum hac annexa. quia inconueniens videtur, vt deteriores qui sunt, maiorum rerum habeant potestatem, q̃ probi. rationes vero administratorum à magistratibus reposcere, & magistratus ipsos deligere maximum est. quæ duo in quibusdam ciuitatibus (vt dictum est) à populo fiunt. concio enim talium omnium domina est. atqui concionis qdẽ participes sunt, et deliberant, et decernunt exigui cẽsus hoies, & cuiuscunq; ætatis: quæsturam verò & militũ prętura & maximos magistratus suscipiunt ex censu magno,

ad minorẽ paucorũ potentiam attinet.

atq; ætate. Quæstio illa pōt eodem mō solui: nam forsan id se recte habet neq; enim iudex, neq; consultor, neq; is qui in cōcione existit, dominatur, sed iudicium, & senatus, & populus: dictorū vero vnusquisq; est particula istorum. dico autem particulam, consultorē, concionatorē, & iudicē. itaq; iuste domina maiorum est multitudo. ex multis enim populus constat, & senatus, & iudicium, maiorq; census est vniuersorum q̄ singulorum per se, & q̄ illorum paucorum, qui magnos suscipiūt magistratus. Hæc igitur in hunc modū determinata sint. Prima vero illa quæstio manifestū facit, nihil adeo vt leges recte positas debere dominari. illum autem, qui reipublicę præest, siue vnus hic sit, siue plures, debere in his potestatem habere, in quibus leges expresse cauere non possunt, ex eo quia non facile sit, generali sermone singulos casus comprehendere. Quas tamen leges recte positas dicamus, nōdum apparet. sed adhuc superest anterior dubitatio. atq; tales esse leges, quales sunt respublicę, necessarium est, prauas vel studiosas, iustas vel iniustas. & hoc vnum manifestum est oportere ad speciem reipublicæ leges esse accommodatas. Quòd si ita sit, patet q; leges illas, quæ ad rectas gubernationes accommodatæ sunt, necesse est esse iustas: illas vero quę ad earum labes, esse non iustas.

*Ex nobilibus, ingenuis, opulentis viris constituendā esse ciuitatē: iustitia, uirtute bellica in ea opus esse: & ad quos legislator respicere debeat. Cap. VIII.*

CVm vero in cunctis scientijs & artibus finis sit bonum, maximum autē & maxime in principalissima omnium: hæc autem est ciuilis potestas, est autem ciuile bonum, iustum, id autem communis vtilitas: videtur autem omnibus æquū, quoddam esse iustum, & vsq; ad aliquid consentiunt philosophicis rationibus, in quibus determinatū est de moralibus: quid enim & quibus iustum, & oportere paribus par existere: quorum certe paritas, & quorum imparitas sit, oportet non latere (habet enim id dubitationem) & philosophiam ciuilem. Forsan enim diceret aliquis, secundum omnis boni præeminētiam oportere imparter magistratus tribuere, si in alijs non differāt, sed pares sint. differētibus enim aliud esse iustum, & quod sit secundum dignitatem. Atqui si hoc verum sit, erit & secundum colorem & secundum magnitudinē, & secundum vnumquodq; bonorum plus tribuendum de ciuili iusto illis qui superexcellunt. an hoc quidem aperte falsum est: quod patet in alijs scientijs, & artibus. Paribus enim fistulatoribus quantum ad artē, danda nō est prerogatiua fistularum illi qui sit nobilior (nihil enim melius caneret) sed oportet his qui in opere ipso superexcellunt, tribuere fistularum prærogatiuam. Quòd si nondum patet quod dicimus, etiam magis deducētibus erit manifestum. nam si erit aliquis excellēs fistulatoria arte, inferior tamē nobilitate generis, vel forma, & si maius quodlibet illorū est bonum q̄ fistulatoria (dico autē nobilitatē & formam) & secundum proportionem fistulatoriæ sunt anteponēda: tamen huic dandæ sunt meliores fistulæ. oportet enim in opus ipsum prærogatiuam conferre. diuitiarum vero & nobilitatis respectus nihil confert. Prēterea, secundum istam rationem, omne bonum ad omne bonum esset vtiq; comparabile. Nam si magis aliqua magnitudo, & certe omnino magnitudo comparabilis foret & ad diuitias, & ad libertatē. itaq; si magis hic excelleret magnitudine q̄ ille virtute, & magis superemineret omnino magnitudo virtuti, essent omnia cōferenda. quanto enim magnitudo huius illum superaret, tanto constat esse parem. Cùm vero hoc sit impossibile, patet quòd in rebus ciuilibus, non secūdum omnem imparitatem de magistratibus recte contendunt. si enim sint hi quidem tardi, illi autem veloces, nihil ob hoc oportet alios plus, alios minus habere: sed in gymnicis certaminibus horum excellentia honorē capit. At ex quibus constat ciuitas, in his est necesse contētiones cadere. Quapropter rationabiliter sibi arrogant honorē nobiles, & ingenui, & opulenti. oportet enim ingenuos esse & censum habere ad onera perferēda. non enim ciuitas esse potest ex pauperibus omnibus, quēadmodum nec ex seruis. At si hæc requiruntur, patet quòd & iustitia & virtus bellica requiritur. sine his enim stare ciuitas non potest. Hoc tamen interest, quòd sine primis illis ciuitas esse nō potest, sine his autē nō bene permanere. Ad hoc igitur vt sit ciuitas, videri possunt vel omnia, vel quædam istorum recte sibi honores vendicare. ad vitam tamen optimam disciplina et virtus iustissime sibi vendicare honores vtiq; videtur, vt suprà dictum est. Cùm vero nec omnium parium par habere debeant qui in vno aliquo sint pares, nec impar impares secundum vnum, necessarium est omnes huiusmodi rerumpublicarum transgressiones esse, & labes. dictum vero est prius, quia inter se quodammodo omnes iuste contendunt, simpliciter autem non omnes iuste. opulenti quidem, quòd plus regionis possident: regio autē commune quiddam. prēterea in commer-

*συμβλητά.

cijs



cijs magis creditur eis vt plurimum. Ingenui autem & nobiles, quasi prope inter se. ciues enim magis generosiores quàm ingenerosi. nobilitas autem apud omnes in honore habetur. Insuper consentaneum est, ex melioribus ortos esse meliores: est enī generis virtus nobilitas. Similiter quoq; dicimus virtutem metito contētionem inducere. sociabilem enim virtutem dicimus esse iustitiam, quam cæteræ omnes virtutes necessario consequuntur. at qui & plures ad pauciores: nam & potentiores & ditiores & meliores sunt, vt susceptis pluribus ad pauciores. An ergo, si omnes isti forent in vna ciuitate, ceu boni, & diuites & nobiles, essetq; alia multitudo populi, vtrum in dubiū veniret, quibus gubernatio reipublicæ foret tribuenda, an non esset dubium? In vnaquaq; igitur republica earum quas dixi mus, indubitatum est iudicium, qui nam debeant gubernare. principatibus enim inter se differūt, ceu aliqua quatenus per diuites sunt, alia quatenus per studiosos, & aliarum vnaquæq; eodē modo. Sed tñ considerādum est, quando circa idem tempus ista existunt, quo modo sit determinandum. nempe si studiosi sint in ciuitate admodum pauci, quomodo est agēdum. An considerare oportet si pauci ad opus gubernandi rempublicam sufficiāt, an tot esse oporteat, vt ex his ciuitas constet. Est autem dubitatio quædam in cunctis, qui de honoribus in republica contēdunt. Nam qui vel propter diuitias, vel propter genus gubernationem sibi tribuendam putant, nihil iuste dicere viderentur. sequeretur enim, vt si quis vnus omnium ditissimus foret, is eodem iure gubernare alios omnes deberet. eodem modo qui nobilitate antecelleret, eorum gubernator esset, qui cū ipsi sint ingenui, de honore contendunt. Hoc idem forsan contingeret in optimatum gubernatione circa virtutem. Siquis enim vnus probitate antecellat alijs, qui in eadem republica versentur, hunc dominari oportebit secundum illam rationē. ergo si et multitudinem dominari oportet ex eo, quia potentior est q̄ pauci, etiam si vnus vel plures vno, pauciores tamen quàm multitudo, potentiores sint alijs, hos oportebit gubernare potius quàm multitudinē. Hęc itaq; omnia videtur ostendere, quòd harum determinationum nulla est recta, secundum quam censent sibi quisq; gubernationē esse tribuendam, cæteros vero omnes sub eorum gubernatione esse debere. Nam profecto & ad eos qui per virtutem sibi arrogant gubernandi authoritatem, & ad eos qui per diuitias, respōdere posset multitudo iustum sermonem. nihil enim vetat multitudinem quandoq; melioremesse quàm pauci ac ditiorē, non secundum singulos, sed secundum vniuersos. Ex quo ad quæstionem illam, quam afferunt nō nulli, per hunc modū responderi potest. Quę runt enim nōnulli, ad quid respicere legis cōditor debeat in legibus recētissime constituendis, vtrum ad meliorum, an ad plurium vtilitatem, quādo contingat quod modo diximus. Rectum quidē accipiendum est æque: æque vero rectum ad totius ciuitatis vtilitatem, & ad communē ciuium. ciuis autē communiter qui particeps est imperandi & parendi, licet alius secūdum vnamquāq; speciem rerumpublicarum. secundum autem optimam speciē, qui potest & eligit parere & imperare ad vitam secundum virtutem degendam.

*An unus qui cæteros uirtute excellat, ciuitatis pars sit ponendus. De ostracismo. Et quid ab optima republica de uiro illo agendū sit. Cap. IX.*

QVòd si vnus sit vsq; adeo superexcellens virtute, vel plures q̄ vnus, nec tamen tot numero vt implere ciuitatē possint, vt neq; comparanda sit aliorum omnium virtus, neq; facultas gerēdi rēpublicam ad hanc plurium si plures sint, vel vnius tantum si vnus, non amplius hi ponēdi sunt ciuitatis pars. fieret enim illis iniuria, si pariter atq; alij cēserētur: cùm sint vtiq; adeo superiores secundum virtutē ac ciuilē potentiam. putandum est enim talē virum, tāquam Deum in hominibus esse. Ex quo manifestum est, positionē legum necessariam esse circa æquales genere potētia. sed in illos tales nō est lex: ipsi enim lex sunt. etenim ridiculus foret, qui illos legi subijcere conaretur. Dicerent enim fortasse quemadmodum de leone scribit Antisthenes, concionātibus lepusculis, ac censentibus equum omnes habere debere. Quapropter à ciuitatibus, quæ populariter reguntur, Ostracismus repertus est. hę siquidē ciuitates equalitatē maxime complectuntur. Itaq; qui superexcellere videtur, vel propter diuitias, vel propter amicos, vel propter aliquam aliā ciuilē potētiam, extra ciuitatē relegatur ad tēpus aliquod terminatū. Tradunt etiam fabulę, ob huiusmodi causam Herculem ab Argonautis fuisse relictum. nō enim vnà cum alijs nauē regere illum volusse, vt nimium superexcellentem inter nauigantes. Quapropter qui vituperant tyrannidē et consilium Periādri Thrasibulo datum, non simpliciter existimandi sunt recte dicere. Ferunt etiam Periandrum nihil respōdisse ei, qui cōsiliū petēdi causa ad ipsum missus fuerat: sed superemineētes

ſpicas demetendo ſegetem adæquaſſe, cuius cauſam cùm non intelligeret nuncius, ac factum ab eo narraret, intellexiſſe Thraſibulū, q̃ oportebat ſupereminentes ciues auferre. Hoc autem nec prodeſt ſolum tyrannis, nec ſolum faciunt tyrāni, ſed & in paucorum potentia, & in populari ſtatu ſimiliter ſe habet. Oſtraciſmus enim eandem quodam modo vim habet, tollendo eos qui ſupereminent, et in exilium pellendo. Hoc idē & in ciuitatibus & in gentibus faciunt qui dominantur. velut Atheniēſes circa Samios et Chios et Lesbios. quamprimum enim imperiū firmiter habuerunt, eos in multis peſſundarunt contra fœderis æquitatem. Perſarum autē rex Medos, & Aſſyrios, & alios qui magnum aliquid de ipſis ſapiebant ob imperium prius habitum, ſæpe contriuit. Quæſtio autem propoſita circa omnes eſt rerumpublicarum ſpecies vniuerſaliter, & quæ ſunt rectæ. nam illę quę trāſgrediuntur. ad propriam reſpicientes vtilitatem, hoc agunt. quinimo & illæ quæ ad commune reſpiciunt bonum, eodem modo ſe habent. Patet hoc in alijs quoq; artibus & ſcientijs. neq; enim pictor pedem menſuram excedentem, animal habere pateretur, quamuis pulcherrimus ille pes eſſet: neq; nauū faber proram, aut aliam partē nauis: neq; certe magiſter chori, eum qui pulchriorem ac meliorē toto choro vocem emittit, ſinet in choro eſſe. Itaq; ob hoc quidem nil prohibet eos qui domini ſunt, conuenire cum ciuitatibus, ſi propriæ dominationis gratia quæ ciuitatibus vtilis ſit, id agant. Quare ſecundum eas quas confitemur ſuperexcellentias, quindam habet vtilitatē ratio illa, per quam oſtraciſmus fuit repertus. Melius tamen foret hic ab initio per legis conditorem prouideri, vt reſpublica non indigeret tali medicina. ſecūdo autem loco, ſiquid tale accidat, conandum eſt tali aliquo remedio corrigere: quod tamen factum non eſt à ciuitatibus. non enim reſpexerunt ad commodum publicum, ſed per ſeditionē vſi ſunt ciuili pulſione. In his igitur ſpeciebus gubernandi, quæ lapſæ ſunt, quod ad primum commodum pertinet ac iuſtum eſt, patet. forſan autem non ſimpliciter iuſtum: & hoc eſt manifeſtum. Sed in optima republica magna habebitur dubitatio, ſi non per excellentiam aliorum bonorum, ceu virtutis & diuitiarum & amicorum, ſed ſi quis excellat virtute, quid de eo ſit faciendum. Non enim dicendum eſt quod talis vir ſit de ciuitate pellendus, atque ne ꝑ gubernationi aliorū tales viri erunt ſubiciendus: perinde enim eſt, ac ſi qui Iouem gubernare velint poteſtatem diuidentes. Reſtat ergo, vt videtur, naturam huius talē eſſe, vt omnes ſponte ſua illi parere debeāt. itaq; huiuſmodi quidem homines reges eſſe perpetuos in ciuitatibus.

*ἰσότητα ἰδιότητα.

*De republica regia, & regum ſpeciebus. Cap. X.*

FOrſan vero poſt hęc congruū fuerit conſiderare de regia gubernatiõe. Diximus enim hāc eſſe vnam ex rectis ſpeciebus rerūpublicarum. Conſiderādum eſt autem, vtrū conducat ciuitati & regioni, quam recte gubernari oporteat, regē habere an non, ſed alia quædam ſpecies gubernandi magis conducat: an quibuſdam conducat, quibuſdam nō. Ante omnia vero diſtinguendum eſt, an ſit vnum genus eorum, vel differentias habeant plures. Et facile eſt ituri quòd plura genera ſunt, nec eſt omnium regū modus vnus poteſtatis. In Lacedæmoniorū enim republica videtur rex eſſe maxime ſecundum leges. neq; enim poteſtatē habet omnium: ſed cùm egreditur extra regionē, imperium habet eorum quæ pertinent ad bellum. præterea ſacrificia, Deorumq; ceremoniæ ei commiſſa ſunt. hęc igitur regia poteſtas eſt, quaſi authoritatē belli perpetuā habere: vitę enim necisq; alicuius nō habet poteſtatem, niſi dum bellum geritur. vt etiam apud antiquos fuiſſe videtur, quod oſtēdit Homerus. nam Agamemnon in concionibus, maledictis & iurgijs vexabatur, ſed cum à concione digreſſus in prælio erat, occidēdi habebat poteſtatem. Itaq;, inquit quem ego procul à pugna fugientem conſpexero, non ſibi ſat erit fugere canes & aues: nam penes me occidendi poteſtas. Vna ergo ſpecies regni eſt authoritas belli perpetua: & quandoq; per genus, q̃nq; per electionē huiuſmodi regnū obtinetur. Eſt et alia inſuper monarchiæ ſpecies, qualia ſunt apud quoſdā Barbaros regna, vim habentia proximam tyrannidi, licet ſint legitima & ſm morem parta. Ob id enim, quia magis aptę ſunt natura ad ſeruiē dum nationes Barbarorū q̃ Græcorum, & eorum qui incolunt Aſiam, q̃ eorum qui Europam. perferunt † ſeruile iugū æquo animo. Eſt ob hoc tyrannica ſunt huiuſmodi regna: ſed habent ſecuritatē, quia more & legibus conſtūt. Et ea de cauſa cuſtodiam habēt regiā, nō tyrannicam. reges enim à ciuibus cuſtodiuntur: tyranni vero ab externis mercede conducūs, & reges ſecundum leges, & volentibus: tyranni vero inuitis dominantur. itaq; alteri a ciuibus cuſtodiuntur, alteri contra ciues cuſtodiam parāt. ſunt igitur hę, de quibus dictū eſt, duæ ſpecies monarchiæ. Tertia eſt ſpecies, vt antiquitus in Græcia fuere, quos vocabant

† ſeruile iugū, ἀνάρχου.



cabant Aeſymnetas. Eſt autem hęc, vt ſimpliciter dicamus, electiua tyrānis, differens à Barbarica, non eo q̃ non legitime, ſed eo q̃ non conſuete. poteſtas autem huiuſmodi, aut viuente eo durabat, aut tempore quodam prefinito, vel rebus geſtis finiebatur: qualē elegerunt quandoq; Mitilenæi Pittacum aduerſus exules ſuos, quibus præerant Antimenides & Alcęus poeta. oſtendit hoc Alcęus in quodam loco ſuorum carminum. increpat enim, q̃ Pittacum hoiem obſcuri generis laboranti ciuitati præfecerint, tyrannum plauſu frequētantes. Huiuſmodi igitur ſpecies, quia tyrannicæ ſunt, dominationē habent: quia vero electiuę ſunt, & volentium, regiæ. Quarta ſpecies regni eſt, quales erant heroicis tēporibus ſponteneæ ſm morem & legem. propter beneficia enim à patribus collata ſi populos, vel per artes, vel per bellum, vel per congregationem in vnum, vel propter acquiſitionē regionis delatum fuit eis regnum de populorum volūtate & ſucceſſoribus. Id erat ſm morem. Hi & imperium habebant belli, & rei diuinæ cultum exercebant: niſi talia eſſent ſacrificia, quæ ſacerdotium requirerent. & præterea de controuerſijs iudicabant. et hoc faciebant alij iureiurando præſtito, alij ſine iureiurādo. erat autem illis iuſiurandum, per ſceptri elcuationem. Veteres igitur illi reges antiquis tēporibus ciuitates, & gēntes, & natiões externas continuo gubernabant. poſtea vero, partim ipſis regibus dimittentibus, partim multitudi ne detrectante, illud ſolum in quibuſdam ciuitatibus relictum eſt regibus, vt ceremoniarū erga Deos haberent facultatem, ac belli duces in externis eſſent.

*ἐνδημα.

*De ſpeciebus iterum regiæ poteſtatis. An ab optimo viro regi, uel ab optimis legibus gubernari magis expediat. Cui ubi lex prouidere non poteſt, prouidendi dãda ſit poteſtas. De permutatione ex una in alteram reipub. ſpeciem. Et de cuſtodibus regis. Cap. XI.*

REgię ergo poteſtatis tot ſūt ſpecies, quatuor videlicet. Vna qualis erat temporibus heroum, volentium ſcilicet, & in quibuſdam determinatis rebus. Dux enim belli, et iudex controuerſiarum erat rex, & dominus ceremoniarum erga Deos. Altera erat Barbarica, ex progenie ſcilicet, dominatio ſm leges. Tertia, quam Aeſymnetiam vocant, quā eſſe diximus electiuam tyrannidem. Quarta, laconica. ea autem eſt, vt ſimpliciter dicam, imperium belli i quodam genere perpetuum. Iſta quidem igitur per hunc modum inter ſe differunt. Quinta eſt ſpecies regni, quando vnus omnium habet poteſtatem, quemadmodum vnaquæq; gens, & ciuitas vnaquæq; publice ordinata, ad exēplar gubernationis domus. Vt enim gubernatio patrisfamilias eſt regia quædam poteſtas domi, ita regia poteſtas eſt ciuitatis & gētis vnius, aut plurium quaſi domeſtica quędam gubernatio. Fere autē duæ ſunt regni ſpecies, de quibus conſiderationē facere expedit. vna hæc, de qua diximus: altera Laconica. nam aliarū pleręq; inter has medię ſunt. pauciorū enim dominæ, q̃ omnimoda poteſtas regia: plurium vero q̃ Laconica. Itaq; cōſideratio fere circa duo verſatur. Vnū, conducat ne ciuitatibus perpetuum belli ducem habere: & hūc vel per genus, vel per electionem. Alterum, conducat ne vnum habere poteſtatem omnium, an nō conducat. De duce igit belli cōſiderare ad leges potius pertinet, q̃ ad aliquam ſpeciē reipub. nam in omni republica id cadere poteſt. quare dimittamus hanc primam partem. De rege autem, quoniam hęc eſt gubernādi legitima ſpecies, conſiderare oportet, & dubitationes quæ in ea cadūt percurrere. Caput vero huius quæſtionis eſt, vtrum expediat magis ab optimo homine regi, vel ab optimis legibus gubernari. Qui gubernationem hominis præferunt, aiunt leges ſolū vniuerſaliter prouidere, non autem de ſingulis quæ accidunt iubere. itaq; in quacūq; arte literis præcipere ſtatuum eſſe. Et in Aegypto poſt tertiam diem mouere licet medicis. q̃ ſi prius, periculoſe agunt ſuo. Patet ergo propter eandem cauſam, non eſſe per literas & leges optimā gubernationē, atq; & illam adeſſe oportet gubernāntibus vniuerſalem rationem. Et melius certe cui nō adeſt turbatio aliqua omnino, q̃ cui naturaliter ineſt. hac autē turbatione lex caret, mens vero humana nō caret. Sed forſan dicet aliquis, q̃ per huiuſmodi rationem probabilius deliberabit circa ſingula. Quòd igitur neceſſe ſit ipſum legis conditorē eſſe, ac leges poni manifeſtū eſt, ſed non immolabiles, quatenus trāſgrediuntur. nam in cæteris quidem immolabiles eſſe oportet. At de quibuſcūq; lex aut prouidere non poteſt omnino, aut non bene prouidere, vtrum in his vni viro optimo danda ſit poteſtas, an multis: Etenim nūc plures ſimul cognoſcunt de caſibus, & deliberant, & iudicant. ſunt autē huiuſmodi iudicia omnia de ſingularibus. et cū vnuſquiſq; per ſe fortaſſe deficiat, ciuitas autē ex multitudine cōſtet: vt conuiuiū ad quod plures cōferunt melius eſt q̃ vna atq; ſimplex menſa: ſic iudicia multorū ſępe meliora ſunt q̃ vnius cuiuſcunq;. Præterea multitudo minus ſubiacet corruptioni, quemadmodum aquæ magna congeries: ſic

etiam plures quàm pauci, incorruptibiliores sunt. at cùm vnus iudicat, si ira vel alia huiusmodi perturbatio vincat, necessarium est iudicium corrumpi: sed in multitudine, difficile foret omnes irasci atq; errare. Sit autē multitudo liberorū hoium, qui nihil agant præter legem, nisi in quibus lex ipsa necessario deficiat. quòd si hoc non facile in pluribus, si plures sint boni viri & ciues, vtrum incorruptior erit vnus in gubernādo, an cū erunt plures et boni oēs? An patet q; plures. eniuero plures inter se factionibus contendunt, vnus aūt nō contendit. Sed aduersus hoc forsan ponendum est, quòd studiosi viri sunt omnes, vt ille vnus. Si ergo plurium gubernatio, bonorum autem virorum omniū, optimatium dicitur, vnius autem regnum, optabilius esset ciuitatibus ab optimis gubernari quàm à rege. & si cum potestate, & si sine potestate sit imperiū, modo reperiri queant plures similiter. & ob hoc forsan rex ab initio repertus est, q; difficile erat viros plures excellente virtute reperiri, præsertim cùm tunc ciuitates paruę forent. Præterea ob beneficia accepta regem creauere: quod opus est bonorum virorū. sed cùm postea contingeret, vt plures pari virtute reperirentur, non amplius tolerarunt regem, sed commune quiddam quærentes respublicas constituere. Cùm vero deteriores facti, lucrum sibi quærerent ex gubernatione reipublicæ, paucorum hinc potentiam exortā fuisse credendum est. Honorabant enim diuitias: ex his vero in tyrannides transire: ex tyrannidibus rursus ad plebem. semper enim ad pauciores redigentes, propter quæstus cupiditatem, multitudinem corroborauerunt. vt tandem insurgens multitudo ad popularem statum ciuitates redegerit. factis insuper maioribus ciuitatibus, non facile est aliam quàm popularem gubernandi speciem remanere. Si autē quis ponat optimū esse ciuitatibus à rege gubernari, quomodo fiet in filijs? vtrum per genus erit successio. At si natorū qualescunque, pernicioſum est. Sed dices, non relinquet regnum huiusmodi natis rex, cùm id in sua sit potestate. At non facile iam est in hoc fidem habere: arduum enim ac maioris virtutis, q; secundum humanam naturam. Quæstio est etiam vtrum habere debeat qui regnaturus est, circa se potentiam quandā, qua possit compellere non parentes. vel quomodo gubernationē exercebit? Si enim habeat potestatem à legibus concessam, & nihil ex voluntate sua faciat præter leges, tamen necessaria erit sibi potētia, per quā leges tueri queat. Forsan quidem de huiusmodi rege non difficile est determinare. nam oportet ipsum vires habere, sed tales vt vnoquoque separatim & simul pluribus potentior sit, populo tamen sit impotentior: vt antiqui solebant custodias ciuitati dare, cùm aliquē ciuitati præfecissent, quē Aesymnetā vocitabāt, vel tyrannum. Et Dionysio postulanti circa se habere aliquos custodiæ causa, cōsuluit quidam Syracusanis tot esse dandos.

*De regia vnius tantum & absoluta potestate: & an ipsum, legem'ue dominari melius sit. Et quæ multitudo à regibus, quæ'ue ab alijs viris apta sit gubernari.* Cap. XII.

VErum de eo rege, qui cuncta ex voluntate sua gerit, consideratio nunc est facienda. nam ille qui secundum leges dicitur rex, non facit (vt diximus) regiæ gubernationis speciem. quia in cunctis rebuspublicis cadere potest vt sit quidam ducendo exercitui, cùm ciuitas bellum gerit, perpetuo præfectus puta in populari statu, & optimatium gubernatione. pluresq; authoritatē vni committūt belli gerendi. Est aūt talis q̄dā deputatio apud Doraciū, et apud Sypōtinos: licet apud Sypōtinos paulo constrictior. Sed regia illa potestas plenissima, p quā rex oia ex volūtate sua gubernat, videt q̄busdā nō esse ēm naturā: vt vnus oium dominus sit ciuiū, cùm ex similibus ciuitas constet. nam similibus natura idē ius esse necessarium est, & eandem dignitatē secundum naturam. quare vt parem habere impares alimoniam, aut vestem, nociuum est corporibus: ita & in honoribus res se habet. similiter ergo & inæqualem inæqualibus. ex quo non magis præesse q̄ subesse iustum est, & per vicissitudinem eodem modo. & hæc iam lex. nam institutio lex est. Melius est igitur vt lex dominetur, q̄ aliquis ciuiū. eadem q; ista ratione si quos pēsse oportet, ita sunt præficiēdi, vt custodes legum atq; ministri. necesse est enim esse aliquos magistratus cum potestate, sed non vnum hunc esse debere aiunt in ciuium paritate. Quæcunq; tñ videntur per legē quidē terminari nō posse, per hoiem vero cognosci posse, prudenter cauens lex adiūgit, cętera iustissima intētione iudicari debere per eos qui iudicijs præsunt. ac insuper emēdare permittit, quid videatur, conantibus vt melius disponatur q̄ sicut iacet. Qui igitur legē præesse iubent, videntur iubere Deū præesse & leges: qui autem hominem iubet præesse, adiungit & bestiam. libido quippe talis est, atq; obliquos agit etiā viros optimos qui sunt in potestate. ex quo mens absq; appetitu lex est. Videtur aūt de artibus falsum esse exēplū, quòd secūdum literas medicari vanum esset,





meliusq; fore si possidētibus artem vtamur. nam illi quidem nihil contra rationē per amicitiā agunt: sed * recusant mercedem accipere, cū sanos fecerint. At in ciuilibus magistratibus multa per affectionem & gratiam consueuerunt delinquere. cū si de fide medici timeretur, ac suspitio foret, ne suscepto ab inimicis precio necare velit, tūc ex literis curam magis optaremus. Atqui ægrotātes medici alios ad se medicos vocant, & magistri palæstræ alios magistros: quasi nequeant verū discernere qui de proprijs iudicant, & in affectu cōstituti sunt. quare manifestum est, q; iustum quærentes, mediū quærunt. Lex enim medium est. Præterea validiores, & de validioribus rebus leges sunt illæ, quæ ex moribus proueniunt, q̄ quæ ex literis. quare si minus fallitur homo magistratum gerens q̄ hi qui secundum literas, non tamē quàm hi qui secundum consuetudinem. Atqui nec facile est vnum discernere: opus erit ergo, vt plures sint sub eo magistratū gerētes. itaq; quid refert hoc, statim ab initio prouidere, vel expectare, vt ipse vnus alijs ista cōmittat? Insuper quod prius dicebatur. sic quidē vir studiosus, quoniā melior sit, præesse debet, vno autem duo boni meliores sunt. Hoc enim est quod Homerus ait.

» Duo simul euntes. Et optatio Agamēnonis:
» Vtinā tales mihi decē consultores adessent.

Sunt autem etiam nūc magistratus cum potestate iudicandi de quibusdam, ceu iudex de quibus lex prouidere nō potest. nam de quibus lex determinare potest, nemo dubitaret. Sed cum quędam comprehendi legibus possint, quædam non possint: & hęc sint illa quę dubitationem & quæstionem faciūt, vtrum melius sit ab optima lege, an ab optimo viro gubernari: nam quæ in consultationem veniunt, de eisdem ferri legem impossibile est: non igitur hoc aiūt, q; necessarium sit hominem de huiusmodi rebus iudicare, sed q; non vnum solum sed plures. iudicat enim vnusquisque in magistratu bene, si sit eruditus primo à lege. Forsan vero absurdum videri posset, si melius cernat duobus oculis, & duabus auribus audiat, et duobus pedibus, duabusq; manibus agat, quàm plures pluribus: cùm et nunc quidem reges & tyranni oculos plures sibi comparent, & aures, & manus, & pedes præficiendo amicos, & curationem rerū eis cōmittendo, qui nisi sint amici, non faciūt secundum illorum intentionē. si vero sint amici, & status illorum & personarū: amicus autē par & similis. quare si eos censet præficiendos, certe pares ac similes gubernationi præ-

* 1. Mercedem accipiant.

esse censet oportere. Quæ igitur contendentes contra regiam gubernationem aiunt, ferè ista sunt. Sed hæc forsan in quibusdam ita se habent, in quibusdam autem nō ita. Est enim quiddam natura dominabile, aliud regibile, aliud populare, & iustum, et vtile. tyrānicum vero non est secūdum naturam, nec vlla aliarum gubernationum, quæ rectam transgrediuntur formam. hæc enim fiunt præter naturam. Sed ex his quę dicta sunt, patet, quòd in similibus & paribus nec vtile est neque iustum, vt vnus sit dominus omnium: neque si non sint leges, sed tanquam ipse sit lex: neq; si sint leges, neq; bonus bonorum, neq; non bonorum non bonus: neq; si secundum virtutem sit melior, nisi per quendam modum. Quis autem iste sit modus dicendum est. diximus vero aliqualiter & ante. Et primo determinādum est, quid congruat regi, quid optimatibus, quid reipublicæ. Regibus cōgruit huiusmodi multitudo, quę natura apta sit ferre genus præstans virtute ad principatum ciuilem. Optimatibus vero congruēs est multitudo liberorum, quę nata sit ad terēdum gubernationem eorum, qui sunt secundum virtutem primarij. Ad ciuilem gubernationem autem reipublicæ congruit ea multitudo, in qua populus innascitur bellicus, qui gubernari possit, & gubernare secundum leges & æquitatem, impartiens tenuioribus honores & magistratus. Quando igitur aut totum genus, aut inter alios vnum aliquem ita virtute præcellere contingat, vt vnius ipsius virtus maior sit aliorum omniū virtute, tūc iustum est hoc esse regium genus, & omnium dominari, & hunc vnum esse regem. Vt enim dictum est prius, non solum id habet iustitiam, quam præferre solent rerumpublicarum institutores, & qui optimatum, & qui paucorum potētiæ, & qui popularis. omnes enim secundum excellētiam tribuūt, sed excellentiam non eandem, sed secundum priùs dicta. neq; interficere, neq; in exilium agere, neque relegare hūc posse decet, neq; dignari vt per vices gubernet. non enim natura fit, vt pars superet totum. habenti vero tantam excellentiam hoc accidit. restat ergo vt huic suadenti pareatur, & potestatem eum habere, non per vices, sed simpliciter. De regia igitur gubernatione, & quas differētias habeat, & vtrum vtile sit ciuitatibus vel non, et quibus & quo modo, in hunc modum determinatum sit. Cùm vero tres dixerimus esse rectas gubernandi species: harū vero necessarium sit eam esse optimam, quæ ab optimis gubernetur: talis autem est, in qua contingit, aut vnū ali-

quem omnium,aut genus totum,aut multitudinem virtute præstantem gubernare eos, qui gubernari valeant,ad eam vitam quæ sit maxime expetenda: & in primis libris ostensum sit necessarium esse, vt sit eadem virtus boni viri & ciuis optimæ ciuitatis: patet q; eodem modo & per eadem fit vir bonus, & ciuitatē statueret quis ab optimis gubernari, vel à rege. itaq; eadē fere disciplina & ijdem mores facient studiosum virum, qui faciūt ciuilem & regiū. His determinatis,conandum iam erit de optima republica dicere, quemadmodum fiat, & quomodo constituatur. nam necesse est de illa conuenientem considerationem facere.

# ARISTOTELIS
## POLITICORVM
## LIBER QVARTVS.

### SVMMA LIBRI.

*De uarijs rebuspublicis,ac ipsarum speciebus: & tandem de optima. Qui apti sint ad unam rempublicam, qui ue ad aliam. De earum mutuis deceptionibus. De reipublicæ partibus, consilijs scilicet, magistratibus, & iudicijs.*

*De optima republica,& alijs etiam à legislatore cognoscendis. Cap. 1.*

IN cunctis artibus & scientijs quę non circa partem sed circa genus aliquod pfecte existunt, vnius est considerare, quid cuiq; conueniat generi: ceu exercitatio corporis qualis quali conueniat, & quę sit optima. optime enim natura disposito & optime distributo, optimam conuenire necessariū est,& quę plurimis,vna omnibus: etenim hoc gymnasticę est.Præterea vero,siquis non exactum illum cupiat habitum & scientiā circa certamina, nihilominus magistri gymnasiorum est hanc potentiā præparare. eodēq; modo in medicina, & in fabricatione nauiū, & vestium, & in omni alio artificio videmus contingere. Quare manifestū est, q; eiusdem est scientiæ videre quę sit optima respublica, & qualis maxime ad votum foret, nullo externorū eam impediente.& quæ quibus conueniat. nam plures optimam assequi, forsan impossibile est. Itaq; & ea quæ sit simpliciter optima,& ea quæ quantum fieri potest optima,latere non debet legis conditorem, ac verè ciuilem hominem. Ac præterea tertia quæ fit ex suppositione. nam oportet datā quoq; considerare posse, quemadmodum ab initio constituatur, & constituta seruaretur quamplurimo tempore.Dico autem ceu si cui ciuitati contigerit, neq; optimā gubernationem habere,neq; necessaria illi adesse,neq; illis ipsis quæ assint recte vti, sed alijs deterioribus; præter hęc autem omnia,eā gubernationem, quę omnibus maxime congruat ciuitatibus, nosse oportet: vt tradunt plurimi eorum qui de republica tractant.Et si de alijs recte dicāt, de vtilibus certe aberrant. nō solum enim optimam rempublicam cōsiderare oportet,sed etiam illam quę in vsum cadere possit,& quę sit facilior & communior omnibus. Nūc autem alij supremam quærunt solū, multis adminiculis indigentem : alij magis cōmunem aliquam tradentes, tollentesq; eas quę in vsu sunt,Laconicam,vel aliam quandam cōmendant. At enim oportet talem institutionem reipublicæ inducere, vt velint ac possint homines ex his quæ sibi assunt, faciliter eam recipere. Nam est non minus difficile corrigere rempublicam iam institutam,quàm aliunde instituere. quēadmodum & posit dicere, quàm ab initio didicisse. Quapropter non solum his quę libris scriptę sunt rebuspublicis, verumetiā illis quæ re uera existunt auxiliari posse decet ciuilē hominē, vt diximus. Hoc autem facere non potest, si ignoret quot sint species earum. nam nūc quidā putant vnam esse popularem, & vnam paucorum potentum:quod non est verum.Itaq; oportet non latere differentias omniū,& quot sint,& quo tupliciter componantur. Leges etiam simul cum his considerandæ erunt, quæ sunt optimę,& quę conueniāt vnicuiq; gubernationi. Sūt enim leges omnes ad rempublicām accōmodandæ,nō autem respublica ad legem. est nāque respublica institutio ciuitatis circa magistratus honoresq; publicos, quēadmodum debeant impartiri,& in quo potestas authoritasq; summa debeat consistere,& quis sit finis cuiusq; societatis. Leges autem earū variæ sunt, per quas modus reipublicæ gubernandæ significatur secundum quas,debeant illi qui sunt in potestate imperare,& prohibere trāsgressores.Ex quo patet, quòd necessarium est differentias & numerum tenere singularum rerumpublicarum,etiam ad legum positiones. neq; enim fieri potest, vt eædem leges vtiles sint paucorum potentiæ, ac popularibus omnibus. siquidem plures sunt,& nō vna popularis potestas,neque vna duntaxat paucorum potentia.

De speciebus



*De speciebus rerumpublicarū,transgressionibus,ac de ijs quæ à ciuili uiro sunt exquirenda. Cap. II.*

CVm vero in præcedentibus dictum sit à nobis, tres esse rerumpublicarum species rectas,Regnum,Optimatē, & eam quæ appellatur Respublica: ac tres earū transgressiones & labes, cùm regnum in tyrannidem, optimorum autem gubernatio in paucorum potentiam, respublica autem in popularem statum labatur:& de optimatum gubernatione & regia sit dictum : nā de optima republica considerare idem est,ac de illis dicere: vult enim vtraq; illarum per virtutem, cæteris opportunius concurrentibus consistere:& insuper quid inter se differat regia potestas, & optimorum gubernatio:& quādo regia gubernatio putāda sit,determinauimus : restat nūc vt de illa quę appellatur respublica dicamus, & de cęteris gubernandi formis, vt de paucorum potentia, ac de populari statu, & de tyrannide. Patet igitur harum trāsgressionum quæ deterrima sit, quæue secūda. necesse est enim primæ & diuinissimæ trāsgressionem, esse deterrimam. Regiam quippe gubernationem necesse est aut nomen habere solum, cùm non sit: aut propter magnam illius, qui regit excellentiā,esse.Ex quo fit, tyrannidem deterrimā existere, ac plurimum à recta specie gubernandi abesse, secundo autem loco, paucorum potentiam. nam optimorum gubernatio multum ab hac specie distat. maxime vero mediocrē esse popularem statum. Fuit & prius quidam,qui isto modo tradidit, non tamen in idem aspiciens nobiscum. ille enim existimabat specierum omnium, quæ rectæ sanè essent, velut paucorum potentiæ & aliarum,deterrimā esse popularem:improbarum vero optimam.Nos autem eas quæ trāsgrediūtur, aberrare omnes dicimus. nec paucorum potentia, q; melior sit altera q; altera recte dicitur, sed q; minus improba. verum de his nūc discutere omittamus. Est à nobis primo distinguendum,quot sint differentiæ rerumpublicarū, siquidem plures sunt species popularis gubernationis ac paucorū. Deinde quæ cōmunissima & optabilissima sit post optimam rēpublicam,& si qua contingit alia ad optimatium naturā,declinans recte constituta,& quāplurimis cōgruens ciuitatibus, quænam ista sit.deinde aliarū, quæ à quibus expetenda. Forsan enim quibusdam necessaria est popularis gubernatio magis q; paucorum potentia: quibusdam vero hæc magis q; illa. Deinde quēadmodum dispositū esse conueniat illum, qui velit has gubernationes recipere.dico autem populare ꝑ singulas species,ac rursus paucorum potentiā. Tandem vero omnium istarum cùm facta fuerit breuiter mentio, conādum erit referre quænam labes, & quæ conseruationes sint rerumpublicarum & cōmuniter omnium, & particulariter vniuscuiusque.& per quas causas illas maxime euenire contingat.

*Quæ sit rerumpublicarum diuersitatis causa: & quæ sint earum species præcipuæ,tum ex aliorum,tum uero ex propria opinione. Cap. III.*

VT igitur sint plures rerumpublicarum species,illa est causa,q; cuiusq; ciuitatis partes sunt plures. Videmus enim primo,ex domibus cōstare ciuitatem.deinde rursus ex hac multitudine alios esse diuites, alios pauperes,alios medios.diuitumq; & pauperum, partem esse bellicā,partem imbellem. & rursus ex plebe partē agrorum culturæ dediram videmus, partē mercaturæ, partem opificijs & sordidis ministerijs.Nobilitatis quoq; differēq; sunt ꝑm opulentiā, & magnitudinem census. sunt enim alij equites : quod munus nemo faciliter supportare pōt, nisi sit diues. Itaq; antiquis temporibus quæcunq; ciuitates equestri potentia excellebant, in his paucorum potētia gubernabat : equitatu autem bella contra finitimos exercebant. ceu Eretriēses, & Chalcidēses, & Magnesij, qui sunt super Mæandro, & aliæ plures Asiaticarum ciuitatum. Præterea sunt aliæ quàm iuxta diuitias nobilium differentiæ. quosdam enim genus,quosdam virtus extollit,& si quid aliud tale ciuitatis partē esse oporteat, dictum est, vbi de optimatibus tractauimus. ibi nanq; diximus, ex quot partibus necessarijs omnis cōstat ciuitas.& hæ quidem partes, quandoq; concurrunt omnes ad rēpublicam gubernandam,quandoq; plures. Patet igitur,q; necesse est plures respublicas esse inter se differētes specie. nam & hæ partes earum inter se specie differunt. Respublica enim est institutio gubernatorum. hanc vero distribuunt omnes, vel ꝑm potentiam eorum qui participes sunt,vel ꝑm aliquam equitatem communem.dico autē,veluti tenuiorum,& opulentiorum,vel cōmunem aliquam amborū.Necessarium est igitur respublicas tot esse, quot sunt institutiones circa earum supereminentias,& ꝑm differentiā partium. Maximæ ergo duæ videntur esse,quēadmodum de ventis dici solet,alios quidem esse boreales,alios australes, ceteros autem ventos horum esse excessus: sic etiam respublicas duas esse, popularem scilicet,& paucorum potentiam. nam optimates speciem esse paucorum potētiam

posuere,& eam quæ vocatur respublica,dicebant esse popularem:quèadmodum de ventis zephyrum quidem borealem,eurum autem australẽ.Eodemq; modo in harmonijs, vt quidam tradunt.nam & in illis posuerunt duas species,vnã doricã, alteram phrygiam, cæteras vero omnes, vel ad doricam, vel ad phrygiã referri.maxime quidẽ igitur consueuerunt,de rebus publicis sic existimare. Sed certe verius ac melius est, vt nos diuisimus, duarum vel vnius rectè cõstitutæ cæteras esse trangressiones, & aliquas esse probè temperatæ harmoniæ, alias vero ipsius optimæ reipublicæ. ad paucorum vero potentiã inclinant quę duriores sunt ac magis violẽtę:quę vero remissæ & molles, ad popularẽ statum.

*De populari gubernatione,ciuitatis partibus, speciebus plebis,nobilium,ac popularis gubernationis. Cap. IIII.*

NEq; vero popularis ita simpliciter ponenda, vt quidam ponunt, vbi multitudo dominatur.nam & in paucorum potentijs, & vbiq; maior pars præualet. Etenim si essent vniuersi mille trecenti, & horum mille forent opulenti, neq; partem gubernationis darent trecentis illis pauperibus ingenuis,ac in cæteris paribus,nemo certe diceret hanc esse popularem.Eodemq; modo,si pauci quidem inopes in ciuitate plus possent q̃ multi & opulenti, nec honores illis impartirentur, nemo vtiq; diceret hanc esse speciem, quę appellatur paucorum potẽtium. Potius itaq; dicendum fuerit popularem quidem esse,cùm penes ingenuos hoies est gubernatio:paucorum autem potẽtium, cùm penes opulẽtos. sed contingit vt alijs multi sint,alteri pauci. plerisq; enim ingenui sunt, rari vero diuites. Etenim si magistratus,honoresq; publici ſm magnitudinẽ distribuerẽtur,vt in Aethiopia quidam tradũt fieri, vel ſm pulchritudinem, paucorum esset gubernatio,cũ parua sit multitudo magnorum & formosorum. Verũtamen nõ isto modo sat est respublicas istas determinasse.sed cùm plures sint partes & multitudinis & paucorum potentiũ, adhuc resumendum est, vt neq; ingenui pauci existentes pluribus, neq; multitudo ingenuis dominet.vt in Apollonia,quæ est in Ionio & Thera. in vtraq; enim istarũ vrbium honores dignitatesq; erant illorum, qui nobilitate præstabant, & qui primi in eas colonias venerãt, qui erant pauci:nõ autem diuitum,licet multitudine diutũ superaret populus. vt in Colophone antiquitus: ibi enim possidebat magna patrimonia multitudo, antequã bellum gererent aduersus Indos. Sed est multitudinis quædam gubernatio, quãdo ingenui homines & inopes multi existentes gubernant rempublicam.Paucorũ vero potentiũ, quando opulenti & nobiliores pauci existẽtes gubernant. Quòd igitur plures sint rerumpublicarum species, & quibus de causis, patet. Quamobrem vero plures sint, q̃ illę quas dictum erat,& quænam illię sint,& propter qd, deinceps dicemus, principio vnde prius assumpto.fatemur enim nõ vnam partem, sed plures omnẽ habere ciuitatẽ. Vt igitur si animalis vellemus species cape, primo segregaremus id quod ne cessarium sit animal omne habere, ceu quædam sensoriorũ, & q̃ cibum conficiat atq; recepter,puta os & ventrem,& præterea illas,quibus mouenẽ partes.Sic itaq; tot species solum, harum vero differentiæ forẽt,dico autem ceu oris genera plura,& ventris,& sensoriorum, & præterea earum q̃bus mouentur,partium.harum cõiugationis numerus necessario efficiet plura genera animalium.nõ enim fieri potest, vt idem animal habeat plures differentias oris, sic etiam neque aurium.itaq;,quãdo susceptæ fuerint omnes combinationes istorũ,facient species animalis: & tot quidem species, quot cõiugationes sunt partium necessariarum. Eodẽ modo de dictis rebuspublicis. ciuitates.n.non ex vna, sed ex multis partibus constant, vt sæpius dictum est. Vna quędam pars est circa alimenta multitudo,quos agricolas dicimus. Altera vero pars ea quæ vocatur mechanica.hæc autem versatur circa ministeria,ceu artes,sine quibus ciuitas habitari non potest. harum vero artiũ aliæ sunt necessariæ,aliæ ad delitias pertinent, & ad vitæ cultum. Tertia pars est forensis multitudo, quæ circa emendũ vendendumq;, & circa mercaturam & numulariam versatur. Quarta pars, mercenarij. Quinta, propulsatores belli. quæ quidem pars nõ minus necessaria est ciuitati q̃ aliqua superior, aduersus inuadẽtes,si velint tueri libertatem. impossibile est enim vt quę ciuitas vocari mereatur,sit natura seruia. per se enim sufficiens ciuitas: seruus autem non per se sufficiẽs est: Quapropter in libris de Republica ornate quidẽ hoc,sed non sufficiẽter dictum est à Socrate. inquit.n.ex quatuor maxime necessarijs ciuitatẽ constare. hos autẽ esse,textorem, agricolam,coriarium,æditicatorẽ.rursus vero adiungit, quasi illa non sufficiant, fabrum ferrarium & pastorem: & insuper negociatorem, & numulariũ. & hæc omnia complent primam ciuitatem.Quasi vero ciuitas omnis necessariorũ gratia sit constituta,ac nõ magis

gratia



gratia honesti, & quasi æque indigeat coriarijs,& agricolis.propulsatores autẽ belli non primam facit partẽ, antequã aucta regione, ac vicinis coactis,ad bellũ deuenatur. Atqui & in quatuor illis, & in quotcunq; cõmunicantibus,necessariũ est esse aliquẽ, qui ius dicat,ac decernat.Siquidẽ ergo animam q̃s ponat animalis esse partem magis q̃ corpus, & ciuitatum magis talia ponendum est esse partes,q̃ ea quæ pertinẽt ad necessarium vsum, propulsatores belli videlicet, ac iustitiæ iudiciariæ exhibitores, ac præterea consultores, q̃ est ciuilis prudentiæ opus. & hoc siue sepatim existat quibusdã, siue eisdem, nihil refert ad hũc sermonẽ. nam & in armis esse, & agros colere sæpe contingit eisdẽ. Quare si hæc & illa ponenda sunt ciuitatis esse partes, manifestum est q̃ & propulsatores belli pars necessaria sunt ciuitatis. Septima pars est eorum, qui magna patrimonia habentes, reipublicæ onera sustinent,quos opulentos vocamus. Octaua, eorũ qui publicam operã exhibent, & qui in magistratibus gerendis occupati existunt. ciuitas enim absq; magistratibus esse non potest. necessariũ igitur est, esse quosdam qui magistratus gerere valeant, & hoc munus sufferre vel ꝑpetuo, vel ad tempus. Reliqua vero sunt illa,de quibus paulo ante determinauimus,in consulẽdo, & ius litigãti in ciuitate reddẽdo versari.Si igit hęc ciuitatibus adesse oportet,rectèq; fieri & iuste, necessarium est esse aliquos, qui virtutem habeant rerum ciuilium. Cæteras ergo potentias eisdem adesse posse vidẽtur pluribus,ceu eosdẽ esse propulsatores belli,& agricolas,& artifices, & præterea consultores & iudicantes.Arrogãt quoq; sibi virtutẽ cuncti,& multifariam se idoneos existimant ad gubernandum.verum pauperes ac diuites eosdem esse impossibile est.quapropter hæ partes præcipuę videnẽ esse ciuitatis,inopes scilicet & opulenti. Et præterea ex eo, quod vt plurimum alij pauci sunt,alij multi, maxime omnũ contrariæ inter se partes istæ apparẽt.itaq; & respublicas ſm earum prævalentiam constituerunt:ac duæ vidẽtur,scilicet popularis & paucorum potẽtia. Sed q̃ sint plures, & ob quas causas dictum est prius. Quòd vero & popularis ipsius species sint plures, & paucorũ potentium ostendemus. Patet autem hoc ex his quæ dicta sunt. nã & in plebe, & in nobilitate plura sunt genera. Plebis quidẽ vna species,agricolæ,alia artifices, alia negotiatores, qui emẽdis vendendisq; rebus intẽdunt, alia circa rẽ maritimam, & horum alij bellatores, alij mercatores, alij nãutæ, alij piscatores. multis enim locis horum omnium turba ingens,vt piscatores Tarẽtici et Bizantij, naualis multitudo Athenis,mercatores in Aegina & Chio,portitores in Tenedo.insuper manuales & paruas facultates habẽtes,qui ocioſi esse non possunt. Præterea qui non ex vtroq; parente ciue sunt orti,liberi tamen homines: & siqua huiusmodi plebeiorum hominũ species altera.Nobilitas vero,diuitię, genus,virtus,disciplina,& his similia,quæ dicuntur ſm eandem differentiam. Popularis igitur prima species dicitur maxime ſm æqualitatem. vult enim lex huius popularis pares esse diuites & paupes, nec alteros plus posse, alteros minus,sed vtrosq; esse æquales.siquidem maxime liber est in populi statu, vt putant quidam, & æqualitas certe esse maxime pariter omnibus reipublicæ participantibus.cùm vero populus sit multitudo, & id obtineat qd' pluribus videatur,necesse est vt hæc sit popularis gubernatio. vna igitur species popularis est hęc. Alia vero species,vt magistratus honoresq; in republica ſm censum patrimoniorum, & eum quidem paruum, tribuãtur, ita vt qui tãta possidet, habilis sit ad honores reipublicæ suscipiẽdos:qui vero nõ possidet, sit inhabilis. Alia species popularis est, vt omnibus oino ciuibus habilitas sit, modo nõ sint aliqua ex causa obnoxij: dominetur autem lex. Alia species popularis est, vt omnes omnino habiles sint ad magistratus gerendos, modo sint ciues, & dominetur lex. Alia species eodẽ modo, nisi q̃ non lex dominatur,sed multitudo.hoc autẽ fit,quando populi decreta prævalent legibus. Accidit vero ob præpotentes quosdam,qui populum ducunt. nam in ijs rebuspublicis in quibus dominatur lex, præpotens aliquis non fit, qui populum ducat, sed optimi ciuium rempublicam gubernant. At vbi leges non dominãtur,ibi ductores populi oriuntí.solus enim populus regit, cõpositus vnus ex pluribus, multitudo enim authoritatem dominãdi habet,nõ vt singuli,sed vt omnes. Homerus autem cũ dicit non esse bonum vt plures regãt, vtrũ de hac dicit, vel de illa cũ plures gubernant,vt singuli,incertum est. Talis ergo populus, vtpote absolutam potestatem habens dominari solus quęrit,nec vlli legi subesse, efficiturq; dominator. itaq; assentatores eius in pretio habentur. Et est huiusmodi populus in gubernatione sua tyranno ꝑsimilis. itidem nẽpe mores,& vtrobiq; meliores deprimuntur. & decreta huius populi perinde sunt, vt tyranni præcepta.& ductores suasoresq; huius populi sunt velut adulatores illi,qui circa

tyrannos

* alij portitores.

tyrannos versantur. & vtrisq; apud vtrosque potentia par, tam adulatoribus penes tyrannũ, q̃ ductoribus suasoribusq; populi apud ipsum populum. Hi authores sunt, vt decreta legis infringant, & ad voluntatem populi cuncta referantur. contingit autẽ illis fieri potentes ex eo, quia populus dominatur oium. ipsi autem voluntatem populi maxime ducunt, quoniam fides à populo eis adhibetur. Præterea qui de magistratibus conquerũtur, ad iudicium populi negocia referunt: populus autem gratãter audit eorum prouocationes. quare per hũc modum magistratus irritantur omnes. Merito autem reprehendere videntur qui dicunt huiusmodi popularem non esse legitimã reipublicæ spẽm. vbi enim leges non prçualent, non est respublica. nam lex dominari omnibus debet, in particularibus autem magistratus & respublica prouidere. Itaq; si est popularis vna speciemm reipublicę, clarum est q̃ talis gubernatio, in qua decretis cuncta efficiuntur, nõ est proprie popularis. nullũ enim decretũ recipit esse vniuersale. De popularis igitur speciebus in hũc modum determinatum sit.

* ναται = λύονται dissoluãtur.

* iudi care.

*Quòd quatuor sint species paucorum gubernationis, & de permixtis gubernationibus. Cap. V.*

PAucorum vero gubernationis species vna est, in qua magnum habentes censum ad gubernationem reipublicæ recipiuntur, atq; ita magnum, vt tenues hoies ad eum peruenire non possint. is vero qui tanta possidet, habilis sit ad rẽpublicam gerendã. Alia species est, cũ à paruo cẽsu est magistratus habilitas, & eligunt ipsi eos qui desunt. si igit ex omnibus hoc faciũt, videtur hoc esse potius optimatum. in vero ex paruo numero, paucorum potentiæ. Alia species est, cùm filius patri succedit. Quarta species, cùm hoc fit quod modo diximus, vt lex non dominetur, sed illi qui regũt. Et hęc species in paucorum gubernatione correspondens est, vt tyrãnis in monarchia, & vt est in populari statu v tima illa species de qua diximus. & vocant huiusmodi speciem paucorum potentiam. gubernationis igitur paucorũ hæ species sunt. Nec latere nos debet, q̃ multis locis accidit rempublicam quæ fm leges non sit popularis, more tamẽ & gestione populariter gubernari. similiter aũt econuerso apud alios contingit rempublicã fm leges esse popularem, moribus tamen & gestione ad paucorum gubernationem magis referri. Cõtingit autem hoc maxime post mutationem rerumpublicarum. non enim statim mutantur, sed contenti sunt ab initio homines parua accessione potentiæ. Itaque leges quidem manent vt prius erant, prætualent tamen qui rempublicam mutauerunt.

*De speciebus popularis, & paucorum potentiæ, & causis earum. Cap. VI.*

QVòd autẽ tot sint popularis & paucorũ gubernationis species, ex his patet. Necesse est enim aut omnes partes populi, quas supra enumerauimus, reipublicæ gubernationem habere, aut quasdam habere, quasdam non habere. Cùm igitur agricolæ, & mediocria possidentes rẽpublicam gubernant, fm leges est gubernatio. victum enim ex opera sua quærere habent, nec otiosi esse possunt. itaq; lege constituta, solummodo necessarijs concionibus intendunt. alijs autem recipi ad rẽpublicam licet, cũ tanta possidebunt quanta determinat lex. omnino enim nõ licere omnibus, paucorum potentiæ est. otiari autem eum qui non redditus habeat, impossibile. Hæc igitur his de causis vna est species popularis gubernationis. Altera vero species est, ob adhibitam electionẽ omnibus licere qui prohibiti non sint per genus, vt possint tamen in otio esse. quapropter in huiusmodi quidem populari administratione leges prævalent & gubernant, quia redditus non est. Tertia species est, omnibus omnino licere rẽpublicam gerere, qui liberi sint, non tamẽ licere ob supradictam causam. quare necessarium in hac quoq; legem dominari. Quarta vero species est illa, quæ poste ris tẽporibus in ciuitatibus esse cœpit. maioribus enim factis ciuitatibus q̃ ab initio fuerant, & redditibus facultatibusq; abundantibus, participant omnes reipublicæ propter multitudinis prævalẽtiam: versanturq; in republica gubernanda, ex eo qa possunt otiosi esse, etiam inopes, mercedem capiẽtes. maximeq; huiusmodi multitudo otiosa est. non enim cura rei familiaris proprie eos impedit, quę diuites ita occupat, vt sępe à cõmunionibus absint & à iudicijs. ex quo fit vt multitudo pauperum dominetur in republica, nõ autem leges. Species igitur popularis gubernationis tot ac tales sunt, ob necessitates supra dictas. Paucorum autem gubernationis prima species est, quando plures habẽt patrimonia, sed non admodum ampla. faciunt enim potestatem participandi ei qui tãta possidet. Et propter multitudinem eorũ qui ad rempublicam recipiuntur, necesse est non hominem, sed legẽ dominari. quanto enim magis distãt à monarchia, neq; tam amplas habent

facultates,



facultates, vt eas negligendo otiari valeant, neq; ita exiguas, vt à ciuitate victum quęrãt, necesse est vt legem velint dominari, non autẽ ipsos. Quòd si pauciores sint qui possident patrimonia, siquidẽ plura quàm prius, secunda species fit gubernationis paucorum. magis enim potentes, plus habere se dignos putant. quapropter ipsi sumunt ex alijs, qui ad rempublicã se conferunt. propterea qa nondum ita robusti sunt, vt absq; lege gubernare possint, legem huiusmodi posuère. Quòd si eò deueniãt, vt ipsi pauciores numero maiores facultates habeant, tertia cumulatio fit gubernationis paucorum. ipsi enim per se magistratus & imperia retinent, fm legẽ iubentem, vt parentum defunctorum loco filij succedant. Quòd si magis etiam subnixi sint opibus & amicitijs, prope est talis potẽtia ad monarchiam, & dominantur homines, non aũt lex. & hæc est quarta spẽs gubernationis paucorũ, correspondẽs vltimę speciei popularis.

*In quot species Plato respublicas diuiserit: & de optimatum variis speciebus. Cap. VII.*

SVnt insuper duo alia genera rerumpublicarum, præter eas in quibus aut multitudo, aut pauci gubernant: quarũ alteram aiũt omnes speciem esse vnam ex quatuor. Dicunt autem eas quatuor, monarchiam, paucorum gubernationem, popularem, & quartam, quam vocant optimatem. Est & quinta, quam cõmuni nomine omnium appellãt rempublicam. sed quia non sæpe fit, latet numerare volentes: & ita suscipiunt, quasi sint quatuor solum: vt Plato in libris de Republica facit. Optimatem igitur se recte habet appellare illam, de qua tractauimus in primis libris. quæ. n. ab optimis viris simpliciter per virtutem est gubernatio reipublicæ, & non ad suppositionem quandam bonorum virorum, eam solum iustum est optimatem appellari. in sola enim ista simpliciter idẽ est vir bonus & ciuis. in alijs autem boni sunt ad speciem gubernandi suam. Sunt tamẽ quędam, quæ differẽt iam habeant à paucorum gubernatione (& appellantur optimates) & ab ea quæ vocatur, respublica: vbi nõ solum respectu diuitiarum, sed etiam respectu virtutis ad gubernationem reipublicæ sumuntur. Hæc respublica differt ab illis, & naturam optimatis sapere videtur. nam in his ciuitatibus non faciunt publice curam virtutis: sunt tamẽ quidam præstantiores, qui videntur esse boni viri. Vbi ergo respublica respicit ad diuitias, & ad virtutem, & ad populum, vt est apud Carthaginenses, ea naturam optimatum sapere videtur. & vbi ad duo illorum solum, vt Lacędæmoniorum, ad virtutem & ad populum: & est hæc mixtura popularis ac virtutis. Optimatum igitur post illam primam optimam rempublicam gubernandi formam, hæ duæ species sunt. & tertia, quæcunque illius quæ appellatur respublica, inclinãt ad paucorum gubernationem.

*De ea quæ nomine generis respublica peculiariter appellatur. Quid sit ea quàm censu potestatem dicunt. De bonis legibus. De finibus optimatis, popularis, & paucorum potentiæ. Cap. VIII.*

RElinquum est vt de ea quæ appellat respublica dicamus, & de tyrannide. Ordinauimus autem ipsam nos, cùm prius non esset, neq; hæc transgressio, neq; illæ, de qbus modo diximus, optimates, qua re vera omnes aberrant à rectissima gubernandi forma. postmodum cum illis numerãtur, & sunt harum transgressiones & labes, vt in superioribus circa principium diximus. merito autem postremo loco tyrannidẽ reseruauimus, propterea q̃ illa minime est respublica: nostra vero materia est de republica tractare. Qua igitur de causa sic ordinauimus, dictũ est. Nunc autem est à nobis de illa quæ cõmuni nomine appellatur respublica, ostendẽdum. nam clarius eius vis apparebit post determinationem eorum quæ ad paucorum gubernationem, & ad popularem spectabant. Est. n. respublica (vt simpliciter dicamus) mixtura paucorum gubernationis ac popularis. Consueuerunt autem eas quæ inclinant ad popularem, vocare respublicas: eas vero quę ad paucorum gubernationẽ, vocare optimates: ex eo qua opulentioribus doctrina atq; nobilitas magis adesse consueuerunt. præterea qui diuitias habẽt, ea vident habere, propter quæ cæteri iniurias faciunt. vnde & honestos, & bonos, & nobiles istos appellãt. Cùm ergo optimatum gubernatio velit excellẽtiam tribuere optimis ciuibus, & paucorum gubernationem esse dicãt ex bonis & honestis magis, videtur impossibile quæ ciuitas nõ ab improbis sed ab optimis gubernetur, eam non bene gubernari: eodẽq; modo quæ leges nõ habeat bonas, gubernari ab optimatibus. Habere autem leges bonas, nõ id est, si recte sint positæ, nec eis pareat. Itaq; vna rectæ legum institutio putanda est, legibus parere: altera, vt recte sint leges positę, quibus parere oportet. fieri enim potest vt pareãt ciues male positis legibus. id autem dupliciter accidit: aut enim optimis quantum datur ipsis, aut simpliciter

pliciter optimis. Videtur autē optimatum esse, maxime honores tribuere ſm virtutem. finis enim optimatum virtus: paucorum vero gubernationis diuitiæ: popularis autem libertas. Quod autem pluribus videtur, commune est omnium. nā in paucorū, & multitudinis gubernatione, & in optimorum, quod videtur maiori parti eorum qui in republica versantur, id obtinet. In plerisq; igitur ciuitatibus, hæc species gubernandi respublica vocatur. sola enim mixtio cōiecturam facit opulentorum & inopum, diuitiarū & libertatis. Ferè. n. apud plurimos, illi et qui diuitijs pollent, bonorū & honestorum locū obtinere videntur. Cùm vero tria sint, quæ circa æqualitatem reipublicæ contendant, libertas, diuitiæ, virtus (nam quartū illud quæ appellatur nobilitas, duobus consequēs est: nobilitas. n. est antiquę diuitię, & virtus) manifestum est, ꝙ duorū mixtura diuitum & pauperū est respublica appellāda. trium vero, optimatū gubernatio maxime aliarū, præter illam verā & primam. Quod igitur sint aliæ respublicæ præter monarchiam & popularem, & paucorum potentium dictū est: & quales istæ, & in quo differant inter se, & optimatum gubernatio, & aliæ species quæ ad optimates declinant, & quo modo non lōge distant inter se, manifestum est.

*Quo pacto ea quæ respublica appellatur, constituatur et ex paucorum potentia & populari, & de nominationis. Cap. IX.*

QVomodo autē fiat præter popularem & paucorū potētiā illa quę appellatur respublica, & quo in ordine reponēda sit, deinceps dicemus. & simul apparebit quibus definiant popularē & paucorū gubernationem. sumenda est. n. horum distinctio. postea ex his ab vtraq; tanquā regulam sumentes cōponere oportet. Sūt autem definitiones tres cōpositionis ac mixturæ. aut. n. ambo sumenda, quorū vtręq; leges ponunt: ceu circa iudicia. In paucorum. n. potentia diuitibus pœnam constituunt, nisi iudicādo adsint, pauperibus vero mercedē nullam: in popularibus aūt, pauperibus mercedem, diuitibus aūt pœnam nullam. cōmune ac mediū illorum ambo hæc. itaq; & ciuile: mixtum est n. ex ambobus. vnus igitur modus hic est cōbinationis. Alius autē medium capere eorū quæ ab vtrisq; iubentur: ceu cōcionari, hi quidē a nullo censu vel exiguo penitus, illi vero a magno cēsu. cōmune certe neutrū, sed medium vtriusq; cēsus. Tertius vero ex duobus iuſtis. hęc quidē ex populari lege, illa autem ex paucorum gubernatione. dico aūt tale aliquid, vt videtur, popularis quidem magistratus sortiri, paucorum aūt gubernationis eligere: & popularis, nō ex cēsu tribuere, paucorum aūt ex censu. Optimatum igitur ac ciuile, ab vtraq; vtrūq; accipere: ex paucorum quidē gubernatione electiuos facere magistratus: ex populari aūt sumere non per censum. modus igitur admiscendi talis. Bene aūt admiscuisse popularē & paucorū gubernationē finis est, quando eadē respublica dici potest popularis, et paucorū gubernatio. Patet. n. hoc accidere dicētibus eas bene esse cōmixtas. accidit hoc etiā medio. conspicitur nāq; in eo vtrunq; extremorū. quod contingit Lacedæmoniorū reipublicæ. Sunt. n. permulti qui aggrediuntur dicere eā esse popularem, propterea ꝙ populariter cōplura in illa sunt constituta. ceu primū circa educationē puerorū. pari enim modo diuitū filij educantur, & pauperū, & eruditur per eū modū, per quē valeant pauperum filij erudiri. similiterq; in sequenti ætate cū viri facti sunt, in illo non magis cōspicuus dives ꝙ pauper. Cibi quoq; ndē vtriq; in comessationibus. Vestitu ēt tali diuites vtunt, qualē & pauperum quius habere pōt. Præterea, duorū maximorum magistratuū, alterum eligit populus, alterum gerit. senatores. n. per populū eliguntur, ephori aūt ex popularibus constituūtur. Alij vero dicūt esse illa paucorum gubernationem: quoniam multa habeat quæ paucorum potentiam asserunt ceu omnes dignitates per electionem conferri, per sortem vero nullam. & insuper apud paucos potestatem esse necandi, & in exilium pellendi, ac cætera huiusmodi pmulta. Oportet enim in republica bene temperata vtrunq; videri inesse, & neutrū. & cōseruari per seipsam, non aliunde. & per seipsam, non per alios multos extraneos, qui velint. nā & prauæ reipublicæ hoc potest contingere. sed nec velle quidem gubernationem alterā quoquomodo partium ciuitatis omnino. Quēadmodū igitur oportet rēpublicam constituere, & similiter illas quæ appellantur optimates, dictum est.

*De tyrannide, & modis tyrannidis. Cap. X.*

REstat nunc vt de tyrannide dicamus: non quòd multis verbis indigeat, sed vt habeat in hoc tractatu locum suum: quandoquidem hanc quoque posuimus partem esse aliquam publicæ gubernationis. De regno igitur determinauimus in superioribus libris, vbi tractatū est a nobis, nunqd regis gubernatio vtilis foret ciuitatibus, an inutilis, & quo



& quā, & vnde constituere oportet, & quomodo. Tyrannidis vero species duas ibidem distinximus, propterea ꝙ earū potentia quodammodo alteratur ad regiam gubernationem, ex eo quia ambæ potestates istæ sunt secundum leges. nam & apud Barbaros quosdam eliguntur aliqui ad gubernandum soli, cū absoluta omnimodaq; potestate. Et apud Græcos olim eodem modo quidē eligebantur, qui soli gubernarent, quos vocabāt Aesymnetas. Habent vero hæ inter se differentias quasdam. erant enim regiæ, ex eo quia secundum leges, & eo quia volentibus imperabant: tyrannicæ autem ex eo, quia pro arbitrio dominationem exercebant. Tertia species tyrannidis, quæ maxime proprie videtur id nomen habere, opposita est regiæ potestati absolute. nam necesse est tyrannidem illam monarchiam, quæ nullis subiaceat legibus, & dominetur per vim æqualibus & melioribus, ac respiciat ad propriam vtilitatem, nō ad vtilitatem subditorum. quapropter inuoluntaria est, cùm nemo liber sponte sua ferat huiusmodi seruitutem. Species igitur tyrannidis tot, & tales sunt.

*De optima republica, partibus ciuitatis, mediocritate scilicet, excessu, atq; defectu. Cap. XI.*

QVæ vero sit optima respublica, & quæ vita optima pluribus ciuitatibus & hominibus, neq; per virtutem iudicāt quæ supra vulgus emergat, neq; per doctrinam quæ ingenio indiget & adiumentis externis, neq; per gubernationē quę ad votum fiat: sed vitam eam probant, quam plurimi consequi possint, & gubernationem eam, quam plurimæ ciuitates valeant recipere. nam quas vocāt optimates, de quibus modo diximus, partim exterius cadūt plurimis ciuitatibus, partim appropinquant illi quæ respublica vocatur. quāobrem de ambabus tanquam vna sit, dicēdum est. Iudicium autem de omnibus istis ex eisdem principijs est. Si enim recte dictum fuit in Ethicis, vitā beatam esse secundum virtutē non impeditam: virtutem autem ipsam esse mediocritatē: necesse est mediā vitam optimam eius, quā singuli adipisci valeant, mediocritatis. & has omnes definitiones necesse est esse circa ciuitatis virtutem, vitium, & rēpublicam: est enim respublica vita quædam ciuitatis. In cunctis autem ciuitatibus partes sunt tres. nam alij diuitijs excellūt: alij paupertate nimia deprimūtur: alij sunt inter hos medij. Cùm igitur confessi simus mediocritatem, & medium esse optimum, palam, quòd bonorum fortunę mediocris possessio, est optima omnium existimanda. hæc enim facilis est ad obediētiam mandatorum. At vero si modum excedant in alterutram partē (ceu si forma, si viribus, si nobilitate generis, si diuitijs, vel ijs cōtrarijs, ceu si paupertate nimia, si imbecillitate egregia, si ignominia multa) difficile est vt rationi obediant. fiunt enim illorū alij superbi & delinquentes aperte in rebus magnis, alij occulte praui, & in rebus exiguis fraudatores. iniuriæ vero inferuntur quandoq; per consuetudinem, quandoq; per dolum. Insuper hi minime circa gubernationem reipublicæ afficiuntur, minimeq; consulunt: hæc autem vtraq; damnosa sunt ciuitatibus. Præterea qui bonis fortunæ superabundant, ceu opibus, diuitijs, amicis, & alijs huiusmodi, nec imperium cuiusquam pati volunt, neq; sciunt. & hoc fit tim domi eorum natus existit: propter delitias enim ne in scholis quidē præceptoribus obedire consueuerūt. Qui autem eorum sunt in indigentia nimia constituti, deiecto nimium animo, vilesq; existūt. ex quo fit vt magistratum gerere nesciant, sed ad parēdum seruiliter sint apti. illi vero sibi impari nullo modo patiuntur, sed ipsi alijs tanquam domini, volunt imperare. Efficitur ergo seruorum & dominorum ciuitas, non autem liberorum: & aliorum inuidentium, aliorum spernentium. quod plurimum abest ab amicitia & ciuili societate. nam societas amicabile quiddam est: cùm inimicis enim ne via quidem communicare volunt homines. Vult quidem ciuitas ex paribus ac similibus esse, quantum maxime id fieri potest. hoc autem maxime existit medijs. itaque necessario fit, vt huiusmodi ciuitas optime gubernetur, ex quibus diximus natura constare ciuitatem. Conseruantur quoq; in ciuitatibus illi maxime cæterorum ciuium. neq; enim aliena concupiscunt, vt faciunt pauperes: neque eorum bona cupiuntur ab alijs, vt accidit diuitibus. & quia neq; insidiantur alijs, neq; alij ipsis, sine periculo degunt. Quapropter bene optauit Phocylides, multa mediocribus optima, mediocris esse volens in ciuitate. Patet igitur, ꝙ ciuilis societas optima est, quę per mediocres fit. easq; ciuitates recipere, vt optime gubernentur, in quibus mediocres plurimi sunt, ac plus possunt: maxime quidem ambabus, vel saltem altera parte. hæc enim addita, præuālere facit, & prohibet contrarios excessus fieri. Quapropter valde optādum est, vt ij qui in republica versantur, facultates habeāt mediocres, ac sufficiētes. nam vbi alij nimis multa possidēt, alij nihil, vel plebs infima insurgit,

* obediendū rationi.

* propensionem

vel paucorum potẽtia illa extrema, vel tyrannus propter vtrũque excessum. ex populari enim statu nimiũ superbo, & ex paucorum potentia ad tyrãnidem deuenitur: ex mediocribus autẽ ac prope paribus, multo minus. cuius rei causam postea, vbi de mutationibus tractabitur, dicemus. Quòd autẽ media sit optima, manifestum est. sola enim seditionibus caret. vbi enim permultũ est mediocre, minimum seditiones & discordiæ ciuium innascuntur: magnæq; ciuitates ob hanc ipsam causam minus seditionibus subiacent, qa magna in his est mediocrium hominum multitudo. paruas autem ciuitates facile est in duas partes diuidi omnes, ita vt nihil medium relinquatur, & ferè cuncti vel inopes sunt vel opulẽti. Populares quoq; gubernationes tutiores sunt & diuturniores, cũ paucorum potentium propter medios. Plures enim sunt, & magis honoris participant in populari gubernatione, cũ paucorum. nam quando sine his multitudo inops plus põt, male res se habent, ac cito pereũt. Signum vero huius putandum est, q̃ qui optime leges condiderũt, ex mediocribus ciuibus fuere. nam & Solon huiusmodi fuit, vt apparet ex eius carminibus: & Licurgus (non enim erat rex) & Charondas, & plurimi aliorum. Patet autem ex his, & quia plurimæ respublicæ aut populares sunt, aut paucorum gubernationes. propter id enim quod in his frequẽter pauci sunt medij, semper qui prævalent (siue hi sint qui facultates habẽt, siue populares qui medium transcẽdunt, per seipsos gubernationẽ agũt. itaq; aut multitudo populi insurgit, aut paucorum potẽtia. Præterea, ex eo quòd seditiones fiunt, & pugnę inter multitudinẽ & opulentos, quibuscunq; vincere contingit, hi neque cõmunem amplius habẽt rempublicam neq; æqualem: sed quasi victoriæ præmiũ reportant rempublicam obtinere: & alteri popularem statum, alteri paucorum potẽtiam faciũt. Præterea qui principatum Græcię habuerunt, hi ad propriam respicientes rempublicam, aut popularem statum in ciuitatibus cõstituerũt, aut paucorum gubernationem, non ad ciuitatum illarum cõmoda respicientes, sed ad sua. atq; ita per istas causas effectũ est, vt vel nũquam mediorum illa gubernatio extiterit, vel admodum raro, & apud paucos. vnus enim vir consensit solus ex ijs qui antiquitus in principatu fuere, hũc gubernãdi modum constituere. Iamq; in ciuitatibus cõsuetudo obtinuit, nõ velle æquale, sed aut imperare quærere, aut victos obedire. Quæ igitur optima sit respublica, & quam ob causam ex his patet. De alijs autem rebusp̃blicis, cùm plures populares & plures paucorum gubernationes esse dixerimus, quæ prima ponẽda sit, & quæ secunda, & quæ deinceps potior sit aut deterior, determinata optima, nõ erit difficile intueri. necesse est enim esse meliorem, quæ proxime huic accedit: deteriorem vero, quæ plurimum distat ã medio, nisi ad suppositionem quis iudicet. dico autem ad suppositionẽ, quia multoties alia reipublicę forma eligibiliori existẽte, nihil vetat aliam quibusdam magis vtilem esse.

*populi,*

*Quæ multitudo apta sit ad popularem aut paucorum gubernationem. Et legulatores semper ad medios respicere debere.* Cap. XII.

QVæ autẽ respublica quibus, & qualis qualibus cõferat, consequẽs est tractare. sed capiendũ prius est vniuersaliter de cũctis. Oportet enim partem illam ciuitatis quæ rempublicam stare vult, potẽtiorem esse, cũ illa pars, quæ non vult rempublicam manere. Est autem ciuitas ex quali & quanto. dico autẽ quale, ceu libertatem, diuitias, disciplinam, nobilitatem. quantum vero, ceu multitudinem populi prævalentem. Fieri autem potest, vt quale existat vni ciuitatis parti, ex q̃bus partibus ciuitas est cõstituta: alteri vero quantum. ceu maiorẽ esse numerum ignobilium quàm nobiliũ, & paucorum quàm diuitum. neq; tamẽ tantum sit perare quãtitate, quãtum superari qualitate. propter hoc ad inuicem cõferenda sunt. Vbi ergo superat pauperũ multitudo eam quam diximus proportionem, hic popularis gubernatio exoritur, ac species singulæ popularis status, secũdum multitudinis exuperantiam. ceu si agricolarum multitudo plus possit, prima species: si multitudo tẽuiorum ac mercenariorum, vltima species. & sic de alijs, quę sunt harum mediç. Vbi autem ea pars, in qua sunt opulenti & nobiles, superat qualitate, cũ deficiat quantitate, hic paucorum potentia, gubernatioq; exoritur: ac eodem modo singulæ species huius secũdum exuperantiam istiusmodi hominum. Debet autem qui legem ponit in republica, semper ad medios respicere. siue enim ad paucorum gubernationem dirigant leges, de mediis est coniectandum: siue ad popularem statum, hos respicere debent. Vbi enim mediocriũ superat multitudo, vel vtrũq; extremum, vel alterũ tantum, hæc respublica recipit stabilitatem. non enim est metus, ne quandoq; diuites cũ pauperibus cõspirẽt contra mediocres. nũquam enim alteri seruire alteris vellẽt. Quòd si cõmuniorem aliquam quęrũt, nullam aliam cũ istam

* βασιλεῖα σαι.



istam reperirent. nã per vices gubernare non paterentur, propter diffidentiam quæ inter eos existit. In cunctis vero locis arbiter est fidelissimus. arbiter autem medius, quanto q̃ melior est gubernatio temperata, tanto durabilior. Aberrãt etiam plerique illorum, qui optimates reipublicæ gubernatiões efficere volunt, non solum in tribuendo nimium diuitibus, verũetiam in excludendo plebem. necesse est enim procedẽte tempore, ex falsis bonis verum malum euenire: diuitum enim cupiditates plus habendi magis destruũt rempublicam, quàm multitudinis.

*De similitudinibus legibus paucorum, ac popularium contra se inuicem, ac earum temperamento: de gubernatoribus, & cur ex regia prius, in alias gubernationes facta sit mutatio.* Cap. XIII.

SVnt autem illa circa quæ simulant, ac falsaciter prætexunt ad populũ, quinq; numero: concio, magistratus, iudicia, armatura, exercitatio. Circa concionem quidem, licere omnibus adesse, sed pœna apposita diuitibus si non affint, vel maiorem q̃ multitudini. Circa magistratus autem, non licere his qui censum habent magnum, renunciare magistratui, pauperibus autem licere. Circa iudicia vero, pœnam esse diuitibus nisi iudicent, pauperibus aũt impunitatem, aut illis magnam, his paruã pœnam. vt est in Charondæ legibus. Quibusdam vero locis, omnibus licet descriptis, in concionibus iudicijs q̃ adesse. q̃ si descripti sint & non exerceant, in pœnas incidunt permagnas, vt metu pœnæ vitẽt descriptionẽ, neq; iudicia neq; conciones exerceãt. Eodem modo circa arma, & circa gymnasia legibus statuunt. paupibus enim licet non habere arma: diuitibus autẽ pœna cõstituta est, nisi habeant. & si gymnasio se non exerceãt paupes, nulla pœna est: diuitibus autẽ est pœna, vt alij metu pœnæ se exercere compellantur, alij qui nullam formidẽt pœnam, non faciant. Hæc igitur paucorum potẽtiæ sunt machinamẽta. In populari autem statu contra hæc, alia excogitant. Pauperibus enim salaria statuunt concionãtibus atq; iudicantibus: diuitibus autẽ nullam pœnam imponũt. Itaq; manifestum est, si quis velit iuste hæc tẽperare, q̃ oportet vtrinq; assumere. & illis qdem salaria constituere, his aũt pœnam. sic. n. omnes cõmunicarent. nam illo quidem modo, respublica fit alterorum solum. oportet quidem rẽpublicam esse ex ijs solum qui arma possidẽt. Census autem magnitudo definiri simpliciter non potest: sed considerata qualitate, attinet maximum, vt qui participant republica sint plures q̃ ij qui non participant, hunc instituere. Volunt enim pauperes & honorum expertes, quietẽ agere, si neq; contumelia eos quis afficiat, neq; bona illis auferat. sed hoc non facile: non enim semper contingit vt qui rẽpublicam gubernant sint mites & humani. & consueuerunt quoties bellum est, grauiter ferre, nisi suscipiant alimẽta, nã sunt egeni: & si quis alimẽta porrigat, cupiunt bellũ. Apud quosdam gubernatio reipublicæ existit, non in ijs qui ad armaturam sunt habiles, sed in ijs qui exercebant arma. in Maliẽsibus quidẽ gubernatio reipub. erat in istis: & magistratũ creabant ex ijs qui militabãt. Primaq; respublica apud Græcos cõstituta est ex his qui bellum gerebant, posteaquam desierunt regna: ab initio quidem ex equitibus, nam robur belli tunc in equitibus habebatur. peditatus enim nisi ordo ac disciplina adsit, inutilis est. huiusmodi autem disciplina & ordo antiquis illis temporibus nondum erat: ex quo fiebat, vt in equitatu robur belli haberetur. sed auctis ciuitatibus quæ in armis potẽtiam habebant, plures ad cõmunionem reipublicæ recepti sunt. ex quo factum est, vt quas nunc respublicas vocamus, tunc popularis status diceretur. Fuerat n. antiqua ciuitatum gubernatio rationabiliter paucorum, & regia: propter paucitatẽ enim hominum nõ erat magnus numerus mediocrium. itaque pauci cùm essent multitudine & institutione, magis ferebant ab alijs gubernari. Quam igitur ob causam plures sunt rerumpublicarum formæ, & quamobrẽ præter eas quæ dicuntur aliæ sint (neq; enim popularis gubernationis vna est species, nec aliarum similiter) ac præterea quæ differẽtię sint inter eas, & quare accidat, & insuper quæ sit optima respublica, & vt plurimũ dici possit, & aliarũ qualis qualibus congruat, dictũ est.

*De partibus reipublicæ, cõsilijs scilicet, magistratibus, iudicijs, de consultandi potestate, & membris eius.* Cap. XIIII.

RVrsus autem & communiter & separatim de vnaquaque dicemus, eorũ quæ post hoc sequũtur, conueniẽti sumpto principio. Sunt ergo tres partes omniũ rerumpublicarum in singulis, quarũ studiosus legispositor cõsiderare debet vtilitatẽ: quibus bene se habẽtibus, necesse est rẽpublicã bene se habere, & gubernandi formas inter se differre, in eo q̃ singulæ istarũ differunt. Harũ trium partium vna est quę versatur in publicis cõsilijs. Altera in magistratibus, hoc est quos esse

oportet,& quam poteſtatem habere,& quẽ admodum debeant creari. Tertia pars in iudicijs conſiſtit. Ea pars quæ conſulit, authoritatem habet de bello & pace, de ſocietate belli ineunda vel diſſoluenda, de legibus ferendis vel abrogandis,de morte,de exilio, de publicatione bonorum,& rationibus repoſcendis. Neceſſe eſt enim vel oibus ciuibus hæc omnia decernenda tribuere,vel quibuſdam, ceu vni cuidã magiſtratui,aut vniuerſalibus, vel alijs alia: vel quædam illorum omnibus, quedam quibuſdam. Omnia igitur & de omnibus populare eſt: talem enim æqualitatem affectat populus. Sunt autem plures huiuſmodi. Vnus ſi ſingulariter & non ſimul omnes: vt eſt in republica Teleclei Mileſij, & in alijs rebuſpublicis,deliberant magiſtratus ſimul collecti. ad magiſtratum vero vadũt omnes ſingulatim ex tribubus & partibus etiam minutis,donec tranſeat per omnes. cõgregatur autem populus, ſolummodo pro legibus ferendis, & pro his quæ pertinent ad reipublicæ ſtatum, & pro ijs audiendis quæ a magiſtratibus nũciantur. Alius modus eſt,omnes ſimul conuenire, aut ſolummodo ad magiſtratus creandos & ad ferẽdas leges,& pro bello vel pace,& ad rationes repoſcendas: in ceteris vero eos, qui magiſtratum gerũt, decernere ad ſingula deputatos,vel per electionem vel per ſortem. Alius modus eſt, vt ad magiſtratus creandos & ad rõnes depoſcendas conueniant omnes ciues, & ad deliberationem belli ſuſcipiendi,vel ſocietatis ineundæ: cętera vero magiſtratus exęquantur per electionem creati quod fieri poteſt. tales vero ſunt quot exercere neceſſariũ eſt eos qui ſciũt. Quartus modus eſt, vt omnes de omnibus conuenientes deliberent, magiſtratus vero de nullo ſtatuant, ſed tamẽ primo loco ſententiam dicant: quemadmodum fit in extrema illa gubernatione populari, quam in paucorum gubernatione ſpeciei illi violẽtæ, et in gubernatione vnius tyrãnidi correſpondere diximus. Hi ergo modi populares omnes. Quoſdam vero de omnibus paucorum potentiæ. habet autem & hoc differẽtias plures. quando enim à mediocri cẽſu fiat aſſumptio,& multi aſſumentur, propter eam cẽſus mediocritatẽ, & quæ lex vetat non moueãt, ſed ſequantur,& liceat poſſidenti cenſum, habere, paucorum eſt huiuſmodi gubernatio, ſed tamẽ ciuilis propter eius mediocritatem. Quando vero nõ omnes participes ſunt, ſed qui eliguntur,& ſecundum leges gubernãt, vt & prius,paucorum potentiæ eſt. Quando autem ipſi ſe eligunt, qui deliberandi authoritatem habent,& quando filius patri ſuccedit, ac domini ſunt legum,neceſſe eſt huiuſmodi gubernationem eſſe paucorum potentium. Sed quãdo aliquorum aliqui, ceu cùm de bello & pace,& repetendis rationibus vniuerſi: de alijs autem magiſtratus electi, vel ſorte aſſumpti optimatum,id eſt,vel eius quæ appellatur reſpublica. Quòd ſi de quibuſdam electi,de quibuſdã vero ſortiti, & ſortiti vel ſimpliciter, vel ex prælatis, vel cõmuniter electi ac ſortiti, partim optimatũ eſt, partim reipublicę ipſius. Diſtinguitur ergo ea pars, quę in conſulendo deliberando'ue conſiſtit in hunc modum pro natura rerumpublicarũ: & adminiſtratur vnaquæq; reſpublica ſecundum huiuſmodi terminationem. Confert autẽm & gubernationi illi,quæ nunc maxime videtur eſſe popularis(dico autem ei in qua populus dominus eſt etiam legum in deliberãdo, ac melius diſponendo)hoc idem facere in cõmunibus, quod fit circa iudicia in paucorum potentia. imponunt enim pœnam illis quos iudicare volunt,vt iudicent: populares vero mercedem ſtatuunt pauperibus. Confert & hoc idem circa cõciones agere. melius enim deliberabunt,ſi omnes conſilio interſint,populus quidem cum nobilioribus, iſti autem cum populo. Confert etiam per electionem aſſumi eos, qui deliberaturi ſunt,vel per ſortem æqualiter ex partibus ciuitatis. Confert etiam ſi plurimum excellat multitudo plebis eos qui ſunt in gubernanda republica peritiores,vel non omnibus mercedem tribuere, ſed quantum reſpondet numero nobilitatis, vel ſortiri plures. In paucorum vero gubernationibus,aut eligere quoſdam ex multitudine, aut tale aliquid conſtituere, quale eſt in quibuſdam ciuitatibus, quos appellant præconſultores ac legum cuſtodes, ac de his ſolummodo rebus ad conſilium referre,de quibus iſti ante deliberauerint. Per hunc.n.modum populus interueniet in deliberãdo, nec tollere quicquam de republica valebit, inſuper aut illa decernere poterit populus, aut nihil contrarium illis,quæ pręponẽtur: vel conſiderandi quidem omnes participes facere, deliberandi vero magiſtratibus poteſtatem relinquere. Et oppoſitum eius facere, quod fit in populari ſtatu. populi enim decretũ in condemnando ratum nõ ſit, ſed ad magiſtratus rurſus referatur. quod contra fit in popularibus. magiſtratus enim abſoluendi, domini ſunt omnino: condemnandi vero non, ſed ad populum habetur recurſus. De cõſultando igitur & deliberando, eiusq; poteſtate, in hunc modum determinatum ſit.

De



*De magiſtratibus proprijs, qui neceſſarijs, & honeſtis, & de magiſtratuum conſtitutionibus.* Cap. XV.

COnſequens his eſt circa magiſtratus diſtinguere. habet enim & hæc pars differentias multas: quotq; magiſtratus eſſe, & quarum rerum authoritatem habere oporteat,& pro quo tempore ſingulos: (nam alij ſemeſtres, alij breuiores, alij annuos, alij diuturniores ſtatuũt magiſtratus:)& vtrũ oporteat eſſe perpetuos,an ad lõgum tempus, aut neutrum: an multoties eoſdem, aut non eundem bis,ſed tantum ſemel: & præterea circa conſtituendum magiſtratus, ex quibus oportet creari,& à quibus,& quomodo. de his.n. omnibus oportet poſſe diſtinguere quot modis fieri poſſet,& qui quibus conferãt gubernationibus reipublicæ. Eſt autẽ nec hoc quidem facile determinare, quales magiſtratus ſunt nuncupandi: indiget enim ciuilis ſocietas multis præſidentibus. Quapropter non omnes,qui vel eliguntur vel aſſumuntur ſorte,ſunt magiſtratus exiſtimãdi: vtpote ſacerdotes. hoc enim aliud quiddam ponendum eſt à ciuilibus magiſtratibus. Pręterea qui põpas dicunt,& præcones,& legati qui eliguntur. huiuſmodi enim curæ ciuiles aut omniũ ciuium ſunt ad vnam actionem, puta dux eorum qui militant: aut ſecundum partem, vt mulierum puerorumq; curatores. alię diſpenſatiuæ: ſæpe enim eliguntur quidam ad diſtribuendam annonam. aliæ miniſtratiuæ, ad quas ſi opulenti eligantur, ſubſtituũt ſeruos. Maxime vero, vt ſimpliciter dicamus, illi ſunt magiſtratus appellandi,q̃bus datũ eſt deliberare de quibuſdam,& ſtatuere, & maxime hoc extremum. nam iubere imperioſius eſt. Verum iſta quãtum ad vſum nihil differunt, vt ita dixerim. nondum enim determinata eſt huiuſmodi de nomine controuerſia: habet autem quandam aliam intellectiuam conſiderationẽ. Quales aũt magiſtratus, & quot neceſſarij ſunt ciuitati:& quales neceſſarij quidẽ, inutiles vero ad bonam reipublicæ gubernationem magis vtiq; quiſpiã dubitabit:& ad omnem rempublicam,& prſertim ad paruas ciuitates. Nam in magnis quidem licet,& debẽt ſinguli magiſtratus ad ſingula opera deputari. ſufficit enim multitudo ciuium ad magiſtratus gerẽdos. quare alios cũ intermiſſione magna temporis, alios ſemel duntaxat gerunt: meliusq; ſingula curantur, quàm ſi in multis cura noſtra diſtrahatur. Sed in paruis ciuitatibus neceſſe eſt in paucos, magiſtratus plures conferre. nam cùm ſit paucitas hominum, non facile eſt multos in magiſtratibus eſſe. qui enim poſtea forent ſucceſſores horum? indigent quandoq; magiſtratibus eiſdem & legibus, partiq; magnęq; ciuitates: niſi q; hæ quidem ſæpe indigent eiſdem, illis vero multo tempore intermiſſo id accidit. quapropter nihil prohibet multas ſimul curas illis demandare: non enim ſe impediũt. & propter hominum paucitatẽ neceſſarij ſunt magiſtratus quidã, quaſi luminaria obeliſcis impoſita. Si ergo dicere poſſumus, quot neceſſarij ſunt omni ciuitati, & quot nõ neceſſarij quidem ſed opportuni, facile quis ſciens iſta, coniungat, quales coniungere congruat in vnum magiſtratum. Debet etiam hoc non latuiſſe, quales conueniant ſecũdum locum magiſtratus plurium curam habere, & qualium vbiq; in vnum magiſtratum poteſtate habere, ceu honeſtatis. vtrum in foro prætectum annonæ, & alium alibi, aut vbiq; eundem. & vtrum ſecũdum negocia partiẽdum eſt, an ſecundum perſonas. dico autem, ceu vnum curam honeſtatis, alium puerorum, & alium mulierũ. & in rebuſpublicis, vtrum differunt ſecundum vnamquãq; & magiſtratuum genus, vel nihil. ceu in populari ſtatu, & paucorum gubernatione, & optimatum, & monarchia, vtrũ idem ſunt magiſtratus poteſtatem habentes, ſed non ex æqualibus, aut ſimilibus, ſed alij in alijs. veluti in optimatibus quidem ex hominibus doctis, in paucorum autem potentia ex opulentis, in popularí ſtatu ex ingenuis. vel exiſtant quidam ſecundum iſtas differentias magiſtratuum, & alicubi cõterat eoſdem eſſe, alicubi diuerſos. alicubi enim congruit magnos eſſe, alicubi paruos eoſdẽ magiſtratus. Verãtamen ſunt aliqui proprij, ceu eorũ q̃ ante deliberãt. hæc enim poteſtas non eſt popularis, conſilium vero populare. oportet enim eſſe aliqd tale, cui cura ſit populum conſilio præuenire, ne ocioſus ſit. hi autem ſi pauci ſunt numero, paucorum potentia eſt. eſt autem neceſſe vt illi ſint pauci, qui ante deliberant: itaque paucorum potentia eſt. ſed vbi ſunt ambo hi magiſtratus, illi qui ante deliberant conſiliarijs conſtituunt. conſiliarius enim popularis: qui vero ante venit in conſulendo & deliberando paucorũ potentię. Diſſoluitur etiam poteſtas conſilij in huiuſmodi gubernationibus, in quibus populus ipſe conueniens de omnibus conſtituit. hoc autem accidere conſueuit, cùm eſt vtilitas quædam aut merces conſtituta his qui in contentionẽ conueniũt. ocioſi enim conueniunt perſępe,& de cũctis ipſi ſtatuũt. Qui aũt puerorũ curam habent, & qui mulierũ, & ſi qs alter eſt qui poteſta-

προβουλοι ἀλλ' οὐ πρὸ cõſultores.

tem habet & curam huiuſmodi, optimatum id eſt & non populare (fieri enim nõ poteſt, vt prohibere pauperum mulieres alterius ſit cũ paucorum potentię) cũ mulieres ipſorum in delitijs viuãt. Sed de his quidem eatenus dixiſſe nunc ſatis ſit. De conſtituẽdis autem magiſtratibus conandum eſt iam tranſigere. Conſiſtunt autem differentiæ in tribus definitionibus, quibus cõpoſitis neceſſe eſt omnes modos eſſe comprehenſos: vnum ex tribus eſt, qui ſint illi qui magiſtratus cõſtituãt: alterum, ex quibus conſtituatur: tertium, per quem modum. Cuiuſcũ vero iſtorũ differentiæ ſunt tres. aut enim ciues oẽs conſtituunt, aut quidam: & vel ex omnibus, vel ex quibuſdam determinatis: ceu per cẽſum, vel per genus, vel per virtutem, vel per aliud quiddam tale, quale apud Megarenſes, ex his qui vnà cum populo ad bella coniuncti redierunt. & hoc aut per electionem, aut per ſortem. Rurſus autẽ hæc ſimul conduplicata. dico autem hæc, ceu quoſdam aliqui, quoſdam omnes: & quidam ex omnibus, & quidam ex quibuſdam: & quidã electione, quidã ſorte. Vniuſcuiuſcũ iſtorum differentiæ modi erunt quatuor. aut enim oẽs ex oibus per electionem: aut omnes ex omnibus per ſortem: & vel ex cunctis, vel quaſi diuiſim per tribus & cõuentus & ſocietates, quouſcũ tranſeat per vniuerſos ciues: aut ſemper ex omnibus, & partim ſic, partim illo modo. Rurſus vero, ſi pauci ſunt illi qui cõſtituũt magiſtratus, aut ex omnibus per electionẽ, aut ex omnibus per ſortem, aut ex quibuſdã per ſortem, vel partim iſto modo, partim illo: dico autem quędam ex omnibus per electionem, quædã per ſortẽ. atq; ita duodecim modi efficiuntur ſeorſum, duobus cõduplicatis. Horum autẽ duæ conſtitutiones ſunt populares, hoc eſt omnes ex oibus electione, vel ſorte: vel partim ſorte, partim electione. At enim non omnes ſimul, ſed ex omnibus conſtituere, vel ex quibuſdam, vel ſorte vel electione, vel vtroq; modo: aut partim ex omnibus, partim ex quibuſdã vtroq; modo. dico autẽ vtroq; modo, partim ſorte partim electione illius ſpeciei eſt, quę appellatur reſpublica. Quoſdã vero ex omnibus cõſtituere, partim electione, partim ſorte, aut vtroque modo hos quidem ſorte, illos autem electione, paucorum potentiæ eſt, multoq; magis ſi vtroq;: ſed quoſdam ex omnibus, quoſdam ex quibuſdam, ciuile optimatũ: vel quoſdam electione, quoſdam ſorte. quoſdam vero ex quibuſdam, paucorum potẽtiæ, etiam ſi per ſortem fiat vel non fiat: & quoſdam ex quibuſdam vtroq; modo: quoſdã autem ex omnibus, & ex quibuſdã omnes per electionem optimatum. Modi igitur circa magiſtratus tot ſunt, & diſtinguũtur ita ſm rerumpublicarum formas. Qui autem quibus conducant, & quomodo conſtitutiones eorum faciendæ ſunt vnà cum poteſtatibus magiſtratuum, & qui ſint hi, manifeſtum erit. dico autem poteſtatem magiſtratus, ceu circa reddi-10 tus authoritatem habere, & circa cuſtodiam. alia enim poteſtatis ſpecies, quemadmodum circa bellum, & circa contractus forenſes.

*De iudicijs, & eorum ſpecicbus, & de modis iudiciorum.* Cap. XVI.

RElíquum ex tribus eſt, de iudicijs dicere. Capiendi vero ſunt iſtorũ modi per eandẽ viam. eſt enim differentia iudiciorum in tribus terminis, ex quibus, & de quibus, & 20 quomodo. Dico autem ex quibus, vtrum ex omnibus vel ex quibuſdam. de quibus, quot ſpecies iudiciorũ. quomodo, vtrum per ſortem vel per electionem. Primo igitur diſtinguamus quot ſint iudiciorum ſpecies. Sũt autem octo. Vnũ, ratiões repoſcere. Alterum, ſi publice quis cui iniuriatus ſit. Aliud, quot ad ſtatum ciuitatis pertinent. Quartum, ex magiſtratibus & priuatis hominibus, quæcunq; circa pœnas verſantur. Quintum, de priuatis contractibus habentibus magnitudinem. at præterea de homicidijs, & peregrinis. Homicidij rurſus ſpecies, ſiue in ipſis iudicijs, ſiue in alijs ex prouidentia fecerit vel inuitus, & quotcunq; cõfitemur quidem facta, ſed de iure controuerſiam facimus. & q; pro homicidio exulantibus circa reditum ſtatuuntur. vt Athenis dicit, & quod in Phreatti iudiciũ. *puti. Cõtingũt autem talia & in omni tẽpore pauca & in magnis ciuitatibus. De peregrinis aũt vna pars eſt, ſi peregrinus cõtra peregrinum agat: altera, ſi peregrinus contra ciuem. Eſt inſuper vltra hæc oia, de paruis rebus cognitio, quę drachmas quinq;, aut nõ excedant, aut parũ. oportet enim & de his ius dici: nec incidit in iudiciorũ multitudinem. Sed omittamus de his, & de homicidijs & de peregrinis: dicamus autem de ciuilibus, in quibus ſi non recte iudicetur, ſeditiones ac rerumpublicarum motus gignũtur. Neceſſe eſt enim vel omnes de omnibus ſupra dictis iudicare electione vel ſorte: vel omnes de omnibus partim ſorte partim electione: vel de quibuſdam eorum aliquos, partim ſorte, partim electiõe aſſumptos. hi ergo modi ſunt quatuor. Totidem alteri, qui ſecundum partẽ. rurſus enim ex quibus, & qui iudicant de omnibus per



per electionem, aut ex quibus de omnibus per ſortẽ, vel partim ſorte, partim electione. vel quædam iudicia de eiſdẽ ex ſortitis & electis. Iſti ergo, vt dictum eſt, ſunt modi in prædictis. Inſuper eadem conduplicata, vt quædam ex omnibus, quædam ex quibuſdã, quędam ex vtriſq;. ceu ſi eiuſdem iudicij eſſent, alij ex omnibus, alij ex quibuſdam: & vel per ſortem vel per electionem, vel ex ambabus. Quot igitur modi iudiciorum eſſe poſſunt, dictum eſt. Horum autem prima, popularia ſunt, quęcunq; ex omnibus vel de omnibus. Secunda, paucorum potentium, quæcunq; ex quibuſdam de omnibus. Tertia, optimatum & ciuilia, quæcunque partim ex omnibus, partim ex quibuſdam.

# ARISTOTELIS POLITICORVM LIBER QVINTVS.

SVMMA LIBRI.

*De rerumpublicarum mutationibus, ſeditionibus, earum cauſis, ac medelis. De diuerſarum ſpecierum rerumpublicarum mutationibus, ac ipſarum conſeruandarum modis. De regni, ac tyrannidis mutationibus, ac conſeruatione.*

*De cauſis mutationum rerumpublicarum, & de earum inæqualitate et æqualitate, et iuſto & ſtabilitate.* Cap. I.

DE alijs quidem omnibus, de quibus dicere propoſuimus fere dictum eſt. ex quibus autem mutantur reſpublicæ, & quot ea ſint & qualia, & quę nam ſint ſingularum rerũpublicarum corruptiones & labes, & ex qualibus in quales maxime mutantur: præterea quæ remedia generaliter & ſpecialiter cuiuſque, & per quæ maxime conſeruari poſſit vnaquęq; rerumpublicarum, conſiderandum deinceps erit. Oportet autem prius illud principiũ aſſumere, q; plures ſunt formæ rerumpublicarum. & in his conſtitentur quidem omnes iuſtitiã & conuenientem æquitatem, ſed aberrant ab ea, vt eſt ante dictum. Nam populus cõſtat ex ijs qui cũ ſint ſecundũ quid pares, putant ſe ſimpliciter pares. Paucorum vero potentia ex ijs qui cùm præſtent aliqua re, ſe in cunctis præſtare arbitrantur. opibus enim ſuperantes, ſimpliciter exiſtimãt ſuperare. Deinde vero illi quaſi pares exiſtentes in cunctis, dignũ putant ſe parem portionem habere. hi autem quaſi ſuperiores ſint, maiora ſibi competere arbitrãtur: maius enim inæquale. Habent vero omnes aliquid iuſtum, ſed ſimpliciter aberrant. Et ob eã cauſam, quando non pro opinione ſua vtriq; reportent de republica, ſeditiones concitant. Omnium vero iuſtiſſime hoc faceret, qui virtute præcellunt: qui tamẽ minime omnium id faciunt. nam hi ſimpliciter rationabile eſt vt ſoli præferantur. Sũt autem quidam, qui præſtantes genere, plus habere ſe dignos putant. Videtur nobiles eſſe illi, quorum maiores virtute & diutijs ꝑditi fuere. hinc principia & fontes, vt ita dixerim, ſeditionũ oriuntur. Quapropter mutationes merito fiunt, quandoq; ex præſenti ſtatu ad alium: ceu ex populari gubernatione ad paucorum potentiam, vel ad popularem ex paucis, vel ad rempublicam & optimatem ex illis, vel ad illas ex iſtis. quandoq; præſentem gubernandi formam non quærunt mutare, ſed in ea permanentes, pro ſe illam ſuſcipiunt, vt paucorum potẽtiam vel monarchiam. Inſuper circa magis & minus: ceu vel paucorum potentiam exiſtentem magis extendere vel coercere, vel popularem ſtatũ ampliare vel reſtringere. Eodẽq; modo de alijs ſpeciebus ampliandis vel reſtringẽdis, vel in parte aliqua reipublicæ mouenda, ceu magiſtratum quendam de nouo inducere, vel remouere. vt apud Lacedæmonios ferunt Lyſandrum tentaſſe regiam poteſtatẽ tollere, & Pauſaniam regem Ephoros. & Epidãni mutata eſt reſpublica, parte: cùm pro tribuum præfectis, ſenatores creauerunt. Apud Elẽſes vero neceſſarium eſt illorum etiam, qui verſantur in republica dignitates inuadere, quãdo creatur magiſtratus aliquis. Paucorũ autem potentiæ erat in hac republica, q; vnus ſolus ad magiſtratum ſumebatur. Vbiq; enim propter inæqualitatem oritur ſeditio: diſparibus tamen non exiſtit proportio. perpetua enim poteſtas regia iniqua foret, ſi eſſet in paribus. omnino enim quærentes æquum in ſeditiones incidũt. At enim duplex eſt æquum: vnum numero, alterum dignitate. numero quidem, ceu multitudine ac magnitudine idem, & æquum: dignitate autem dico, id quod eſt ſm rationem. ceu tria excedunt duo ſm æqualem numerum, & hęc vnum. dico autem quatuor excedere duo, & hæc vnum: æqua enim pars duo ex quatuor, & vnũ duorũ: ambo. n. mediętates. Patentes aũt ſimpliciter eſſe iuſtũ id, q̃d eſt ſm dignitatẽ, contẽdũt, vt prius dictũ eſt. alij qa ſi in aliquo ſint pares, ſe penitus pares exiſtimãt: alij, qa ſi in aliquo præſtãt, in cũctis

ſe ſuperare arbitrantur. Quãobrem duę præcipue fiunt gubernandi formæ, populus ſcilicet, & paucorum potentia. nobilitatem enim ac virtutem in verbis quidẽ omnes fere vſurpant. etenim qui re vera nobiles ac boni ſint, nuſquam cẽtum reperiuntur: diuites autem multis in locis. Simpliciter omnino ſecundum alterutrum ſtatuere æqualitatem, improbum eſt, patet autem ex eo quòd contingit: nulla enim huiuſmodi rerumpublicarum recipit ſtabilitatem. Cauſa vero huius, quia impoſſibile eſt ex primo errore in principio cõmiſſo, non euenire ad extremum aliquid mali. quare opus eſt partim arithmetica æquitate vti, partim ea quæ eſt ſecundum dignitatem. Verũtamen tutior eſt ac minus ſeditioſa ſubiacet popularis gubernatio, quàm paucorum. nam in paucorũ gubernatione duæ gignuntur ſeditiones: vna inter ſeipſos, alia ad populum. in gubernationibus autem populi, vna tantum ſeditio fit, ad paucorum potentiam. ipſis vero inter ſe, quod quidem dignum dictu ſit, nõ accidit ſeditio populi. Inſuper mediocrium hominũ gubernatio, propinquior eſt populari gubernatiõi, q̃ illi quæ paucorum: quæ quidem eſt magis tuta, q̃ aliqua huiuſmodi rerumpublicarum.

*De ſeditionibus paucorum, et popularium: pro quibus rebus ſeditiones oriantur, & quæ ſint earum cauſæ.* Cap. II.

CVm vero conſideremus quibus de cauſis ſeditiones mutationesq; rerumpublicarum euenerint, capiẽda ſunt primo vniuerſaliter principia, & cauſæ earum. Sunt autem ferè tria, de quibus ipſis primo ſuccincte determinandũ eſt. Videre. n. oportet quemadmodum diſpoſiti ad ſeditiones deueniũt: & quarum rerũ gratia: & tertio quæ ſunt initia ciuilium turbationum, ac ſeditionum inter ciues. Quòd quidem igitur diſponantur ad res nouas appetẽdas, illa eſt potiſſima cauſa, de qua iam diximus. quia alij pares eſſe volunt his qui plus poſſunt, & niſi hoc fit non acquieſcunt: alij vero ſe præſtare dignos putantes, indigne ferunt niſi plus habeant. hæc autem quandoq; iuſte cupiuntur, quandoq; iniuſte. interiores quidẽ vt pares ſint, res nouas exoptant: & pares qui ſunt, vt præſtent. Quemadmodum igitur diſpoſiti ſint qui res nouas quærunt, dictum eſt. Res autem, pro quibus contendunt, ſunt lucrum, & honor, atq; his contraria. dedecus. n. & damnũ vel ipſorũ vel amicorũ fugientes, ſeditiones in ciuitatibus agunt. Cauſæ vero ac principia motus, vnde ipſi ita diſponunt, & pro ijs de quibus diximus, ſunt vt ſeptem, ſunt etiã vt plura. quorum duo ſunt eadem cum illis quæ dicta ſunt, non tamẽ eodem modo. propter lucrum enim & propter honorem irritãtur inuicem, non vt acquirant ſibi ipſis, ſed quia videãt alios partim iniuſte, partim iuſte plus habere. Inſuper pp contumeliam, ppter mœtũ, propter præpotẽtiam, pp contemptum, propter incremẽtum excelluũ: præterea & alio modo pp verecundiam, propter negligentiã, propter puſillitatem, propter imparitatẽ.

*Quo pacto ob dictas cauſas eueniunt ſeditiones.* Cap. III.

EX quibus contumelia & lucrum, quam habeant vim, & quot cauſæ, ferè eſt manifeſtum. Supẽrbia enim, et auaritia eorũ qui gubernant homines, prouocant contra ſe, & cõtra ſtatum eius reipublicæ, quæ iſta fieri patiatur. auaritia vero quandoq; ex priuatis rebus fit, quandoq; ex publicis. De honore ẽt clarum eſt, & quid valeat, & quomodo cauſa ſit contendẽdi. ipſi enim inhonorati, & alios honoratos cernentes, ſeditionem aggrediuntur. Hæc autem iniuſte quidem fiunt, cũ præter dignitatem honorantur quidam, vel inhonorãtur: iuſte vero, cum ſm dignitatem. Propter præpotentiam autem, quando maior ſit & potẽtior, vel vnus vel plures, qui ſim dignitatem & potentiam reipublicæ. conſueuit. n. ex talibus fieri vnius dominatio, vel gubernatio violenta. Quapropter quibuſdam in locis Oſtraciſmo vtuntur, ceu Argis & Athenis. atqui melius erat ab initio quidere, ne in huiuſmodi potentiã augeri homines permitterentur, q̃ poſt contra auctos remedium quęrere. Propter mœtum vero ad ſeditionẽ deueniunt, qui pœnas formidant ob maleficia cõmiſſa: & hi contra quos paratur violentia, præuenire volentes, prius q̃ malum patiantur. vt apud Rhodũ nobilitas contra plebem inſurrexit mœtu iudiciorum, quæ ſibi parabantur. Propter contemptũ vero ad ſeditiones deueniunt. ceu in paucorum potẽtia, q̃ plures ſunt illi, qui à republica excluduntur: potẽtiores. n. ſe putant. Et in populari ſtatu, opulenti contẽnentes inordinationẽ & incuriã eorũ qui gubernant. ceu apud Thebanos poſt pugnam in Onophytis cõmiſſam, malâ gubernatione popularis ſtatus interijt. & in Megarẽſibus, ceu per inordinationẽ & negligentiam magiſtratuum ſuperati ſunt. & Syracuſis ante Gelonis tyrannidem. & Rhodi populus, antequam cõtra inſurgereẽ. Fiunt etiam propter incrementum mutationes rerumpublicarum. vt enim corpus ex partibus ſuis conſtat, & oportet eas ſimul pro modo quanq; ſuo creſcere, vt conuenientia permaneat, ac niſi hoc fiat corrumpitur (ceu qñ pes quatuor cubitorum ſit, cęterum vero corpus duarum palmarum longitudinem habeat: interdum vero & in alterius animalis figuram tranſiret, ſi non ſolum quantitate, verumetiã qualitate immoderatum fieret incremẽtum) ita & ciuitas ex partibus conſtat, quarum interdum aliqua paulatim ſubcreſcit, ceu egenorum hominum multitudo in popularibus gubernationibus & rebuspublicis. Contingit vero quandoq; id per fortunã: velut apud Tarentum cùm ſuperati prælio ab Iapygenſibus, nobilitatis magnam partem amiſiſſent (fuit autem id prælium paulo poſt id tempus, quo Medi Græciam inuaſerunt) ad popularem ſtatum ex republica eſt facta mutatio. Et Argiui poſt cædem ſuorum in Hebdoma à Cleomene Spartiata factã, coacti ſunt inquilinos quoſdã ad rempublicã recipere. Et Athenis, cùm terra male pugnaretur aduerſus Lacedæmonios, nobilitas attenuata eſt, cùm ex deſcripto ſubmittere ſe ad bellum cogeretur. Contingit autem hoc & in popularibus gubernationibus, rarius tamen. pluribus enim diuitibus exiſtentibus, vel diuitijs in pluribus auctis, mutatio fit in paucorum potentiam. Mutantur etiam reſpublicæ abſq; ſeditione propter verecũdiam: vt in Heræa. cùm enim per electionem ſumere magiſtratus ſolerent, poſtea ſortiti ſunt, ex eo q̃ electiones eorum in homines turpes pudendosq; cadebant. Et propter negligentiam, quãdo ſinunt ad ſummas poteſtates eos aſſumi qui non ſunt amici ſtatus eorum: per quem quidem modum apud Horeum euerſa eſt paucorum gubernatio per Heracleodorum, qui magiſtratum nactus gubernationem ciuitatis ex paucorum potentia ad popularem ſtatum traduxit. Inſuper propter puſillum. dico autem puſillũ, quando latet paulatim ſubcreſcens reipublicæ mutatio, quæ ad magnitudinem latenter euadit, ſi negligatur. quemadmodum apud Ambrociotas à paruo cenſu prius erant magiſtratus, tandem vero à nullo: quaſi nihil aut prope foret inter parum & nihil. Seditiones quoq; concitat peregrinitas, donec in eãdem ſimul conſpirationem deuenerit. vt enim nõ ex quauis multitudine conſtituitur ciuitas, ita etiam neq; in quouis tempore. Quapropter quicunq; adhuc inquilinos ſuſceperunt vel aduenas, omnes ferè ſeditionibus iactati ſunt. ceu apud Sybarim vnà cum Trezenijs incoluerunt Achęi: poſtea maiorem in numerum creſcentes Achæi Trezenios pepulerunt. vnde pollutio illa exorta eſt Sybaritis, & Thurijs. Idem fecerunt Sybaritæ contra eos qui ſtios receperant. nã plus habere volẽtes, quaſi de ſuis agris pulſi ſunt. Et apud Bizantium peregrini in oppreſſionem ciuium coniurati, cognita re, prælio & armis expulſi ſunt. Et Antiſſæi exules ex Chio ſuſceptos, tandẽ armis deijcere coacti ſunt. Zanclei vero, qui Samios receperunt, mox ab eis ſunt propria ciuitate deiecti. Appolloniatæ qui ſunt in Põto, incolis recepti, ſeditione agitati ſunt. Et Syracuſani poſt tyrannos expulſos, cùm hoſpites & conductos milites feciſſent ciues, in ſeditionẽ & prælium incidêrunt. Et Amphipolitæ, receptis Chalcidenſium colonis, pulſi tandẽ ab illis ſunt ferè oẽs. Seditionẽ aũt concitãt, in paucorũ qdem potẽtia, multitudo indigne ferens, vt dictũ eſt prius, quòd cùm ipſi ſint pares, non pariter honorãtur. In populari vero ſtatu nobilitas quòd par ſtat cæteris, cùm ipſi ſint præſtantiores. Incidunt etiam quandoq; in ſeditionem ciuitates propter ſitum, quando talis eſt locus, vt non ad vnam eandemq; gubernationem ſit aptus. vt Clazomenijs accidit, qui in Chytro habitant, cõtra eos qui habitãt in inſula. Et Colophonijs erga Notios. Athenis quoq; non eodem modo, ſed multo magis populares ſunt, qui in Pyræo habitant quã qui in vrbe. vt enim in præſidijs trãſitus ſollarum. etiam ſi admodum paruæ ſint, interrumpit ordines militum, ita & in ciuitate diſſidentia omnis videtur diſiunctionem facere. Maxime fortaſſan diſſident virtus & vitiũ: deinde paupertas & diuitiæ, & alia magis q̃ alia: quarũ vna eſt illa, de qua diximus.

*De medelis, & documentis circa ſeditiones.* Cap. IIII.

ORiuntur autem ſeditiones nõ pro paruis rebus, ſed ex paruis ad magna proueniunt. maxime etiam paruæ conſeruantur, quando in principalibus ſiunt, vt contigit Syracuſanis antiquitus. Mutatus eſt enim ciuitatis ſtatus propter duos adoleſcẽtes, qui in magiſtratu cõſtituti, ſimultatem inter ſe habuerũt ex amatoria cauſa. alter enim abſente (cùm ſodalis eius eſſet) alter puerũ, quem amabat, ſibi cõciliauit. at ille reuerſus, cùm id grauiter ferret, vxorem illius habere ſtuduit. ex hoc, omnes qui verſabantur in republica, diuerſo fauore diuerterunt. Quamobrem ab iſtis principijs cauendum eſt diligenter, ac diſſoluendæ ſtatim ſunt eorũ diſcordię, qui multum in republica poſſunt. In principio enim peccatur. principium autem dicitur eſſe dimidium totius. itaq; paruum in principio errorũ, correſpondẽs eſt ad alias partes. Omnino autem

autem excellētium virorum discordiæ totam post se trahunt ciuitatem: vt cōtigit apud Hestiæam post popularem statū. Duobus enim fratribus de diuisione patrimonij contendentibus, vnus eorum qui erat pauperior, quasi non exhibēte altero fratre bona omnia, neq; thesaurum quem pater inuenerat, proferente, quærebatur, ac populum in suos fauores pertraxerat: alter vero qui diuitijs pollebat, locupletes sibi asciuerat. Et in Delphis ex fauore partium contētione exorta, principium fuit seditionum omnium, quæ postea fuerūt in ea ciuitate secutæ. hic enim cum sibi triste augurium incidisset, vt venit ad sponsam, suscipere illā noluit. parentes vero puellæ quasi spreti atq; contempti, sacrorum quiddam eo sacrificante iniecerunt, atq; vt sacrilegum accusantes capite damnari fecerunt. Mitylenę quoq; seditio ex hæreditate coorta, magnorum malorum fuit origo. indeq; bellū Athenienſibus contra Mityleneos susceptum, in quo vrbs eorū a Pachete duce capta fuit. Timophane enim quodam opulēto homine vita functo, cùm duæ filiæ superstites fuissent, Doxādrus quidam dari illas filijs in matrimonium concupiuit. quod cùm allequi non potuisset, alios sibi prælatos dolēs, res nouas moliri aggressus: Athenienſibus quibus erat publice hospes, bellū susciperе persuasit. Et apud Phocenses seditio exorta est ex hereditate inter Mnaseam Mnasonis patrem & Euthycratem Onomarchi. hæc seditio Phocēſibus initium fuit eius belli, quod sacrum appellauerunt. Mutatus est etiam Epidamni ciuitatis status ex nuptijs. desponderat enim quis filiam. cùm vero pater sponsi magistratum gerens illi mulctam irrogasset, quasi despectus, omnes qui plenti ciuitatis statui infensi erāt, per factionem ad se recipit. Fiunt etiam mutationes & in paucorum potentia, & in populari statu, & in ea quæ appellatur respublica, ex eo quòd aliquod collegium vel alia pars ciuitatis famam sit vel augmētum maiorem in modū consecuta: vt apud Athenienses, Areopagi consilium per tempora belli Persarum famam consecutum reipublicæ gubernandi formam seueriorem videtur fecisse. Et rursus naualis turba, ep causa victorię Salaminēsi bello fuisse videbatur, & ob eam victoriam principatum maris acquisisse ciuitati, popularem statum magis asserit. Et apud Argiuos nobilitas, ep in prælio contra Lacedæmonios apud Mantiniam vrbem commisso, magnā famam consecuta erat, popularem statum delere tentauit. Et apud Syracusanos multitudo vrbana, quòd causa victorię belli aduersus Athenienses videbatur fuisse, rempublicam mutauit ad popularē statum. Et apud Chalcidenses, ep simul cum nobilitate ad opprimē dum Phoxum tyrannum plebs insurrexisset, statim reipublicæ gubernationem suscepit. Et apud Ambraciam eodem modo, populus vnà cum aggressoribus Periandro tyranno expulso, in seipsum gubernationem conuertit. Et omnino hoc latere non oportet, ep qui potentię causa fuerunt, siue priuati homines, siue collegia publica, siue tribus, siue & pars aliqua ciuitatis, siue quęcunq; multitudo, seditionem commouent. aut enim qui honori illorum inuident seditionē faciunt, aut ipsi propter præualentiam parem habere cūm cæteris, non acquiescunt. Mouetur quoq; respublica quando partes illæ ciuitatis, quæ contrariæ videntur esse, pariticantur (ceu diuites & plebs) medium autem parum aut nihil omnino sit. si enim quæuis pars ita robusta fiat, vt ad illam quæ prædominabatur, proxime accedat, non tolerat post hac discrimina subire. Quapropter & qui virtute præcellūt, nullam (vt ita dixerim) faciunt seditionē: pauci enim sunt, alij vero permulti. Vniuersaliter ergo in cunctis rebuspublicis ipsius initia causaq; seditionum ac mutationum, in hunc modum fiunt. Mutatur aūt respublica qñq; per vim, qñq; per dolū. Per vim aūt aut statim, aut postea compellendo. nam & trans duplex est, nonnunquam enim decepti ab initio, sua dedemus sponte recipiūt alium gubernandi modum. deinde postea violenter conseruant. vt accidit cùm quadringenti illi Athenienſium rempublicam susceperunt. affirmantes enim quòd Persarum rex pecunias ad bellum contra Lacedęmonios subministraret, ac ī eo mētiti, nihilominus postea vi retinere gubernationem conati sunt. Interdum autem ab initio persuadentes, at postea rursum persuasis sponte ac volentibus retinent gubernationē. Simpliciter ergo circa omnes respublicas, ex his quę dicta sunt, contingit mutationes fieri.

*De mutationibus popularis gubernationis & earum modis.* Cap. V.

SEd oportet in vnaquaq; specie rerumpublicarum hoc idem considerare. Popularis ergo status maxime recipit mutationes, propter eorum hominum perfidiā, qui sunt quasi duces i populo. Hi enim priuatim egregium quenq; calumniando, conspirare eos simul compellunt (cogit enim in vnum communis mœtus etiam eos, qui prius erant inimicissimi) publice vero multitudinem irritant. & hoc ferè vbiq; in hunc modum fieri videmus. Nam & apud Coum popularis status interijt, ob prauitatem eorum qui populum ducebant. nobilitas enim conspiratione facta, regimē ciuitatis arripuit. Et apud Rhodum. impositis enim pecunijs, quę conductis militibus soluerentur, potētes quidam in populo pro se eas retinebāt, eratq; id impedimētō, quo minus ea redderentur, quæ præfectis debebantur triennium. præfecti autem classis, cùm pecunias non haberent, ac nihilominus nauigare ex lege cogerentur, veriti pœnam iudicij, conspirationem inierunt ad popularem statum euertendū. Apud Heracleā quoque populus oppressus est illico post coloniarum emissionem, ob populi ductores. potētes enim quidā in populo, illatis iniurijs, nobilitatem expulerunt: illi vero postea conspirātes, & in vnum conuenientes, in vrbem reuersi, populum oppresserunt. Nec multo dissimiliter apud Megarēses popularis status interijt. Ductores enim populi, quò pecunias per bonorum publicationem haberent, multos è nobilitate pepulerant, vt tandem facta sit permagna exulum multitudo. exules ergo in vnum conuenientes prælio superarūt, oppressoq; populo paucorum potentiam cō stituerunt. Contigit hoc idē apud Cumas in populari statu, quē destruxit Thrasimachus. & apud alios ferè quis inspiciat mutatiōes eodem modo contigisse. Interdum enim, vt gratificentur iniuriantes, nobilitatem conspirare faciunt, vel patrimonia æque diuidentes, vel redditus muneribus publicis subijcientes: interdum vero calumniantes, vt bona opulentorum publicari faciant. Vetustis quidem tēporibus, quando idem erat potens in populo ac belli dux, populares res in tyrannidem mutabantur. & profecto antiquorum tyrannorum plurimi ex popularibus hominibus facti sunt. Causa vero, cur tunc fierent, non autem nunc, illa est, quòd tūc qui in populo maxime poterant, erant ex his qui bello gerēdo præficiebantur. nondum enim dicendi peritiam habebant: nūc autem Rhetorica arte superueniente, qui dicendi facultatem habent, populos ducunt quidē: sed quia imperiti sunt rerum bellicarum, tyrannidē inuadere nō audent, nisi vbi parum aliquid tale incidit. Tyrannides certe frequentius fiebant prius, quā nunc, & propter magnas potestates quibusdam commissas, ceu Mileti ex consulatu: multarum enim ac magnarum rerum potestatē habebit consul. Ac etiam ob id, quia tunc vrbes non erant magnæ, sed rure homines habitabant, ocium agentes præter quàm ab agris. qui autem patroni erant in populis, cùm viri militares essent, tyrannidem inuadebāt. idq; agebant omnes, præstita sibi prius fide à populo, quæ acquirebatur ex inimicitia aduersus opulentos. vt Athenis, Pisistratus per factionem contra Pediacos susceptam. et Megaris, Theagenes armentis opulentorum occisis, quæ iuxta flumen repererat pascentia. et Dionysius accusans Daphnæum & diuites, meruit tyrannidem Syracusis obtinere, propter inimicitiam nobilitatis, sibi fide à populo præstita, quasi popularis esset. Mutantur etiam respublicæ, ex consueta gubernatione in vltimā speciē popularitatis. cùm enim per electionem sunt magistratus, non tamen à censu. eligit autem populus ambientes populum magistratuum gratia, eò rem deducunt, vt sit populus dominus etiam legum. Remedium autem, ne hoc omnino fiat, vel vt minus fiat, illud est, vt tribus quidem magistratum eligāt, nō populus vniuersus. Popularium igitur status tuum mutationes ferè oēs per has fiūt causas.

*De mutationibus paucorum potentiæ, & earum modis.* Cap. VI.

PAucorum autem gubernationes mutātur per duos maxime modos manifestissimos. Vnum, si iniurijs afficiāt multitudinē. quilibet enim patronus sufficit, & maxime si ex numero paucorū dux aliquis existat. quēadmodū in Naxo Lygdamis, qui tyrānidem postea Naxiorū inuasit. Habet autē etiam ex alijs initium seditionis differētias. qñq; enim ab ipsis opulentis, qui non honorantur magistratibus, fit dissolutio, cùm perpauci sint illi, qui dignitates vsurpant: vt in Massaliēsibus, & in Histro, & apud Heracliam, & in alijs ciuitatibus accidit. Nam qui honores non susceperant, res nouas moliri nō cessabant, donec ipsi quoq; honorarētur: primo quidem senio res ex fratribus, deinde iuniores. quibusdam enim locis non simul ad rempublicam gubernandam recipiuntur filius & pater: alicubi vero frater senior ac iunior. & illic quidem paucorum potentia ciuilior facta est. In Histro autem ad populum recidit. In Heraclia vero à paucioribus ad sexcentos deuenit. Mutata est & Gnidi paucorum potentia, seditione inter nobilitatem ipsam coorta, ex eo quòd pars eorum ab honoribus excludebatur. siquidem pater filium impediebat, et frater fratrem, nec nisi qui senior foret honorabatur. insurgens enim populus per illorum discordiam, ac ducem nactus ex ipsa nobilitate, irruens peruicit. imbecillis enim aduersa pars erat. Et apud Erythrienses, in paucorum gubernatione regiarum vrbium antiquis temporibus, licet diligenter

ligenter curarẽt qui in gubernatione illarum versabantur, tamen quia perpauci erant, non tulit populus sed rempublicã mutauit. Mutantur etiam paucorum gubernationes ex seipsis, propter factiones ipsorum qui plus posse apud populum volunt. Hoc autem dupliciter fit. quandoq; enim sibi ascisc unt, & coniungunt alios ex ipso numero paucorum: vt Athenis in triginta illis fecit Charicles, & in quadringẽtis Phrynichus sibi modo. qñq; vero ipsi, qui sunt ex paucorum numero, vẽdicant sibi plebem. vt apud Larissam, nobilitas plebem colebat, ex eo quia per plebem fiebat electio magistratus illius, qui custodia rei publicæ vocabatur: & in quibuscunq; gubernationibus paucorum, non illi ipsi eligunt ad magistratus, qui et gerere illos possunt, sed ex censibus magnis tribuũtur, vel ex aliquo corpore. electio tamen eorũ per ciues fit, aut per plebem, vt Abidi, & vbi iudicia non sunt ex his qui rempublicam gubernant, colẽdo plebem, quo eorum suffragia promereãtur, rem publicam mutant: vt apud Heracleam contigit quę est in Ponto. quod idem accidit, quando in gubernatione paucorum quidam existentes, ad pauciores etiam rempublicam trahunt. pares enim cæteris esse quærentes, compelluntur populum in sui auxilium adhibere. Fiunt etiã mutationes in gubernatione paucorum, quando prodigaliter viuentes qui gubernant, per luxuriam patrimonia consumpserunt. Optant enim res nouas huiusmodi homines, tyrannidemq; vel sibi ipsis, vel alteri affectant. quemadmodum Hipar Dionysiũ Syracusis. & Amphiboli Cleotimus Calcidenses colonos superinduxit, & cùm venissent, seditionem cũ illis contra diuites fecit. & in Ægina qui negocium id Charitti Athenienſi fecerat, res nouas molitus est, pp huiusmodi causam. Hi ergo homines consumptis patrimonijs, aut res nouas commouẽt, aut rem publicam furtis expilant. itaq; seditiones aut ab ipsis aut ab illis concitãtur, qui eorum furta non tolerant: vt Apolloniæ quæ est in Ponto accidit. Concors vero si sit paucorum gubernatio, ex seipsa non facile interijt. Huius signum est apud Pharsalum vrbem reipublicæ status: pauci siquidem in ea ciuitate gubernatores, multorum tunt domini, quia ipsi inter se recte ac debito more se gerunt. Euertũtur etiam, quando in paucorum gubernatione aliam paucorum gubernationem efficiũt: id est quãdo eorum, ad quos pertinet gubernatio reipublicæ, qui pauci sunt, selectio quędam fit, neq; habilitas est oibus ad maximos magistratus, dignitatesq; posse assumi. Quod apud Elidem vrbem quãdoq; contigit. nam cùm paucorum esset gubernatio reipublicæ, admodum pauci eorum ad senatorium ordinem, quæ erat perpetua dignitas, peruenire poterant, ob id quòd erat potentium † hic ordo ac persimilis Lacedæmoniorum senatui. * ἀκρίσεις
Fit autem mutatio gubernationis paucorum & in bello, & in pace. In bello quidem, quòd populo diffidentes, conducto milite vti compellũtur, & qui illis præficitur, sæpe tyrannus euadit: vt Corinthi Timophanes. quòd si plures præficiuntur, ipsi sibi potentiam parant. interdum vero ista formidantes qui regunt, populum recipiunt ad reipublicæ communionem, quoniam necessitas cogit populo vti. In pace autem propter diffidentiam, quam inter se habent, conductis militibus custodiam tradunt, præficiuntq; illis virum aliquem, qui ad neutram partẽ magis inclinare videatur. at iste sæpe fit dominus partis vtriusq;. quod accidit in Larissa vrbe Leucadensibus, qui circa Samum rempublicam tenẽtibus, et apud Abidum tempore sodalitatum, quarum erat iphiades. Oriuntur etiam seditiones per exclusionem aliorum ab aliqs factam, eorum ipsorum qui sunt in paucorum gubernatione, quãdo de nuptijs, vel de iudicijs concertant, quemadmodum de nuptijs suprà diximus. In Erethria paucorum gubernatio equitum sublata est per Diagoram, qui affectus iniuria fuerat ex nuptijs. Ex iudicio autem apud Heracleam seditio extitit, & Thebis ob adulterij iudicium. Atquí vtroq; in loco non iniusta fuerat accusatio, sed per factionem pœna nimis exasperata: apud Heracleam quidem aduersus Eutionem, Thebis vero aduersus Archium, quos inimici percuncentes in foro ligari, ac ceruicem eius annulo ferreo includi fecerunt. Sæpe etiam paucorũ gubernationes dissolutæ fuerunt ob nimiam domi nationẽ, non probantibus quibusdã ex ipsis qui gubernabãt huiusmodi excellùm: vt accidit his qui apud Gnidum, et apud Chium per paucorum potentiam gubernabant. Fiunt etiam casu mutationes illis quę vocantur respublicæ, & gubernationes paucorũ, vbicũq; à censu sumuntur ad deliberandum, & iudicãdum, & ad cæteros magistratus. Sæpe enim constitutus primo censu ad præsens tempus, vt participẽt in paucorum quidem gubernatione pauci, in republica vero medij, felicitãte aliqua superueniẽte, vel per pacem, vel per aliam causam, contingit easdem possessiones multo maioris pretij fieri. itaq; omnes efficiũtur habiles ad cunctos reipublicæ gradus, dignitatesq; suscipiẽdas. idq; contingit interdũ sensim

* abundãtiorum



sensim & latentèr, interdum celerius. Paucorum igitur gubernationes mutantur, & seditionem recipiũt per huiusmodi causas. Omnino aũt & popularis status, et paucorũ potẽtiæ conuertũtur interdum non in contrarias species, sed ĩ eas quę sunt proprij generis: ceu ex institutis popularibus & paucorum, in ipsa propria, & ex illis rursus in ista.

### *De mutationibus optimatum potentiæ, & earum modis.* Cap. VII.

IN optimatibus autem seditiones fiunt, interdum quidem ex eo quòd pauci sunt honorum participes, quod in paucorum gubernatione diximus seditionem mouere. nam & optimatum gubernatio quodammodo paucorũ est: in vtraq; enim pauci gubernant, nõ tamen propter idem pauci, cùm videatur propterea optimatum gubernatio esse paucorum. maxime vero id accidere necesse est, quãdo fuerit multitudo * aliter sentientium, quasi similis secundum virtutem. velut apud Lacedæmonios ij qui Parthenię nuncupabãtur (ex similibus enim erat) quæ deprehensos res nouas moliri, in coloniam Tarentum misere. vel quando aliqui inhonorãtur, cùm sint magni, & nihilo inferiores virtute quàm illi qui honores capiunt, quemadmodum Lysander à regibus. vel quando vir tortis & magni animi non sit particeps honorum: quem admodum Cinadon ille, qui coniuratione facta per Agesilai tempora, Spartiatas opprimere tentauit. Præterea cùm alij paupertate nimia premũtur, alij diuitijs abundant: quod maxime in bello contingit. & accidit hoc Lacedæmonijs Messenensi bello. Ostendit hoc Tyrtæus poeta in illo carmine, quod inscribitur εὐνομία. exhausti enim quidam per id bellũ ac pauperes facti, censebant agros æqua portione ciuibus esse diuidendos. Insuper siquis magnus & potens, etiam maior fieri ac solus damnari velit. vt apud Lacedæmonios videtur Pausanias ille fecisse, qui dux belli aduersus Medos fuit. & apud Carthaginienses Hanno. Dissoluuntur autem maxime & respublicæ & optimatum gubernationes, propter transgressionem iustitiæ in ipsis factam. Huius autem origo est, non bene temperatam simul esse ac permixtam, in republica quidem popularem gubernationem & paucorum, in optimatibus vero ista simul atq; virtutẽ, maximeq; illa duo, popularem dico atq; paucorũ. hæc enim & respublicæ conantur miscere, & multæ illarum quæ optimates vocantur. differunt enim optimates ab illis quæ appellantur respublicæ in hoc: & ob id sunt alię earum minus, aliæ magis durabiles. illas enim quæ magis declinant ad paucorum potentiam, optimates appellant: illas vero quę ad multitudinem, respublicas vocant. quapropter tutiores sunt istæ, quàm aliæ. Fortius enim est id quod plus est, ac magis acquiescunt æquum habentes. Qui vero diuitijs abundant, si respublica excellentiam eis tribuat, contumelia cæteros afficere pergunt, nec par habentes conquiescunt. Penitus enim ad quamcunq; speciem declinet gubernatio ciuitatis, in eam transmutatur, vtriusq; suum augentibus: velut respublica ad populum, optimates ad paucorum potentiam: vel in contraria, ceu optimatum gubernatio in popularem. tanquam enim iniuriam patientes, in cõtrarium trahunt, qui magis sunt inopes: respublica vero in paucorum potentiam transmutatur. solum enim stabile est secundum dignitatem æquum, & habere sua quę sunt. Contigit vero id quod modo diximus, in Thurijs. quod enim à maiore censu erat magistratus, in minorem facta est mutatio, & in plures gubernatores: & quia agros totos possidebat nobilitas cõtra legem (nam gubernatio eius ciuitatis erat ipsorum) itaq; plus habere poterant. At populus bello exercitatus, ac potẽtior effectus quàm illorum custodes, nobilitatem compulit agros, qui contra legem tenebantur, dimittere. Insuper quia omnes optimatum species ad paucorum potentiam declinãt, nobilitas in illis plus habet: velut apud Lacedæmonios, opes & diuitiæ in paucis sunt, ac magnam licẽtiam habet nobilitas faciendi quodlibet, & cui velit gratificandi. quę causa fuit, vt Locrorum ciuitas interiret, propter Dionysij clientelas. quod nõ contigisset in populari statu, neq; in ea optimatum gubernatione, quæ optime mixta & temperata fuisset. Maxime vero latent optimatum gubernationes, paulatim sese dissoluentes: quod quidem dictum est prius vniuersaliter de omnibus rebus publicis, idq; inter causas mutationis minuta paruitas appellatur. quãdo enim omittunt aliquid ex his quæ ad rẽpublicã pertinent, ac deinde aliud paulo maius, facilius mouẽt. quousq; totam moueãt reipublicę formã. Quod in Thuriorũ accidit republica. cũ enim legẽ haberẽt, per quã non nisi intermisso quinquennio * prætura gerere licebat, iuniores quidem rei militaris periti, & apud multitudinem famam habentes, cùm cæteros, qui in rebus gerendis versabantur, spernerent ac faciliter se consecuturos arbitrarentur, legem totam illam tollere aggressi sunt, lata altera lege, vt liceret continue eosdem prætores esse. At enim magistra-

* πέφρο νηματισμένων, eorũ, qui magnũ de se cõceperãt opinionem.

* extra pos.

tus

tus qui præerāt ſuffragijs, appellabantur vero conſultores, commoti prius ad reſiſtendū, tamen poſtea deſtiterunt, putantes, quamuis hac vna lege ſoluta, tamen cęteras eſſe permāſuras. poſtea vero prohibere volētes, ne aliæ mouerētur, nihil proficere valuerunt, ſed mutata eſt eorum reſpublica in potentiam eorū, qui nouas res aggrediebātur. Diſſoluuntur vero cunctę reſpublicę interdum per ſeipſas, interdum per externam cauſam, quando cōtraria gubernatio ſit, vel propè vel longe qui dem, ſed admodū potens. quod quidem contigit Athenienſibus & Lacedæmonijs. Athenienſes enim vbiq; potentiā paucorum: Lacedæmonij vero vbiq; popularem ſtatum euerterunt. Vnde igitur rerumpublicarum mutationes, ſeditionesq; exoriantur ferè dictū eſt.

*De conſeruatione rerumpublicarum modi iuxta.* Cap. VIII.

DE conſeruatione autem earum, & communiter et ſeorſum de vniuſcuiuſq;, cōſequēs eſt vt dicamus. Illud ergo ante omnia patet, quòd ſi ſciamus per quæ corrumpūtur reſpublicæ, ſcimus etiam per quæ conſeruantur. contrariorū enim contrarij effectus: corruptioni autem conſeruatio eſt contraria. In illis igitur rebus publicis quæ laudabiliter permixtæ ac temperatæ ſunt, illud eſt diligenter obſeruandum, ne quid ex legibus inſtitutisq; moueatur, maximeq; ab eo cauendum, quod paulatim repit. latet enim corruptio, quia nō tanta ſimul ſit: decipiturq; mens ab illis, vt ſophiſtica illa ratio, ſi vnumquodq; puſillum, et omnia. hoc autem eſt vt ſit, & eſt vt non. totū enim & omnia non puſillum, ſed compoſita ex puſillis. vna igitur cuſtodia aduerſus hoc principium eſt opponenda. Deinde non cōfidere his quæ tinguntur quodammodo, & adumbrantur ad populum: reprobātur enim ex ipſis operibus. qualia vero dicamus rerūpublicarum figmenta, ſuperius eſt oſtenſum. Intueri licet quaſdam reſpublicas durare nō ſolum ex optimatibus, verumetiam ex paucorū potentijs, non quia per ſe ipſę ſtabiles ſint, ſed quia hi qui gubernāt, recte ſe gerunt, tam erga eos qui ſunt extra rempublicam, quàm erga eos qui in reipublicę gubernatione verſantur. Erga eos quidem qui non participes ſunt gubernationis, non afficiendo ipſos iniurijs, ac præſtantiores ipſorum ad participationem reipublicæ recipiendo, cupidosq; honoris non deprimendo, neque multitudinem ſuis cōmodis fraudando. Erga illos vero, qui ſocij in gubernanda republica ſunt humane inuicem ac populariter ſe gerendo. æqualitas enim illa, quæ in populari ſtatu affectatur, ea in ſimilibus non ſolum iuſta eſt, verumetiam vtilis. Quamobrem ſi plures ſint in gubernatione reipublicæ conſtituti, eis permulta popularium inſtitutorum vtilia ſunt: ceu ſemeſtres eſſe magiſtratus, vt omnes qui ſimiles ſunt, adipiſci valeant. ſunt enim tanquam populus quidam illi, qui inter ſe pares ac ſimiles ſunt. itaq; in illis frequēter exiſtunt, velut duces quidam populi, vt prius diximus. Deinde minus in potentias incidūt paucorum gubernationes & optimates. non enim ſimiliter facile eſt latere male agentem in breui tempore magiſtratus & in lōgo. nam ob hoc, in paucorum gubernationibus, & popularibus tyrannides fiunt. aut enim hi qui maximi ſunt in vtraq;, tyrannidē inuadunt (hic ductores populi, ibi potentes) vel qui maximos gerūt magiſtratus, quādo longo tempore durant. Conſeruantur autem reſpublicæ, non ſolum ex eo quia procul ſint à periculis, verum etiā interdū quia propinquę ſunt. homines enim formidantes, vigilantius intendunt ad reipublicę cuſtodiam. Itaq; oportet eos qui rempublicam ſaluam eſſe volunt, formidines quaſdam parare, vt caueant neq; diſſoluant quaſi nocturnam quandam cuſtodiam, reipublicæ obſeruationem: & quod longe abeſt, propinquum facere. Etiam nobilium contentiones ſeditionesq;, per leges quoq; oportet cuſtodire conari, & qui extra contentiones ſunt eos ante capere, tanquam malum ab initio exoriens cognoſcere non cuiuſuis ſit, ſed ciuilis viri. Ad mutationes vero quę propter cenſum fiunt, ex paucorum potentia atq; ex republica, quando contingit hoc, manentibus eiſdem cenſibus, aut pecuniarum copia facta, vtile eſt conſiderare vniuerſum totius ciuitatis cēſum, ac præſens tempus ad præteritum conferre. nam in quibuſdam ciuitatibus cenſus agitur annuatim: in maioribus vero per triennium aut quinquennium. & ſi multiplicatus ſit, ac multo maior factus quàm prius erat ille, ſecundum quem ſtatuta fuerat reipublicæ gubernandæ habilitas, lege prouidere vt cenſus vel augeatur vel relaxetur. ſiquidē excedat, augeatur ſecundum multiplicationem: ſi vero deficiat, relaxetur ac minor fiat cenſus taxatio. In paucorum enim gubernationibus, & in rebuſpublicis niſi hoc fiat, hic paucorum gubernatio, ibi potētia nimia inſurget. illo autem modo ex republica quidem popularis ſtatus, ex paucorum vero gubernatione reſpublica, aut populus. Commune autem eſt & in populari, & in paucorum gubernatione & i omni republica, neq;

augere



augere nimium quenquam ſupra modum, ſed magis conari paruos & lōgi temporis honores prębere, quàm confeſtim magnos. corrūpuntur enim, nec cuiuſuis eſt hominis proſperitatem ferre. Quòd ſi accumulate dati ſint alicui honores, non ſunt ſimul omnes poſtea auferendi, ſed paulatim. Maxime vero lege ita prouidere conandū eſt, ne alicui nimiū ſit exceſſiua potētia, neq; amicorum, neq; pecuniarum. quod ſi ita contingat, per abſentiam remouendæ ſunt huiuſmodi hominum clientelę. Cū vero ex priuata etiā vita res noue oriantur, magiſtratus conſtituēdus eſt quidam, qui ſit quaſi in ſpecula ad mores ciuium intuendos, ne quis ita viuat, vt reipublicæ nocere poſſit. in populari quidem ſtatu, ne alie ne viuat à popularitate: in paucorum aūt potentia, ne aliene à natura eius gubernationis. Eodemq; modo de alijs ſpeciebus rerūpublicarum. Et ſi quid exultet proſperitateq; ſit elatum in ciuitate, per partes obſeruare propter eaſdem cauſas. cuius remedium eſt, ſemper cōtrarijs partibus magiſtratus & res agēdas committere. contrarias partes voco, ceu præſtantes viros multitudini, & diuites pauperibus. Conādumq; eſt vel admiſcere pauperes cū diuitibus, vel medios augere. hi enī diſſoluent ſeditiones ob imparitatem procedentes. Maximum vero illud eſt in omni republica & legibus, & *cętera omni diligentia conſtituēdum, ne ex magiſtratibus lucra proueniant. id autem maxime in paucorum gubernatione eſt obſeruandum. leuius enim ferunt populi, qui ab republica excluduntur, quinimo gaudent, quòd ſua agere non impediuntur. At ſi exiſtiment eos qui magiſtratus gerunt ex republica ditari, duplicem capiunt moleſtiam, & quòd ab honore excluduntur, & quod à lucro. Vnice vero contingit ſimul exiſtere popularem ſtatum & optimatum, ſi ita quis inſtituat: foret enim vt & nobiles & plebei haberent quæ vtrique vellent. Licere enim omnibus rempublicam gerere popula re eſt: magiſtratus vero à nobilib⁹ teneri, optimatum. hoc autem accidit, quando ex magiſtratibus nō prouenient lucra. pauperes enim magiſtratus nō volent, ſi nil inſit lucri, ſed potius ſuis rebus proprijs intendere. diuites autem quia non indigent ex republica lucrari, magiſtratus gerent. atq; ita continget egenis quidem ditari ob operam rebus ſuis impenſam, nobilibus vero nō ſubijci cuicunq;. Ad hoc autem vt non ſubripiantur pecuniæ publicæ, editio fiat pecuniarum præſentibus ciuibus omnibus, & deſcriptæ per ſocietates, et ordines, & tribus deponātur. Quòd vero magiſtratus ſint abſq; lucro, ſtatuēdi per legem ſunt honores, ijs q optime ſe geſſerint. Oportet autem in populari ſtatu diuitibus parcere, ac non modo poſſeſſiones eorum non auferre, ſed ne fructus quidem earum: quod in quibuſdam ciuitatibus imprudenter fit. Melius etiam eſt volentibus prohibere, ne munera ſi la ſubeāt quæ ſint magni ſumptus, ac nullius vtilitatis, ceu choros exhibere & ludos & faces, inſtar Chiorum, & cætera huiuſmodi munera. In paucorum vero gubernatione, cura eſt pauperum ſuſcipienda diligenter, & officia quibus ſunt ſalaria conſtituta, iſtis tradēda. & ſi quis diuitum eos cōtumelia affecerit, maior pœna eſt conſtituenda, quàm ſi ipſi inter ſe idem feciſſent. Et ſucceſſio in hæreditatibus per cognationem ſit, non per donationem. nec valeat quiſquam plures hereditates capere, ſed vnam ſolummodo. Per hūc enim modū magis æquales erunt facultates, & egenorum permulti ad abundantiam traducentur. Vtile eſt & in populari ſtatu, & in paucorum gubernatione, aliorum vel æqualitatem vel præſtantiam tribuere his qui minus participant reipublicæ. in populari quidem diuitibus, i paucorum vero gubernatione, egenis: exceptis tamen his magiſtratibus, in quibus ius authoritaſq; reipublicæ conſiſtit. hi enim ſolis ijs qui ſunt ex republica, cōmitti debent.

*οἰκονομία

*Quas cōditiones habere oporteat præcipuos magiſtratus ſuſcepturos. De præceptis, quibus popularis ſtatus, aut paucorū potentia ſeruētur.* Cap. IX.

TRia vero debent habere illi, qui principales magiſtratus ſunt ſuſcepturi. Primum, vt ament præſentem ciuitatis ſtatum. Deinde, vt habeant potentiam maximam ad ea exequenda, quæ magiſtratus requirit. Tertium, vt habeant virtutem & iuſtitiam in vnaquaq; republica, ad ipſam rempublicam. niſi enim iuſtum idem ſit in cunctis rebuspublicis, neceſſe foret & iuſtitiæ eſſe differentias. Habet autem dubitationem, quando hęc omnia non concurrunt in eodem, quemadmodum ſumere oporteat. ceu ſi ſit quidam aptus ad rem militarem, ſit autem ille idem improbus, nec reipublicæ amator: alter vero iuſtus & amator, ſed ad rem militarem non aptus: cuius facienda ſit electio. Videtur inſpiciendum eſſe ad duo, cuius magis participent omnes, & cuius minus. Quapropter in re militari quidem ad peritiam magis quàm ad probitatem eſt reſpiciendum: pauciores enim ſunt rei militaris periti, plures probitatis. Cōtra vero, in cuſtodia & adminiſtratione rei arij: plus enim probitatis requirit, quàm quantum habeant

beant

beant multi. scientia vero huius communis est omnibus. Dubitari enim potest, si potentia adsit reipublicæ & amicitia, quid opus est virtute? sufficient enim illa duo ad reipublicę vtilitatem. An, quia fieri potest, vt duo illa habentes sint intemperantes: itaq; vt sibi ipsis non obtemperant scientes & amātes seipsos, sic etiam erga rempublicam nihil vetat ita se habere quoldam. Simpliciter autē quæcunq; in legibus prodesse diximus, cūcta illam rem publicam seruāt. Et quod sæpe iam diximus, maximum fundamētum est, custodire vt potentior sit ea pars, quæ rempublicam saluam esse velit, quam illa quæ nolit. Præter hęc autem omnia, latere non oportet, quod modo latet eas respublicas, quę transgrediuntur medium. Multa enim quæ popularia videntur, popularē statū dissoluunt: multa etiā quę paucorū esse videntur, dissoluunt paucorū gubernationē. qui vero existimant hanc esse vnam virtutem, trahunt ad excessum, ignorantes q̄ quemadmodum nasus excedit rectitudinem laudabilem ad aquilinum esse vel simum, sed tamen adhuc pulchritudinem ac gratiam retinet. at si quis magis trahat ad excessum, primo quidem abrīcit congruentem mensuram partis, tandem vero ita disponitur, vt non nasus appareat propter excessum ac defectum cōtrarium. eodem modo & de alijs partibus. Contingit autem hoc & circa alias gubernationes. nam paucorum quidem potentiam, & popularem sufficienter se habere contingit, & si transgrediātur ab optimo statu. quòd si quis intendat magis vtranq; earum, deteriorem primum faciet rempublicam, tandem vero nec rempublicam esse. Quapropter nō ignorari oportet a legis conditore ac ciuili homine, qualia popularia seruēt populi statum, et qualia paucorum apparentia euertant paucorum gubernationē. neutra enim istarum videtur stare posse absq; opulentia & multitudine. sed quādo adæquatio fiat facultatum, aliā necesse est esse rempublicam. itaq; dissoluentes leges quæ sunt circa excessum, dissoluunt respublicas. Aberrant vero & in populari statu, & in paucorum gubernatione. In populari quidem ductores populi, vt multitudinē dominam legum efficiant. ob id enim facīūt semper ciuitatem opulentis repugnantem. at oportebat contrarium videri semper dicere pro opulentis. In paucorum vero gubernatione pro populo, eos qui rempublicam gubernant. & contrarare quàm nunc iurent paucos gubernantes. in quibusdam enim ciuitatibus nunc iurant, populum odio habebo, & cōsilio annitar vt male habeat. expedit autem simulare ac fingere contrarium, atque ita iuramentum concipere, non afficiam populum iniurijs. Maximum autem omnium quæ dicta sunt, ad reipublicæ stabilitatem est id, quod nunc paruifaciunt omnes, erudiri ad reipublicæ disciplinā. nihil enim prosunt vtilissimæ leges quę à gubernatoribus decernūtur, nisi moribus instituti & disciplina imbuti in republica homines fuerint: si leges populares, populariter: si paucorum potentię, ad hāc ipsam gubernationem. Nam si est in vno intemperātia, est etiam in ciuitate. disciplina autem reipublicæ est, non ea facere per quæ lætentur pauci potentes aut populares, sed per quæ valeant, illi quidem paucorum gubernationem tenere, hi vero popularem. Nunc autem in paucorum potentia, gubernatorum filij delitijs intendunt: tenuiorum autem filij gymnasijs laboribusq; exercētur. itaq; & vo lunt magis & possunt res nouas moliri. In populari vero statu, qui maxime videtur esse popularis, contra quam vtile sit constitutum est. huius rei causa est, quòd male definiunt libertatē. Duo sunt enim, quibus popularis status definitur, potestate summa populi, ac libertate. Iustum autem æquum videtur esse. æquū vero quodcunq; videatur multitudini, id esse stābilitum. liberum autem & æquum quodcunq; velit quis facere. itaq; viuit vnusquisq; vt vult, in huiusmodi populari statu, & ad quē gliscit, vt ait Euripides. Sed hoc est prauum. non enim putandum est esse seruitutem, viuere ad formam reipublicæ, sed salutem. Ex quibus igitur mutantur respublicæ & corrūpuntur, & per quæ seruantur & permanent, vt simpliciter dicamus, tot & talia sunt.

* incontinētes.

* præ ipsa

## De *mutationibus regni, & tyrannidis.* Cap. X.

REstat nunc videre de vnius gubernatione, ex quibus corrumpatur, & per quæ seruari valeat. Ferè autē similia ac propinqua sunt illis, quæ diximus suprà de cęteris gubernationibus, illa quæ circa regnum, & circa tyrannidem contingunt. nam regia quidem potestas optimatū gubernationi respondet: Tyrannis autem, ex paucorum potentia illa postrema, & ex populari componitur. quapropter pernicioſissima est his qui sub ea sunt: vtpote ex duobus composita malis, et transgressiones & delicta continens, quæ ex ambabus illis proueniunt. Existitq; generatio statim ex contrarijs vtriq; istarum. nam regia potestas pro tutela præstantium virorum contra populum reperta est: & fit Rex ex præstantijs bus per excellētiam virtutis, vel rerum gestarum quæ sint à virtute, vel per excellentiam huiusmodi



huiusmodi generis. Tyrānus vero originem habet à populo ac multitudine, contra nobilitatem, vt populus iniuriam ab illis non patiatur. Patet hoc ex ipsis his quę contigerunt. terè enim tyranni vt plurimum facti sunt ex ductoribus populorū, fidem adepti ab initio propter calumnias contra nobilitatem iactas. Tyrannides igitur alię in hunc modum constitutę sunt, ciuitatibus iam adauctis. Alię prius ex regibus transgredientibus patria iura, & affectantibus magis dominari. Aliæ ex electis ad principales magistratus: antiquitus enim populi constituebāt diuturniores administrationes & procurationes. Aliæ ex paucorum potentia, eligentium vnum aliquē ad maximos magistratus. Quibus istis modis facultas fuit id perficiendi, si modo voluissent per potētiam sibi præexistentē, vel ex regia potestate, vel ex honoribus à populo exhibitis. ceu Phidon apud Argos, & alij alibi regiam potestatē habentes tyranni sunt facti. circa Ioniā vero tyranni, & Phalaris, ex honoribus. Panetius quoq; in Leontinis, & Cypselus Corinthi, et Pisistratus Athenis, et Dionysius Syracusis, et alij eodem modo ex fauore populorū, apud quos multum poterant. Vt ergo diximus, regia potestas instituta est ꝓ optimatum gubernationem. est enim secundum dignitatem, vel per virtutem propriam, vel generis, vel per beneficia collata, vel per ista simul ac potētiā. Omnes enim qui maxima beneficia ī ciuitates gētesq; contulerunt, vel qui eam facultatem habuerunt vt conferre valerēt, hoc honore potiti sunt, alij bello cōseruatis populis ne in seruitutem deuenirent, quemadmodū Codrus. alij à seruitute liberatis, vt Cyrus. alij q̄ condidissent vrbem, vel q̄ regionem acquisiissent, quemadmodum Lacedęmoniorum, & Macedonum, et Molossorum reges. Vult autem rex esse custos, vt qui diuitias habent, nihil iniustum patiantur, nec etiā populus afficiatur contumelijs. Tyrannus autem, vt sępe iam diximus, ad nullam communem respicit vtilitatem, nisi gratia proprij commodi. Est autem obiectum tyranni, quod placeat: regis, quod honestum sit. quamobrem & illa in quibus plus habent, sunt tyrannis quidem pecuniæ, regibus autem honores. & custodia regi à ciuibus suis est, tyrāno aūt à peregrinis. Quòd vero tyrannis contineat illa mala quę sunt & popularis gubernationis & paucorum potētiæ, manifestum est. Ex paucorum quidē potētia finem esse diuitias. per has enim solas necesse est ꝓmanere, vt cōductos retineat custodes, vt sumptus faciat in educādo, vt populo suo ī nulla ꝑte cōfidat. itaq; arma ciuibus suis adimere, ac multitudinē populi cōculcare, ac ex vrbe pellere, & vacuā habitatoribus ciuitatē reddere, cōmunia sunt vtrarūq;, paucorū s. porentię, et tyrānidis. Ex popularī aūt vexare nobilitatē, clā euertere & palā, & in exiliū pellere, tanq; aduersarios & machinatores cōtra potētiam suā. Ex his enim & cōsilia aduersus eos iniri cōtingit, alijs dominationē affectātibus, alijs seruitutē fugientibus. Vnde Periandri consilio Thrasybulo datū, superemīnētes spicas decerpere, tanq; oportunum fuerit eminentiores ciuiū de medio tollere. Vt igitur terè dictū est, eadē principia mutationū sunt existimāda, & in rebus publicis & in vnius gubernatione. per contumeliā enim, et per metum, & per contemptū insurgunt pleriq; subiectorū aduersus dominātes. iniurię vero maxime per contumeliam, nonnunq; et per ablationē rerū fiūt. Sūt aūt & fines ibi tales, quales sunt circa tyrānides & regna. opes enim & honores q̄ i tyrānis regibusq; maximi cōspiciunt, affectant omnes. Insurgitur autē qñq; in corpus dominātis, qñq; in ipsam dominationē. Qñ enim per contumeliā adducuntur hoies ad insurgēdum, impetus fit in corpus. cumq; sint contumelię partes plures, vnaquæq; illarū cōcitat ad iram. irascentiū vero plurimi vltionis causa impetū faciūt, nō causa potentię. Quale fuit illud filiorū Pisistrati: ob contumeliā enim sorori Harmodij illatā, & ipsum Harmodium cōpellatū, impetus in eos factus est, ab Harmodio quidē propter sororē, ab Aristogitone aūt propter Harmodiū. Aduersus Periandrum quoq; Ambracię tyrannum insidiæ factę sunt, ex eo quia in potu quem amabat puerum interrogauit, an nondū ex se prægnans esset. Philippus vero à Pausania occisus est, quia non vlciscebatur contumeliā sibi factam ab Attalo. Et Amyntas paruus à Perdica, quia iactaret se illius ætate abusum esse. Et Eunuchus ab Euagora Cyprio. q̄ eni mulier renueret eius filiū, quasi contumelia affectus eum necauit. Plurimæ vero inuasiones factę sunt ex eo, quia in corpus verecundia intulissent qualis fuit iuuenis illa Cratei aduersus Archelaū: semper enim molesta illi fuerat cōsuetudo eius. Itaq; parua etiam occasio sufficiēs fuit, vel qa filiarū nullā sibi dederat, cū se datarum promisisset. sed primā occupatus bello aduersus Syrā Arabeū tradidit regi Elibiæ: alterā vero filiam minorem natu filio Amyntę cōiugauit: existimans p hūc modū minime sibi fore aduersaturum ex Cleopatra genitū. sed indignatiōis principiū extitit, q̄ grauiter terebat se ad libidinis gratiā haberi. Fuit vnà cū illo ad rem patrandā Hellanocrates Lariſſeus

ob eandē cauſam. quod enim abuſus ætate illius nō, vt promiſerat deducebat, ob cōtumeliam id fieri ratus eſt, non ob amorem. Paron vero et Heraclides Æniį Cotyn peremerunt,
* vltionē ſumētes patri. pātri mactātes. Adamas vero à Coty rebellauit, quaſi contumelia affectus, ꝙ ab eo in puritia exectus eſſet. Multi etiam ob verberatū corpus vel interfecerunt ira perciti, vel impetum fecerunt quaſi contumelia affecti, et contra homines in poteſtate conſtitutos, & contra reges. vt Megacles apud Mitylenem Penthalidas circumeūtes & clauis pulſantes, cum amicis aggreſſus interfecit. et poſtea Smerdes verberibus cæſus, & à muliere tractus Pēthilon interimit. Archelai vero necis princeps fuit Dechamnichus. is enim primus cæteros aggreſſores commouit et irritauit. cauſa vero fuit ira, ꝙ illū Archelaus Euripidi poetæ verberandū tradidiſſet. erat vero infenſus illi Euripides ob maledictum in ipſius inſuauitatem oris iactatum. Et alį complures tali de cauſa vel interfecti ſunt, vel in periculum inſidiarum venerunt. Similiter quoq; propter metum, hæc enim vna ex cauſis eſt, vt in republica, ſic etiam vnius in gubernatione. ceu Xerxem Arthapobānes metuens calumniam de
* Artapanes Dario, ꝙ eum ſuſpendiſſet Xerxe non iubente, ſed putans illi veniam eſſe datam propter cœnam, quaſi ab ignoſcente. Aliæ vero propter contemptum. vt videns quidam Sardanapalum regem inter eas mulieres pēſa diuidentem, ſi modo hæc fabula vera fuit: & ſi nō in illo, attamē hoc in alio verū eſſet. Et Dionyſium poſteriorem Dion inuaſit, ꝙ eum contemnebat cōſpiciens ipſum Dionyſium ſemper ebrium, & ciues Syracuſanos ita ſe habere. Amicorum etiam quidam inſurgunt propter contemptum. ob fidem enim eis adhibitam ſpernunt, tanquam facultatem habentes clam moliendi, et putantes ſe dominationem obtinere poſſe, quodāmodo per contemptū inuadunt. Tanquam enim potentes & contēnentes periculum, propter ſuam potentiam faciliter inſurgūt: vt duces quidam exercituū aduerſus principes ſuos. quemadmodum Cyrus contra Aſtyagen, cuius et vitam et potentiam contemnebat, cernēs & copias eius iam conſenuiſſe, & ipſum in delitijs vitam agere. & Seuthes Thracius, cū eſſet dux exercitus Amadoci. Quidam vero huiuſmodi pluriū gratia inſurgunt, ceu propter contemptum, & propter lucrum: velut contra Ariobarzanem Mithridates. Maxime vero propter hāc
* audaces. cauſam inſurgunt ij, qui ſunt natura ſupērbi, & honorem habēt ex rebus bellicis apud dominantes et principes. fortitudo enim potentiā habens ſuperbia eſt, per quas ambas quaſi faciliter ſuperaturi eos aggrediūtur. Eorum vero qui ob honoris cupiditatem inſurgunt, alius modus eſt cauſæ, vltra iam dictos. Non enim vt quidam tyrannos inuadunt ſpe magnorum commodorū magnorumq; honorū quos in illis cernunt, inducti, ſic & qui ob honoris cupiditatē eos aggrediuntur: ſed illi qui dem vt ea ſibi arripiant, quę in tyrannis admiranturi: hi autē, vt ex re geſta memorabili atq; egregia famam ac celebritatem nominis conſequantur, non dominationē acquirere volētes, ſed gloriam. Sūt tñ numero perpauci qui ob hanc cauſam moueantur: conſtituendum eſt enim ſibi viuēdum non eſſe, niſi rem confecerit: quibus adeſſe oportet Dionis propoſitum, ſed non facile quidem eſt vt fiat in multis. ille enim cum paucis militibus cōtra Dionyſium profectus, ait quantumcunq; progredi poſſet, ſatis id ſibi fore, vt ſi vel parum terrę illius inuaſiſſet, pulchrum iam ſibi mori exiſtimaret. Corrūpuntur autem tyrannides, vno quidem modo, vt vnaquæq; aliarum rerumpublicarum ab extra, ſi aliqua ſit contraria reſ publica robuſtior. nam volūtas quidem aderit, propter contrarietatem electionis: quę autem volunt, omnes efficiunt, modo poſſint. Cōtrariæ vero ſunt gubernationes, populus quidem tyrānidum ſm Heſiodum, vt figulo figulus. nā gubernatio populi illa poſtrema, tyrānis eſt. regia vero poteſtas & optimatum gubernatio, propter contrarietatē gubernandi. Quapropter Lacedæmonij multas euerterunt tyrānides, & Syracuſani per id tempus, quo reſpublicę eorum recte gubernabantur. Alio autem modo corrumpuntur, cùm in ſeipſis ſeditionem habent: quemadmodum circa Gelonem factum eſt, & nunc circa Dionyſium. Gelonis enim filium Thraſibulus Hieronis frater per illecebras et voluptates tradicebat, vt ipſe dominaretur. domeſtici vero ac neceſſarij per factionem repugnabant, vt nō tyrānis omnino diſſolueretur, ſed Thraſybulus. verum alij inter hæc conſpirātes, eam occaſionem nacti, ipſos omnes pepulerūt. Dionyſium autem Dion, cōtra eum copijs ductis cū eſſet affinis, ſuſcepto populo, illum pepulit, ipſe vero interfectus eſt. Cumq; duæ ſint cauſæ, propter quas maxime contra tyrannos inſurgunt, odium ſcilicet, et contemptus: odium quidem exiſtat oportet in tyrānos: ex contemptu autem plurimę fiunt euerſiones. Huius vero ſignum fuerit, ꝙ pleriq; eorū qui dominationes adepti ſunt, eas vſq; ad extremum conſeruauerunt: ſed qui ab illis ſuſceperunt, cōfeſtim, vt ita dixerim, perierūt oēs.

in



in voluptatibus enim viuētes, efficiuntur facile contemnendi, ac multas prębēt occaſiones opprimēdi ſui. Particulam vero quandā odij debemus iram exiſtimare. nam quodāmodo earundem rerum cauſa exiſtit, et eſt interdum ira efficacior q̄ odium: vehementius enim inſurgunt, quia perturbatio illa nō vtitur ratione. Maxime vero contingit vt ira deferātur, qui contumelia fuerunt affecti: per quam qui dem cauſam & Piſiſtratidarum deleta eſt tyrannis, & multæ aliarum. Sed odium magis ratione vtitur. nam ira cum dolore fit: quare non facile ratione vtitur: odium vero ſine dolore. Vt autem ſummatim dicamus, quotcunque cauſas diximus paucorum potentiæ illius poſtremæ & nimiæ, ac popularis gubernationis extremæ, totidem & tyrannidis cauſas eſſe ponendum eſt. nam & hæ ſunt diuiſione tyrannides quædam. Regnum autem ab his quæ extra ſunt, minimum corrūpitur, quapropter & diuturnius eſt: ex ſe autem ipſo vt plurimum euerti contingit. Corrumpitur autem duobus modis. vno, ſi ſeditio oriatur iter eos qui participes ſunt regni: alio modo, ſi tyrannice gubernare pergant, volentes eſſe domini plurium, & contra legem. Non fiunt nunc amplius regna, ſed ſiqua fiāt, monarchię & tyrānides magis ſunt, ob id, quia regnum ſponte illi nō pareatur. ꝙ ſi deceptione quis aut vi dominetur iam apparet hanc eſſe tyrannidem. In regnis autem illis, in quibus ſucceditur per genus, ponendū eſt corruptionis eſſe cauſam, vltra illas quę ſuprà ſūt dictæ, quòd plerunq; contemnendi homines ſuccedunt in regnum, & quòd cùm nō habeant potentiam tyrannicam, ſed regiam, ſuperbiunt. Eſt enim facilis deiectio regis. ſi enim nolint, ſtatim non erit rex. at tyrannus etiam nolentium eſt. Corrumpuntur ergo gubernationes vnius per has, & huiuſmodi cauſas.

*Per quæ, regna ſeruantur, & quibus modis retineantur tyrannides.* Cap. XI.

SEruantur autem ſimpliciter loquēdo, ex contrarijs. ſingulariter autem loquendo per deductionem illarum ad mediocrem modum. Quanto enim paucorū eſt poteſtas omnis, tanto maiori tempore neceſſe eſt eam durare. nā & ipſi et qui regunt minus ſuperbiūt, magisq; moderati fiunt, et illi qui reguntur minus. Propter hoc enim et apud Moloſſos longo tempore durauerunt reges, & apud Lacedęmonios, ꝙ ab initio ſtatī in duas partes diuiſa fuerit regia poteſtas. Et poſtea Theopompus ad mediocritatē magis illā deducens, Epheros ſuperaddit, poteſtate quidē minuens, ſed tempore augens regiam authoritatem, vt faceret eam quodammodo nō minorem ſed maiorem. vt ad vxorem reſpōdiſſe ferunt dicentem, an nō erubeſceret ꝙ filijs minorē poteſtatē regiā derelinqueret, ꝙ à parentibus ipſe accepiſſet: nō profecto, inquit, nam relinquo eis multo durabiliorem. Tyrānides vero ſeruantur duobus modis inter ſe cōtrarijſſimis. Quorum alter eſt is, quem per ſucceſſionem traditum plurimi tyrannorum obſeruant. Horum autem multa conſtituiſſe ferunt Periādrum Corinthium. multa etiam ex gubernatione Perſarum eſt aſſumere. Sūt autē hęc, illa pernicioſa, quæ ſupra retulimus omni conatu à tyrannis fieri, quò dominationem retineant, veluti potentiores decerpere, & ſapientes perimere. Et neq; comeſſationes permittere, neq; ſodalitates, neq; diſciplinam neq; aliud quicquam tale, ſed omnia cauere, vnde conſueuerit oriri inter ciues intelligentia, & fides. Et neq; ſcholas, neq; cōuentus alicuius ſcholaſticos fieri cōcedere: & omnia facere, ex quibus ciues inter ſe quam maxime incogniti ſint: cognitio enim fidē generat inter ipſos. Et ſatellites eius apparere ſemper, ac verſari foris, quominus latere poſſit quid quiſq; agat, aſſuefacitq; animū ſubmittere perſeruitutē continuam. et alia q̄cunq; talia Perſica & Barbarica tyrānidis ſunt. cuncta enim idem poſſunt. Et ne lateant conari, quæcūq; quis dixerit aut fecerit, ſed eſſe exploratores. quēadmodū Syracuſis hi qui traductores nūcupabantur, & auricularij, quos ſubmittebat Hieron, vbicunq; foret cōgregatio aliqua vel conuerſatio. minus enim audent qui hæc timent, & ſi audeāt minus latere poſſunt. Calūniari quoq; intuicē, & cōmittere amicos cum amicis, & plebē cum nobilitate, & diuites inter ſeipſos, & ſubditos ad paupertatē redigere, tyrānicę eſt prauitatis. vt neq; ſumptus fiat in cuſtodia, & illi quotidianis moleſtijs occupati vacare non poſſint ad conſilia contra tyrannos ineunda. Exemplum huius ſunt pyramides Ægypti, & donaria Cypſelidarum & olympi ædificatio à Piſiſtratidis facta, & Polycratis opera circa Samū. Hęc enim omnia tuerunt inſtituta ad otium, ad quietem populorū tollendam, & ad inducendam paupertatem per tributorum penſionem: vt etiam Syracuſis factum eſt. Dionyſio enim eam ciuitatem tenente, contigit Syracuſanos in quinq; annorum tempore cūctas facultates ſuas in ſol

uendis tributis consumpsisse. Studet etiam bellum concitare tyrannus, vt negocijs occupentur ciues, & indigentia ducis continuo detineatur. Et regnum quidem per amicos seruatur: tyranni autem est maxime amicis diffidere, quasi velint omnes, possint autem maxime amici eum subuertere. Et quę fiunt circa vltimam popularem gubernationem tyrannica sunt omnia: vt potẽtia mulierum domi, quò reuelẽt virorum secreta. & manumissio seruorum eadem de causa. non enim insidiantur serui & mulieres tyranno. & si prospere degant, necesse est beneuolos fore, & erga tyrãnidem, & erga popularem statum. nã & populus dominus esse vult. Ex quo fit, vt adulatores apud vtroscp in honore habeantur. est enim qui populum colit & ducit, populi adulator. Tyrannorum vero qui assentando conuersatur: quod est opus adulatoris. nam propter hoc prauos amicos habent tyranni, quòd adulationibus gaudent. Id autem nemo faceret qui mentem haberet libero homine dignã: sed amant boni viri, vel non adulantur. & vtiles praui ad praua: clauus enim clauo, vt dictat prouerbium. Nullo quidem honesto, nullocp libero delectari, tyrannicum est: se enim solum esse talem, putat tyrannus. Qui autem subditorum vel honestati studẽt, vel libertati, minuere excellentiam & prędominantiam tyranni videntur. Oderunt ergo illos tyrãni, tanquam euersores potestatis suæ. Peregrinos etiam in conuiuia & familiarem vsum magis recipere q̃ ciues, tyrãnorum est: quasi illos quidem habeant hostes, hos vero non aduersantes. Hæc & huiusmodi à tyrannis fiunt pro dominatione retinenda, nec quicquam omittunt prauitatis. Sunt autem (vt ita dixerim) hæc omnia tribus speciebus comprehensa. Tria enim coniectat tyrãnus. Vnum, vt animos imminuat ciuium. nemo enim parui animi contra tyrannum insurgit. Secundum, vt ciues inter se diffidentes reddat. non euertitur enim tyrannus, nisi ciuium aliqui inter se fidem habeant. quapropter & bonos viros persequitur, quasi pestiferos & aduersarios dominationi suę, non solum quia non acquiescunt in seruitute viuere, verum etiam quia fides eis & inter se, & ab alijs pluri ma adhibetur: necp accusant alios, necp ipsi inter se accusantur. Tertium, impotentia agendi. nemo enim sibi impossibilia aggreditur: itacp necp tyrannidem tollere, si potentia desit. Ad quos ergo fines referantur tyrannorum consilia, tres isti sunt. Ad has enim suppositiones tyrannica redigi possunt vniuersa, partim ne confidant inter se ciues, partim vt potẽtia eis desit, partim vt pusillanimi efficiantur. Vnus ergo modus, quo vtuntur tyrãni, talis est. Alter vero modus, contraria istis quę dicta sunt, diligentiã facit. Est autem deprehẽdere ipsum ex regnorum corruptione. vt enim regi modus corruptionis vnus est, gubernationem ipsam regiam magis reducere ad tyrãnicam: ita tyrannidis conseruatio est, ad regiam gubernationem magis eam referre, vnũ solummodo custodiẽtem, vt potentiã retineat, per quã non modo volentibus, verumetiam nolentibus dominari possit. nã si hanc abijciat, simul abijcit & tyrannũ esse. Sed hoc tanq̃ suppositionem quandam manere oportet: cętera vero partim facere, partim cp optime simulare, vt regia gubernatio videatur. Primum enim videri cõmunium commodorum curam habere, non effundentem largitiones tãtas, vt ciues molestę ferant: quandoquidem ab illis capit operantibus ac laborantibus in sua tenuitate, donat vero scortis, & peregrinis, & histrionibus effuse: rationem reddẽtem eorum quę acceperit & expẽderit. quod iam factum est à quibusdã tyrannis. sic enim administrãs, non tyrannus videbitur, sed legitimus gubernator. nec erit ei formidandum, ne quandocp sibi desint pecuniæ, cùm sit dominus ciuitatis, sed dispergẽtibus tyrannis ex ppria domo. Et pdest hoc magis, q̃ relinquere cõgregatas. minus enim custodes ipsi cõtra tyrannũ obres ipsas insurgẽt. Sunt autẽ formidabiliores absentibus tyrannis, qui custodiũt, q̃ ciues. nam illi quidẽ vnà absunt, hi aũt remanẽt. Deinde redditus & impẽsas apparare oportet, tũ gratia diligẽtis administrationis, tum etiam, vt si qñ foret opus illis vtí possit ad belli necessitates, omninocp seipsum præbere custodem & quæstorem, nõ vt suarum pecuniarum, sed vt cõmunium & publicarũ. Et videri velle non asperum, sed cum grauitate honestũ, & talẽ, vt eum nõ timeant obuñ, sed magis reuerean tur. hoc autẽ non facile eum assequi, qui foret contẽnendus. Quapropter opus est, vt si nõ aliarũ virtutũ, at saltẽ ciuilis eũ curã habere, ac talẽ de seipso opinionẽ afferre. Insup nõ solũ ipsum videri nulli, ptinus ciuiũ contumeliã facere, sed etiã nemini illorum qui circa eũ sunt. Eodemcp modo se habere mulieres suas erga cæteras mulieres. nam & per contumelias mulierũ permultę iam tyrannides perierunt. Et circa voluptates corporis cõtrarium facere, q̃ nunc faciant quidam tyranni. nõ solum eni statim ab aurora id agunt, conuiuanturcp per dies plures, verumetiam apparere volunt alijs quòd ita faciant, vt tanquam felices beatoscp admirentur. Sed in talibus maxima erit moderatio



moderatio adhibenda, vel saltem videantur illa fugere. non enim faciliter inuadi potest, nec faciliter contemni qui sobrius sit, sed qui ebrius: necp qui vigilet, sed qui dormiat. contrariumcp agendum est supra dictorum ferè omnium. corroboranda enim & ornanda ciuitas est ab eo, tanquam à curatore, ac non tyranno. Videri etiam oportet ipsum erga religionem Deorum affici vehementer. minus enim formidabunt populi, ne quid contra iustitiam fiat, si religioni deditum illũ existimabunt, ac Deorum timorem habere: minuscp contra illum audebũt insurgere, quasi Deos habeat propitios & fauentes. Verumtamen oportet sine improbitate talem videri, atque eos viros qui aliqua in re laudabiliter se gesserint, honorare, ita vt non existimẽt vnquam se magis honorari à ciuibus suis, in libertate degentibus potuisse. Hos autem honores ipsemet tribuere debet tyrannus: pœnas vero & animaduersiones per alios infligere, per magistratus videlicet, & iudicia. Communis vero custodia omnis dominationis vnius, est neminem vnum præ cęteris magnum facere, sed plures: nam se inuicem custodient. Quòd si quem extollere oporteat, non tamen eum qui sit moribus audax. nam huiusmodi homines aptissimi sunt ad iniuriandum circa res omnes. Si vero cuiusquam potentia minuenda est, modice ac non vno simul impetu omnis potestas est auferenda. Insuper ab omni contumelia abstinendum, præcipue tamen à duabus: ne in corpus flagris, neue in ætatem libidine insultum agat. Maximecp id cauendum in illis hominibus, qui honorem magnifaciũt. nam in pecunias illatam iniuriam, auarí homines grauiter ferunt: in honorem vero illatã, & qui boni sunt viri, & qui honorem magnifaciunt, permolestę patiuntur. quapropter aut non huiusmodi hominum opera vtendum est, aut animaduersiones in illos patrio more, ac sine vlla contumelia sunt faciendæ. In ætatem vero ex amore sit conuersatio, non ex licentia. deniq̃ hoc dedecoris omnino, impẽsione maiorum honorum est redimẽdum. Eorum autem qui ad vim inferendam contra corpus tyranni insurgunt, illi sunt formidandi & cauendi, qui ita dispositi sunt, vt amplius viuere non curent, cùm occiderint. Quapropter maxime cauendum est ab his, qui vel seipsos, vel eos quos habebant charissimos, contumelia affectos putant. sine vlla enim cura propriæ salutis irrunt, qui per indignationem & iram aggrediuntur. quemadmodum & Heraclitus inquit, durum esse dicens pugnare aduersus iram: vita enim id emi. Cùm vero ciuitates ex duabus constent partibus, ex inopibus scilicet & opulentis, maxime quidem de vtriusq̃ partis salute cogitãdũ est ab eo qui gubernat, & alteros ab alteris nulla iniuria affici. Quicunque tamen eorum sint potẽtiores, hi præcipue sunt à gubernatione vendicandi, ac velut proprij efficiendi. nam si hoc extiterit neque seruorum liberationem facere compellet tyrannus, necp arma adimere. altera nãq̃ pars tyranni potẽtiæ adiuncta, sufficiens erit ad superandum eos qui contra insurgere vellent. Superfluum autem particulariter dicere de omnibus istis. intentio enim manifesta est, cp oportet non tyrannicum, sed tanquam patrem familias & regem esse putari ab illis, qui sub eo sunt, nec pro se capientem, sed pro communis vtilitatis cautela & cura, & mediocritatem in vita sequi, non excessus. Præterea egregios viros per familiaritatem sibi coniungere, plebem vero ac multitudinem per fauorem & gratiam in obsequio retinere. Ex his enim necesse est non solum dominationem eius esse pulchriorem, & optabiliorem, ex eo quia moribus imperet & non abiectis, neque affectis, necp ex eo quòd ipse neq̃ odio sit neque formidetur: verumetiam ex eo quòd longiorem & durabiliorem eius dominationem fore contingat. Insuper moribus talem esse, vt vel recte se habeat ad virtutẽ, vel semibonꝰ qdã sit, & nõ malus, sed semimalus.

* συμμάχους.

*Quæ gubernationes minimum durant. Quæ fuerit Socratis optimo apud Platonem, & eius reprobatio.* Cap. XII.

AT qui omnium gubernationum breuissime durare solent paucorum potẽtia, & tyrannis. Quippe illa quę plurimo durauit tempore Orthagoræ & filiorum qui apud Sicyonios tyrãnidem habuere, ad centesimum vsque annum peruenit. Durationis vero causa fuit, quòd mediocritate quadam erga subditos vtebantur, multacp legibus seruientes agebãt. Et quia aptus rei militari fuit Clisthenes, non facile contemnẽdus habebatur. Plurimum vero cõuersatione & vsu familiari fauorem & gratiam hominum acquirebãt. ferunt enim Clisthenes coronasse iudicem, qui victoriæ illius contradixerat. Aiunt quidam huius iudicis statuam esse illam qui in foro sedet. Pisistratus quoq; fertur, aliquando apud consilium Ariopagi citatus iudicium subijsse. Secunda vero apud Corinthũ Cypselidarũ tyrannis. nam ea duravit annis tribus & septuaginta & mensibus sex. Cypselus enì ipse tyrãnidem exercuit annis triginta. Periandrus

vero quadraginta quatuor, Pſammeticus autem Gordij annis tribus. Cauſa vero durationis eadem fuit.cùm enim popularis eſſet Cypſelus,ac gratia apud multitudinem præualeret, ſine vlla corporis cuſtodia in dominatione perſeuerauit. Periãdrus autem eius filius, magis tyrãnice ſe geſſit,ſed vir erat bello egregius. Tertia Piſiſtratidarum Athenis.hęc autem non fuit continua:bis enim tyrãnide pulſus fuit Piſiſtratus. itaq; ex annis triginta tribus,ſolum annis ſeptem & decem tyrannidẽ exercuit: filij vero eius annis decem & octo: atq; ita omnes ſimul anni fuerũt quinq; & triginta. Ex reliquis vero illa quæ apud Syracuſas fuit, Hieronis,& Gelonis,ſed nõ longa fuit. hęc annis enim non amplius q̃ duo de viginti durauit.Gelon enim ſeptem annis cùm tyrãnidem exercuiſſet,octauo defunctus eſt: Hieron autẽ decem: Thraſybulus vero menſe decimo excidit.cæterarum vero tyrannidũ pleræq; breui tempore durauerunt omnes. Quę igitur ſint tam circa gubernationes plurium q̃ circa gubernationẽ vnius ſolius, per quæ & corrũpanť & ſeruẽtur,ſerè dictũ eſt de oibus. In Republica vero Platonis Socrates de mutationibus loquit̃,nec tamẽ recte.Illius enim reipublicæ, quæ eſt optima atq; prima, mutatio nulla ꝓpria aſſignatur. inquit enim, cauſam eſſe mutationis, quia ſic natura comparatum ſit, vt nihil permaneat,ſed in ambitu quodam temporis mutationem recipiat. eſſe vero principium horum,inquit,quorum ſeſquitertius cubus quinario cõiugatus duas exhibet harmonias,inquiens,quando numerus diagrammatis huius efficiatur ſolidus,vtpote natura producente prauos,& meliores diſciplina.Hoc ergo forſan inquit non male. fieri enim poteſt vt ſint aliqui, quos diſciplina inſtitui, ac bonos fieri viros impoſſibile eſt.Sed
* ἀλλ᾽οὐκ hæc nõ ꝓpria mutatio foret illius reipublicæ, quam optimam eſſe vult,magis q̃ aliarũ omnium,& vniuerſorum quæ fiunt, & ex tẽpore,per quod inquit omnia mutari, & quæ non ſimul incipiunt, ſimul quoq; mutantur: ceu ſi pridie mutationis facta eſſent,ſimul forte mutantur. Præterea quam ob cauſam ex illa trãſit ad Lacedæmoniorum rempublicã? ſæpius enim in cõtraria tranſeunt reſpublicæ omnes,q̃ in ea quę ſint propinqua.Eadem ratio eſt de aliis quoq; mutationibus.Ex Laconica enim,inquit, mutatio fit ad paucorũ potẽtiam:ex iſta vero ad popularem ſtatum: ex illo rurſus ad tyrannidem. Atqui et è cõtrario mutantur:ceu ex populari in paucorum po-
* μοναρχίαν tentiam, & magis quidem q̃ in tyrannidem. Pręterea tyrannidis vtrum mutatio ſit vel nõ ſit,nil dicit propter quam cauſam, nec in quã reipublicę ſpeciem tranſit. Huius vero cauſa eſt,q; nõ faciliter dicere valebat: indefinitum enim. nam ſm eum oportebat in primam & optimam:ſic enim vtiq; fieret continuo circulus.ſed mutatur in tyrannidem tyrãnis, vt ea quę apud Sicyonios ex Myronis tyrãnide in Cliſthenis. & in paucorum potentiam, vt illa quæ in Chalcide fuit Anticleontis.et in popularem ſtatum,vt illa quę Gelonis fuit Syracuſis.& in optimates, vt illa quæ Charilai apud Lacedæmonios & Carthaginenſes. Et in tyrannidẽ fit mutatio ex paucorum potẽtia, vt in Sicilia plurimæ vetuſtarum. in Leontinis in Panætij tyrannidẽ:& apud Gelam in Cleãdri:et apud Regium in Anaxilai:et in alijs cõpluribus ciuitatibus eodem modo. Abſurdũ etiam putare, in paucorum potẽtiam ideo trãſire,quia hoies cupidi & pecuniarum ſtudioſi in magiſtratibus verſantur, ac non quia plurimi diuitijs ſuperabundantes, non iuſtum exiſtimant par habere in ciuitate eos qui non habent facultates,et eos qui habent.In multisq; paucorum potentijs non licet pecunias quærere,ſed leges ſunt prohibentes.apud Carthaginem aũt quę populariter gubernatur,pecunijs ſtudent,nec tñ adhuc mutati ſunt. Abſurdũ etiam dicere, eſſe duas ciuitates ſub paucorũ gubernatione opulentorũ & inopũ.Quid enim aliud huic formę q̃ Laconicę accidit,vel alteri cuicunq;,vbi non omnes æqualia poſſideant,aut nõ omnes æqualiter ſint boni viri? nullo autẽ pauperiore facto, nihilominus ex paucorum tranſmutantur gubernatione ad popularem ſtatum,ſi plures ſint inopes:et ex populari in paucorum potẽtiam,ſi potentiores ſint opulenti q̃ multitudo: & alteri negligant,alteri intendãt. Cumq; plures ſint cæſæ,ex quibus mutationes fiunt,eas non dicit, ſed vnam ſolum,q; prodigaliter viuentes vſuris confecti pauperes efficiuntur. quaſi vero fuerit omnes ab initio diuites,vel plurimi eorum. ſed hoc falſum. At quando ipſorum potentiũ quidam patrimonia cõſumpſerint, res nouas moliuntur:quãdo aũt alij, nil graue accidit.et mutantur nihilo magis in popularem ſtatum,q̃ in aliam ſpeciem gubernationis.Inſuper vero & ſi honores vnà cum alijs nõ capiant,ſi iniurias inferãt, ſi cõtumelijs afficiãt, ſeditiones oriuntur,& mutationes in republica. Fiũt etiam etſi nulla diſſipatio patrimonij interceſſerit,ex eo q; liceat quicquid volũt efficere.cuius rei cauſam eſſe ferunt, nimiam libertatem.Cumq; plures ſint paucorum,plures etiam populi gubernationes, tanquam vtraq; vna ſit, mutationes aſſignat Socrates.





# ARISTOTELIS POLITICORVM LIBER SEXTVS.

## SVMMA LIBRI.

*De popularium, ac paucorum gubernationum inſtitutionibus,ſpeciebus,legibus, ac partibus:Nec nõ de magiſtratuum ſpeciebus, ac eorum officijs.*

*Quòd, quæ rebuſpublicis,paucorum potẽtijs,& popularibus gubernationibus conueniant, conſyderandum ſit.* Cap. I.

QVot igitur ſint differentiæ, & quales eius quod deliberandi habet poteſtatem, & in quo ſumma reipublicæ cõſiſtit, & circa magiſtratum ordinationem, & de iudicijs, & qualia ad qualem ordinentur rempublicam,& præterea de corruptionibus, & conſeruationibus rerumpublicarum,ex quibus prouenient,& quas ob cauſas dictum eſt prius.Sed cùm plures ſint ſpecies popularis, & ſimiliter aliarum gubernationum, de illis ſiquid reſtat,non peius fuerit conſiderare, ac ſimul vnicuiq; earum proprium & conueniẽtem modum reddere:ac præterea conſiderare coniunctiones ſimul ipſorũ modorũ.nam eorũ cõiunctio parit rerumpublicarum varietatem:vt & optimatũ gubernationes ad paucorum declinẽt potentiam, & reſpublicę magis populares exiſtant. Dico autem coniunctiones,quas conſiderare oportet,et nũc vſq; conſideratæ nõ ſunt:ceu ſi pars illa quæ in deliberando verſatur,& illa quę circa electiones magiſtratuum conſiſtit,ita inſtituta ſit,vt conferat paucorum potentiæ.aut quæ circa deliberandum ad paucorum potẽtiam, quæ autẽ circa electiones ad optimatum gubernationẽ magis declinet: vel per alium quendam modum non omnia inſtituta ſint reipublicę congruentia. Qualis igitur popularis quali congruat ciuitati, & qualis paucorum potentia quali multitudini,et aliarum gubernationum quę quibus conferat,dictum eſt prius. Verũtamen oportet fieri manifeſtum, non ſolum quænam iſtarum gubernationum optima ſit ciuitatibus, ſed etiam quomodo conſtituẽdæ ſint & iſtæ & aliæ, breuiter eſt explicandum. Et primo de populari dicemus.nam per hanc etiam de contraria illius gubernatione patebit.hæc eſt autem,quam vocant quidam paucorum potentiam. Capienda ſunt autem ad hanc diſciplinam cuncta popularia,& quæ vidẽtur popularium eſſe ſequacia. ex his enim ſimul poſitis,reſultant ſpecies gubernationis popularis. & plures eſſe eas quàm vnam & differentes continget. Duæ ſunt cauſæ, per quas plures exiſtunt populares.Primum illa quæ dicta eſt prius, quia inter populos differentia eſt.ſunt enim alij agricolę,alij opifices, alij miniſtri:quorum primi à ſecundis,& tertij ab vtriſq;,non in eo modo differunt,quòd melior aut deterior popularis ſtatus, verum etiam in eo quòd non idem ſit.Secunda vero cauſa eſt,de qua nunc dicimus.quę enim popularem ſtatum ſequuntur, ac videntur eſſe propria ipſius, coniuncta ſimul faciunt varietatem.nam alicui pauciora conſequẽtia ſunt, alicui plura, alicui omnia. Vtile vero horum ſingula cognoſcere, & ad cõſtituendum quã velit quis,& ad corrigendum.quærunt enim qui rempublicam inſtituunt cuncta, quæ illi propria et conuenientia ſint,in vnum colligere ad propoſitum ſuum.ſed aberrãt dum hoc faciũt,vt ſuprà dictum eſt à nobis,vbi de corruptionibus rerumpublicarum tractauimus. Nunc autem dignitates & mores,& quæ ha gitent dicemus.

*Quis ſit finis popularis gubernationis: & de quibuſdam popularium gubernationum peculiaribus.* Cap. II.

PRopoſitum igitur popularis reipublicæ eſt libertas. hoc enim dicere conſueuerunt, quaſi in hac ſolummodo republica libertatem quærentes: ad hanc enim reſpicere dicunt omnem popularem ſtatum. Libertatis vero ipſius pars vna in eo cõſiſtit, vt per vices imperent et pareant.nam iuſtum populare eſt æquum habere ſecundum numerum, non ſecundum dignitatem.Ex quo fit, vt ſecundum hoc iuſtum multitudo ex neceſſitate dominetur: & quicquid decreuerit populus,id eſſe ratũ,& id eſſe iuſtum. Aiunt enim oportere, vt vnuſquiſque ciuium æquum habeat. atq; ita contingit in popularibus gubernationibus inopes plus poſſe,quàm opulentos.plures enim ſunt,& id obtinet quod pluribus videatur. Vnũ igitur libertatis ſignum hoc eſt, quod ponunt omnes popularis reipublicæ finem. Alterum vero viuere, vt quiſq; velit.hoc enim aiunt opus eſſe libertatis: ſiquidem ſeruti eſt viuere non vt vult. hic eſt igitur ſecũdus popularis reipublicæ finis. Hic profectum eſt, nemini potiſſimũ ſubeſſe velle.quòd ſi hoc non datur,at ſaltem per vices ſubeſſe ac præeſſe.idq; pertinet ad libertatem quæ eſt ſecundum æquum. His præſuppoſitis, ac tali exiſtente principio,popularia huiuſmodi ſunt. Sumi ad magiſtratus omnes

ex omnibus,ac præesse omnes vnicuique,& vnumquenq; vicissim omnibus. Per sortem tribuere magistratus,vel omnes penitus, vel illos saltem,qui non peritia indigent & arte. A nullo cēsu esse magistratus,vel saltem à minimo. Non nisi semel eundem magistratum ab aliquo geri posse,vel perraro,et paucos,exceptis his qui versantur in bello. Parui temporis esse magistratus,vel omnes vel quotrecipiunt. Iudicare omnes,& ex omnibus,& de oibus,vel de plurimis & maximis & principalissimis:puta de corrigēdo,& de republica,& de priuatis contractibus. Et concionem esse omnium dominam,magistratū vero nullius. aut dominam esse concionem rerū maximarum,magistratum vero minimarū. Inter magistratus autem popularissimum est consiliū, vbi non omnibus est mercedis facultas. nam tunc quidem adimunt & huius magistratus potentiam. ad se enim reducit iudicia cuncta populus mercede abundans, vt diximus suprà,vbi de hac pte tractauimus. Deinde mercedem capere potissimum quidē omnes,concionem,iudicia,magistratus: vel saltem magistratus,& iudicia,& consilium, & conciones principales:vel eos magistratus,quos necesse est in eadem simul esse comessationes principales:vel eos magistratus,quos necesse est in eadem simul esse comessatione. Præterea cū paucorum gubernatio genere, & diuitijs, & eruditione definiatur, videntur quæ popularitatis sunt contraria esse,ignobilitas, inopia, sordidum opificium. Præterea potestatē nullam perpetuam esse. quòd si reliqua sit aliqua ex antiqua mutatione,illius auferre potentiā, & ex electione ad sortem reducere. Hęc igitur omnia communia sunt gubernationum popularium. Contingunt autem ex eo iusto, quod fatentur esse populare: hoc est æquum habere omnes secundum numerū,quod maxime videtur esse popularis status & populi. æquum est enim, cùm nihilo magis gubernant diuites quam pauperes, nec soli potestatem habent, sed omnes ex æquo secundum numerum. sic enim demum existimant paritatem in republica esse,ac libertatem.

*Quo pacto in populari gubernatione census partiendi sint. Cap. III.*

SEd quæritur post hæc,quemadmodū habebunt æquum,vtrum oportet partiri in mille eos census qui sunt quingentorū,& mille æqualiter posse quingentis:vel nōn sic ponere oportet istam paritatem, sed partiri quidem sic,deinde ex quingentis pares accipientem,& ex mille, hos potestatem habere partitionum & iudiciorum. Vtrum igitur respublica ista iustissima est secūdum populare iustū, vel magis illa quæ secundum multitudinem? Aiunt enim populares, id esse iustum,quod videtur vtiq; pluribus:potētes vero, quod videtur his qui plus possident. pro multitudine enim facultatum aiunt esse statuendum. Sed habēt hæc vtraq; imparitatem & iniustitiam. Si enim quod pauci possunt,tyrānis est: nam si vnus habeat plura q̄ alij opulenti, secūdum paucorūm iustum,is solus dignus est qui gubernet. si vero quod plures ꝓ humerū,injuriabūtur publicātes bona opulentorū ac paucorum, vt superius dictum est. Quæ igitur sit æqualitas,quam ambo profitentur, considerandū est ex his quę vtriq; definiunt iusta. Inquiūt enim quicquid videatur maiori parti ciuiū,id oportere esse ratū. Sit quidē hoc, attamen non penitus. sed cùm duæ partes sint ex quibus ciuitas constat,diuites scilicet & pauperes: quod ambabus videatur aut pluribus, id ratū sit. ꝙ si contraria videātur,quod pluribus et habentibus maiorē censum. puta si alij decē,alij viginti, videatur aūt diuitū sex, pauperū vero quindecim,accedant vero pauperibus quatuor diuitū,diuitibus aūt quinq; pauperū,quorumcunq; census exuperat, connumeratis ambabus vtrisq;, id ratū sit. Quòd si forsan equales esse cōtigerit,communem esse hanc ambiguitatem putandum est: vt nūc accidit,si vtriq; paria suffragia cōcionis sint, aut pares in iudicio sentētię. nam aut sorte diremendum est, aut aliud quiddam huiusmodi agendum. Sed de æquo & iusto, quanquā sit admodum difficile in illis reperiri veritatē, tñ facilius est sortiri, q̄ persuadere ijs qui plus habere possunt. Semper enim qui imbecilliores sunt, æquum & iustum quęrunt: sed qui plus possunt, ista non curant.

*De quatuor speciebus popularium, ad quos pertineant, de earum legibus atq; uaframentis. Cap. IIII.*

CVm vero quatuor sint gubernationes populares, optima est illa, quam primo gradu posuimus, vt superioribus libris dictū est. eadem quoq; antiquissima oium. Dico autem primam secundum distinctionem populorū. nā optimus populus est ille, qui ex agricolis constat. itaq; & popularis status effici datur, vbi multitudo ab agricultura viuit, vel pascuo: negocioſa quidem, quia nōdum multū habet. Ex quo fit, vt raro concionē agant. cū enim laborandum sit illis circa necessaria ad victum, operibus destinantur suis, & aliena non appetunt: dulciusq; illis est opus facere quàm



quàm in republica versari, nisi magna in gubernando sint emolumenta susceпturi. plerig; enim magis lucrum appetunt, q̄ honorem. Signum huius est,ꝙ tyrannides antiqui tus pertulerunt,& nunc paucorū potentiam perferunt,modo suam rem agere illis permittatur, neq; diripiantur quæ habent. cito nāq; alij eorum diuites efficiuntur, alij egere desistunt. Præterea,si quæ cupido honorum eis ineſt, facile adimpletur per potestatē, quam in concionibus habent creandi magistratus, & corrigendi delicta. Nam in quibusdam ciuitatibus, & si non eligit populus magistratus, sed quidam per partes deputati ex omnibus, vt apud Mantineam, tamen satis esse putant, ꝙ consulendi, deliberandiq; habent potestatem. Ac putādum est hanc esse tāquam formam aliquam popularis gubernationis, vt fuit quandoq; apud Mātineam. Quapropter vtile est prius dictæ populari gubernationi, & ita consuetudo fuit, eligere quidē magistratus, & corrigere, & iudicare oēs. Magistratus autē maximos geri per eos qui eligūti sint, & à censibus maioribus maiores, vel à censibus nullum, sed per eos qui possunt. Necesse est autem, cùm ita gubernantur respublicæ, eas bene gubernari. nam magistratus semp ab optimis gerentur, populo ita volente, neq; præstantioribus inuidente. nobilibus autem ipsis & prestātibus hic gradus sufficiet. non enim suberunt alijs deterioribus. ipsi vero magistratus gerent iuste, quia pœnam formidabunt, quoniā corrigere ad alios pertinet. compesci enim ac non licere facere quicquid quis velit, vtile est. nam licētia agendi quod quisq; velit, custodire non potest ingenitam vnicuiq; hominum prauitatem. itaque necesse est illud euenire, quod optimum est in rebus publicis, vt magistratus à præstantioribus gerantur, sine vlla populi diminutione. Quòd igitur hæc popularium gubernationum est optima, patet: & qua de causa, qa ob talem aliquem esse populum. Ad constituēdum autem populum agricolam, tum leges quædā antiquitus apud multos latæ, vtilissimæ sunt, tum illud vniuersaliter, ne liceat cuiquam habere plus agri q̄ṫ mensuram certam, vel aliquo loco ad oppidū & ciuitatem. Erat antiquitus in multis ciuitatibus lege cautum, nō licere venditionem facere bonorum primæ hæreditatis. Est etiam lex, quam dicūt Oxili fuisse, ne liceat cuiquam fœnerari super aliqua fundi parte, quam quis haberet. Dirigere etiam id oportet Aphycalorum lege. est enim vtilis ad id quod dicimus. Illi. n. quanquam sint permulti, possideant autem exiguam regionem, tamen omnes agricolæ sunt, quoniam pretia constituunt non totarum possessionum, sed per tales partes diuidentes, vt etiam pauperes faciliter eas pretijs superare possint. Post agricolarum multitudinē optimus est populus, vbi pastores sunt, & viuunt ex animalibus. In multis vero hæc cum agricultura conuenientiam habet. vtriq; que. n. corporibus exercitati ad bellicas expeditiones vtilissimi sunt, ac potentes sub dio consistere. Cæterę vero multitudines, quasi omnes ex quibus alij status populares constant, multo q̄ṫ hi deteriores sunt. nam opificum quidem, ac forensiū, & mercenariorum ūlis est vita, nullumq; virtutis opus eorum quæ tractat multitudo. & insuper quia huiusmodi genus hominum circa forum vrbēq;, vt ita dixerim, assidue hæret, faciliter concitones agitat. at agricolę, quia sparsim habitant per agros, neq; in vnum cocunt faciliter, neque similiter indigent huiusmodi congregatione. Quibus vero contingit situs regionis talem esse, vt longe distent ab vrbe, in ns facile est popularem statum laudabilem constituere ac rempublicam. vi enim ipsa compellitur multitudo, quasi colonias per agros efficere. Quare & si forensis turba sit, tamen concitones in populari statu non facit absq; multitudine illa, quæ per agros habitat. Quomodo ergo constituenda sit optima illa ac prima popularis gubernatio dictum est. patet ēt quomodo aliæ: subsequenter enim est descendendum, & deterior semper multitudo separanda. Postremam vero speciem, quia ois multitudo ad illam recipitur, neq; cuiuscunq; ciuitatis est eam perferre, neq; facile permanere eam, nisi legibus & moribus bene stabilitam. A quibus vero labefactari contingat, & hāc & alias respublicas, ferè dictum est prius in plurimis. Sed ad constituendam hanc popularem gubernationem, & ad populum roborandum, consueuerunt presidentes, ad populum recipere complures, ac ciues efficere non solum legitimos, verūctiam spurios ex quouis ciue, id est, siue ex patre, siue ex matre. omne enim hoc huic populo magis conueniens est. Consueuerunt igitur ꝙ qui populos ducunt ita constituere. Oportet tamen id facere, quoad exuperet nobilium mediorūq; multitudo, neq; vltra progredi. nam si in ascendunt, turbatiorem efficiunt rēpublicam, ac nobilitatē exasperādo magis irritant: quę causa seditionis fuit apud Cyrenē. paruum enim inconueniens conniuendo trasigitur: magnum vero in oculis hæret. Insuper talia constituta vtilia sunt ad popularem statum

huiusmodi,

huiusmodi, & ad populi corroborationem, qualia Cliſthenes Athenis facitauit, quo populi gubernationem augeret: & apud Cyrenem, qui populum conſtituerunt. Tribus.n. aliæ conſtituendæ ſunt plures, & ſodalitates priuatorum ſacrorum redigẽdæ ſunt ad pauca & publica. Et cuncta diligẽter excogitanda, quo q̃ maxime omnes ſimul admiſceantur familiaritates, cõuerſationesq; primę diſiungãtur. Præterea tyrannica machinamenta omnia videntur eſſe popularia: ceu licẽtia ſeruorum, * & mulierum, & puerorum, vt ſine metu viuant vt velint. q̃multi enim huiuſmodi ſtatum ciuitatis amabunt, cùm pleriſq; dulcius ſit diſſolute viuere q̃ modeſte.

* Cod. Græc. ad ſhæc aũt vſq; ad aliquid conducere poteſt.

*Ad populares inſtitutiones præcepta.*
Cap. V.

* C. Græ. nõ conſtituere maximum opus, neq; ſolum.

EST * autẽ opus legis poſitoris, & eorum qui volunt ſtatum aliquem talem conſiſtere. nam vt conſtituatur talis ſtatus, nõ magnum negocium eſt, neq; ſolum ſed magis vt ſeruetur. vno enim vel duobus vel tribus diebus permanere, quomodocunq; gubernãtibus, haud difficile eſt. Quapropter opus eſt ex his, quas ſupra retulimus, conſeruationibus & corruptelis rerumpublicarum, cautelam aſſumere, cauendo illa quę corruptiua ſunt, ac leges tales ponendo, & ſine ſcripto et ſcriptas, quæ conſeruationes ſtatus maxime comprehendant. neq; putare id eſſe popularе, neq; paucorum potentiæ, q̃ efficiat ciuitatem maxime à multis vel à paucis gubernari, ſed quòd q̃ plurimo tempore. At nunc ij, qui ſunt potẽtes in populis, gratificãtes multitudini, multa populariter agunt per publicationes bonorum in iudicijs factas. Quare oportet eos qui curam ſalutis habent reipublicæ, contra moliri, leges ponendo, vt dãnatorum bona ſacra ſint, & nõ in publicum ſed in ſacrum referantur. hæc.n. lex nihilominus iniurias cõpeſcet. nam pœna eadem erit. populus aũt minus cupide dãnabit, cũ nihil ſit vtilitatis ex dãnatione ſuſcepturus. Inſuper publicas accuſationes q̃ rariſſimas facere, magna pœna conſtituta aduerſus eos, qui falſo accuſarint. non.n. populares in iudicũ vocari conſueuerunt, ſed nobiles. Oportet autem erga ſtatum reipublicę, quantum fieri poteſt, oẽs reddere beneuolos. q̃ ſi id fieri nequeat, ſaltem conari, ne hoſtes exiſtimẽt eos qui gubernãt. Cùm vero poſtremæ illæ ſpecies gubernationum populariũ in multitudine conſiſtãt, ac difficile ſit vt cõcionibus vacare poſſint ſine alicuius mercedis ſuſceptione, hoc autẽ niſi redditus habeat ciuitas, maxime inimicum eſt præſtãtibus viris. Nam ex tributo & publicatione bonorũ, & ex iudiciorum improbitate neceſſe eſt ꝓuenire, quod multas iam populariũ reſpublicas ſubuertit. Vbi ergo publici redditus non ſunt, facere oportet conciones raras, & iudicia magna quidẽ, ſed paucis diebus duratura. hoc aũt confert ad illud, q̃ non formidabũt impẽſas opulenti, ſi diuites nõ capiant mercedem iudicij, ſed pares. Confert ẽt ad recte iudicãdum multo magis. nam qui magna patrimonia habent, multis diebus abeſſe nolunt à rebus ſuis, modicum vero abeſſe tẽpus non moleſte ferũt. Vbi vero ſunt redditus publici, nõ id facere, quod nunc magni quidã in pòpulo faciunt. ſuperflua.n. diuidunt, ac ſimul capiũt, mox q̃ rurſus indigẽt eiſdem. eſt.n. pauperibus, ceu vas perforatũ hmõi emolumentũ. Sed oportet cũ qui vere popularis ſit, videre ne multitudo pauperie nimia prematur: nam egeſtas prauã reddit populi gubernationem. Conandum eſt igit̃ ingeniole, vt abũdantia adſit diu turna. nã id prodeſt ẽt diuitibus. Congregantes vero illa, quę ex redditibus proueniunt, ſi mul omnia egenis tribuere oportet: præſertim ſiquis poſſit, tãtum congreget, quantum ſat eſt ad agelli cõparationem, vel ſaltẽ ad facultatẽ negociandi & agrum colẽdi. & ſi non oĩbus poſſibile, at ꝑtribus, aut partẽ aliam id facere. In hoc aũt ad neceſſarios conuẽtus mercedem diuites cõferre, cupidos inanium munerũ. Per talem aliquẽ modum Carthaginienſes gubernãtes, amicum retinẽt populum: ſemp enim quoſdã à populo mittentes in aliquas gubernationes, eos diuites faciũt. gratioſorum vero, ac mentẽ habentium nobilium eſt ſuſcipere egenos, & occaſionẽ prębentes cõuertere ad res agẽdas. Recte quoque ſe habet Tarentinorũ exemplum imitari. illi enim * iumenta facientes cõmunia ad pauperũ vſum, beneuolã per hunc modũ ſibi plebẽ conſtituũt. Magiſtratus inſuper omnes duplices faciũt, vt ſint alij per electionẽ, alij per ſortẽ. quo.n. populus capiat, per ſortem: quo aũt melius gubernetur, per electionem. Eſt aũt hoc facere ẽt in vno eodẽq; magiſtratu, vt alij ſorte, alij electione ad eum gerendum aſſumantur. Quemadmodum ergo oportеat populariũm gubernationes inſtituere, dictum eſt.

* κτήματα opes.

*De ſpeciebus paucorum potentiæ, ordinatione cenſus ex populo aſſumendi, quæ paucorũ gubernationes potiores, & quæ deterrima.* Cap. VI.

DE paucorum quoq; gubernationibus quomodo agendũ ſit, patet ferè ex eiſdem



dem. Nam per contrarium agendum eſt in omni paucorũ gubernatione, ad oppoſitam ſibi popularis gubernationis ſpeciem, reputando maxime moderatã illã ac ſummã cæterarũ gubernationẽ paucorum, & primã. Hęc aũt eſt propinqua illi, quæ reſpublica nuncupatur, in qua oportet cẽſus diuidere, & alios minores, alios maiores facere. minores quidem, à quibus neceſſarij magiſtratus capiantur: maiores vero, à quibus capiantur ij magiſtratus, qui ſunt principaliores. Et qui tãtum adepti fuerint cenſum, habiles ſint ad rempublicam gerendam, afferente populo tantam multitudinẽ per ipſum cẽſum, vt cum illa potentiores ſint qui gubernãt rempublicam, q̃ illi qui nõ gubernant. Semper autem ex meliori populo capiẽdi ſunt illi, qui ad ſocietatem reipublicæ recipiũtur. Similiter autem in ea gubernatione paucorũ quæ ſequit̃, intendẽtes parumper, eſt inſtituendum. In ea vero quæ oppoſita eſt extremę popularitati, quæ eſt paucorum potẽtia, tyrãnidi perſimilis, quãto deterrima eſt, tãto maiori opus eſt cuſtodia. Vt enim corpora bene diſpoſita ad ſanitatem, & nauigia bene inſtructa ad nauigãdum, multos ferũt errores, nec ob eos ſuccumbũt: valetudinaria autem corpora, & nauigia parum firma, nautiſq; inſtructa prauis, ne paruos quidem ferũt errores: ita rerũpublicarum eæ quæ deterrimæ ſunt, plurima in digẽt cuſtodia. Populares igitur gubernationes per multitudinem hominũ omnino ſeruantur. hoc enim opponitur ad illud iuſtum, quod eſt ſm dignitatem. Paucorum vero potẽtium cõtra, videlicet per rectam ordinationem oportet aſſequi firmitatem.

*Quot partes multitudinis præcipuæ ſint, & quæ; ac totidem ſint partes utiles ad bellum: & præcepta ad paucorum potentias.* Cap. VII.

CVm vero ſint multitudinis potiſſimum partes quatuor, agricolę, artifices, negociatores, mercenarij: quatuor etiam vtiles ad bellum, equites, pedites grauis armaturæ, expediti leuis, & turba naualis: vbi contingit regionem eſſe ad equitatum aptam, ibi locum habet aptiſſimum, paucorum potẽtia illa ſũma. nam cõſeruatio habitatorũ ab equitibus prouenit. equos vero nutrire, eorum eſt qui magnas habent facultates. Vbi autem regio ad peditatum eſt apta, alteram ſpeciẽ affectat paucorum potẽtiæ. nam grauis armatura, diuitum eſt magis q̃ pauperum. expediti autem leues & nautica turba, à plebe eſt omnis. Nũc autem vbi talis turba multa eſt, quando ſeditio fit, deterius certãt. Sed oportet huius medicinã capere à belli ducibus, qui ad equitum ac peditum robur, expeditos leuis armaturæ ſolẽt coniungere: & cum his ſuperãt populi in ſeditionibus opulentos. nam leues & expediti cõtra equites & contra grauis armaturæ pedites facile pugnãt. inſtituere igit̃ potẽtiam iſtam, cõtra ſeipſos eſt inſtituere. Sed oportet diuiſis ętatibus, cùm alij ſeniores, alij iuniores exiſtãt, in iuuenili adhuc ætate conſtitutos filios ſuos erudire ad leues & expedi tas operationes: delectos quidem ex pueris, Athletas eſſe ipſos operationum. Cõceſſio autẽ reipublicæ populo facienda eſt, vel cùm ad cenſum peruenerint, vt dictum prius eſt: vel, vt faciunt Thebani, cùm certum tempus à mẽrcatura & huiuſmodi exercitijs deſtiterint, vel, vt apud Maſſiliam iudicio facto, qui digni ſint ad rempublicã recipi, & qui excludi. Præterea dignitatibus ijs, quæ ſunt principaliſſimę, quas ſuſcipere oportet eos qui in reipublicæ gubernatione verſantur, adiũgenda ſunt onera publica, vt populus ſponte ſua eas nolit, & veniam habeat illis qui huiuſmodi magiſtratus ſuſcipiunt, vtpote mercedem permagnã pro ea dignitate ſoluẽtibus. Congruit autem cùm huiuſmodi magiſtratus ineunt, & ſacra magnificentiſſime facere, & publica quædam ædificia ad vſum populi conſtruere: vt multitudo cernẽs vrbẽ ornari tum muneribus erga Deos, tum ædibus ad vſum publicum, libẽter aſpiciat poteſtatẽ ſtatuum ciuitatis. Continget etiam pręſtantibus viris hæc eſſe monumenta ſuæ largitatis. Sed hoc non fit nũc per eos homines, qui magni ſunt in paucorum potentia, ſed contrariũ. lucrum enim quærunt nõ minus q̃ honorem. itaque dici poteſt rẽcte, hos eſſe populares ſtatus paruos. Quomodo igitur inſtituẽdæ ſint, & paucorũ gubernationes, & multitudinis, in hunc modum determinatum ſit.

*De magiſtratibus, & eorum ſpeciebus, & quibus rebus præficiendi ſint.* Cap. VIII.

CONſequẽs eſt circa magiſtratus videre diligenter, quot hi ſint, & quales, & qui bus de rebus, vt ſupra dictum eſt. Sunt enim quidam magiſtratus, ſine quibus ciuitas eſſe non poteſt. ſunt etiam quidam ad cultum ornatumq; pertinẽtes, ſine quibus bene habitari ciuitas nõ valet. Præterea neceſſarium eſt & in paruis quidem ciuitatibus pauciores eſſe magiſtratus: in magnis aũt plures, vt prius oſtendimus.

ostendimus. Quales ergo cõgruat simul coniungere, & quales separare, non debet esse clam. Primum ergo cura rerum necessariarum, vt in foro assint venundenturq; super qua quidem cura magistratus quidē est constituendus, cuius officium sit circa cõtractus & circa honestatem. nam cunctis ferè ciuitatibus necessarium est, emptiones, venditionesq; fieri inuicem, pro vsu rerum necessariarum. & hæc facultas maxima & expeditissima est ad eandem sufficientiam consequendam, cuius gratia in vnam videntur cõuenisse reipublicæ societatem. Altera vero cura huic conũcta ac propinqua est circa vrbem, de publicis priuatisq; rebus, de ædificatione decenti, de viarum cõseruatione ac directione, de finibus regẽdis, vt sine querela sint, & de similibus. vocãt autem huiusmodi magistratum ędilitatem. partes eius vero sunt plures, vt magnis ciuitatibus aliæ super alias incidunt: ceu mœnibus reficiẽdis præfecti, & fontium curatores, & portuum conseruatores. Alia vero est cura, & quidem necessaria atq; huic propinqua. nam de eisdem rebus, cæterum nõ in vrbe, sed extra vrbem in agro versatur. vocant autem huiusmodi magistratũ, * alij definitores, alij custodes agrorũ. hę igitur procurationes sunt tres. Est & alius magistratus, ad quem redditus publici referuntur, qui apud eos conseruati, mox distribuuntur ad singulas opportunitates. vocant vero istos, receptores, & quæstores. Alter vero magistratus est, apud quem præscribi oportet priuatos contractus, & sententias iudicũ, apud quos etiã postulationes vocationesq; in ius præscribi debẽt. quibusdam in locis huiusmodi magistratum diuidũt in partes plures. sed est vna eadẽq; authoritas istorũ omnũ: appellantq; eos, qui hunc magistratum gerunt tum præfectos, tum memoriales, vel similibus nuncupationibus. Qui vero post hunc sequitur, summe necessarius est, acdisticillimus omnium magistratuum. versatur autem circa executiones eorũ qui dãnati sunt, & circa eorum pœnas atq; custodias. Est autem grauis huiusmodi administratio propter multas quæ inde prouenũt inimicitias. itaq; nisi magna emolumẽta ex eo capiantur, gerere illum oẽs recusant. & si gerant, fm leges facere nõ tolerãt. sed est necessaria res. nã nihil prodessent de rebus iustis iudicia aut sniç, nisi foret qui eas executioni mãdarent. quare si hæc desint, cõmunio inter se ciuũ permanere non põt. Propterea melius est nõ vnũ hunc esse magistratum, sed partiri in plures, vt alij de alijs iudicia exequãtur. & circa actiones eodem modo conãdum est distinguere. adhuc etiam magistratus alios alijs exequendis, & nouorũ magis nouos: & præsentium alio condemnante, alij sunt qui exigant, ceu prætores vrbani ædilium condemnationes, ac rursus istorum alij. quãto enim minus inimicitiarum sit illis qui executioni demãdant, tanto magis res finem suscipient. Si sint ergo ijdem qui condemnãt & qui condemnationes exigũt, duplex contrahitur odium. in omnibus autem eosdem, cunctis inimicum est. Multis etiam locis separatur ille qui custodit reos, ab illo qui animaduertit in eos. vt Athenis illi, qui vndecimuiri nũcupãtur. Quapropter melius est hũc quoq; diuidere magistratum, & quasi adũbrare & mitigare: est enim necessarius non minus q̃ superior. Contingitq; in eo, vt viri boni maxime vitẽt hoc officium: prauos autem nequaquam tutum sit ei præficere, cùm ipsi potius indigeãt custodia & carcere, quàm alios debeãt custodire. Itaq; oportet hoc non vnum esse officium, neque continuo ab eisdem fieri, sed vbi est aliquis iuniorũ ordo, aut custodũ, aut magistratuum, deputãdi sunt pro tẽpore alij atq; alij, qui horum officiorum suscipiant curam. Hos ergo magistratus tanquam summe necessarios ponendum est esse primo. Posi hos autem alij sunt magistratus, nec sane minus necessarij, & maioris quidem dignitatis. nã plurima indigent experientia & fide. Tales vero sunt circa custodiam vrbis, & circa illa omnia quæ ordinãtur ad bellicas expeditiones. opus est enim & in pace & in bello permultis. nam & mœnia ciuitatis curãda tuendaq; sunt, & disquisitiones descriptionesq; ciuium agendæ. Alicubi ergo super his plures sunt magistratuis, alicubi pauciores: veluti in paruis quidem vrbibus vnus super omnibus. appellant vero hos prætores vel cõsules. Insuper si sint equites, aut pedites, aut sagittarij, aut turba naualis, super vnoquoq; eorum præfecti quidem statuũtur: appellanturq; præfecti equitum, præfecti legionũ, præfecti nauales. & seorsum sub his præfectus triremis, præfectus cohortis, tribunus militum, & alia huiusmodi particularia. totum vero vna quædam species est, procuratio scilicet rerum bellicarum. & erga huiusmodi magistratum, hoc modo se habet. Cùm vero quidam magistratuum, & si non omnes, pertractent multa negotiorum publicorum, necesse est esse alium magistratum, qui rationes repetat atq; corrigat, ipse vero nihil tractet. vocant vero hos alij correctores, alij rationales, alij scrutatores, alij, curatores. Præter hos vero omnes

* alij agrorũ definitores, alij custodes.

magistratus



magistratus vnus est maxime principalissimus omnium. idem enim plerunque habet finem & introductionem, qui præsidet multitudini, vbi populus dominatur. Oportet autem id quod cogit, summam habere in republica authoritatem. appellant vero quibusdam in locis Pręconsultores ex eo, quia ante deliberant: vbi vero multitudo est, consilium magis. Ciuitatum igitur magistratus ferè tot aliqui sunt. Alia species curationis est circa rem diuinam, ceu sacerdotes, & ædituí circa templa: vt conseruentur quæ sunt, & erigantur ruinosa ædificia, & cætera omnia quę pertinent ad diuinum cultum. Euenit autem alicubi curam hanc esse vnam, vt in paruis ciuitatibus. alibi vero plures separatas à sacerdotio, vt sacrificuli, ac ædituí, & custodes sacrarum pecuniarum. Huic consequens est illa, quæ circa sacrificia publica, quotcunque sacerdotibus lex non committit, sed ex publico fiunt. vocant autem eos qui istis præsunt, alij Reges sacrorũ, alij Pontifices maximos. Necessaria ergo officia sunt circa hæc, vt illa repetamus, circa rem diuinam, circa rem bellicam, circa redditus publicos & impensas, circa forum, circa vrbem & portus & regionem: insuper circa iudicia, & contractus, postulationes, & executiones, & custodias, & super rationibus, & disquisitionibus, & super correctionibus eorum quæ quis gesserit in magistratu, & postremo circa consilia rerum communium. Propria autem earum ciuitatum quæ magis pacatæ atque tranquillæ, sunt, curam facere de mulierum disciplina, de legibus seruandis, de disciplina iuuentutis, de gymnasiorum gubernatione: præterea de ludis gymnasticis ac musicis, & si qua alia huiuscemodi spectacula continget fieri. Horum vero quædam manifestæ sunt non popularia, veluti disciplina mulierum & puerorum. nam pauperibus necesse est vti mulieribus, & pueris tanquam ministris, quoniam seruos non habent. Cumq; tres sint magistratus, per quos assumunt quidam summas potestates, conseruatores legum, & præconsultores, & consilium: conseruatores legum optimatum magistratus est, præconsules tores vero paucorum potentia, consilium autem populare.

De magistratibus ergo, vt in figura, ferè dictum est de omnibus.

# ARISTOTELIS POLITICORVM LIBER SEPTIMVS.

## SVMMA LIBRI.

*De optima vita, ac ciuitate beata. De ciue conuenienti multitudine, rebus maritimis, ciuibus, partibus, distributione, ædificijs, ac locis varijs. De ciuium institutione. De coniugij, filiorum procreatione, victu, ac institutione.*

### *De optima vita, & ciuitate beata. Cap. 1.*

DE optima republica recte quę rere volenti, necessarium est prius determinare, quæ vita sit maxime expetenda: nam si id ignotum sit, necesse est & optimam rẽpublicã ignorari. optime enim agere consentaneum est, qui sub optima reipublicæ disciplina reguntur, ex his quæ sibi assint, nisi quid accidat præter rationem. Quare primo statuendum est, quæ vita sit cunctis, vt ita dixerim, maxime optanda: deinde vtrum publice & priuatim eadem sit, an alia. Putantes igitur multa sufficienter esse dicta de optima vita, etiam in externis sermonibus, & nunc illis vtendum cẽsemus. Nempe aduersus hãc diuisionem nemo vtique refragabitur, q̃ tria cùm sint bonorũ genera, externa, corporis, & animi, ista omnia adesse felici homini oportet. nemo enim felicem diceret eum, qui nullam partem fortitudinis habeat, neq; temperantiæ, neq; iustitiæ, neq; prudẽtiæ, sed timentem etiam circũuolantes muscas. temperantem vero à nulla penitus edendi bibẽdiq; extrema cupiditate, & gratã quadrãtis vnius dilectissimos interficientem. similiter & mente tam stultum atq; ignarum, quasi puerũ quendam vel insanum. Sed ista quidem sic, vt dicta sunt, omnes concederent. Discordãt tamen in quanto atq; excessu. nam virtutis quidam satis habere se putant, quantulumcunq; habeãt: diuitiarum vero atq; pecuniæ, potentiæq; & famæ, & huiusmodi omnium infinitum excessum sequuntur. At vero nos illis dicemus, quia facile est de his etiam per opera ipsa fidem suscipere, cernentes, quia homines acquirunt & conseruant nõ virtutes externis bonis, sed externa virtutibus. Ipsaq; beata vita, siue in gaudio posita est, siue in virtute, siue in ambobus, magis existit moribus & intellectu in excessu ornatis, mediocria vero externa possidẽtibus, q̃ his quibus externis plura possident q̃ opus sit, & qui in illis deficiunt.

ciunt. Quinetiam rõne licet hoc probe intueri. nã externa quidem bona finẽ habent tanquam instrumentum quoddã, omne autem vtile tale est, vt excessus vel nocear habẽti, vel certe nil prosit. At bona animi quõ magis excedũt, tanto magis vtilia sunt: siquidẽ non solum honesti, verumetiam vtilis appellationem tribuere illis oportet. Omninoque patet, ꝙ sequi dicemus dispositionẽ optimam cuiusq; rei ad inuicem, ſm excellum distantiq; illorum, quorum dicimus eas esse dispositiones. Quare, si est anima preciosior corpore et pecuniis, & simpliciter & nobis necessarium est & dispositionem vtriusq; optimã eodem modo illis correspõdere. Insuper animi gratia illa expeti nata sunt, & ita recte sentientes expetere omnes oportet, nõ autem animum gratia illorum. Quòd igitur felicitatis tãtum vnicuiq; cõtingit, quantum virtutis atq; prudentiæ, & quãtum ſm has operatur, confessum nobis existat, teste Deo tretis dicẽte, felicem esse atq; beatum, nõ per aliquid externorum, sed per seipsum, quia talis est ſm naturam. Cùm & bonam fortunam aliud esse ꝙ felicitatem, propter hęc necessarium est. nam externorum quidem bonorum causa est fortuna & casus: at iustus & temperatus nemo à fortuna est, neq; per fortunam. Cõsequens vero est, & ijsdem rationibus cõsentaneum, ciuitatem quoq; beatam esse quæ optima sit, & quę bene agat. impossibile autẽ bene agere eos, qui bona non agant. nulla vero bona actio est neq; viri neque ciuitatis, sine virtute atq; prudẽtia. Fortitudo aũt & iustitia & prudentia ciuitatis eãdem habẽt vim ac formam ns, ſm quas vnusquisq; hominum dicitur iustus, & prudẽs, & temperatus. Sed hæc hactenus premissa sint. neq; enim nõ attingere illa possibile fuit, neq; omnino omnes eorum rationes explicare. nam alterius otij ista sunt. Nũc autẽ supponatur nobis, ꝙ vita optima, & priuatim vnicuiq; & publice ciuibus est cũ virtute, intãtum externis facultatibus adiuta, vt actiones studiosas conficere possit. Sed de his nunc prætermissis, postea considerãdum erit, si quis forsan dictis non acquiescit.

*An eadem sint felicitas, & optima vita. An contemplatiua, an actiua vita sit præferẽda. De optima reipub. dispositione placitis aliorum, & ostẽsio legislatoris.* Cap. II.

VTrum autem eadem sit dicenda felicitas singulorum hominum & ciuitatis, vel nõ eadem, reliquũ est videre. Manifestum vero & hoc: oẽs enim fatererentur esse eãdem. nam quicũq; in diuitijs beatam vitam posuerunt, hi ciuitatem quoq; totam, si opulẽta sit, beatam fatebũtur. Et quicunq; tyrannicam vitam alijs præferũt, hi ciuitatem late dominantem beatissimam esse dicent. Qui vero id vnum per virtutem recipit, is & ciuitatẽ beatiorem dicet, si sit studiosior. Sed hæc iã dicta sunt, quę indigent cõsideratione. Vnũ, nunquid vita illa præferenda sit, quæ versatur in republica & in communi societate, an potius vita pegrina, & à ciuili societate remota. Præterea quam speciem reipublicæ, & quam dispositionem ciuitatis optimam putare debemus, siue ab omnibus experẽda sit cõmunio ciuitatis, siue à quibusdam non, sed tamen à plurib⁹. Cùm vero ciuilis intelligentiæ & speculationis hoc sit opus: non autem circa vnumquodq; expetendum, præteramus. & nos hanc cõsiderationem. nam illud quidem extra propositum esset, hoc autem ſm propositum huius inuestigationis. Quòd igitur necessarium sit illam esse optimã rempublicam, per cuius institutionem vnusquisq; optime agat, & beate viuat, manifestum est. Sed dubitatur etiam ab ns, qui vitam cum virtute maxime eligendam putãt: vtrum vita ciuilis & actiua sit præferẽda, an potius illa vita, quæ sit ab omnibus externis soluta, ceu contemplatiua: quam solam putant quidam esse sapientis. Fere enim has duas vitas, præstantissimi ad virtutem homines anteponere videntur, & antiqui, & recẽtes. dico autẽ duas, ciuilem, & philosophicam. Sed refert non parum, vtrum hoc vel illo modo veritas se habet, necesse est enim illum qui recte sapit, ad melius propositum se disponere, & priuatim vnumquẽq; hominem, & publice ciuitatem. Putant aũt quidã in gubernando alios, si cum dominatu fiat, iniuriã esse summã, si ciuiliter cessare quidem iniuria, sed impedire vitæ tranquillitatem. Alij vero cõtra nec omnino putant ciuilem & actiuam vitam solam esse viri. in singulis enim virtutibus nulli esse maiorem operandi facultatem, ꝙ his qui in reipublicæ gubernatione versantur. Sunt etiam qui alijs dominari, & tyrãnicum reipublicæ modum putant solum esse beatum. & in quibusdam ciuitatibus hic est finis legum, vt finitimis dominẽtur. Itaq; cùm pleraq; constituta passim (vt ita dixerim) iaceant apud pluri mos, tamen si quid vnum leges respiciunt, id cõiectãt omnes, vt ciuitas dominetur. Sicut in Lacedæmone & Creta, ad bellum ferè ordinata est disciplina iuuẽtutis, & legum multitudo. Præterea apud gẽtes omnes, quæ possunt præualere, huiusmodi honorat r potentia: ceu apud Scythas, & Persas, & Thraces, & Gallos.



& Gallos. Quibusdam enim leges sunt ad huiusmodi prouocantes virtutem, vt apud Carthaginẽses ferunt ornatum annulorum accipere pro numero expeditionum, in quibus militauerint. Fuit etiam quãdoq; in Macedonia lex, eum qui nullũ hostem interfecisset, capistro cingi. Apud Scythas vero nõ licebat solẽnibus epulis pateram circũlatam accipere ei, qui nullum occidisset hostem. Apud Hiberos quoq; pugnacem gẽtem, tot obeliscos erigere circa sepulchrum mos est, quot homines ex numero hostiũ necauerit. Et alia apud alios sunt huiusmodi complura, legibus aut moribus cõstituta. Atqui videretur forsan nimis absurdum esse, si quis cõsiderare velit, an hoc propositum esse debeat eius, qui legibus instituit ciuitatem, prouidere scilicet, vt illa dominẽt finitimis, & volẽtibus, & inuitis. Quomodo. n. id ciuile, aut lege sanciendum, quod ne legitimum quidem est: neq; enim legitimum, nõ solum iuste, verumetiam iniuste dominari: subdere vero est, & nõ iuste. Atqui nec in alijs sciẽtijs ita videmus. nec enim medici, neq; gubernatoris est, vel ꝓsuadere ęgrotis & nautis, vel vim afferre. Sed plericq; videtur existimare ciuilem disciplinam esse dominari, & quod in seipsos fieri nollent, hoc in alios facere nõ erubescũt. ipsi pro se iustitiam quærunt, pro alijs vero nulla eis iustitiæ cura est. Hoc autem absurdum, nisi tales sint natura, vt alter dominari debeat, alter nõ. Quòd si est ita, nõ est conandum omnibus dominari, sed illis dũtaxat qui dominabiles sunt. sicut nec venari homines ad mẽsam vel sacrificiũ, sed illud quod venabile est. est autem venabile omne animal, quod sit natura ferũ & esui aptum. Enimuero fieri potest, vt sit ciuitas vna seorsum per seipsam beata, videlicet si gubernetur recte. nam potest esse sita in loco penitus separato, & legibus vti laudabilibus: cuius reipublicæ cõstitutio, non ad bellum neq; ad superandum hostes sit. Patet igitur quòd rei bellicæ studia bona sunt existimanda, sed non vt finis supremus, sed gratia illius. Studiosi autem legũ positoris est cõsiderare vrbem, ac naturam hominum, & omnẽ aliam communionem vitæ laudabilis, quo participent, quãtum fieri potest, felicitatem. Differentia tamẽ erit in quibusdam constituẽdis. & hoc pertinet ad eãdem disciplinam quę est de legibus ponẽdis, videre, si qui sunt finitimi populi, qualia ad quales exercenda sint, & quemadmodum cũ singulis conuersandum. Verum de hoc postea suo loco considerationem faciemus, ad quem finem debeat optima reipublicæ constitutio tendere.

*De controuersia in usu uitæ cum uirtute, dominatu & prestantia uitæ contemplatiuæ.* Cap. III.

AD cõsitentes autem vitam cum virtute esse maxime recipiẽdam, sed cõtendẽtes de illius vsu dicẽdum est nobis ad vtroq; que. Sũt enim qui despiciũt magistratus ciuitatis, putãtes ingenui hominis esse aliã vitam ꝙ ciuilis, & omnibus præferendam. alij vero hãc optimam putant. impossibile enim nihil agẽtem bene agere. bene autem agere ac felicem esse, idem est. Vtriq; eorum quædam dicunt recte, & quædam non recte. nam liberi quidem hominis vitã meliorem esse, quàm in dominãdo occupati verum est. nihil enim egregium est, seruo vti in quãtum seruus. iussus enim domini in rebus necessarijs nihil habet decorum. At putare omnem gubernationem esse dominationem, nequaquam est verum. nõ enim minus distat liberorum gubernatio à dominatione seruorum, ꝙ differat natura liber à natura seruo: de quo sufficiẽter superioribus libris determinatum fuit. Sed laudare magis nihil agere ꝙ agere, nõ est rectũ. nam felicitas actuo est. præterea multorum et præclarorum finem habẽt, iustorum temperatorumq; actiones. Quinimo respondebit fortasse aliquis, ꝙ potestatẽ habere optimum esset. sic enim plurimas ac pulcherrimas res agere posset. Itaq; is qui dominus agẽdi esse potest, hanc facultatem dimittere alijs nõ debet, sed sibi arripere. & neq; filium patris, neque parẽtem filij, neq; amicum amici hac in parte rationem habere. nam quod optimum sit, id nobis ipsis adsciscere debemus. optimũ autẽ est bene agere. Hoc illi forsan recte dicerẽt, si modo existeret afferẽtibus ac violantibus, illud quod esset omnium maxime optandum, sed fortassis id fieri nõ potest, falsoq; hoc supponunt. Non enim amplius bonas actiones illas esse contingit, nisi tantum ipse præstet quãtum vir mulieri, & pater filijs, & dominus seruo. Quare is qui violaret, nihil tantum proficeret postea, quãtum iam à virtute ipsa recessit. paribus enim honestũ & iustum in parte. hoc enim iustum ac par. nõ par autem paribus, & nõ simile similibus, præter naturam est. nihil autẽ bonum, quod sit præter naturam. Quapropter & si alius quidem sit melior ſm virtutem, & ſm potentiam actiuam in rebus optimis, hũc sequi honestũ est, & huic parere iustum: sed oportet illi nõ virtutem solum, verũetiam potentiam existere, per quã sit actiuus. Quòd si hæc vera sunt, & felicitas in bene agẽdo est reponẽda, & publice totius ciuitatis, & priuatim singulorum vita illa erit optima, quæ sit actiua. Verumtamen

mén actiuam non est necessariũ esse ad alios, quemadmodum quidam putãt. neq; eas meditationes solum esse actiuas, quæ gratia eorum fiũt, quæ ex agendo proueniũt, sed multo magis quæ in seipsis perfectæ sunt ac suũp sarum gratia fiunt cõtemplationes & meditationes. bene agere.n. finis est: quare & actio quædã. maxime autem proprie dicimus agere ẽt externis actionibus eos, qui intelligẽtia & cogitatione operibus præsunt, vt architecti. Quinimo neq; sine actione esse necessarium est eas ciuitates quæ positæ sint in solitudine, & ita viuere eligẽtes. fieri enim potest vt partibus inter se agere cõtingat. multæ.n. cõmunicationes adinuicem sunt partibus ciuitatis. Similiter aũt hoc existit vnicuiq; homini. vix enim Deus bene se haberet, & mũdus totus, quibus non sunt actiones externæ præter proprias ipsorum. Quòd igitur necessarium sit eãdem esse vitam optimam priuatim vnicuiq; hominum, & publicæ ciuitatibus, & hominibus, manifestum est.

*Quanta debeat esse multitudo ad conuenientem ciuitatis magnitudinem. Cap. IIII.*

CVm vero ista nunc præmissa sint, ac de alijs rebuspublicis fuerit prius à nobis cõsideratum, de reliquis dicẽdi initium faciamus, quales aliquas suppositiones esse oportet pro ea ciuitate, quę maxime ſm votum sit cõstitutionem susceptura. Neq; enim fieri potest vt optima sit respublica nisi opportunæ assint facultates. ex quo necesse est multa præsupponere quasi optãtes, esse tamen nullum eorum impossibile: dico autem ceu de multitudine ciuium, ac de regione. Vt enim cæteris artificibus, puta textori & nauicylario, materiam subesse oportet aptam ad opificium: nam quãto melior hæc existit, tanto id quod fit ex arte, erit præclarius: sic & gubernatori reipublicæ & legũ positori oportet propriã subesse materiam apte se habentem. Est autem ciuilis facultatis primo videre de multitudine hominum, q̃ multos & quales natura esse oportet. De regione quoq; eodem modo, & quãta & qualis esse debet. Putãt plerique magnam esse debere beatam ciuitatem. id & si verum est, ignorare tamẽ videntur qualis magna & qualis parua dicẽda sit ciuitas: existimãt enim magnã ex numero habitãtium. Sed oportet non tantũ ad numerum, sed magis ad potẽtiam respicere. est enim ciuitatis opus quoddam quare quę maxime id efficere potest, hãc existimandũ est esse maximam ciuitatem. ceu Hippocratem, nõ hominem, sed medicum quis diceret esse maiorẽ quàm alium, qui magnitudine corporis eum excedat. Quinimo si ex multitudine iudicandum sit, nõ ex quauis multitudine id est existimandum: necesse est enim forsan in ciuitatibus esse seruorum, & inquilinorũ, & hospitũ grandem numerum, sed ex ijs qui sunt pars ciuitatis, & ex quibus ciuitas cõstat, horum enim præcellens multitudo signum est magnæ ciuitatis. ex qua vero ciuitate operarij quidem permulti exeunt, bellatores autem pauci, hãc impossibile est esse magnam. non enim idem est magna ciuitas & populosa. quinetiam re & effectu patet, quia difficile est & forsan impossibile, vt quę nimium populosa sit ciuitas, optime gubernetur. Earum certe quæ bene gubernari dicũtur, nullam videmus in populosam multitudinem esse diffusam. Patet etiam ex rationum fide. nã lex ordinatio quædam est, & bonam legis positionem necessariũ est esse bonã ordinationẽ. at multitudo nimium magna nõ potest recipere ordinationem. diuinæ enim potẽtiæ id opus esset, quæ & hoc totum cõtinet, cùm & bonum quidẽ in multitudine ac magnitudine cõsueuit fieri. quapropter & ciuitatem illam, cuius cum magnitudine dictus terminus existit, optimam esse necesse est. Sed est quædam mẽtura magnitudinis ciuitati, quẽadmodũ & aliorum omnium, animalium, plãtarum, instrumentorũ. nam horum singula, neq; parua nimiũ, neq; magnitudine excessiua suã potentiam retinebunt, sed aut destituta erũt omnino à natura, vel male se habebũt. Ceu nauis vnius palmæ non erit penitus nauis, neq; duorum stadiorum: sed si processerit ad aliquam magnitudinem, quandoq; propter paruitatem male faciet nauigationem, quãdoq; propter excessum. ita & ciuitas, si ex nimiũ paucis sit non est per se sufficiẽs: sin ex nimium multis, suffi ciens quidẽ in necessarijs erit vt gẽs, sed non vt ciuitas. rẽpublicam enim nõ facile est in illis constitui. nã quis dux esset tam excessiuæ multitudinis, aut quis preco non stentorius? Quocirca necesse est primã esse ciuitatẽ illã, quæ ex ea multitudine constat, quæ multitudo prima per seipsam sufficiẽs sit ad bene viuendum in ciuili societate. recipitur vero, vt ea quæ multitudinẽ hanc excedit, sit maior ciuitas: sed hoc non est, vt diximus, infinitum. Quæ vero sit huius excessus determinatio, ex opibus intelligi faciliter potest. sunt enim actus ciuitatis imperãtium atq; parẽtium. imperãtis quidem opus est iubere ac iudicare: ad iudicãdum vero ſm iustitiam, & ad magistratus demãdandos ſm dignitatem, necessarium est, vt se inuicẽ cognoscant ciues quales sint. quare vbi hoc non fieri contingit, necesse est vt male res procedãt circa magistratus demandandos, & circa iudicia. In vtroq; certe horum, nequaquam est temere procedendum: quod in nimia multitudine manifeste cõtingit. Insuper hospitibus & inquilinis facile est ad rempublicam aspirare, cùm nõ difficile sit in tãta hominum multitudine latere. Patet igitur q̃ est optima determinatio ciuitatis, vt sit maximus multitudinis excessus, quæ sit per se sufficiens ad viuendum, & facile inter se cognosci possit. De magnitudine ergo ciuitatis determinatũ sit in hunc modũ.

*Optimæ regionis, & situs urbis conditiones. Cap. V.*

DE regione autem eadem ferè dici possunt: nam qualis esse debeat, clarum est q̃ sufficientissimam omnes laudabunt. Hanc autem necesse est teracẽ esse omnium. nam omnia in seipsa habere et nullius indigere, sufficientis est. Multitudinem vero ac magnitudinem tantam, vt queat habitatores ociosos nutrire, liberaliter simul temperateq; viuentes. Hoc autem vtrum bene vel non bene dicatur, postea diligentius erit considerãdum, vbi de possessionibus & facultatibus mentionem fieri continget, qualiter & quemadmodũ se habere erga vsum ipsum oportet. Permultæ enim circa considerationem istam dubitationes cadũt, propter trahentes in vtrãq; partẽ vitæ excessum, alios ad tenuitatẽ, alios ad largitatem. Formam vero regionis non est difficile præscribere, credendũq; est in quibusdam, rei militaris peritis assertẽtibus talem esse oportere, vt ab hostibus quidem non facile inuadi possit ciuibus autẽ facilis sit in aliena egressio. Præterea vt hominum multitudinem facile inter se cognosci posse diximus oportere, sic etiam regio sit subiecta conspectui, id est vt cognosci, & succurri faciliter possit. Vrbis autem situs, si formanda nobis illa est secundum votum, opportune, & ad terram, & ad mare debet iacere. Vna iam determinatio præmissa est, oportere ad auxilia ferenda cõmunem esse locorum omnũ. Vnde quoq; afferenda altera, ad importationem fructuum. Præterea ad lignorum materiem, & ad, siquid aliud simile opificium regio in se habeat, facilem aduectionem.

*An communio maris turba nautica, & naualis potentia ciuitatibus recte institutis expediat, uel nc. Cap. VI.*

COmmunio autem maris, vtrum vtilis sit ciuitatibus vel damnosa, permultæ sunt disceptationes. Nam & frequentare aduenas quosdã, alienis educatos legibus, mutile putant ad rectam ciuitatis disciplinam. & turbam popularem multiplicari ex vsu maris, transmittentibus ac recipientibus negociatorum multitudinem, contrarium esse dicunt rectæ ciuium institutioni. Quòd igitur, si ista non contingant, melius sit & ad securitatem & ad copiam rerum necessariarũ, communione maris habere vrbem & regionem, non est obscurum. nam ad facilius fugiendum hostes, peropportuna facultas succurrẽdi auxiliãdiq; suis terra & mari esse debet, & ad nocendum inuadẽtibus. si nõ vtrinq; possibile, at altera ex parte magis existit ambarum participantibus. Et quæ apud eos nõ existũt, importari. & quæ superabũdãt, deportari ex necessarijs est. sibi enim ipsi mercabilẽ non alijs ciuitatem esse oportet. Qui autem omnibus mercatum apud se præbẽt, hi faciunt quęlibus cupiditate. q̃ si non expedit ciuitati hanc cupiditatem habere, neq; mercatum certe huiusmodi debet recipere. Nam & nunc quidem videmus multis regionibus & ciuitatibus stationes ac portus opportune facere: vt neque intra vrbem sint, neque valde distantes, muriscq; circundari, & alijs huiusmodi munitionibus. Clarum est enim, quòd si quid boni proueniet ex tali communione, ciuitas id bonum suscipiet: sin aliquid mali, cauere ab eo facile erit per leges iubentes ac determinantes, quos oportet, & quos non oporteat inuicem admisceri. De nauali autem potentia, quòd melius sit eam habere vsque ad aliquam quantitatem, manifestum est. non solũ enim sibiipsis, sed & finitimis quibusdam oportet & auxiliari posse, & esse terrori, quẽadmodum terra sic etiam mari. Magnitudo autem & multitudo huius potentiæ, ad mores ciuitatis erit accommodanda. nam si ea fuerit ciuitas, quæ magnam præstantiam authoritatemq; habere consueuerit, necessarium erit hanc potentiam rebus esse conformem. Turbam vero nauticam, & huiusmodi hominũ multitudinem, nõ necessarium est ciuitatibus existere. nulla enim ciuitatis pars huiusmodi homines esse debent. Nam pugnatores qui naues conscendunt, ingenui sunt homines. terra quoque militare consueti, hi præsunt nauali turbæ & imperant. Existente vero multitudine tenuis fortunæ hominũ, qui circa nos habitant, & agricolarum qui in regione rem rusticam exercent, necessarium est abundantiam esse nauarum. Videmus etiam nũc istud fieri in quibusdam ciuitatibus, ceu in ciuitate Heracleotarum

tas enim implent triremes, vrbem possidentes magis exiguam quàm cæteri. De regione igitur,& portubus, & vrbibus, & mari,& nauali potentia,in hunc modum determinatum sit. De multitudine quoque ciuitatis, quam determinationem habere decet, prius diximus.

*Quales debeant esse natura ciues, de quo laudantur Græci, & quales urbis custodes.* Cap. VII.

NVnc autem quales natura ciues esse oportet, a nobis dicetur. Forsan vero id deprehendet quis, si inspiciat ad ciuitates Græcorũ, quæ bene gubernari dicuntur. & ad totum terrarum orbem, vt a gentibus varijs incolitur. Nã quæ frigidas regiones incolunt gẽtes,& quæ per Europam, animo quidem abundãt,ingenij vero & artificij parum habent: quapropter in libertate magis perseuerant. disciplinam vero reipublicæ difficulter recipiunt, ac finitimis dominari non possunt. Quæ vero Asiam incolunt, ingenio & arte abundant sed animositatem non habẽt: propter quod & parere dominantibus,& seruire perseuerãt. At Græcorum genus vt media regionem locorum fortitum est, sic et amborum est particeps. nam & animosum et ingeniosum est. Ex quo fit, vt in libertate degat,& disciplinam reipublicę optime recipiat, & vnius reipublicæ cõstitutionem fortitum, imperare omnibus possit. Eandem quoq; differentiam habẽt Græcorum gentes inter se. quædam enim habent naturã ad vnum illorum: quædam vero permixtæ ac temperatæ sunt ad vtranq; illarum potentiarũ Patet igitur,q; oportet & intelligẽtiam & vigorẽ animi natura existere illis, qui futuri sint idonei, quos legũ positor ad virtutẽ instituat. Nam quod de custodibus aiunt quidam opus esse, vt benevoli sint erga notos, erga ignotos vero infesti, vigere animi est qui benevolẽtiam facit. Illa est enim potentia animæ, per quam amamus ac benevoli sumus. cuius rei signũ est,q; magis irritatur animus cõtra familiares & amicos, ij contra ignotos, si contemptum se putet. Quapropter Archilochus recte cũ amicos incusaret, ad alium loquitur inquiens. » Non tu quidem ab amicis lanceis transfixus es: Quod dominatur & q; libertatem seruat, ab hac potentia animi exsistit: dominãs enim & inuictus est animus. Nec bene se habet dicere, q; aduersus ignotos debent esse infesti: nam aduersus neminem tales esse oportet. neq; sunt magnanimi homines natura infesti, nisi contra inuriantes. Hoc autem magis contra notos familiaresq; patiuntur, quod dictum est prius, si iniuriatos sibi existimãt. Et hoc non sine ratione cõtingit. à quibus enim deberi sibi beneficium expectant, ab eisdem non solum priuari beneficio, sed insuper lædi se putant. Vnde in prouerbio dicit, Fratrum » contentiones & iræ sunt acerbissimæ. & qui » se nimium amant, hi se nimium oderunt. De » hominibus igitur qui in republica futuri sint, & quot esse oportet,& quales natura,& de regione,quantam, & qualem, terè determinatum est.non enim eadem certitudo quærenda est,in his quæ per rationes, & in his quæ fiunt per sensum.

*Quòd non omnia, sine quibus ciuitas stare nequeat, sint eius partes, & quæ sint ipsius partes propriæ.* Cap. VIII.

CVm vero vt aliorum secundum naturam consistentium,non hæ sunt partes totius consistentiæ,sine quibus totũ esse non potest:palam quòd nec ciuitatis ponendum est esse partes,quecũq; ciuitatibus existere necessario oportet, nec alterius cuiusq; communionis,ex qua fit vnũ aliquod genus. Vnum enim quid & cõmune esse debet cõmunicantibus,siue æquale,siue inæquale suscipiãt:ceu siue alimentum id sit,siue agri quantitas, siue aliud tale.sed quãdo hoc gratia huius, hoc autem nõ gratia, nihil in his commune: sed aut huic quidem facere, huic autem accipere. dico autẽ velut organo omni ad id opus, quod fit & opificibus. Domui enim ad ædificatorẽ nihil est quod fiat cõmune,sed est domus gratia ædificatorũ ars. Quapropter possessione quidem indiget ciuitas: nulla tamẽ pars ciuitatis est possessio. multa vero aiata sunt possessionis partes. Ciuitas autem communio quædam est similium gratia vitæ,vt maxime fieri potest optimæ.Cùm vero sit felicitas optimum,ipsa aũt virtutis operatio,& vsus quidam perfectus: contingat autem ita vt aliqui illius recipiant participationem, alij parum aut nihil, manifestum est quòd hæc est causa, quare ciuitatis species & differẽtiæ existunt, pluresq; rerumpublicarum formę.per aliam enim modum, & alijs vijs singuli hoc appetentes, & alios viuendi modos fecerunt, & alias reipublicæ disciplinas. Considerandum autem est, quot sint illa, sine quibus ciuitas esse non potest.nam quas dicimus esse ciuitatis partes, eas necessarium est in istis esse.Capiendus est igitur operum numerus: ex his enim id apparebit. Primum igitur debent existere alimenta. Deinde artes: multis enim instrumentis,indiget vita. Tertiũ arma.

nam



nam qui simul in cõmunione viuunt, necessarium est in ipsis habere arma, quibus & magistratibus parere inobedientes compellantur,& quibus vis propulsetur externa.Præterea pecuniarũ habẽdarum facultas quædam, quo illas habere possint & ad proprias indigentias,& ad bellum. Quintum ac primum, circa rem diuinam cultus,quod vocant sacrificium. Sextum,quod est omniũ summe necessariũ,iudicium pro vtilitate & iustitia contrahentium.Hæc sunt igitur opera,quibus indiget ciuitas omnis. est enim ciuitas multitudo non quæcunq;, sed illa quæ ad vitam per se sufficiẽs sit,vt diximus.Si vero aliquid horum deficiat,impossibile est simpliciter per se esse sufficientẽ huiusmodi societatem. necessarium est ergo his operibus ciuitatem cõstare.Esse igitur oportet multitudinem agricolarum,qui victum conferant, & artifices,& pugnatores,& locupletes, & sacerdotes,& iudices necessariorum atq; vtilium.

*Quæ ciuitatis partes quibus hominum generibus conueniant.* Cap. IX.

HIs determinatis, reliquum est considerare, vtrum omnes cõmunicare debẽt horum omnium (fieri enim potest, vt ijdem ipsi sint & agricolæ,& artifices,& cõsultores, & iudicantes) vel in vnoquoq; opere supra dictorũ alios ponendum est,vel quædam esse propria,quędam vero cõmunia necessarium est. Sed non in omni republica hoc, vt diximus,cõtingit. nam fieri potest, vt omnes participent omnium,& nõ omnes omnium, sed quidam quorũdam. hæc enim faciũt rerumpublicarum varietatem. nã in populari quidem participant omnes omnium: in paucorum autẽ potentia contrarium est. Cùm autem consideratio nostra sit de optima republica, ea vero est, per quam ciuitas esset maxime felix, felicitatem autem, quòd sine virtute impossibile est existere primo diximus, manifestum,quòd in ciuitate quæ optime gubernetur, & quæ iustos habeat ciues simpliciter, ac non ad suppositionem,neque artifices, neque mercatores ciues esse oportet: vilis est enim huiusmodi vita,& virtuti aduersa. nec certe agricolas esse oportet eos,qui futuri sint ciues.quies est.n.quiete & otio ad virtutem comparãdam,& ad rempublicam gerendam. Cùm vero hi supersint qui bello intendunt,& qui consultãt de vtilibus,& iudicant de iustis & nõ iustis, qui quidem maxime videtur partes ciuitatis, vtrum & hos esse alios ponendum sit,vel eisdem hominibus ambas partes tribuendum? Clarum est,quòd quodam modo eisdem,& quodã modo alijs. quã enim alterius vigoris vtriq; opus,& alterum prudentia, alterum viribus indiget,alijs. quã vero ipossibile est, eos qui afferre vim & prohibere hos possunt, subiectionem pati temperi,eisdem.qui enim armorum domini sunt, ijdem etiam sunt domini status, vel mutationis reipublicæ. Restat igitur, vt eisdem quidem ambobus respublica tradatur, nõ simul quidem,sed vt natura fert. Vires quidẽ in iuuenioribus sunt,prudentia vero in senibus. sic inter eos distribui,cõmodum est,& iustum esse videtur.habebit.n.hæc distributio id,quod est secundum dignitatem. Atqui possessiones quoq; circa hos esse oportet. necesse est enim facultates adesse ciuibus hi autem sunt ciues. nam turba quidem vrbana vilium ministrorum nulla pars est ciuitatis,nec aliud genus quodcũq;,quod non sit virtutis effector. Patet hoc ex eo quod præmisimus. felicitas enim necesse est, vt per virtutẽ hat. felicẽ vero dicere ciuitatem debemus,non ad partem aliquam eius respicientes,sed ad omnes ciues. Manifestum igitur quòd horum esse possessiones oportet: siquidem necesse est agricolas esse seruos, vel Barbaros, vel ministros. Reliquum est ex his qui supra numerati sunt, genus sacerdotum esse, quorũ institutio manifesta est.neq; enim agricola,neque artifex, neq; vilium exercitiorum quisquã sacerdos est deputãdus. honos enim Dijs est à ciuibus impendendus. Sed cùm distincti sint ciues in partes duas, hoc est in eos qui arma tenẽt,& in eos qui consultãt, & decẽs sit Dijs cultum exhibere, & requiẽ suscipere eos, qui pro tempore in his laborauerunt ac defessi sunt, his vtiq; esset sacrorum cura demandanda. Quę sint igitur,sine quibus ciuitas stare nõ potest, & quot sint ciuitatis partes, dictum sit. Agricolas enim & artifices, & omne ministerium ciuitatibus existere necessarium est. Sed partes ciuitatis sunt qui arma tenent, & qui consultant. & separatum est vnumquodq; istorum: hoc quidem semper, hoc vero secundum partem.

*De distributione ciuitatis,confessionibus,partitione regionis,cultoribus,& agricolis.* Cap. X.

VIdetur autem nõ nunc neq; paulo ante hoc notum fuisse his, qui de republica philosophantur, quòd per genera sit ciuitas distinguenda: & pugnatorum genus aliud

esse, aliud agricolarum. nam & in Aegypto vsq; ad hoc tempus, in hūc modum se habet, & in Creta. in Aegypto quidem Sesostri legem ferēte, in Creta vero Minoe. Antiqua videtur etiam comessationū institutio. quod in Creta factum est Minoe regnāte: sed multo prius hoc in Italia q̄; in Creta constitutum fuit. Tradūt enim periti homines illorum locorum, tuisse Italum quendam Oenotriæ regē, à quo mutato nomine pro Oenotris Itali sunt vocitati. oramq; illam maritimam Europæ, quæ est inter Scyllaticum & Lameticum sinum (distant vero hæc loca inter se meridiei iter) Italiæ nomen primo cœpisse. Hūc ergo Italum tradunt agriculturam Oenotros docuisse, cùm prius essent pastores vagi, ac palantes, illisq; leges posuisse, & comessationes instituisse primum. Quapropter etiam nunc quidam illorum populorū comessationibus vtūtur, & legibus quibusdam ab illo positis. Incolebant autem eā Italiæ partem, quæ ad Tyrrheniam versa est Opici, qui nunc Ausonij nominantur. Alteram vero partem quæ ad Iapygiam & Ionium pertinet, incolebant Chaones, Syrtim appellatam: & ipsi quoq; ab Oenotris orti. Inuentio igitur comessationum hinc primum exstitit. Diuisio autem ciuitatis p genera apud Aegyptū incœpit. Sesostratis enim multis tēporibus ante fuit, quàm Minos in Creta regnaret. Et alia ferè credendum est eodem modo inuenta fuisse multoties in longo tēpore, immo vero infinities. Nam quæ necessaria sunt ad vsum vitæ, indigentiam ipsam excipiunt: & cum sit rationabile est: & illis repertis additamenta postmodum facta fuisse, ad expolitiorem victūs formā. quod eodem modo in cōstitutione rerum publicarum accidisse credēdum est. Esse vero cuncta vetusta, signum est, q̄ Aegyptiorum quorum antiquitas maxima putatur, leges habuerunt, & ciuilem institutionem. Quapropter vtendum est ijs quæ sufficienter tradita sunt, & quæ deficiunt reperire conādum. Quod igitur agri & possessiones eorum esse debent qui arma tenent, quiq; partes sunt ciuitatis, dictum est: & qua de causa cultores illarū alios esse oportet, & quanti & qualis debet esse regio. De distributione vero ipsius regionis, & qui, & quales debent esse cultores, dicēdū est. Quandoquidem nec communes omnium censemus esse debere possessiones, vt quidam tradidere: sed vtilitate immutabili cōmunes fieri, neq; deesse vlli ciuium alimenta. De comessationibus videtur quoq; omnibus vtile esse, vt assint bene instructis ciuitatibus. Quam vero ob causam nobis quoq; idē videatur, postea dicemus. Oportet autem ciues vniuersos ad earum communionem admitti. at non facile est, vt qui pauperes sint, cōtribuere statutam pensionem ex proprio possint, & cæterā domum gubernare. Præterea in sacrificijs, cultuq; deorum sumptus cōmunes esse debent totius ciuitatis. Est igitur necessarium in duas partes regionem diuidere, & aliam esse publicam, aliam priuatorum. Vtraq; illarum partium rursus diuidenda est: illius nanq; partis quam publicā esse debere diximus, vna pars deorum cultui deputanda est, altera vero ad comessationum impensam. Rursus vero priuati agri pars vna ad proprias necessitates est deputanda, altera vero ad ciuitatem: vt duabus sortibus vtriq; distributis, amborum locorum omnes participes sint. æquum enim & iustum ita se habet, & ad finitima bella concordantius. Vbi enim hic modus non seruatur, alij faciliter prosiliunt ad finitimorum inimicitias: alij nimium illas refugiunt, & cōtra dignitatem. Quamobrem apud quosdā lex est, vt qui agros habent vicinos, hi non admittantur ad consilium belli aduersus illos suscipiendi, quasi ob priuatā sui causam recte consilium dare non valētes. Agrorum igitur per hunc modum facienda partitio est, ob causas ante dictas. Cultores autē ipsi, maxime quidem si fm votum optandum est, serui esse debent: neq; omnis vnius generis, neq; animo elati. ita & ad faciendum opus vtiles forent, & nihil noui ab eis metueretur. Secundo autem loco Barbari ministri, natura similes his quos supra diximus. Horum autem in priuatis quidem agris & ipsi priuatorum domino rum sint, in publicis vero publici. Quemadmodum autem seruis vtendum sit, & quāre melius est omnibus seruis præmium libertatis esse propositum, postea dicemus.

*De situ urbis, locis in ea ad diuersa accōmodatis, priuatis ædibus, mœnijs, & ipsius ornatu. Cap. XI.*

VRbs aūt q̄ terræ marisq; particeps esse debet, & q̄ ad totā regionē similiter debet esse cōmunis quantū fieri pōt, dictum est prius. Ipsius aūt ad seipsam, optandum est positionē sortiri, ad quatuor respiciētes. Primū ad sanitatem. ad oriētem. n. Solem conuersæ vrbes, & ad eos vētos qui inde perflant, salubriores sunt: secundo loco quæ sunt fm Boream sitæ. hæ nāq; sunt ad hyberna potiores. In reliquis vero, vt ad ciuiles res & ad bellicas opportune se habeat: ad bellicas quidē, vt facilis sit ciuibus in aliena egressio, hostibus aūt difficilis aditio, ac difficilis circūdatio. Aquarū aūt & stagnorū abūdantiā habeat, maxime naturalem. quòd si naturalis deficiat ex aqua pluuia cisternę & lacus, qui magnā vim aquarum suscipiāt, comparētur, ita vt deesse aqua, si quando obsiderētur, nunquam possit. Sed cùm oporteat de sanitate habitātium curam habere, hoc autem sit primum in situ & qualitate loci, secundū in aquarū salubritū vsu, in ea quoq; re est diligentia merito adhibenda. Quibus enim plurimū & frequentissime vtimur ad corpus, ea plurimum important ad sanitatem. aquarum autem & vētorum potentia talem habēt naturam. Quapropter in ciuitatibus quæ recte sapiunt, distinguendus est aquarum vsus, si non omnes sunt pares, nec abundantia sit earum aquarum, vt aliæ seorsim aquæ ad cibum & potum, aliæ ad alia indigentiam deputētur. Loca autem munita, non pariter cunctis ciuitatibus vtilia sunt. vtputa arx ad dominationem vnius, vel pauco rum. in populari vero viuendi modo, æqualitas loci. in optimatū vero gubernatione, neutrum istorū, sed magis loci plures ardui. Priuatarum autem domorum forma gratior & cōmodior ad cæteras res existimatur fm nostrorum istum Hippodamium morem: sed ad securitatē tutelamq; ciuitatis vtilior erat antiquorum ædificatio. habent enim illorum ędificia inextricabiles aditus, ex quibus nisi consueti cuadere vix possunt, & insertubiles latebras, siqui aggrederentur: ex quo vtriusq; horum participare debent. potest enim hoc fieri, si quis ita disponat, vt solent agricolæ ilices, quos vocāt quidam vinearum tramites. Et totam vrbem nō facere penetrabilem, sed partes quasdam & loca. sic enim ad securitatem, & ad ornatum se bene habebit. Mœnia vero qui dicunt non oportere adesse ciuitatibus illis, quæ virtutem possideant, nimiū prisce loquuntur: & hoc vidēt per experiētiam reprobatum in ijs ciuitatibus, quæ sibi id ad gloriam iactabant. est enim ad pares ac non multo excedentes multitudine, non satis decorum per mœnia seruari velle. sed cùm aliquando cōtingat & fieri possit, vt multo maior hominum multitudo, & maiori virtute superueniāt, si saluos esse oportet, neq; perire, neq; contumelijs affici, firmissimam munitionem murorum putandum est opportunissimam esse in bello: præsertim hoc tempore, in quo tormenta & machinæ ad obsidiones vrbium cum omni subtilitate sunt adinuenta. Simile est enim ciuitatem non circūdandam mœnibus cēsere, & regionem facilem ad inuadendum quærere, & desiderare montuosa loca, & priuatis domibus nō circundare parietes, quasi viles futuri sint habitatores. Atqui ne id quidē latere oportet, q̄ qui mœnibus circūdantur, eis licet in vtranq; partem vti vrbibus, & tāquam muros habentibus, & tanquam non habētibus: sed eis qui mœnia non habent, non licet. Si ergo per hunc modum se habet, non solum mœnia circūdanda sunt vrbi, verumetiam curandum vt & ad ornatum ciuitatis se habeant decenter, & ad bellicas opportunitates, tum alias, tū ad illas quæ nunc repertę sunt. Vt enim aggressoribus cura est quibus modis vincant, ita quędam iam reperta sunt, quædam inuestigare atq; philosophari oportet eos qui defendūt. principio enim non aggrediuntur eos qui bene se præparauerunt expugnare.

*De ædibus sacris, foris, & locis comessationum. Cap. XII.*

CVm vero multitudo ciuium in comessationes distributa esse debeat, mœnia vero sint præsidijs quibusdā, & turribus per opportuna loca interpositis munienda, clarū est, q̄ res exigit aliquas comessationū, in illis ipsis præsidijs collocari. & hæc quidē per hūc vtiq; modum videtur constituenda. Aedes vero Deorū, ac principalissimę magistratuū comessationes, idoneum locū habere debēt, & eundem sacra quoteūq; lex nō separat, aut responsum oraculi. Esset aūt talis locus quis quis supereminētiam haberet & ad edēdam virtutem sufficienter, & ad vicinas partes ciuitatis excellenter. Decet autem sub hunc locum cōstructionem fori esse talem, qualis est in Thessalia eius quod liberum vocant, id est quod debet esse purum ab omni mercatu, & neq; opifices, neq; agricolas, neq; alios vllos tales illi appropinquare, nisi à magistratibus vocarentur. Esset vero hic locus gratior, si & gymnasia seniorū in eo sint cōstituta. decet. n. fm ætates distribui hūc ornatum, & in iunioribus magistratus quosdam versari, seniores aūt magistratibus assistere. præsentia. n. magistratuū ante oculos posita gignit verā reuerentiam, liberalēq; pudorem. Venalium autem rerum, aliud forum esse debet & alio loco situ, accessu facile, quo & à terra & à mari facilis sit importatio omnium. Cùm vero multitudo ciuium diuisa sit in sacerdotes & magistratus, decens est sacerdotibus circa ædes sacras esse comessationes institutas. Magistratuum autem quicunque de contractibus ius dicunt, & qui accusationibus cognoscunt, & qui circa vocationes in ius, & aliam huiusmodi administrationem intendunt. & insuper qui ædilitatis & vrbanarum rerum curam gerunt, iuxta forum in loco celebri,

communiq; ſunt comeſſationes ſtatuendæ. talis eſt locus illius fori, in quo neceſſaria venundantur. nam alterum illud forum ſuperiori loco ſitum, debere eſſe diximus ociosum. hoc autem ad negocia rerum deputari. Hūc eundem ordinem in regione quoq; imitandum eſſe dicimus. ſunt enim magiſtratus quidam apud ruſticos, quos alij ſyluarū cuſtodes, alij rectores appellant: quibus & loca ad cuſtodiam regionis, & comeſſationes ſunt iſdē in locis cōſtituēdæ. Templa quoq; per regionem diſtributa eſſe debēt, partim Diis, partim heroibus. Sed immorari nunc circa iſta ſuperfluum eſt, cùm ſint illa nō difficilia cognitu, ſed magis factu. dicere enim, voti eſt: euenire autem, fortunæ. Quapropter circa talia inſiſtere, ad præſens omittamus.

* agricenſores.

*In quibus bene agere conſiſtat. De felicitate, & de iis quibus homines ſiunt ſtudioſi.*
Cap. XIII.

DE republica aūt ipſa, ex quibus & quabus conſtare debet ciuitas, quæ beata ſit futura, & recte gubernari, dicendum eſt. Duo ſunt, in quibus omnis cōmendatio bene agēdi conſiſtit. vnum, vt propoſitum ac finis agēdi recte ſubiaceat: aliud, vt eas, quæ ad illum finem ferant, actiones inueniamus. Fieri enim poteſt, vt & concordēt hęc inter ſe, & diſcordēt. nam quādoq; illud ad quod intenditur, recte facet: ſed in actionibus per quas illo potiri credimus, aberratur. quandoq; aūt omnia ad finē diriguntur: ſed finis ipſe eſt prauе poſitus. quandoq; etiam in vtroq; eſt error, veluti circa medicinam. neq; enim quale aliquid eſſe oportet ſanum corpus, recte iudicat interdum, neq; ad ſubiectum ſibi finē opera diriguntur. Oportet autem in artibus & ſcietijs hæc vtraq; obtinēri, finem, & eas quæ ſunt ad finē actiones. Quòd igitur bene viuere ac felices eſſe omnes cupiūt, manifeſtū eſt. ſed alijs poteſtas eſt adipiſcēdi, alijs non, propter fortunam aliquam, vel naturā. opus eſt enim adiumētis quibuſdā ad bene viuendum, minoribus quidem illis, qui melius diſpoſiti ſunt, maioribus autem, qui perius. alij vero, ſtatim non recte quærūt felicitatē cùm poſſint. Cùm aūt propoſitum noſtrum ſit optimam rempublicam videre: ea vero eſt, per quam ciuitas optime gubernetur: optime autem gubernatur, ſi felicitatem maxime recipiat: manifeſtum eſt, q; quid ſit felicitas latere non debet. Diximus autem in Ethicis, ſi modo illorum librorū vtilitas vlla eſt, operationem eſſe, & vſum virtutis perfectum, & hunc nō ex ſuppoſitione, ſed ſimpliciter. Duco aūt ex ſuppoſitione, quæ neceſſaria ſunt: ſimpliciter autem, quod in ſeipſo commendationem habet. veluti circa res iuſtas iudicare, punire, ſupplicio afficere à virtute quidem eſt, ſed ex neceſſitate, commēdationemq; habet ex cōpulſione. eligibilius nanq; foret nullo tali indigere, neq; hominem neque ciuitatem. At enim ad honores & opes, ſimpliciter ſunt optimæ actiones. nam alterum quidem illud mali alicuius electio eſt: hæ autem contra, effectiones enim bonorum ſunt, & generationes. Studioſus enim vir, & paupertate, & morbo, & alijs fortunæ aduerſitatibus laudabiliter vtitur: verumtamen felicitas in contrarijs exiſtit. nam & hoc determinatum fuit in Ethicorum libris, quòd talis eſt ſtudioſus, cui per virtutem bona, ſunt ſimpliciter bona. patet autem, quòd & vſus iſtos neceſſarium eſt ſtudioſos & bonos eſſe ſimpliciter. Quapropter exiſtimant homines, externa bona cauſam eſſe felicitatis: ceu ſiquis bene pulſandi cauſam putat eſſe lyram magis quàm artem. Neceſſarium eſt ergo ex his quæ dicta ſunt, alia ſubeſſe, alia parare legis poſitorem. ex quo ſecundum votum optamus conſtitutionē ciuitatis in his, quorum domina eſt fortuna: dominam enim illam poſuimus. ſed ſtudioſam eſſe ciuitatem, non eſt fortunæ opus, ſed ſcientiæ ac electionis. At ſtudioſa ciuitas eſt, vt ciues qui in republica verſantur ſint ſtudioſi. nobis aūt omnes ciues participes ſunt reipublicæ. Hoc igitur conſiderandum eſt, quo modo fiant ſtudioſi. nam ſi cōtingat omnes eſſe ſtudioſos, non aūt ſingulos ciuium, ſic foret optabilius: ſequitur enim ad ſingulos eſſe, & omnes eſſe. Atqui boni quidem et ſtudioſi fiunt propter tria. Sunt autē hęc tria, natura, mos, & ratio. etenim naſci oportet primum, ceu hominem, & non aliud animal: & ſic qualem aliquem ſecundum corpus & animam. Quædam etiam naſci nulla vtilitas eſt: mores enim mutari faciunt. nam aliqua per naturam ad vtrunque apta, per mores ad peius vel ad melius conuertuntur. Cætera igitur animalia maxime viuunt ſecundum naturam, parum vero aliquid & ſecundum mores. homo autem & ſecundum rationem: ſolus enim rationem habet. Ita oportet hæc ſimul concordare. multa enim præter mores, & præter naturam agunt homines propter rationem, ſi perſuadeatur melius eſſe aliter agere. Natura igitur quales eſſe oportet eos, qui legum poſitori ſint pariturі, determinatum eſt prius. reliquum opus eſt iam diſciplinæ: quædam. n. aſſueſcendo diſcuntur, quædam audiendo.

Quos



*Quos oporteat eſſe imperantes, & parentes, eoſdem ne ad diuerſos: pariter & ipſorum diſciplinam. Et ad quæ reſpicere debeat legum poſitor, ac de quibus ipſe non laudatur.* Cap. XIIII.

CVm vero omnis ſocietas ciuilis conſtet ex imperantibus & parētibus, hoc iam conſiderandum eſt, vtrum alios eſſe oportet qui imperant, & alios qui parēt, an eoſdē pervitā. patet enim quòd & diſciplina ſecundum hanc diuiſionem ſequi debebit. Si ergo tantum differrent alteri ab alijs, quantum Dij & heroes ab hominibus differre putātur, vt primū ſtatim corpore, ac poſtea animo longe antecellerent, ac manifeſte indubitateq; appareret eorum ſupereminētia, clarum eſt quòd ſemper eoſdem iſtos melius foret imperare, alios vero parere. Sed cùm facile non ſit hoc repire, nec ſic (vt apud Indos Scylax eſſe ait) reges tātum à populis differre: manifeſtum eſt, quòd propter multas cauſas neceſſarium eſt, vt omnes ſimiliter participes ſint viciſſim imperandi & parendi. æquum enim idem ſimilibus: & difficile eſt ſtare rēpublicam, quæ conſtituta ſit præter iuſtitiam. cum illis enim, qui ab imperando excluderentur, concurrēt omnes qui ſunt in regione, ſtatum mutare cupientes: & tantam eſſe multitudinem in reipublicæ gubernatione, vt ſit potentior iſtis, vnum aliquid impoſſibilium eſt. At enim quòd oportet eos qui in magiſtratu ſunt differre à ſubiectis, indubitabile eſt. quomodo ergo hæc futura ſint, & quomodo participēt, cōſiderare debet legislator, vt prius diximus. Natura enim oſtēdit, quemadmodum hęc diſtinguenda ſunt. fecit enim eoſdem genere, alios iuniores, alios ſeniores: quorū alteri debent parere gubernantibus, alteri gubernare. Indignatur autem nemo propter ætatem maiori cōcedere. nec putat illum cui cedit, potiorem eſſe ſe: præſertim cùm & ipſe quando ad id ætatis peruenerit, eundem honorem ſit recepturus. eſt ergo vt eoſdē eſſe dicere eos qui parēt & imperant: eſt etiam vt diuerſos. Itaq; & diſciplinam, vt eādem dicere neceſſe eſt, & vt diuerſam. qui enim imperare velit recte, oportere, aiunt, prius ſub imperio fuiſſe. Imperium vero, vt in primis libris dictum fuit, aut gratia imperantis eſt, aut gratia ſubiectorum. horum alterum ſeruorum eſſe diximus, alterum liberorum. Mandatorum vero quædam inter ſe differunt, non in agēdo, ſed in cuius gratia. Quapropter multa quæ videtur eſſe miniſtrorum opera & adoleſcentium, liberis hominibus pulchrum eſt miniſtrare: ad pulchrum enim & non pulchrum non tantum differunt actiones propter ſeipſas, quantum in fine & gratia cuius. Cùm vero ciuis & præſidentis eandem virtutem eſſe dixerimus, quæ optimi viri, & eundem prius parere debere, poſtea imperare: hoc vtiq; erit legumpoſitori intuendum laborādumq;, vt boni viri efficiantur, & per quæ exercitia, & quis finis optimæ vitæ. Diuerſę autem ſunt duæ partes animæ, quarum altera rationem per ſe habet, altera non habet quidem per ſe, verūtamen rationi obtemperare poteſt: quarum diximus eſſe virtutes illas, per quas vir bonus dicitur quodāmodo. Sed in vtra iſtarum magis eſt finis? Qui ita diuidunt, vt nos facimus, his ambiguum non eſt quomodo ſit dicendū: ſemper enim deterius melioris gratia eſt. patet hoc in his quæ ſunt ſm artem, & in his quæ ſunt ſm naturam: melius autem illud quod rationem habet. Diuiditur autem dupliciter, vt nos conſueuimus diuidere: eſt enim ratio alia actiua, alia contemplatiua. Sic ergo neceſſe eſt & hanc partem diuidere, & actiones clarum eſt q; correſpondēter ſe habere dicemus. & oportet eas actiōes quę ſunt meliores ſm naturam, magis expetēdas eſſe ab illis qui conſequi poſſunt, aut omnia, aut illa duo: ſemp enim cuiq; id eſt maxime expetēdum, cuius potiri eſt ſummum. Diuiſa eſt autē vita tota in negotiū & otium, bellumq; & pacem. Et agibilium quędam ſunt neceſſaria & vtilia, quædam honeſta: in quibus neceſſe eſt eandem eſſe optionē & partibus animæ & ipſarum actionibus: bellum quidē gratia pacis, negotium autem gratia otij, neceſſaria & vtilia, gratia honeſtorum. Ad cūcta igitur hęc aſpicere debet, qui legem ponit, & ad partes animæ, & ad illarum actiones: magis vero ad ea quæ meliora ſunt & finis. Eodem modo & circa vitas & rerū diuiſiones. poſſe enim oportet & in negotio verſari, & in bello. præferēda tamē eſt pax & otium, neceſſaria & vtilia poſſe agere, præferēda ſunt tñ honeſta. Itaq; ad hæc tanquā ad ſignū, & pueri adhuc exiſtētes, & alię ætates quæ indigent, per diſciplinā ſunt dirigēdę. Nā qui nūc Cręcorū recte gubernari videtur, & legūlatores qui eas reſpublicas inſtituere, neq; ad optimū finē videtur aſpexiſſe, neq; id ad oēs virtutes diſciplinā & leges direxiſſe: ſed oneroſę declinauerunt ad illas virtutes, quæ videtur vtiles ac plus habere faciunt. Similiter quoq; poſteriorū quidā ſcriptores opinionē ſuā eādem oſtēderunt. laudātes. n. Lacedæmoniorū rēpub. admiranē & cōmendāt legislatoris eius, ppoſitū, q; oia ad potētiam & ad bellū direxerit: quę & per rōnem refelli poſſunt, & per facta

ipſa nũc reprobata ſunt. Vt enim plurimi hominum dominari late cupiunt, quoniã exinde multa proueniunt fortunæ commoda: ſic Thibrõ admirari laudareq; videtur Lacedæmoniorum legũlatorem, & quicunq; alter de republica illorum ſcripſit, q̃ propter exercitationẽ eorum ad pericula, multorũ dominationem ſibi cõpararunt. Atqui patet, q̃ cũ non habeãt nũc dominationẽ Lacedæmonij, nec felices amplius eſſent, nec legũlator eorũ bonus. Inſuper illud ridiculũ, ſi permanentes in legibus eius, nulloq; impediẽte illis legibus vti, amiſerũt bene viuere. Nõ recte vero ſuſcipiunt, neq; de dominatione, ad quã intendiſſe legiſlatorẽ oſtendunt. nã imperium liberorum melius eſt ac magis ex virtute, q̃ dominari, vt ſeruis. Præterea non per hoc ciuitas felix eſt exiſtimãda, neq; legiſlator laudãdus, q̃ vincere docuerit, & finitimis dominari. hęc enim magnũ continẽt nocumentũ. nam aduerſus ciues hoc aget qui poterit, & ciuitati ſuæ dominari quæret. de quo accuſant Lacedæmonij Pauſaniã, licet in tanta dignitate cõſtitutum. Nec ſanè aliqua huiuſmodi ratio eſt aut lex ciuilis, neq; vtilis neq; vera. eadem enim optima & priuatim & publice legũlatorem inducere oportet in animos hominum. Neq; exercitatio rerũ bellicarũ ob id eſt meditanda, vt in ſeruitutẽ adigant imerentes: ſed primũ ne ipſi ſeruire aliis cõpellantur: deinde, vt imperiũ quærant gratia vtilitatis ſubiectorum, nõ ante omnia dominationem: tertio, vt eis dominentur, qui ſeruire ſunt digni. Quòd autẽ oporteat legis poſitorẽ ſtudere, vt prouiſio ſua circa res bellicas & circa alias inſtitutiones ad otiũ & ad pacem referatur, id atteſtatur, q̃ plerq; talium ciuitatum bellũ gerentes conſeruantur: ſed cũ dominationẽ adeptæ ſunt, deſtruũtur. ſplendorẽ enim veluti ferrum per pacem amittunt. Cauſa huius eſt legumpoſitor, qui non ita inſtituit, vt in otio ſtare poſſint.

*Quibus uirtutibus & pacis, & belli tempore opus ſit, & a quo primum eruditio faciẽda ſit.* Cap. XV.

CVm ergo idẽ finis eſſe videatur publice & priuatim hominibus, & eãdem definitionem eſſe neceſſe ſit viro optimo & optimæ reipublicæ manifeſtũ eſt oportere virtutes eas quæ ad otiũ ſpectant, illi exiſtere. finis eſt enim, vt ſæpe iã diximus, belli pax, negocij otiũ. Sunt autẽ vtiles ad otiũ & quietem virtutes, quarũ opus in otio eſt, & quarum in negocio. oportet autẽ multa negociorũ nobis exiſtere, vt liceat in otio eſſe. Quapropter temperatam ciuitatẽ eſſe oportet, ac fortem & patientẽ. nam, vt eſt in prouerbio, nullum otiũ ſeruis. qui vero non poſſunt fortiter pericula ſubire, ſerui ſunt inuadentiũ. Fortitudine igitur & conſtantia opus eſt ad negociũ: philoſophia vero ad otiũ. temperãtia autem & iuſtitia in vtroq; tẽpore, ſed magis in pace & otio. nam bellum quidẽ ipſum cogit homines eſſe iuſtos ac tẽperatos. fortunæ aũt proſperæ fruitio, & otiũ cum pace, petulãtes magis facit. Multa igitur iuſtitia, multaq; temperantia indigent hi, qui in optimo ſtatu cõſtituti videtur, & in fruitione omnium rerũ, quæ beatos facere putantur. veluti ſiqui ſunt, vt poetæ tradunt, in beatorũ inſulis. maxime. n. hi philoſophia, & tẽperantia & iuſtitia indigerẽt, quanto magis otioſi ſunt in abũdantia talium bonorũ. Qua igitur de cauſa beata & ſtudioſa futura ciuitas his indigeat virtutibus, manifeſtum eſt. turpe eſt enim, nõ poſſe frui bonis: ſed in negocijs quidem & bello viros probos videri, in otio autem & pace ſeruiles. Quamobrẽ oportet, non quẽadmodum Lacedæmoniorum ciuitas, virtutẽ exercere. illi enim non eo ab aliis differunt, q̃ non putent eadẽ maxima bona quæ ẽſſent: ſed eo q̃ prouenire illa exiſtimant magis per aliquã virtutẽ. Cùm vero maiora ſint hæc bona, q̃ ea quę belli, & fruitio eorum q̃ virtutũ, & quia illius gratia, manifeſtũ ex his. Quomodo autẽ, & per quę id erit, vtiq; conſiderandũ. Diximus ſupra diuidẽtes, q̃ natura, & more, & ratione indigemus: ex his autẽ quales aliquos natura eſſe oportet determinauimus. Reſtat videre, vtrum ratione prius an moribus ſit eruditio faciẽda. hæc enim ſimul cõcordare debẽt optima concordatione. contingit enim rationem aberrare ab optima ſuppoſitione, & ſimiles per mores duci. Clarum eſt hoc primum quidem, quẽadmodum in aliis, quòd gñatio eſt a principio, & finis à principio alio quo alterius finis. ratio autẽ nobis & mẽs naturæ finis: quare ad hæc, generationẽ ac morum inſtitutionẽ parare oportet. Deinde vt anima & corpus duo ſunt, ita quoq; duas videmus eſſe animæ partes, vnam irrationalẽ, alteram quæ habet rationẽ. habitus quoq; earũ duos, quorũ alter eſt appetitio, alter mens. Vt autẽ corpus in generationẽ antecedit animam, ſic pars irrationalis antecedit eam partem quæ habet rationem. Patet id in pueris, quibus ſtatim ira & voluntas & cõcupiſcentia exiſtit: at rõ & mẽs, procedente ætate, in illis fieri natæ ſunt. Quapropter corporis curam neceſſe eſt prius ſuſcipe, quàm animi, deinde appetitus. curam tñ appetitus qui gratia mentis:



mentis: curam vero corporis, qui gratia animi. Si ergo ab initio prouidendum eſt à legis poſitore, ut optima ſint corpora eorum qui educantur, primo quidem circa coniugia prouidere debet, qua ætate & cuiuſmodi exiſtente, ſint in matrimonium copulandi.

*Quæ circa coniugia, ac liberorum procreationem conſyderanda ſint, ac peragenda.* Cap. XVI.

HOc autem inſtituet legis poſitor, inſpiciens ad ipſos, & ad vitæ tempus, vt ętatibus in idem concurrãt, nec diſcreper gignẽdi potentia. Viro enim adhuc generare potẽte, ſi mulier ipſa concipere non poſſit: vel mulier quidem ad concipiendum apta, ſi vir ipſe non poſſit, lites ac diſcordiæ inter eos oriuntur. Ad filiorum quoq; ſuſceptionẽ eſt inſpiciendum, ne nimis diſtent ab ætate paterna: quoniam nec ipſi ſenioribus gratiam referre vllam poſſunt, nec parentes filijs adiumenta præſtare. Nec etiam nimis proximi ad ætatem paternã accedere debent filij. habet enim hoc turbationem non paruam: cùm neq; tanta ſit reuerentia huiuſmodi filij erga genitores, vtpote quaſi æqualibus, & circa gubernationem domus querelæ ex iſta quaſi paritate ſoleant prouenire. Inſuper, quod dicere incipientes huc digreſſi ſumus, vt corpora natorum ſint ſecundũ legis poſitoris voluntatem, ferè quidem hæc omnia proueniẽt per vnam diligentiã. Nam cum ſit finis gignendi, vt plurimum viris quidẽ ſeptuageſimus annus, mulieribus autem quinquageſimus: ita coniugãdi ab initio ſunt, vt ætatibus ad hunc finẽ concurrant. Eſt autem adoleſcentium coniũctio improba ad filiorum procreationem. in cunctis enim animalibus iuueniles partus imperfecti ſunt, & fœminæ crebrius quàm mares, & parua corporis forma gignuntur. quocirca neceſſe eſt hoc idem in hominibus prouenire. Huius autem coniectura fuerit, quòd in quibuſcũq; ciuitatibus conſuetudo eſt adoleſcentes mares puellasq; coniugari, in eiſdem inutilia ac puſilla hominum corpora exiſtũt. in partu quoq; laborant magis puellæ, ac pereunt plures. Ex quo reſpõſum oraculi Troezenijs datum quidam exiſtimant, ob iſtã cauſam, quaſi multis pereuntibus propter immaturitatem nuptiarum, non propter fructuum collectionem. Ad continentiam quoq; vtile eſt nuptias fieri ſeriores. intemperatiores enim eſſe videntur, cùm puellæ veneri aſſueſcunt. At maſculorum corpora creſcere impediuntur, ſi adhuc augente ſeminẽ conſuetudinem ineant. nam huius terminus quiſpiam eſſe videtur, quem nõ multo excedit amplius.

*a l. corpore

Quapropter puellas quidem circa ętatem decem et octo annorũ nuptui tradere congruit, maſculos autem circiter ętatem annorum ſeptem & triginta. in hoc enim tempore, & vigentibus corporibus coniungentur, ac procedente tempore ſimul apte deſinent procreare poſſe. & filiorum ſuſceptio partim erit ab initio eis ętate vigentibus adhuc, ſi recte procedat ſiatim generatio: partim iam vergentibus ad annum ſeptuageſimũ. Quibus igitur ætatibus coniugia ſint facienda dictum ſit. Tempus autem anni, vt nũc multi obſeruãt, recte per hyemem aptius ad nuptias eſſe videtur. ſed conſideranda ſunt in procreatione liberorũ, quę à medicis et quę à phyſicis tradũtur. Medici enim tempora corporũ ſufficienter oſtendunt: phyſici autem de ſpiritibus, boreales magis quàm auſtrales laudant. Quæ autem corpora maxime vtilia ſint, magis dicendum eſſet, vbi diſciplina librorum tractatur. ſummatim vero ſat fuerit nunc dixiſſe. neq; enim Athletarum habitudo vtilis foret ad ciuilem habitum, neq; ad ſanitatem, & procreationem liberorum: nec rurſus humilis & imbecilla nimium, ſed media ſtarum. laborioſam enim habitudinem habere oportet, exercitatam vero laboribus non violẽtis, neq; ad vnum laborem ſolum, vt Athletarum habitudo, ſed ad liberalia opera. hæc autem ſimiliter viris mulieribusq; exiſtere debent. Prægnantes quoq; mulieres curam habere corporum oportet, non pigreſcentes, neq; ſubtili vtentes alimonia. hoc autem facile eſt legum poſitori prouidere, ſi iubeat ſingulis diebus iter quoddam facere debere ad Deorũ ſacra mulieres, quæ ſortitę ſint concipiendi honorem. Mens tamen contra quàm corpus, in trãquillitate eſt traducẽda. quę enim fiunt, ab ea quę continet, capere videntur: quemadmodum illa quæ naſcũtur à terra. Circa expoſitionem autem vel educationem filiorum lex ſit, nihil orbatum natura fore educandum. In aliis vero, ſi mores inſtitutioq; ciuitatis prohibeãt natos exponere, ac multitudo tãta prolis alicui cõtigerit, vt duplicatus ſit filiorum numerus (nam is definitus eſſe debet) ad multitudinẽ nimiam euitãdam anteuenire oportet, vt nõ concipiantur. nam poſtquam concepti ſunt, & ſenſum aut vitam acceperint, nefas eſt attingere eos. Cùm vero determinatũ ſit, qua ætate vir & vxor ſint ab initio coniugandi, quanto tempore liberis operationẽ dare conueniat, determinemus. Seniorum enim fœtus, quẽadmodum iuniorũ imperfecti ſunt, & corporibus & intellectibus: ſeneſcentium quoque fœtus ſunt irrobuſti: quapropter illud

lud maxime tempus probandum est, in quo maxime intelligentia viget in nobis. id autem esset in plurimis, circiter annum quinquagesimum, vt poetarum quidam dixerũt, septenario numero ætatem dimetiẽtes. Itaq; qui quatuor aut quinq; annis hanc ætatẽ excesserint, derelinquere debent in aperto procreãdi studiũ, ac de cætero vel sanitatis, vel alterius huiusmodi causa cõcubitum facere videri. Cotus vero omnis alterius q̃ coniugis, penitus sit interdictus: quandoquidem sit & appellatur coniunx. Quòd si quis deprehendatur cõtra facere per tempus procreationis, dignam pro delicto pœnam reportet.

*De victu, & institutione puerorũ. Ca. XVII.*

SVsceptis autem filijs, multum referre putãdum est ad corporis robur, quali victu nutriantur. Apparet vero ex cæteris animalibus, & ex gentibus, quibus cura est assidua bellicæ habitudinis, nutrimẽtum lactis maxime proprium esse corporibus: absternium autem magis propter egritudines. Et prꝛterea motus quoscunq; in ea ætate fieri datur, conferunt. Ne membra vero ob teneritudinem distorta fiant, vtũtur adhuc gentes aliquæ organis q̃busdã & machinis, q̃ corpus à talibus illæsum conseruant. Confert etiam statim à pueritia frigori assuescere: hoc enim & ad sanitatem, & ad res bellicas vtile est. Quapropter apud multos Barbarorum consuetudo est, vel gelido amne natos ĩmergere, vel parua veste amicire, vt faciunt Galli: ad cuncta enim ad quę possibile est, statim ab initio melius est assuescere. est autem apta puerorũ natura ob eorum calorẽ, ad frigus exerceri. Circa primam igitur ętatem hęc & huiusmodi diligentia est adhibenda. Sequenti vero ætate vsq; ad annos quinq;, quia nondum ad disciplinam aliquam sunt admouendi, neq; labores perferre cogendi, ne crescere impediantur, motus solummodo quosdã suscipere debent, quo pigritiam corporis euitent: qui motus præparandi sunt illis, & per alios actus, & per ludum. ludi vero ipsi, neq; illiberales neq; laborioſi esse debent, neq; remissi. Quas autem narrationes & fabulas illa ætate pueri audire debeãt, cura sit rjs qui pueris publice præficiuntur. cuncta enim talia ad cõuersationes postea futuras accommodanda sunt. itaq; iudi vt plurimum tales esse debent, vt sint imitationes eorum quæ postea serio erunt facienda. Cohibitiones vero puerorum & interruptiones ploratus, qui legibus prohibent non recte faciunt. sunt enim vtiles ad augmentũ, cùm sint quodãmodo exercitationes corporum. spiritus enim compressio facit robur laborantibus, quod contingit etiam pueris ploratum cohibentibus. Prouidendũ est ab his, quibus puerorum cura publice commissa est, circa huiusmodi educationem, & alia, & vt q̃ minime cum seruis versentur. hæc enim ætas vsq; ad annos septem, necessarium est vt domi alatur. rationabile est ergo præcipue in hac ætate, vt ab auditu et visu seruiliũ rerũ absint. Oino igiẽ obscœnitas verborũ, vt et qcquam aliud, per legislatorẽ exterminãda est de ciuitate. ex turpiter enim loquẽdi licẽtia sequitur & turpiter facere. Potissimum igitur statim à pueris, neq; dicant, neq; audiãt quicquam turpe. Siquis vero dicere aut facere quicquam prohibitorum deprehẽsus fuerit, is si liber sit, sed nondum in conuentum comessatorum dignatus assumi, honore prohibeatur & verberibus castigetur. sed si sit maioris ætatis, seruili infamia afficiat, admissi seruilis officij gratia. Cùm vero dicere quicquam interdixerimus, clarum est quòd et aspicere aut picturas, aut actus deformes prohibemus. Sit igitur cura magistratibus, nullam neq; picturam neq; statuam esse talium rerum imitatricem, nisi apud Deos quosdam, quibus etiam lasciuiam mos tribuit. apud hos permittet lex iam homines factos pro se, & filijs, et vxoribus sacra facere. Iuniores autem neq; iamborum, neq; trãgœdiarum spectatores esse sinat, nisi cùm ad eã peruenerũt ętatẽ, vt in comessationibus vnà cũ alijs sedere, & potus etiã participes esse possunt, et ab ebrietate & huiusmodi labe insontes disciplina oẽs præstabit. Nos quidẽ nunc cursim ista attigimus: postea vero insistentes oportebit determinare magis, siue oportet, siue non oportet primo quærentes, & quomodo. sed in præsenti mentionem de his facere necessariũ fuit. Forsitan enim non male circa hoc censebat Theodorus tragœdiarum actor. nulli enim vnquam concedere voluit, vt ante se ageret, neq; ex ijs etiã histrionibus, quasi magis faueant auditores illis, quos primo audierint. Contingit hoc idẽ in conuersationibus hominum & rerum: omnium enim prima nos magis delectant. Qua propter oportet à pueris omnia turpia procul remouere, & maxime quæcunq; habent in se vel obscœnitatem, vel improbitatem. Transactis vero annis quinq;, in duobus vsq; ad septem oportet iam disciplinas spectare, quas addiscere eos oportet. Duę aũt sunt ætates in quas necessarium est disciplinas diuidere: vna post septimum annum vsq; ad pubertatem: altera à pubertate vsq; ad annum vigesimum primum. nam qui hebdomadibus di-

uidunt

* comes-
rum.

* ἐυτελ.



uidunt ætates, vt plurimum nõ dicunt bene. itaq; sequenda est naturalis distinctio: omnis enim ars & disciplina implere vult id, quod deest naturæ. Primum igitur videndum est, si facienda sit institutio quędam circa pueros: deinde, si vtile sit publice curam eorum suscipere, vel magis priuatim, quo modo nunc fit in plurimis ciuitatibus: Tertio qualem hanc esse curam oportet.

# ARISTOTELIS POLITICORVM LIBER OCTAVVS.

## SVMMA LIBRI.

*De puerorum institutione, & de ijs quæ ipsi addiscere consueuerunt. De Musica, eius speciebus, ac musicalibus instrumentis: quæq; quibus conueniant.*

*Quòd faciẽda sit circa pueros institutio: & ea quidem publice. Cap. I.*

QVòd igiẽ à legis positore maxime intẽdendum sit circa disciplinam iuuentutis, nemo vticq; dubitabit. nam id quidẽ neglectũ in ciuitatibus affert reipublicę detrimentũ. Oportet enim ad singula gubernãdi genera disciplinam accõmodari. nam mos vniuscuiusq; proprius consuevit et seruare, rẽ publicam, & ab initio constituere. ceu popularis mos popularem, & paucorum potentiæ accommodatus mos, eam quæ cõsistit in paucorum gubernatione. semper autem melior mos causa est melioris reipublicæ. Præterea in cunctis facultatibus & artibus sunt quędã, ad quæ erudiri prius oportet, & assuefieri ad earum opera. itaq; manifestũ est, q̃ et ad virtutis actiones. Cùm vero vnus sit finis ciuitati toti, clarum est oportere disciplinã quoq; esse vnam & eandem omnium, & huius curam esse publicam & non priuatam: quemadmodũ nũc vnusquisq; curam habet suorum filiorũ, priuatimq; docet & priuatã disciplinam, pro vt ei videtur. Sed oportet publicorum publice exercitationẽ fieri: & simul non debet q̃sq; ciuis se suum existimare, sed omnes ciuitatis. particula enim ciuitatis vnusquisque est: cura vero singularum particularum respicere nata est ad curã totius. Laudari possunt in hoc Lacedæmonij: nam plurimam circa pueros diligentiam faciunt, & quidẽ publice. Quòd igitur lege prouidẽdum sit circa disciplinam iuuentutis, & hoc publice faciendum, patet.

*Qualis, quarumq; rerum, & cuius gratia debeat esse puerorum institutio. Cap. II.*

QVęnam vero ista sit disciplina, & qũo tradenda, latere non debet. Nã nunc quidem in ambiguo est, neq; eadem omnes censent iuuẽtutem addiscere debere, neq; ad virtutem, neq; ad vitã optimam: neq; conspicuum est, vtrum per intelligentiã magis deceat, vel per animi morem. Impedimẽtorum quoq; respectus consideratione disciplinę conturbat: cùm manifestum non sit, vtrum exercitatio nostra accommodanda sit ad ea quæ sunt vtilia ad vitã, vel ad ea quę tendunt ad virtutem, vel ad ea quæ ad maiorem quẽdam superfluumq; pertinent apparatũ. hęc enim omnia patronos quosdã susceperе. De his quoq; quæ ad virtutem tendunt, nihil confessum existit. etenim virtutẽ non eãdem omnes statim honorant: ex quo fit vt discorder circa illius exercitationem. Quod igitur ex vtilibus necessaria sint addiscenda, manifestum est. quòd autẽ non omnia, distinguentibus liberalia opera ab illiberalibus patebit, illa talia esse recipienda, quę cùm vtilia sint, taciunt exercentem habentemq; nõ vilis exercitij operatorem. Vile aũt exercitium putandum et ars et disciplina, quęcunq; corpus, aut aĩum, aut mentem liberi hois, ad vsum & opera virtutis inutilem reddunt. Itaq; & artes illę quæ deterius disponũt corpus, & cuncta mercenaria exercitia, sordida nuncupamus. mentẽ enim occupatã & vilẽ reddũt. Sunt etiam quædam ex liberalibus scientijs, quas vsq; ad aliquid discere honestum sit. penitus vero tota illis tradere, ac ad extremum vsq; prosequi velle nocumentis illis, quę supra diximus, obnoxios facit. Sed refert plurimum cuius gratia quis agat, vel discat. nã si gratia sui vel amicorum, vel propter virtutem, non est illiberale. qui vero idipsum agit propter alios, sæpe vticq; videbitur illiberaliter ac sordide agere. Disciplinæ igitur illæ, de quibus diximus, ad vtranq; partem se habent.

*Quatuor esse, quæ pueri discere consueuerunt, quarũ alijs ocij, alijs negocij causa utimur. Cap. III.*

SVnt autẽ ferè quatuor, quas discere iuuenes consueuerũt, literas, gymnasticã, musicã. addũt vero et quartũ quidã, figurãdi peritiam. Literas quidem & figurationem, tanq; vtiles et valde expediẽtes ad vitam: gymnasticã vero tanq; ptinentẽ ad fortitudinẽ. De Musica vero iam ambigitur. nã nũc qdẽ plurimi voluptatis gratia illam addiscunt: veteres aũt inter disciplinas eã collocauerunt, ex eo q̃ natura quærit (vt sæpe dictum est) non solum in

negocio

negocio recte, verumetiã in otio laudabiliter posse versari. Hoc enim principium est oium, vt rursus de illo dicamus. si enim vtroq; opus est, magis aũt expetendum est otium q̃ negocium. nec id quidẽ in loco: nam sic necesse foret locum esse finem vitæ. q̃ si sit impossibile, & magis in negocijs vtendum est loco. nam qui laborant, indigent relaxatione: & huius gratia est locus, negocia vero sunt cum labore & conatu: & propterea oportet locũ adhibere, qui tanq̃ medicinã eo tempore afferat. nam relaxatio est huiusmodi motus animi, et requies per voluptatem. Otium autẽ ipsum videtur in se voluptatem habere, & felicitatẽ & vitam beatã. & hoc nõ negocios is, sed otios is existit. nam qui negociatur, alicuius gratia negociatur quod sibi desit. felicitas autẽ finis est, quam non cum dolore, sed cum voluptate esse omnes putant. Hanc tamen voluptatẽ non eandẽ omnes posuerunt, sed ſm se vnusquisq;, & ſm suum habitum: optimus tamen optimã, & eam quæ sit ab honestissimis. Itaq; manifestũ est, q̃ oporteat ad otium quoq; degendum addiscere quędam, & erudiri: & has eruditiones ac disciplinas sui ipsarum esse gratia: illas vero quę ad negocium, tanq̃ necessarias & gratia illorum. Quapropter Musicam antiqui inter disciplinas collocauere: nõ tanq̃ rem necessariã, nihil enim habet tale: neq; tanquam vilem, vt literæ ad lucrum & ad rem familiarem, & ad studia, & ad ciuiles actiones complurimas. Videtur quoq; figurandi peritia vtilis esse ad iudicandum melius artificum opera. neque vt gymnastica ad sanitatem & robur: nihil enim horum videmus ex musica fieri: restat ergo q̃ ad degendum in ocio, ad quod & apparet eam adhiberi. quã enim putant degentiam esse ingenuorum hominum, in ea constituunt. Quapropter Homerus in poemate suo ita inquit:

» Sed q̃le est vocari ad mẽsam opipare paratã.

Deinde nominans quosdam alios, subdit:

» Et accersunt citharœdum qui omnes demulceat. & alio loco ait Vlysses:

» Optimã esse degẽdi rõnẽ, qñ lętis oibus cõiuę audiunt citharœdũ, sedentes p ordinem.

Quod igitur sit disciplina quædam, quam nõ vt vtilem, neq; vt necessariã docẽdi sunt filij, sed vt liberalem et honestam, manifestum est. Vtrum aũt vna sit numero, an plures, & quænam istæ, & quo posterius dicetur. Nunc tantum id prędictum sit, q̃ apud antiquos habemus testimonium ex his disciplinis quas dixi mus musica enim hoc manifestat. Ac etiã de vtilibus, q̃ aliqua addiscere pueros oportet, non modo propter vtilitatẽ, vt patet in literis, verũ etiã propter multas disciplinas alias, quę per literas addiscũtur. Similiter vero figurãdi peritiã, nõ vt in venũdando emendoq; vasa nõ decipiantur, sed potius quia contemplari facit pulchritudinem corporũ. quærere vero vtilitatem vbiq;, minime congruit magnanimis, & ingenuis hoibus. Cùm vero manifestum sit, vtrum moribus an rationi sit disciplina tradenda, & an circa corpus primo vel circa mentẽ, patet ex his q̃ adolescentes gymnasticæ & pædotribicæ sunt tradẽdi: quarum altera qualem aliquam facit habitudinẽ corporis, altera operationes.

*De gymnastica, & puerorum exercendorum disciplina.* Cap. IIII.

NVnc autẽ quæ ciuitates curam habere puerorum maxime videntur, partim athletarum habitudinem inducere studẽt, in quo deformant corpora ac augmẽtationem eorum impediunt. Lacones vero in hoc quidem non errant, sed efferatos laboribus reddunt adolescẽtes, quasi hoc vtile sit maxime ad fortitudinẽ. Atqui vt iam sæpius diximus, neq; ad vnam virtutem, neq; ad hãc maxime respiciendum est ab eo qui curam facit institutionis. et si ad hanc, non tñ id consequuntur. neq; enim alijs in aialibus, neq; in gẽtibus videmus fortitudinẽ adeptę maxime efferatis, sed potius mansuetioribus & leoninis moribus. multęq; sunt gẽtes, quę ad cędes hoium, & ad eorum comestionem insultant: vt circa Pontum Achæi et Heniochi, & ex mediterraneis alię gentes similiter his, vel magis: quæ quidem gentes clãculum per insidias latrocinantur, ad bellica tñ opera nihil valent. Præterea scimus Lacones, dum ipsi soli exercebãtur, præstitisse cæteris: nunc autẽ esse alijs inferiores. non enim ob id præstabant, q̃ iuuentutem exercerent, sed q̃ ipsi exercitatu cõtra nõ exercitatos pugnabant. Itaq; honestas, at nõ feritas est in certaminibus præterenda. neq; enim lupus, neq; alia bestia, honestum periculum pugnando subiret, sed magis vir bonus. Qui vero adolescentes in hęc nimiũ tradunt, & in necessarijs absq; disciplina dimittunt, vere illos sordidos reddũt. ad vnum enim opus reipublicæ vtiles faciunt, & illud ipsum deterius, vt ratio ostendit. oportet autem non ex prioribus operibus, sed ex his quæ nunc fiũt, iudicare. nam nunc quidem illi qui repugnãt disciplinam habẽt, tunc vero non habebant. Quod igitur vtendum sit gymnastica, & quo vtendum concessum existat. vsq; enim ad pubertatem leuiores exercitationes sunt adhibẽdæ, absq; victu illo violento & laboribus coactis, ne corpora crescere impediantur. Signũ erit



erit nõ paruum, q̃ ita contingat: quia inter eos qui Olympia vicerunt, duo vel tres tm̃ reperiuntur, qui ijdem adolescentes & viri sint victoriam cõsecuti: propterea q̃ per exercitatiões pueris adhibitas sublata sit vis ac robur à violentis laboribus. Post pubertatem vero cùm annis tribus ad alia perdiscenda intenderint, tunc congruit et laboribus et victu necessario illos occupare. nam simul mente & corpore laborare nõ oportet: cùm seinuicem impedire nata sint: labor quidem corporis, mentem: mentis autem, corpus.

*De musica pulchra disceptatio: de eius effectibus: & eam ad puerorum disciplinã esse adhibendam.* Cap. V.

DE musica vero dubia quædã posuimus antea, & nunc rectum erit illa resumere, vt tanq̃ consentanea fiãt rationibus quas quis de ea dicens ostendat. Neq; eni facile est demonstrare, quam potentiam habeat, neq; cuius gratia illam adipisci oportet, vtrum solatij causa & quietis, quẽadmodum somnus, & potus. nam hæc per se ipsa non sunt honesta, sed iocunda, et simul cessare curas faciũt, vt in quit Euripides. Quapropter instituũt in illa, & vtuntur cunctis istis similiter, somno, & potu, & musica. in his quoq; saltationem posuerunt. An magis putandum est ad virtutem tendere musicam, vt potentem, quemadmodum gymnastica tale aliquod corpus reddit, sic & musicam talem aliquem morem efficere, assuefacientem posse recte lętari. An ad degendi rationem aliquid confert, & ad prudentiam. nam hoc tertium ponendum est, ex his quę dicuntur. Quòd igitur oporteat pueros non solatij gratia discere, manifestũ est. nõ. n. solantur discẽtes: nam cum labore est disciplina. Atqui nec ad degendi rationẽ pueris, neq; illi ętati congruit attribuere. nulli enim imperfecto cõpetit perfectio. Sed forsan videbitur puerorum studium solatij esse gratia viris factis et perfectis. Quòd si hoc tale est, cuius gratia oportet ipsos addiscere: ac non potius, instar Persarum Medorumq; regum, per alios idem facientes voluptatis ac disciplinæ participes fieri? eteni necesse est melius perfici ab his, qui hoc opus suum fecerunt & artem, q̃ ab his, qui tanto solum tẽpore in eo laborauerunt, quãto addiscunt. Quòd si oportet in his eos laborare, similiter & circa epularũ apparatũ oportebit vtiq; eos addiscere: quod est absurdũ. Eadem quoq; dubitatio cadit, si possit mores facere meliores. qd enim opus est eos hæc addiscere, ac non ex alijs audientes recte lætari, & iudicare posse, quemadmodum Lacones? illi enim quanquã non didicerint, possunt tñ recte iudicare, vt aiũt, quę sit bona, vel nõ bona melodia. Eademq; ratio foret ad solatium, & ad rationem degendi otij libero homine dignam. quid enim oportet eos discere, ac non alijs vtentibus frui? Considerare hoc licet ex opinione quam habemus de Dijs. nõ enim Iupiter cantat, aut citharam pulsat ſm poetas: immo illos qui talia faciunt, appellamus viles: & opus illud non viri neq; sobrij, sed iocantis. At enim de his postea erit considerandum. Prima vero quæstio est. vtrũ musica sit in loco reponenda, vel non: & quid potest efficere de his tribus i dubitatione propositis, vtrum disciplinam, an solatium, an rationem otij degendi. Rationabiliter quidem ad omnia instituitur & videtur otium particeps. nam & iocus gratia requietis est, ac requietẽ necesse est esse iocundam. est enim medicina molestiæ illius, quæ per labores suscipitur: & ratio degendi otij non solum honestatem habere debet, verumetiam voluptatem: felicitas enim ex ambabus istis est. Musicam vero omnes fatemur esse ex iocundissimis, siue nuda sit siue cum modulatione. Inquit profecto & Musæus, Carmen dulcissimam rem esse mortalibus. Quapropter et ad cœtus familiarum, & ad vitam in otio degendam, rationabiliter illam recipiunt, vt potentem lætitiam afferre. Vnde & ex hoc quis intelligat illam pueris esse perdiscendã. quęcunq; enim iocunda sunt, atq; eadẽ innocua, non solum congruunt ad finem, verumetiam ad quietem. cùm vero cõtingat hoibus perraro esse in fine, persæpe autem cessent & vtantur iocis, non ab aliud modo, sed etiã ob delectationẽ, vtile foret requiescere in his, quę ab illa prouenium̃t, voluptatibus. Contingit autem hoibus fecisse iocos finem, cùm & habeat fortasse finis voluptatẽ quandam, sed non quamcunq;. Quærẽtes verorsus tam accipiunt hanc pro illa, ex eo q̃ cum fine agendi similitudinẽ habet. nam finis gratia nullius futuri expetitur: & tales voluptates nullius futuri gratia. sed gratia eorum quę anteceſſerunt. laborum s. & molestiarum per quã igitur causam quęrunt felicitatẽ fieri, per huiusmodi voluptates. hãc vtiq; aliquis rationabiliter existimet causam. De communione autem mulicę non per hæc solum, sed etiã quia vtilis sit ad cessationes, vt videſ nec per eas modo, sed insuper quærendũ, num aliquando aliud ex ea proueniat. pretiosior quidem natura eius est, q̃ ſm eum vsum, de quo supra dicitur: & oportet nõ solum ab ipsa voluptatem capere, quam participãt omnes ſm sensum. habet enim musica naturalem voluptatem. per quam illius vsus cunctis ętatibus,

cunctisq;

cūctisq; moribus est acceptus. Sed videndū est,si quo modo ad mores extēditur & ad animū.id aūt patebit,si aliquando tales aliqui fīm mores per illam efficiamur. Atqui q efficiamur, per Olympi moderationem manifestū est:ea nanq; abstrahit aīam,& quodammodo rapit:raptus vero & abstractio aię circa morē affectio est.Preterea audientes repræsentationes,omnes afficiuntur etiam sine melodijs et versibus. Cum vero contigerit musicam esse delectabilium,virtutem aūt esse circa lætandum recte,& amare & odisse, oportet profecto addiscere & assuefieri ad nullā rem adeo, vt ad iudicandum recte & ad gaudēdum māsuetis moribus,& laudabilibus operibus.Sūt aūt in rhythmis & melodijs similitudines maxime penes veras naturas iræ,& mansuetudinis ac fortitudinis & temperātię & contrariorū his, & aliorū oium quæ ad mores pertinēt. Patet id ex effectu.mutamus enim aium talia audientes.mos aūt dolendi ac lætandi in similibus prope est, vt erga veritatem eodem modo se habeat:ceu siquis gaudet imaginem alicuius videns,nō propter alīā causam,sed propter formā ipsam, necessariū est huic & aspectum ipsum illius,cuius imaginē contemplatur,esse iocundum. Contingit autem in alijs quidem sensibilibus, nullam existere similitudinem morum: vt in his quæ tactu vel gustu percipiuntur.in his etiam quæ visu,admodum parum.figurę enim sunt talia,sed ad modicū: & oēs huiusce modi sensus participant. insuper nō sunt hæ similitudines morum,sed signa magis,quæ fiunt figuræ & colores morum.& sunt hęc a corpore in passionibus. At tamē q̄tum refert circa horum visionē, oportet pueros non figuras inspicere Pasonis,sed Polygnoti,et si quis alter pictor vel statuarius sit moralis. At in melodijs ipsis sunt imitationes morum,& hoc est manifestū.statim enim harmoniarū distincta est natura,ita vt qui audiunt aliter disponantur,nec eodem modo se habeant ad vnamquāq; ipsarum,sed ad quasdam flebiliter & cōtractæ magis,puta ad eam quæ appellatur Lydia mixta: ad quasdam vero mollius fm mentem,ceu ad illas quæ sunt remisse: ad aliam vero mediocriter & composite plurimum, vt videtur Dorica facere solaoium harmoniarū. Phrygia vero distrahit ac rapit aium, & quasi extra se ponit.hæc enim recte dicunt,qui circa huiusmodi disciplinam philosophantur: capiūt enim verborum testimonia ex rebus ipsis. Eodem modo se habet circa rhythmos. alij enim morem continent grauius,alij cōcitant, alij violentiores afferūt motus, alij liberaliores. Ex his igitur patet,q **musica potest animi morem aliquem facere. Quòd si hoc potest musica,clarū est q; ad puerorum disciplinam est adhibenda,& in ea pueri sunt instituendi. Congruit autem naturæ huiusmodi disciplina.nam pueri propter ætatem nihil ferunt sponte,quod nō habeat in se iocūditatem:Musica vero ex his est,quæ sunt iocunda fm naturā.Et videtur cognatio quædam esse nobis cum harmonijs & rhythmis.** quapp multi sapiētum dixere,alij qdem aīam esse harmoniā, alij vero habere harmoniam.

*De Musica quid discēdum,ac ea utendū, quid'ue minime:ubi de musicis instrumētis q̄plura. Ca. VI.*

VTrum autē addiscere eos oportet cantando,& manibus agēdo,vel non,quē admodum prius dubitatū est,nunc erit dicendum.Non est obscurum interesse multum ad hoc,vt efficiamur aliquales,si quis operū ipse sit particeps. nēpe impossibile est vel certe admodum difficile, vt qui opera ipsa nō tractat, perite valeat iudicare.Et simul op⁹ est vt pueri habeant exercitationem aliquam.& Architę tabella recte reperta est, quam pueris dant, vt in ea occupati,illa quę sunt domi non frangant:nescit enim puericia quiescere. hic est ergo infantibus conueniēs ludus: disciplina vero maioribus,tanq; tabella quædā.Quòd igitur docendi sint musicam, ita vt in opere ipso versentur,ex ipsis patet. Quid aūt deceat vel non deceat fm ætates, nō difficile est determinare,ac respōdere vituperatoribus,vile huiusmodi exercitium esse dicentibus.Primum igitur cū iudicandi causa sint hęc opera perdiscēda,oportet in pueritia illis operā dare.in maiori vero ætate exercitationem dimittere:tantū modo autem iudicare posse per disciplinam adeptam,ac lætari recte.Vituperatoribus autem,qui aiunt sordidos ac viles musicam facere,nō difficile est respōdere,si consideremus, quousq; illi opera dāda sit ab his, qui ad virtutem ciuilē erudiuntur,& quę melodię, qui'ue rhythmi sint addiscēdi, & præterea quibus instrumētis percipiatur. nam in eo quidem plurimum refert, cōsistitq; in his obiectionibus solutio. nihil enim vetat,modos quosdā musicæ illud,quod aiunt,efficere. Clarum est igitur oportere disciplinā eius neq; impedimentum afferre cæteris operationibus, neq; corpus efficere inutile ad bellicas ciuilesq; exercitationes:ad vsus quidē iam,ac disciplinas vero postea. Erit autem hoc,si neq; in illis laborabunt quæ ad certa artificia pertinent, neq; circa admirabilia quedam et superflua,quę in certamina prius,& de certaminibus in doctrinā venere:sed eousq;,vt gaudere valeant probabilibus



babilibus melodijs & rhythmis,& non communi sensu musicæ solum,vt aīalia quædā,& turba seniorum ac puerorum.Patet etiam ex his, quibus instrumentis sit vtēdum. neq;.n. tybiæ sunt in disciplina recipiendæ, nec aliud artificiosum instrumentū,vt cithara,& siquid aliud tale:sed quæcunq; faciunt auditores bonos,vel musicę disciplinę,vel alterius.Insuper tibia non est morale, sed potius suscitatiuū & concitatiuum. itaq; ad huiusmodi tēpora est vtendum illa,in quibus spectacula magis purificationem patiūtur,q̄ disciplinam. Adiungamus autem & illud,quòd contrarium discipline efficit,impediens rationē, vti tibiarū sonus.Quapropter bene reprobauerunt illarū vsum antiqui,licet pri⁹ vsi fuissent. Studiosiores enī facti,ppter diuitias,& animosiores ad virtutem, post victoriam contra Medos habitam,ac ex rebus gestis magnum de se opinantes,disciplinā oium arripuerunt,nō iudicātes, sed experientes.Quapropter tibiarum quoq; vsus tunc receptus est.nam & apud Lacedæmonios quidā qui ludos exhibebat, ipsemet tibijs modos fecit.& Athenis eousq; in cōsuetudinē venit,vt ferē ingenui omnes addiscerent. quod patet ex tabula a Thrasippo posita,cùm ludos pro tribu sua dedit.Postea vero in desuetudinē abijt, & improbari cœpta est, cùm iam melius per experientiā iudicare possent,quid ad virtutem pertineret, & quid nō. Eodemq; modo permulta instrumentorum antiquorum improbata sunt, veluti Pectides & Barbiti,& quę ad voluptatem audientium intendebant,heptagona,& trigona,et sambucæ,& cuncta quæ indigent perita manuū gesticulatione. Rationabiliterq; illud se habet, quod antiqui de tibijs fabulantur.aiunt enim Mineruam repertricem,tibias abiecisse ob deformitatem oris. atqui nō male se habet dicere,fecisse hoc Deam, deformitate oris infensam:sed tamen multo magis ob id, quia nihil confert tibiarum vsus ad intelligentiā et mentem,cùm scientia et ars Mineruę sit attributa. Cum vero instrumentorum & operis probauerimus artificiosam disciplinā: artificiosam vero illam posuimus quę versatur in certaminibus:in illis enim qui agit,non proprię virtutis gratia agit,sed vt audiētes delectet,& onerosa quidem delectatione:quapropter nō ingenui hois cēsemus esse huiusce modi opus, sed per viles ac sordidos contingit illud fieri. nam finis,cuius gratia faciunt, improbus est, cùm spectator onerosus existens, modo hoc, modo illud exigere consueuit: ita vt artifices quoq; placere studentes, illiusmodi efficiantur,& corpora similiter propter motus.

*Harmonijs & rhythmis omnibus vtēdum esse: diuersis tamen ad diuersa,ac secundum ætates diuersas: ubi de harmoniarū differentijs multa. Cap. VII.*

COnsiderādum est autem,vtrum omnibus vtēdum sit harmonijs & omnibus rhythmis,an distinguendum.Deinde vtrum illis qui eruditionis causa laborāt,eandem dictionem tribuamus,an tertium quiddā aliud. Quoniam videmus musicam esse per melodiam & rhythmos, horum vtrunq; latere nō deber, quam vim habeat ad doctrinā: & vtrū præferenda sit ea pars,quæ in melodijs consistit,an ea quæ in rhythmis. Putās igitur multa de his esse dicta recte à musicis quibusdam, qui nunc sunt, & à philosophis qui peritam habent huius disciplinæ, discussionem & examen singularum partiū illis dimittemus, qui perquirere volent: nos autē legitime solum modo in genere de ipsis dicamus. Cùm illa probetur à nobis melodiarum diuisio, quam faciunt quidam philosophi,q aliæ sunt morales,aliæ effectiuæ,aliæ abstractiuæ, ponentes naturam earum ad singula istorum propriā: dicimus autē,non vnius vtilitatis gratia oportere musica vti,sed multarum:nam & doctrinæ gratia & purificationis. (quid autem purificationē intelligamus,nunc simpliciter, alias vero diligentius in his quæ de Poetica scribimus,dicemus)tertio gratia degendi otij quietisq; causa & remissionis curarum:patet omnibus harmonijs esse vtendum,sed non eodē modo:verum ad doctrinam quidem moralibus est vtēdum maxime: ad eruditionem vero aliorum pulsante,effectiuis et abstractiuis. nam affectio illa,quæ contingit circa animos quorundā vehementer,in cunctis existit.Differt autem fm magis & minus, ceu miseratio & metus,& præterea abstractio animi. nā per hūc motum deuoti, & supplices quidā fiunt. Videmus autem & sacris melodijs ita affici, quando vtuntur expiantibus animam carminibus,quasi medicina tretis. & purificatione. Hoc idem euenire necessum est ijs qui commiseratiōe,& qui metu,& qui alijs affectibus detinentur,& alijs, quatenus cuiq; talia contingant:fieriq; in omnibus purificationē quādam & leuationem cum voluptate.Similiter autem carmina purificatiua lętitiam afferunt innocuā hominibus. quapropter talibus harmonijs, & talibus carminibus spectandi sunt hi, qui theatralem musicam tractant certatores. Sed cùm spectator sit duplex, alter ingenuus & doctus,alter vilis & indoctus,ex opificibus turbaq; vrbana, his quoq; accommodanda sunt certamina, & spectacula ad cessationem

tionem & requietem. vt enim illorum animę diſtortæ ſunt à naturali habitudine, ſic harmoniarum & melodiarū diſtortiones ſunt quædam, illę quæ ſunt vehemẽtes & infractę. Delectat vero ſingulos id qd ſuę naturæ ſit aptū. quamobrem licentia permittenda eſt his, qui de arte muſica certant in theatro, vt ad huiuſmodi ſpectatorem tali genere vtantur muſicæ. Ad doctrinam vero, quemadmodū dictū eſt, moralibus melodijs eſt vtẽdum, et talibus harmonijs, qlis eſt Dorica, vt ſupra diximus. Recipienda eſt & alia quamcunq; nobis ſuadent, qui in philoſophia muſicaq; verſantur. Socrates vero in libris de Republica non recte Phrygiam tantummodo adiungit ad Doricam, licet improbans tibiam ex inſtrumentis. habet enim eandẽ vim phrygia in harmonijs, quam habet tibia in inſtrumentis. ambæ enim concitant animos, & in affectus impellunt. Oſtendit hoc Poeſis: tota enim bacchatio, & tota huiuſmodi concitatio maxime omnium inſtrumentorum per tibias fit. harmonia vero Phrygia maxime hunc modum habet: ceu Dithyrambus manifeſte videtur eſſe Phrygius. Cuius quidem rei plura afferūt argumenta, qui circa huiuſmodi rerum intelligentiam vacant. & inter cætera illud, q̃ Philoxenus aggreſſus Dorice facere Dithyrābos in fabulis, non potuit, ſed vi illius naturæ tractus fuit ad Phrygiam harmoniam, quæ maxime illis congruebat. Doricam autem fateri tur omnes conſtãtem eſſe ac firmam, morẽq; ſummopere cõtinere virilem. Præterea cùm medium extremorum ſumendum eſſe diximus: Dorica autem hanc habet naturam ad alias harmonias: manifeſtum eſt q̃ Doricam prę cęteris decens eſt iuniores addiſcere. Sed duo conſideranda ſunt. vnum, quid poſſit: alterum, quid deceat. nam poſſibilia quiſq; aggredi, & conuenientia ſibi debet. Sunt autem hæc diſtincta ætatibus, ccu defeſſis iam tempore nõ facile eſt alti ſpiritus cantilenas canere, ſed talib⁹ ſubijcit natura remiſſas. Ex quo Socratem in hoc quoque merito reprehendunt quidam ex his, qui circa muſicam verſantur, q̃ remiſſiores harmonias improbauit ad doctrinam, quaſi vinolentas accipiens eas, non ſecundum vinolentiæ naturam (nam vinolẽtia magis debacchari facit), ſed defeſſas. quare & ad futuram ætatem ſeniorum, opus eſt huiuſcemodi harmonias attigere, & huiuſcemodi melodias. Præterea, ſiqua eſt talium harmoniarum, quæ cõueniat pueroru ætati ex eo quia poſſit ornatum ſimul doctrinamq; afferre: quod Lydia maxime omnium harmonia rum habere videtur: manifeſtũ quòd hæ tres determinationes ſunt in doctrina faciendæ, medium, poſſibile, ac decens.

*Librorum Octo Politicorum finis.*

## LEONARDI ARETINI VIRI CLARISSIMI

### IN LIBROS OECONOMICORVM ARISTOTELIS, AD COSMVM MEDICEM FLORENTINVM PRAEFATIO.

*Rætioſa ſunt interdum parui corporis munuſcula, quod lapilli gemmæq; teſtantur. Et homines nonnunquam puſilli grandioribus præualent, ut de Tydeo ſcribit Homerus: à quo breui et exiguo omnes certaminibus lõge ſuperatos fuiſſe tradit. Statius quoq; Homerum (credo) ſecutus, de eodem inquit: Maior in exiguo regnabat corpore uirtus. Tu igitur, Coſme dulciſſime, hoc quicquid eſt libelli ob paginæ breuitatem nequaquam deſpexeris. puſillum quidem eſt, at utribus amplum, & pretio dignum: quod ego per has ferias è Græco interpretatus, non immerito, ut mihi uideor, tibi potiſſimũ deſtinaui. Cui enim rectius de gubernatione exercitus præcipi poteſt, quàm illi qui exercitum habet? Cui rurſus de rei familiaris adminiſtratione, quàm ei qui rem amplam poſſidet? & tueri illam cum laude gliſcit, & augere cum dignitate? Licet ergo per te multum ſapias, & à patre tuo utro ſapientiſſimo quotidie audire poſſis, operæpretium tamen erit quod de re familiari tradiderint excellentiſsima philoſophorum ingenia cognouiſſe. Vt enim medicinæ ſanitas, ita rei familiaris diuitias finem eſſe conſtat. Sunt uero utiles diuitiæ, cum & ornamento ſint poſſidentibus, & ad uirtutem exercendam ſuppeditent facultatem. proſunt etiam natis, qui facilius per illas ad honores dignitatesq; ſubleuantur. Nam quorum uirtutibus obſtat res anguſta domi, haud facile emergunt, ut poetæ noſtri dictat ſententia. Quare cum noſtri, tum natorum multo magis charitate, illarum amplificationi, quo ad honeſte poſſumus, ſtudendum eſt: quoniam à philoſophis in bonis numerãtur, & ad felicitatem pertinere creduntur. Tu igitur harum præcepta rerum in hoc libello Ariſtotelis leges, quẽ ego non ſolum tranſtuli è Græco, ut maxime conſonum eſſe putaui: uerumetiam explanationem quandam obſcurorum uerborum adiunxi, quo tibi legenti dilucidior eſſet. Primum igitur illud præmittendum eſt, duas philoſophiæ eſſe partes: quarũ altera in cognitione rerum, altera in agendo uerſatur. Prima ferè pars ad illa pertinet, quorum finis eſt ipſa cognitio. Actiua præcepta uitæ continet, quæ ſcire parum eſt, niſi deducas in actum. Ea uero præcepta diuidũtur trifariam. aut enim circa mores nos inſtruunt, aut circa rem familiarem, aut circa rempublicam. Harum primam Ethicam, ſecundam oeconomicam, tertiam Politicam Græci appellant. nos, ut opinor, noſtris uocabulis uti magis decet, quàm alienis. Nunc ad textum Ariſtotelis ueniamus.*

Ariſtotelis



# ARISTOTELIS STAGIRITAE,

## PERIPATETICORVM PRINCIPIS OECONOMICORVM LIBER PRIMVS,

### *Leonardo Aretino interprete.*

SVMMA LIBRI.

*De ijſ, quæ ad rem attinent familiarem, eiq; ſunt propria. De uarijs erga diuerſos Oeconomi legibus.*

### *Quomodo differant & conueniant inter ſe Politica et Oeconomica, & quis earum ſit ordo. Cap. I.*

REs familiaris & reſpublica inter ſe differunt, non ſolum quãtum domus & ciuitas: (hæc enim ſunt eorum ſubiecta:) verũ etiam illo, q̃ i republica quidem plures imperant, in re familiari vero vnus duntaxat eſt imperator & rector. Quædam enim artes diſtinguuntur, nec eſt eiuſdem feciſſe ac facto vti: quemadmodum lyra & fiſtulis. ſed reipublicę diſciplinæ, eſt ciuitatem ab initio conſtituiſſe, & conſtituta bene vti. itaq; patet etiam eſſe rei familiaris, para re domum, & illa vti. Ciuitas quidẽ eſt multitudo domorum, agro & pecunijs ſufficienter abũdans ad bene viuendũ. Id aũt ex eo patet, q̃ ſi cõpotes horum eſſe nequeunt, ſocietas ſoluitur. Inſuper huius gratia i vnum coeunt. cuius autem gratia vnumquodq; eſt, & fit, & ſubſtantia ipſius hæc exiſtit. Itaq; patet priorem eſſe rem familiarem quàm rempublicam: nam & opus illius eſt. pars enim ciuitatis eſt domus. Cõſyderandum eſt igitur de re familiari, quod ſit illius opus.

### *De partibus domus, et unde ſit ſumenda poſſeſſio. Cap. II.*

DOmus quidẽ partes ſunt, homo & poſſeſſio. Qm̃ vero primũ in minimis natura cuiuſq; inſpicit, in domo quoq; ſe habet ita. Quare ſm Heſiodũ hoc ad eſſe conuenit. Domiciliũ in primis, mulierẽq;, et bouẽ aratorem. alterũ. n. primũ in victu eſt, alterum in liberis. itaq; oportet ea quæ ad vxorẽ ſpectant, recte diſpoſuiſſe, hoc eſt prouidiſſe, vt talis ſit qualis eſſe debeat. Poſſeſſionis aũt prima cura eſt ea, quæ ſm naturam. ſecundũ naturam vero potiſſima eſt agricultura. Secũdo loco, oia quæ ſunt à terra: ceu metallorę, & ſi qua alia huiuſmodi. ſed agricultura præcipue, qm̃ iuſta. non. n. ab hoĩbus, nec volentibus vt caponaria & mercenariæ: nec iuſtis quęrit, quẽadmodum bellicæ artes: & eſt earum rerum quæ ſunt ſecundum naturam. natura. n. omnis educatio eſt à matre: quare & hominibus à terra. Prodeſt etiam hæc plurimum ad fortitudinem. non enim, quemadmodum viles artium, corpora eneruat, ſed talia facit, vt & ſub Dio conſiſtere, et tolerare laborẽ valeant, & aduerſus hoſtes pericula capeſſere. ſoli enim res ſuas extra munitiones habent.

Agricultura dotes.

### *Quòd uiri et mulieris ſocietas ſecundum naturam ſit et neceſſaria, et q̃ multa commoda contineat. Cap. III.*

SEd eius diligentiæ quę eſt circa homines, primæ ſunt partes circa vxorem. ſocietas enim eſt maxime ſecũdum naturam mari & fœminæ. Præmiſſum eſt. n. à nobis & alijs locis, deſyderare naturã multa efficere talia, veluti vnumquodq; animalium. eſt enim impoſſibile fœminam ſine mare, aut marem ſine fœmina hoc adimplere. quare eorum ſocietas neceſſitate conſtituta eſt. Enimuero i cæteris animalibus abſq; ratione id fit, & inquantum naturæ capacia ſunt, & procreandi gratia ſolum. in cicuribus autem & prudentioribus diſtinguũtur magis. apparent enim in his magis mutua auxilia, & dilectiones & cooperationes: maximeq; in homine id conſpicitur, quòd non eſſendi cauſa ſolum, verũ etiam bene eſſendi mas & fœmina ope mutua coniunguntur. filiosq; procreant, non ſolum vt id naturæ tributum ferant, verũetiam vt commoda exinde ſuſcipiant. valẽtes enim ipſi, imbecilles ſuos labore tuentur, & alunt. mox imbecilles ob ſenium facti, à valentibus eadem reportant. Et ſimul natura per hunc circuitum adimplet ſempiternitatem: ex quo ſecundum numerũ non poteſt, at ſecundum ſpeciem. ſic enim diuina prouidentia vtriuſq; natura ordinata eſt, viri ſcilicet, & mulieris ad ſocietatem. Tendunt enim eorum omnia in idem vtilitatis, licet contraria quædam videantur. Alterum enim robuſtum facit, alterum imbecillius. vt hoc quidem ob timorem cautius, illud vero propter fortitudinem pugnacius eſſet. & alterum parat foris, alterum parta domi conſeruat. Ad operis vero effectionem, alterum ſedulitatem intra limẽ agit, ad externã vero peruagationem imbecillũ. alterum ad ſedulitatem deterius eſt, ad motus

autem valẽtius. Circa prolem aũt, generatio quidem propria est, vtilitas vero communis. alterius enim nutrire est, alterius erudire.

*Leges uiri ad uxorem.* Cap. IIII.

PRimum igitur leges sint viro ad vxorẽ & iniuria cesset. sic enim nec ipse iniuriam patietur. hoc enim & communis lex inducit, vt Pythagorici dicũt, quemadmodum seruam à lare abductam, quam minime decet videri iniuria afficere. est autem viri iniuria externarum mulierum coitus. In vsu vero, vt neq; desit præsentibus nec absentibus impotens sit acquiescere: sed ita assuefieri, vt sufficienter se habeat in præsentia & absentia. Rectevero se habet et illud Hesiodi: Puellam accipere oportere, vt gratis moribus eam imbuere possis. diuersitates enim morum nequaquam sunt ad dilectionem aptæ. Circa ornatum vero, quemadmodum in moribus fictionem esse non decet, si simul appropinquare debent, sic etiam nec in corpore. nam illa, quæ per ornatum fiunt, nihil differunt ab histrionũ vsu, Tragœdias in scena agẽtium.

*Leges domini ad seruos.* Cap. V.

POsſessionum autem prima quidem, ac maxime necessaria est illa, quæ optima et pricipalissima: id autem est homo. quapropter oportet primo seruos parare studiosos. Seruorum autem species duæ, curator, & opifex. cum vero cernamus, quod disciplinæ tales aliquos faciunt iuuenes, necessarium est postquam paraueris, imbuere illos, quibus liberalia officia fuerint committenda. Cum seruus autem versetur ita, vt neque superbos esse sinat, neq; abiectos. & liberalioribus quidem honorem, opificibus vero cibum abunde tribuat. Et quoniam vini potus etiam liberos ad insolẽtiam impellit, & apud multas nationes ingenui quoque ab illo se abstinẽt, vt Carthaginenses dum militant: patet ꝙ vini, aut nihil ✝ aut valde raro seruis tradẽdum est. Tria vero cum sint: opus, cibus, & castigatio, cibus quidem sine castigatione & opere petulantem reddit: opus vero, et castigatio sine cibo violenta res est, & infirmum facit seruum: relinquitur igitur, vt opus faciendum illi tribuat, & cibum sufficientem. sine mercede. n. dominandum non putant. merces autem seruis, cibus est. Verum vt alij deteriores fiunt, quando nec melioribus tribuitur melius, neque præmia sunt virtutis et vitij propositia: sic etiam seruis. quapropter oportet considerationem habere, ac indulgere illis, & permittere singula secundum merita, & cibum, & vestem, & quietem, & castigationem verbo, & opere, medicorum artem imitantes, in medicinæ loco prospicientes, quòd quidem cibus medicina non est propter continuationem. Genera vero seruorum ad opus faciendum optima essent, neque timida, neque fortia nimis. in vtrisq; enim peccatum est. nam & nimis timidi non ferunt laborem; & ferocibus non commode imperatur. Oportet quoq; finem omnibus esse terminatum. est enim iustum simul & vtile, libertatem esse propositã. libenter enim labores subibunt, si & propositum premium conspexerint, & tempus definitum. Sunt etiam procreatis filijs, tãquam obsidibus obligandi. Nec plures habendi sunt eiusdem generis, quemadmodum in ciuitatibus. Sacra quoque & largiores epulas seruorum gratia magis faciendum, quam liberorum. plura enim ipsi habent, cuius vtique gratia talia instituta sunt.

*Leges Oeconomi.* Cap. VI.

QVatuor habere oportet patrem familias circa pecunias. nã & quærere posse conuenit, & quæsita tueri. alioquin nulla quærendi foret vtilitas. nam cribro haurire nihil aliud est, quàm (quod dici solet) terebratum vas. Esse præterea talem, vt & ornari præsentibus & frui sciat. horũ enim gratia habere illas expedit. distinguẽda quidem sunt singula, & plura habenda fructuosa quàm infructuosa, & negocia sic sequestranda, vt omnium simul periculum non subeatur. Circa tuendum autem quæsita, vtiles sunt Persicæ & Laconicæ, vtilis etiam Attica dispensatio: vẽdentes. n. emũt. & penoris institutio non est in exilioribus administrationibus. Est autem Persica, ipsum omnia iubere, omniaq; inspicere. Et quod de Dionysio inquit Dyon, nullus enim parem curam habet alienorum & suorum. itaque quæcũq; per ipsum geri possunt, circa illa cum diligentia intendat. in quo Persæ simul & Libyci dictũ recte se habet. Persa enim rogatus, quid equum maxime pinguem faceret: oculus domini respondit. Libycus vero rogatus, quod sterquilinium agro foret optimum: domini, inquit vestigia. Sunt igitur inspicienda negocia diligenter viro, inspienda etiã ab vxore, prout inter eos distinctæ sunt curæ. Et hoc faciendum est, in exilioribus quidem administrationibus raro: in grandioribus autem, quorum cura alijs committitur, sæpe. nisi enim quis bonum exemplum de se præbuerit, imitatorem diligentiq; habiturum non existimant, neque in re familiari neque in alijs:

quoniam



**quoniam impossibile sit, non diligentis domini diligentes esse vicarios. Cùm vero hęc ad virtutem honesta sint, & ad rem familiarem vtilia, expergisci decet prius dominum ꝙ̃ seruum, & cubitum ire posterius. nec vnquam incustoditã esse domum, quemadmodũ nec vrbem, qñ opus est, neq; die, neq; noctu. Et ante lucem surgere, quod & ad sanitatem, & ad curam rei familiaris, & ad studium Philosophiæ prodest quamplurimum. In paruis igitur administrationibus Attica regula circa fructus vtendum est. in magnis vero distinctio facienda est eorum quæ in annum, & eorum quæ in singulos menses cõsumere oportet. Eodemq; modo in instrumentis separanda sunt ea, quorum vsus quotidianus est, ab his quæ raro sunt vsui. hæc tradenda sunt ijs, quibus negocia commiseris. ac certo tempore inspectio eorum facienda erit, vt non lateat, quid saluum sit, quidue perierit. Ædes quoq; ita parandæ sunt, vt & rerum possessarum, & salubritatis, cõmoditatisq; rationem habeamus. Rerum possessarum dico, ceu fructuum & vestium, quales his conducãt. & fructuũ, quales aridis, & quales liquidis. & aliarũ rerum, & quales animatis, & quales inanimatis, seruisq; & liberis, maribusq; & fœminis, ciuibus & peregrinis. Commoditatis vero & salubritatis, vt æstate quidem vẽtorum afflatum, hyeme vero Solem recipiat. essent autẽ tales, si auerso Borea fuerint, nec æqualiter latæ. Videtur quoque in magnis domibus vtilis esse ianitor, qui sit ad cætera inhabilis, pro obseruatione importandorum et exportandorũ. Ad rectũ vero vsum instrumentorum illud Laconicum valet, singula suo loco iacere, sic enim parata non requirentur.**

LEONARDI ARETINI VIRI CLARISS.

EXPLANATIO IN LIBRVM PRIMVM

OECONOMICORVM ARISTO.

AD COSMVM SVVM.

REs familiaris & respubli. inter se differunt. Diximus supra i prooemio, quã Græci Politicam vocant, nos appellare rem pub. hinc sunt. M. T. de repub. libri. Item quam illi Oeconomicã, nostri Rem familiarẽ dixere. hinc patris familias nomẽ venit, ꝙ domum gubernat ac moderatur. De re igitur familiari dicturus Aristot. præmittit differentiam inter illãm, & rempub. dicens non solum esse tantam differentiam, quanta est inter domum & ciuitatem, quæ sunt subiecta earum, verumetiam in illo differre, ꝙ in repub. plures quidem imperant: in re vero familiari vnus duntaxat est imperator & rector. quod dicit bonum esse subiectum rei familiaris, nõ huc pro parietibus & tecto domus sumitur, sed pro familia. ciuitas quoque non mœnia & tecta, sed cõcursusq; hominum significat. Rei igitur familiaris disciplina circa domum: reipub. vero circa ciuitatem versatur: quæ prima est differentia. Secunda vero differentia est: quia in republi. plures imperant, vt Romæ, senatus, consules, tribuni militares, ædiles curules, prætores vrbani, tribuni plebis. Nam imperare dicuntur, quicunque magistratum in republica gerunt, quorum dicto parere necesse est. sunt enim superiores, vnde illud nascitur legitimum, par in parem non habet imperium. In republi. igitur plures imperant: inre autem fami. solus paterfamilias. hic enim iubẽdi & animaduertendi in familiam potestatem habet, cuiusq; dicto parere necesse est Itaq; vt illi publice, sic iste priuatum magistratum gerit imperiumq; exercet. Quædam enim artes distinguuntur. Post assignationem differentiam rei familias, & reipubli. genus earum commune attingit. sunt enim hæ artes quædam. Artium vero distinctio fit. quarundam enim est fecisse, at non vti facto. quod patet in lyra & fistulis. lyram enim facit artifex, & fistulam eadat: vtitur autem postea non ipse qui facit, sed musicus. sunt igitur quædam artes, quarum est fecisse, & non vti facto. Aliæ contra. parant. n. quod vtendum est, et parato vtuntur. huius generis est rei familiaris disciplina, et reipu. Est enim reipub. constituere ciuitatem ab initio & constituta bene vti. Eodemq; modo rei familiaris parare domũ ab initio, & postq; parata illa fuerit, illa vti. Ciuitas quidem est multitudo domorum. Aperit tam quid sit ciuitas, & quid domus. inquit enim: Ciuitas est multitudo domorũ, agro & pecunijs sufficienter abundans ad bene viuendum. de domo autem paulopost dicit quid sit, assignãdo partes, inquiens: Domus quidem partes sunt homo & possessio. Sed redeamus ad ciuitatem, cuius nuda descriptione contenti in præsentia simus. nam est locus tractandi vbertus in libris de republi. Ciuitas, inquit, est multitudo domorum. quod dicit domorum, intelli ge, vt supra diximus, nõ enim de parietibus & stillicidijs loquitur, sed de familijs. nam neque ciuitas muri & tecta sunt: sed cœtus hominum iure sociatorum. Quod autem subdit: agro & pecunijs. ob hoc enim conueniunt homines in societatem communem, vt sufficientes sint, & vt quod alijs deest ab alijs reportent. hic Agricola victum parat, agrũ serens. Faber autem sibi aratrum & vomerem. Textor, et Sutor vestem, et calceos subministrat. ille frumentum & vinum eis tradit. ita rerum permutatio fit, quæ continet ciuitatem. Nummus deinde constitutus est ad faciliorem permutationem, ne si Sutor forte domũ sibi parare velit, mille milia calceorum tradere habeat: nam quis tot simul calceis indiget: sed alijs mũltis indigẽtibus, calceorum venditione facta pecunias recipiat, & pro domo tradat. Nummus igitur in subsidium repertus est res necessaria ad ciuitatem continendam, tuendamq; vitę societatem. Ager quoque necessarius est, in quo consistat ac seratur. et hoc est, quod inquit, agro & pecunijs & cætera. quando enim multis cohabitantibus, & singulis opus suum in communi societate conferentibus, sufficientia resultat ad bene vtiẽdum, tunc est ciuitas, & ciues sunt qui isto modo conueniunt, & sub eisdem viuunt legibus. Ita Florentini omnes vnam ciuitatem faciunt, Senenses aliam, Pisani aliam. Nec quicq; refert intra vrbem habitent, vel extra. Sed quod de pecunijs dixit, ad omnes res quę in æstimationem pecuniariam cadunt, hoc notandum referas. Id autem ex eo patet, quòd si compotes. Ciuitatem esse multitudinem domorum, agro & pecunijs sufficiẽter abundantẽ, ex eo patere inquit, ꝙ si cõpotes ẽ nequeũt, societas solui: id est

Nummus.

Ciuitas. sine illis ciuitas stare nō potest. Ciuitas enim est societas quædam, vtinquit Cicero in libro de repub, sexto: nihil est illi præcipi de eo quod quidem in terris fiat acceptius, quam cōcilia, cœtusq; hoium iure sociati, quę ciuitates appellantur. sociati ergo homines ciuitatem constituunt: soluta vero societate ciuitas interit, soluit autem societas, si ea quæ retulit non adsint. Et hoc est quod ait, si compotes esse nequeant, societas soluitur. Insuper huius grā in vnū coeunt. cuius aūt grā vnumquodq; est & fit, & substantia ipsius hæc existit. Alia probatio, quod ciuitas sit multitudo domorum, agro, & pecunijs sufficienter abundans ad bene viuendum. Coeunt. n. homines simul in societatem cōem, vt sufficienter abundent ad bene viuēdum, vt supra diximus. quia quod alijs deest, alijs affert in cōi societate. cū igit huius gratia sint sociati simul hoīes, & nisi huius sufficientiæ compotes sint dissoluatur societas, merito dici potest hanc esse substantiā ciuitatis. nam hæc facit vt subsistat ciuitas. quo autem aliud subsistit id eius substantia est. Sed quæro, cur posuerit vnūquodq; est, & fuit. Respondeo vt significet causam permanētem, vt est hic. nam huius gratia constituę sunt ab initio ciuitates, & huius gratia durant, & in cōi societate. merito ergo dicitur, cuius aūt gratia vnūquodq; est & fuit, & substantia eius hęc existit. Itaq; patet priorē esse rēfamiliarem, quām rempu. nam domus, quæ est reifamil. opus, prior est tēpore, quā ciuitas, quæ ex domorum multitudine constituitur. pars. n. ciuitatis est domus. huius aūt materiæ partes priores sunt quā totū: quēad modū & ouis pus quā grex, q ex multitudine ouiū fit.

Consyderandum est igitur de re familiari. Iam aggreditur discussionē rei. nā præcedentia locū prooemij magis tenuere ad docilitatem quandam auditoris pertinentia, & quid sit eius opus. Finis in re fami. sunt diuitiæ, vt Aris. ipse in principio Ethicorum ostēdit, opus autem eius est recta familiæ gubernatio.

CAP. 2. Domus quidem partes sunt homo et possessio. Hęc est definitio domus, quam recte præmittit: vt & quid sit id, de quo tractaturus est intelligamus: & materiam paret sibi ad doctrinam tradendam. Simile quiddam est apud Ciceronem in libro de officijs, inquit enim, » Omnis, quę de aliqua re habetur institutio, à definitio » ne incipere debet, vt intelligatur quid sit illud, de quo » disputādum: deinde definitionem subijcit in hunc mo» dū. Omnis de officio duplex est quæstio. Vnū genus » est quod pertinet ad finē bonorū. Alterū quod est posi » tū in præceptis, quibus in oēs partes vsus vitæ confir» mari potest. Ita hic Aris. diuidendo definit. Nā definire nihil aliud est, quā determinare: determinant aūt rē, qui totam in suas diuidunt partes. vnde species definitionis est partium confignatio. domus ergo partes sunt homo et possessio. Idem aūt hic significat domus, quod familia: vnde rei familia, nomen tractū est. Consueuerunt. n. Latini per hoc nomen res cū qualitate alt qua iunctum disciplinas ferè significare. Vt res militaris, respubli. res fami. res rustica, res domestica: quod idē significat, quod res famil. qm̄ domus & familia idē sunt: vnde patertamilias dictus est, qui domum gubernat & regit. Significare aūt familiæ nomen non hominēs solum, verumetiam res, quæ nostro acquiruntur dominio, iura testantur ciuilia: vbi tota patrimonia in iudicium familiæ herciscundæ venire cōstat. dic ergo domus, id est familię partes sunt homo & possessio, quasi dicat hæc duo complectitur domus: homines scilicet & possessiones. & de homine quid sit nemo dubitat.

Possessio autem quid in hoc loco significet, declaratione indiget. Videtur autem hoc nomē possessio etiā duo significare. nam & res omnes quas possidemus, puta fundos, pecus, naues, et cętera huiusmodi, quę nostri domin̄ sunt: hęc enim habētes possidere dicimur, significat etiam non illa quæ iam possidemus, sed quæ acquirimus. & in hac secunda significatione possessio idem significat quod quæstus. Idemq; videtur magis proprium in hoc loco. nam & verbū grecum κτᾶσις; quod est hic positum, vtrūq; significat. sed hoc magis quam primum. Vt etiam Xenophon in Oeconomico suo ostendit, & Aristo. in Ethicis inquit. Liberaliores vidētur, qui non quæfuerunt ipsi, sed ab alijs accepe runt. & huius rationē assignat: sed quod ibi dicit quæsiuerunt eodem verbo utitur, scilicet κτησόμενοι, à quo κτᾶσις est. Significat ergo non res possessas solum, sed etiam quæstum. & circa primū diligentia patrisfamilias est in conseruando, circa secundum diligētia est in acquirendo. quo in genere agriculturā paulopost præferet: oibus alijs quæstibus anteponens illam. nec tamen istæ duæ significationes multum distant, si recte perpendantur. Qm̄ vero primum in minimis cuiusq; natura inspicitur, sic etiā in libris de repub, facit Plato, vt à minimis inchoet ciuitatē. si igitur in minimis cuiusq; natura inspicitur, in domo certe sicē habebit, s. & vt eius naturam in minimis & primis (ut ita dixerim) elemētis inspici, ac discerni possit. Vnde statim illa mi Hesiodus. nima subijcit ex Hesiodi sententia. Quare secundum Hesiodū. Hesiod⁹ poeta fuit Homero (vt traditur) altquanto posterior, hic in eo libro, cuius titulus est Opera & dies, quē ad Persem fratrem scripsit, docens quæ facere quæue habere patrē familias oportet, hunc versum posuit, quasi elemēta domus cōtinentē: quē nunc Arist. ad propositum suū inducit. Domicilium in pri » mis, mulierem q; & bouē aratorem. Significat. n. dum » dicit mulierem, deinde possessionē, id est quæstū cùm de agricultura dicit, ad quam bos arator est vtilis. hæc sunt velut prima elementa familiæ. & reddit rōnem, quia alterum est primum in liberis, s. mulier: alterum in victu, s. opus rusticum, quod in arando consistit. De domicilio autem tanq; de re nota omittit, sed postea in fine quale esse debeat, tradet. Vel ea quæ sequuntur distributiue ponit: quasi dicat domicilium in primis, id est mulierem, & bouē aratorem: vt hæc sint partes illis, quod supra dixit domicilium, uel domum. Nam vt diximus hæc hominem & possessionem significat, in quæ duo tota domus diuiditur. Itaq; oportet ea quæ ad uxorē spectāt, recte disposuisse. Post assignatas duas partes, s. hominem & possessionem, incipit iam ab homine aliud dicere, vt postea ueniat ad quæstum. Dicit ergo, cùm mulier sit primum in liberis, & quasi quoddam elementum familię, necessariū est ea, quæ ad vxorem pertinent recte disposuisse, hoc est prouidisse, vt talis sit qualis eē debet. Et quod dicit prouidisse, id est, ante omnia illud prouidisse oportuit, vt vxor sit recte dispositа, & talis qualis esse debet. Sciendū tamen est, quod hic dicitur de vxore, violenter tractum esse ab Hesiodo. non. n. Hesiodus de vxore itellexit, sed de ancilla. Nam cū dixisset mulierem ita, subijcit in sequenti versu, non conugio acceptam, sed pretio partam: quæ & si opus fuerit boues sequatur. patet ergo de ancilla eum sentire. Sed Aris. sanius & melius interpretatur. nam ancilla non est primum in liberis, sed vxor.

Possessionis autem prima cura est. Perinde est dicere possessionis prima cura est, ac si diceret in acquirendo præcipua, & maxime laudabilis cura est. quasi dicat, in nulla re tam laudabiliter acquirimus, quàm in opere rustico, id est, in agricultura. probauit enim Hesiodi dictum in vxore & opere rustico, quoniam alterum primum est in liberis, alterum in victu. & de vxore quædam dixit: nunc vero de opere rustico resumit, laudans illud, & preferens alijs quęstibus. Rationes, quare agriculturā cæteris quæstibus anteponit, multę sunt:



sunt, sed præcipue quia est fecundum naturam, & quia iusta, & quia vtilis ad fortitudinem. Ceu metallorū. Vt auri et argēti fodiēdi: et qđ de chalybe scripsit Vir.

» Insula inexhaustis chalybum generosa metallis.

Et si qua alia huiusmodi. Vt lapidicinę & sylua cędua.

Metalla. sed hæc non ita humaniter fiunt, vt agricultura: cùm in metallis fodiendis terrę veluti parenti afferātur manus eius viscera fodiendo. In agricultura vero fodiatur benigne. Itaque nostræ quoddam humanitatis institutum esse à maioribus scribit Plinius secundus: ne in Italia metalla foderentur. quamobrem subdit. Sed agricultura præcipue, quoniam iusta, id est, non iniuriosa, non violenta, sed mitis & pia: quoniam non inhumaniter, neque ab inuitis extorquet. Natura enim omnis educatio est à matre, quare & hominibus à terra. Hic terra dicitur parens, quia nos educat. Prodest etiam hoc plurimum ad fortitudinem. Fortitudo est virtus animi, vires autem & robur sunt corporis. ad utrunque prodest agricultura. nam & corpora facit robusta per tolerantiam laborum, & animū firmat contra pericula per exercitationem tuendi res suas, quę vt plurimum sunt extra munitiones, & periculis subiacent. Non enim quemadmodū viles artium. De opificinis dicit, vt constrina, & sutrina, & sigillaria, & argentaria, & alijs huiusmodi, in quibus sedulitas est multebris, & nullus virilis labor. Sub dio consistere: id est, sub aperto cœlo ad æstum & frigus sine cameris & fenestris pannatis: quæ omnia intelligenda sunt, non de his tolum, qui manibus seruis opus rusticum faciunt: sed de his quoq;, qui curant faciēdum: ceu dñs prędijs in tentus, quod Oeconomico prosequitur Xenophon.

CAP. 3. Sed eius diligētiæ, quę est circa homines. Quoniam de cura & diligentia, quæ est circa quæstum dicit, in quo proposuit agriculturam: nunc de ea, quæ est circa homines adhibenda dicit, in qua præfert maxime vxorem. & rationes duas assignat: sed videbatur supra dixisse de vxore. Respondeo ita in genere. dixit enī prouidendum vt sit talis qualis esse debet. sed hoc parum erat. Itaq; nunc magis trite & particulariter discutit.

Præmissum est enim à nobis, et alijs locis desyderare naturam multa efficere talia. Ratio, quare mari & fœminæ sit communio maxima secundum naturam, præmissum est inquit, id est præsuppositum alibi, vbi de generatione tractauit, naturā desyderare multa effi cere talia, vt homo homines, leo leones, equus equos. Natura enim desyderat omne animal sibi simile produ cere. Hoc autem non potest mas sine fœmina, aut fœmina sine mare desyderū adimplere, sed ambo simul concurrant necesse est. Itaq; eorum societas est secundum naturam: & quidem ex necessitate constituta. Enimuero in cæteris animalibus absque ratione id fit. Desyderiū procreandi cōc quidem est oibus animalibus, sed distinguitur in ipsis, prout alia magis alia minus ab immanitate remota sunt, capaciaq; prudentiæ. Nam alia quidem indistincte coēūt sine aliquo respectu, sed qñ naturali mouentur desyderio. Alia vero se coniungunt, non tantum procreandi gratia, verumetiam vt ope mutua se coadiuuent. quod in cicuribus et prudentioribus bestijs videmus. ducunt. n. cicures illæ bestiæ, quæ remotæ sunt à beluina feritate. prudentiores aūt vocat, quæcunq; prouidentiam habent circa victum, vt formicas, apes, &c. quæ futuri memores cibum colligunt, & conseruant. In his igitur mutua quædam auxilia coniunctionis apparent, nec tantum conuenire in societatem vt procreent, sed mutua sese ope tueantur. Sed in homine maxime omnium id conspicitur. patet enim in hominibus coniunctionem fieri inter marem & fœminam, non solum vt sint, hoc est non solum vt procreent ac perpetuent genus suum: verumetiam vt bene sint. principium ergo cōiunctionis in hominibus est à natura: forma vero est a lege & ratione, quod matrimonium appellamus. Tributum ferant. Translatio est ab eo, quod quis superioribus soluere astringit. vt enim tributum penditur regi ex indictione: sic à natura nobis indictum est, vt alios procreemus. Valentes enim ipsi, s. vir, & vxor. Imbecillos, id est invalidos paruos filios. Mox imbecilli ob senium facti, s. vir & vxor: à valentibus scilicet filijs. Eadem reportant, s. alimoniam & tuitionē. Hinc est q̄ filio patrem abdicare non licet, quia ture naturæ obligatus est. Et simul natura per hunc circuitum. Quod dicit & simul, duo implicat: quod & gratia commodi facit qui procreat, & gratia perpetuitatis, & hoc in hominibus. Quod autem inquit per hunc circuitum, s. de parente in filio, & de filia in parentem. Adimplet sempiternitatem, id est adimplet desyderium suum, videlicet vt homines semper sint secundum speciem, ex quo secundum numerum esse non possunt. Tendunt. n. eorum omnia in idem vtilitatis. Sic enim ordinati sunt duitus vir, & vxor ad societatem, vt omnia eorū tendant in idem vtilitatis: licet contraria quædam videantur. Quomodo autem contraria & quomodo in idem tendentia, explicat, inquiens alterum quidem robustius. & cætera quæ sequuntur. Dic ergo alterum, s. virum, alterū, s. vxorē. & vtitur neutro genere, quod non est inconueniens, cū homo sit animal. Quod vero dicit, fecit, dic, s. natura, vel diuina prouidentia. Item quod dicit ob timorem cautius, s. ad custodiam rerum suarum. Alterum ad sedulitatem deterius. Vir. n. ad quietem intra limen agenda ineptus est. Generatio propriaest, id est præcipua mulieris, & exponegenera tio, id est effectio siue partus. Vtilitas aūt commune quātum ad filium. Non. n. hic loquitur de vtilitate parentū, sed de ea, quam parentes conterunt: in filiū. Itaq; subdit alterius nutrire est, alterius erudire. educatio. n. est à matre, ut supra dixit: eruditio uero a patre. & sic utilitas communis est amborum.

Primum igitur leges sint utro ad uxorem, ut iurgia cessent. Cùm sit ope mutua inter uirum & uxorem ad bene uiuendum contracta societas: primum hoc præcipiendum est ut sint leges utro ad uxorem. sed quid est quod dicit sint leges viro ad vxorem, an forte ad alios non sunt leges? Respondeo. Vir est paterfamilias, domus suę (ut ita dixerim) rex. hic pro arbitrio familiā gubernat, castigat, punit, potestatē habet in seruos, & filios, & res possessas, nec ulla lege uetusta prohibetur, quo minus hanc potestatē in seruos & filios exerceat. Nō putet ergo uir, inquit Aristoteles, eodem modo habere imperium i uxorem, sed sint leges quædam uiro ad uxorem, quas seruare debeat: & quas si transgreditur, iniuriā facit, nec in arbitrio suo positum existimet, ut totum sibi liceat, se cognoscat se lege teneri, & iniuria cessat. Nam ius est secundum leges: iniuria contra leges. Sic enim nec ipse iniuriam patiatur, ab uxore uidelicet, quæ propter iniurias uiri, aut infida sit, aut adultera, nonnunquam etiam uenefica. & expone exempla in Clitęmnestra, & Penelope: quarum altera propter iniurias uiri adultera & cædis conscia fuit: altera propter fidem coniugis castitatem seruauit. Hoc. n. communis lex. Pythagorici censebant, sancte quidem & bene, qui communi quodam humanitatis iure abstinendum esse ab iniuria etiam erga seruos. nam & si seruus, homo tamen est, qui cùm in tuam domū guenit, quasi ad larem familiarem cōfugisse uidetur, ne iniuriam patiatur. fuit nanq; religio antiqua, ut quicunq; ad larem alicuius confugisset, etiam si is inimicissimus esset, uiolare eum non liceret. quod Themistoclem fecisse scribūt: cùm Athenis pulsus, domū inimici, & à se

quidem magnifice offensi, quem vitare nō poterat introisset. fugiens enim ad larem supplex, etiam apud infestissimum inuiolatus permansit. Est autem lar vestæ sacrum: & quæuis domus id sacrum habet. Sedes autē eius sacri est, vbi principaliter ignis fit. Pythagorici ergo dicebant oportere nos existimare seruos nostros cē ab lare, id est ab illo loco, ad quem confugiens violare nō est fas: qñ ipli serui cùm in domum tuam venerint, ad larem familiarem tuum confugisse videntur. Si ergo seruis id humanitatis tribuitur, multo magis id tribuendum est vxori. Et iniuria cesset, & cōlege, & ratione domestici sacri. est enim cōis lex, vt confugientibus ad larem iniuriari fas non sit. mulier autem est ex his, qui in domum tuam veniunt, & ad larem confugisse videntur. Non solum ergo priuata lege, quę est viro ad vxorem, verumetiam cōmuni lege, quæ est ad omnes confugientes ad larem, abstinendum est ab iniuria vxoris. & hoc est quod inquit, etiam communis lex inducit, vt Pythagorici tradunt. Est autem viri iniuria. Inter cæteras leges, quæ sunt viro ad vxorem, illa quoq; numeratur, vt sua contentus esse debeat, neque cum alīs coeat, quam si transgreditur vir, iniuriam facit. Itaq; dicit: iniuria viri est externarum mulierum coitus. Sunt enim externæ omnes præter vxorem. illa enim est sua & domestica, aliæ externæ & alienæ. In vsu vero, vt neq; desit. Hoc præceptum commune est viro & vxori: & sententia est hæc. Dictum est supra proxime virum vxore sua contentum esse debere, & illam uiro. Vnde nascitur dubitatio, quomodo faciens ista in absentia, si non possunt cum alio coire. Respondet ita assuescendum est, vt neq; quando sunt præsentes, desit eis coitus: neq; quando sunt absentes, impotentes sint acquiescere & abstinere. sic ergo est assuescendum, vt sufficienter se habeant in præsentia, & absentia. Recte vero se habet & illud Hesiodi: puellam accipere debere. Quod in masculo dicitur puer, in femina dicitur puella. et in vtroque ætatem significat ab ingressu pubertatis vsque ad finem annorum crescentium. hoc est quod inquit Ouidius:

„ Seu caperis primis, & adhuc crescentibus annis,
„ Ante oculos veniet vera puella tuos.

Vt gratis moribus eam imbuere possis. gratis, s. tibi. Nam grandiorem fœminam si duces, non facile in tuos mores illam traduxeris: præsertim si alium habuerit virum. erit ergo dissimilitudo morū: qua stante nec pax tibi domestica fuerit, nec amor coniugalis. nam morum diuersitates amorem impedirunt. Circa ornatum vero. Aliud præceptum salutare circa ornatum vxoris: quod Xenophon in Oeconomico suo ꝓsequit latius. Sed quicquid ibi prolixa illa interrogādi responsiones testimonias habet, hic breui præcepto comprehenditur. summa enim totius præcepti est, quemadmodum in moribus fictio esse non debet, sic etiam nec in corpore debet esse fictio per fucos, & alia quæ ad apparentiam pertinent, & non ad veritatem. nā talis ostentatio, inquit, nihil differt ab histrionum vsu, qui prodeunt ex aula tanq; reges ornati. sunt autem reuera viles homines, non reges, vt apparebant. Intelligendum est duplicem esse fictionem: vnam in plus quām reuera sit, & dicitur ostentatio: alteram in minus, et dicitur ironia. hic ergo de prima loquitur, quæ est ostentatio. hæc enim vt in moribus cessare debet, sic etiam in corpore. Plato quoq; de hac ipsa fictione ornatuue in Gorgia loquitur, quem totum refert in adulatione & fictione ingenerosam & callace esse permutationē veri decoris. Si appropinquare debeāt simul, s. vir & vxor, & die appropinquare, id est coire vel conuenire simul. Quod autem inquit: Tragœdias in scena agentiū: ideo posuit Tragœdias, & nō Comœdias: qa in Tragœdia reges & tyranni fingūtur: in Comœdia autem leniones & parasiti, qui sunt viles personæ. plus igitur interest in Tragœdijs inter personā veram & fictam, quod magis facit ad propositum suum ornamenti mulierum. „ Nam vt inquit Iuuenalis:

Quare decus rerum si cōiugis auctio fiat, „
Baltheus, & cristæ, & cætera quæ prosequitur, tandem concludit: exigua pars est ipsa puella sui. „
nec tamen ferebantpœnas, vt nunc ferre cœperunt.

Possessionum aūt prima quidē, ac maxime necessaria est illa, quę optima. Admirabit quis non immerito ordinem huius progressus, cùm videatur nunc idē omittere, nunc reassumere & interponere quędam, vt nunc de vxore, nunc de agricultura, nunc de seruis. Sed omnia sunt plana, & optima ratione ab Arist. digesta. Primo, n. dixit domus esse partes hoiem & possessionem: mox inducta Hesiodi sententia, prætulit vxorem tanq; primum in liberis, & rem rusticā tanq; primum in victu: dixitq; in primis curā nos habere debere, vt vxor sit qualis esse debeat, & rem rusticam alīs quæstibus esse præferendam. hoc perfecit vsq; ad eū locum, vbi dicit: sed eius diligētiæ. Ibi resumēs diuisionem primo faciam, incipit tractare de hoie, apertēs præcepta circa vxorem magis trite quam supra fecerat, vsq; ad hunc locum possessionū, vbi incipit tractare de seruis. Sed quæro vtrū serui sint hois, an possessionis. cùm. n. sint partes domus, in altera istarum sunt computandi. Diuisionem aūt facit id, quod inquit: Possessionū autem prima quidē, &c. vbi sexū numerat in possessionibus, poste. dicit eē hoiem. Ad hoc respōdeo, videri quodā genus mixtū. nam & hō est seruus: & tñ acquiritur dominio nostro. Arist. quoq; alio loco inquit: seruus est animatum instrumentum. instrumentum vero inanimatus est seruus. ergo alterutrū quiddam esse videtur: sed certe hois est a nobiliori p. e. Si igitur diligentia nostra in acquirendo attendī, potissima est circa agriculturā, in quā seruoꝝ opera maxime vtimur. Si aūt dignitas rei, quæ acquirit & dñō nostro subijcitur, pretiosissimus est seruus, quia homo est. Quapropter oportet primo seruos parare studiosos. parare, id est acquirere. studiosos, id est frugi & diligentes. Seruorum aūt species duæ, curator, & opifex. Curatorem vocat seruum, qui negotijs præficitur, & curā eorum habere iubetur. Opificē vero, qui suis manibus opus faciat, vt fodere, arare, ferere, & alia opera. nā maxime de opere rustico sētire videī. Disciplinæ tales aliquos faciunt iuuenes: vt musica musicos, moralis moratos. Necesse est posteq; parauerīs, t. acquisieris: seruos imbuere, t. docere: & erudire illos quibus liberalia negotia fuerint committēda. Cùm seruis autem ita uersetur, scilicet dominus. neq; enim patī debet eos superbire: neq; rursus ita deprimere, ut vilissimi efficiantur.

Et liberalioribus qdē honorem. t. curatoribus: quibus negotia liberalia cōmittuntur, qui proprie dicuntur vicarij: quoniam vices domini in curando, sollicitandoq; exercent. Istis ergo honorem tribuere debet, illis vero qui opus suis manibus faciunt, non tam honor, quam cibus tribuendus est. vt & Cato inquit: Familiam bene pascere. Et quoniam vini potus. Ponit vtilitatem, quę est in abstinendo, & possibilitatem præcepti. non est enim putandum nimis durum præceptum, ut utrū interdicatur seruis, cùm apud multas nationes ingenui quoque abstineant. vt de Persis scribit Xenophon in libris de Cyri infantia: cardamum & aquam ad pœnam adiungere. Aristoteles tamen Carthaginensium vtitur exemplo, quibus militiæ abstinere vino mos fuit. Vide igitur aurea verba de vini potu, & à nobis quoque obseruanda: verum ministri germani, qui nobis seruiunt, ab hac Aristotelis sententia

Seruus.



sententia longe aberrauerunt. Quod autem dicit, aut nihil, aut valde raro, expone, aut nunquam, aut raro: vt sic ad tēpus totum referatur. Tria vero cum sint. Tria maxime attenduntur in cura seruorum, opus, castigatio, & cibus, opus ad commoditatem domini pertinet: cibus ad victū serui: castigatio ad correptionem. Cùm ergo sint tria, cibus sine castigatione & opere petulantem facit. de quo Terentius. Videon otium, & cibus quid facit alienus, castigatio rursus & opus sine cibo est res violenta, & infirmum facit seruum, t. eneruat, & robur aufert. nam firmum est robustum: infirmum sine robore. hæc si ita sunt, inquit, restat vt opus illi tribuat, & cibum sufficientem: quandoquidem nec opus fieri potest sine cibo deficiētibus viribus, nec rursus sine opere cibus prodest, cùm petulantiam gignat. Castigatio quoq; inter hæc sortitur locum. Nam sine cibi exhibitione castigari nō debet seruus, & sine opere attributo se castigare non permittit, cùm petulans fiat per cibum & otium, nec tam domi imperium ferre velit. Verum, vt alias dixit supra, liberalioribus seruis præstandum esse honorem, puta vestem, et laudem ali quam verborum, et cubiculum non omnino vile. His vero seruis, qui in opere faciendo laborant, cibum esse præstandum sufficientem. Nunc de vtroq; genere seruorum simul transigit, dicens melioribus esse plus tribuendum, & deterioribus minus. Nam si præmia tollantur, virtutum & vitiorum deteriores efficiētur. quod & in alijs contingit. Indulgere illis et permittere. quasi dicat oportet relaxare aliquid de seueriori disciplina. nam indulgere est ignoscere & cōcedere aliquid, quod iure negari queat. Genera vero seruorum. Duo genera seruorum probat ad opus faciendum apta, videlicet non minus fortes neq; timidos. & rationē virtusque reddit. quia timidi propter imbecillitatem naturæ nequeunt laborem perferre: & nimis fortibus nō commode imperatur. quod igitur dicit fortia nimis, excessum significat in fortitudine, qui est ferox. ideo subijcit postea, ferocibus: quod idem significat quòd nimis fortibus non commode imperatur: sunt enim contemptores, quia audaces, vt inquit in Ethicis de magnanimo. Cōtemptor est, qñ audax, audax uero ideo cōtēptor. cōtemptor aūt, & contumax idem est. nam vterq; dicitur à contemnendo, id est, spernendo superioris imperium. hoc est quod ait: non commode imperari. Oportet quoq; finem. Aliud præceptum continens vtilitatē & æquitatem. Nam & æquū est remunerare bene agētem, et vtile præmio proposito ad beneficium allicere.

Si et proposītum præmium: scilicet libertatis, et tēpus definitum. puta, si decennio mihi fideliter seruieris, vt s Andria est. Fecit ex seruo vt esses liber, propter quod mihi seruieras libere aliter: quod habui summum precium persolutū tibi. Sūt etiam procreatis filīs. Aliud præceptum in seruis, quo ad fidem stabilitatemq; dispōnuntur. Seruī autem nonnunq; fugam arripere solent. vnde & tura plena sunt seruorum fugitiuorum. superiora igitur præcepta, tum ad alia multa, tū ad hoc vtilia sunt, videlicet, si bene pascas, si præmium constituas. Est et aliud præceptum vtile ad prohibendum fugam, id est, si filios habere pattaris. Illis enim filijs perinde obligatos habebis seruos, quasi obsidibus quibusdam. Solent. n. domini, si plures habeant seruos, pati, vt conturbernia fiant maritū & fœminarū. quod. n. in liberis matrimonium vocamus, in seruos contubernium dicimus. Inquit ergo Arist. serui sunt obligandi interdum, id est, ligandi per filios. Si. n. filios ex illis natos apud te habueris, non fugient: quia filij erunt tanq; obsides. Nec plures habendi sunt eiusdē generis. non enim expedit habendi plures eiusdem generis, vt Charas, vel Dalmatas, vel Theutones, quia sectas faciunt in familia, & diuisionem inducunt, & sua lingua colloquuntur alijs non intelligentibus, & malorum inter se conscij coniurant. Sacra quoq; & largiores epulas. Sacra faciebāt Gentiles per mactationē ouium vel iuuencorum, & simul postea vescebantur. hoc ex poetis intelligi pōt, qui rerum vetustarū fidi relatores sunt. vt apud Terētium, qui inuitat vicinum, inquit Dionysia sunt hodie apud me, id est, baccho sacra facio. & Virgilius in aduentu Æneę, Euandrum fingit sacra facientem Herculi, & sacris dapibus Æneā accipit. Largiores quoq; epulæ præter sacra fiunt, vt cōuiuia, & exhilarationes cum aliqua profusiori copia ciborum. Hęc igitur inquit Aristo, tacienda sunt non tam gratia liberorum, quàm seruorum. Nam licet principium videatur vel ob honorem Deorum vel hospitum: tamen finis est ad commodum seruorum, qui plura habent ex illa copia ciboꝝ quàm habeant liberi. parum est enim, quod mensis consumitur, multum quod remanet seruis. Itaq; illorum gratia cōstitutum magis videtur, vt hæc talia cum largitate fiant.

Quatuor habere patremfamilias oportet circa pecuniās. Dictum est, qūo circa hominem in vxore & seruis patrisfamilias diligentia versari debet: nūc vero qūo circa possessionem, id est, qualis in acquirendo & conseruando erogandoq; esse debet, adiungit. Dicit ergo, qūor hīe patrēfamilias circa pecunias oporter. Primū, vt sit quæsitor. Secundū, vt quę sitore cōseruator. Tertiū, vt ornari pulla sciat. Quartum, vt fruatur. Quod aūt dicit circa pecunias, appellatione pecuniarū oīa veniunt, q̄ æstimari nūmo, vt ipse inquit in Quarto Ethicorum. Sed quod primo loco dicit, vt sit quæsitor, necessarium est. nam quanti est, nisi hoc agatur. Debet igit esse quæstuosus paterfamilias, id est prompte, ac solerter quæstum facere, quo in genere præstitit agriculturam omnibus alijs quæstibus, quoniam iusta est, & non ab inuitis extorquet, ac eius exercitatio prodest ad virtutem. Eodem modo accipiendum est de alijs quæstibus, qui cum honestate & sine iniuria fieri possunt. nam amplificatio patrimonij nemini nocēs semper laudanda est. Hæc igitur ante omnia habere debet paterfamilias, vt acquiratur in fructibus prædiorum, & alijs rebus. Secundum, vt sit quæsitorum conseruator. hoc etiam necessarium est. nam quid prodest acquirere nisi conseruetur? Illud etiam sciendum non videri quibusdam minoris diligentiæ seruare quam acquirere. De quo præclare Ouidius:

Non minor est virtus q̄m quærere parta tueri. „
Casus inest illis, hic erit artis opus. „

Nam cribro haurire, scilicet quod faciunt illi qui tales sunt, vt acquirant quidem, sed non conseruent. Id enim nihil prodest, nec aliud est quàm pertorquere illud vas, de quo solent poetę loqui, quòd forores illæ frustra implere niuntur. Esse præterea talem. Ponit reliqua duo, quæ habere debet paterfamilias, scilicet vt ornari per diuitias, & vt frui sciat. Ad hęc enim duo vtiles sunt diuitiæ, nec vt multi peruersi faciunt, illarū seruos esse decet, sed eas in nostrum seruitium vertere. Erunt autem diuitiæ nobis ornamento & honori, id enim est, quod Aristo. inquit ornari per illas sciat, si sumptus opportune cum decore faciamus. huius partes sunt ædes parare diuitijs congruentes, familiam honestam habere, supellectilem abundantem, equorum & vestium decentem apparatum. huius quoque est beneficētia in amicos, & in publicis rebus magnificentia, vt ludi circenses, vt munus gladiatorum, vt epulū publicum, quæ tamen omnia facienda sunt pro qualitate diuitiarum, & decentia hominis. Fruemur autem diuitijs, si ea quæ pertinent ad victum, et ad commoditatem nostram ꝺe susceperimus. Non. n. ita ꝓceptum

est rebus quęsitis, vt in abundantia egeamus. puta qui vinum bibit acerbum, vt maturum uenundet: ac ædibus inhabitat fordidis, vt splendidas locet, & cætera quæ sunt huiusmodi. Ex quatuor ergo, quæ patremfamilias habere oportet, duo ad rei familiaris amplificationem pertinent, quærere scilicet, & seruare: duo rursus ad vsum, scilicet vt in ornatum nostrũ diuitias conuerramus, & vt illis fruamur. Sed videtur cõtraria, & inter se pugnantia præcipere. si quidẽ quærere & erogare, item seruare et frui cõtraria sunt. Respõdeo quęstum facere oportet, & seruare quæsita, vt habeas qd eroges decenter, & decenter fruaris. qui enim nõ quęrit neq; conseruat, erogare non potest. Itaq; in his consistunt liberalitatis, & extremorum eius fundamenta.

Pater familiæ.

Distinguenda quidem sunt singula. D. quatuor habere oportet patremfamilias, quorum primum fuit, ut sit quæsitor. ad hoc igitur sunt ista præcepta, vt non transeat res in confusione, sed distinguat singula, & inspiciat diligenter prouidentia adhibita, vt semp plura habeat fructuosa q̃ itructuosa. nam si octo millia habeat in bonis, non debet habere ædes quinq; millium, neq; prædia suburbana, quæ maximi precij & exigui sunt fructus, nec vestem magnam patrimonij partem occupantẽ, sed negocia, scilicet rustica, vel negocia, vt mercatui ã, & societates. Ista sunt diuidenda, ne omnia vni periculo subiaceant: vt si mercator in eadẽ naui totum patrimonium imponat, hæc sunt quæ dicũtur de quęstu faciendo in genere. In specie tamen laudauit agriculturam: cuius & particularia præcepta in libris de re Rustica legũt, nec huius sunt disciplinę, sed rei rusticę. Circa tuendum autem quæsita. Hæc sunt præcepta circa secundam partem, hoc est circa tuitionem quæsitorum, ad quos vtiles eẽ dicit Persicas, & Laconicas administrationes, vtilem etiam Atticam. Sunt autem hi administrandi quidam modi certis in locis consueti, quos refert ad imitationem faciendam. Nos vero de singulis dicamus, sed primũ de Attica. Pericles Atheniẽsis vir & in rebus bellicis, & in cura reipublicæ omnium ætatis suæ excellentissimus, in re quoque familiari solers, ac frugi fuisse perhibetur. Is in eius domo hoc obseruasse traditur, vt quot annis fructus prędiorum suorum integre venundaret: ipse vero quæcunq; necessaria ad victum familię erant eo rsum emeret. ita & reddituum prędiorum extabat ratio ex illis redacta pecunia, & sumptuum domesticorum magnitudo nõ latebat: quæ maxime ad diligentiam & frugalitatem pertinere videbantur. nec solum Pericles, sed & cæteri Athenienses hoc tractarunt. Hic itaque est atticus administrandi modus, quem dicit Aristote. esse vtilem ad conseruationem. Et hoc est, quod inquit, vẽdentes emunt. die ergo vendentes fructus collectos ex prędijs emunt, scilicet ea quæ pertinent ad victum familiæ. Si enim vendas fructus, nullus per annum illos tibi surripit, nullus fraudat, nullus furatur. Nec tam facile absumitur quod emptum est, quã quod prouenit ex prædijs nostris. Et penoris institutio non est in exhioribus administrationibus. (Quod dixit in exhioribus administrationibus nõ esse institutionem penoris, idem est quod in magnis. nam Attici nec in magnis, nec in exhioribus penus habere consueuerunt. Sed hoc, quod de exhioribus & maioribus dicit ad distinctionem Aristote. referetur: quam postea faciet. Est autem penus, vinum, & triticum, & cætera omnia, quæ ad victum pertinent, vt caseus, ut perna, ut oleum. cũ enim venderent hæc omnia, non instituebant penũ, sed dietim emebãt. Est autem persica. Quid sit modus Atticus diximus, nunc quid sit Persicus aperit. Est enim Persicus administrãdi modus, vt dominus ipse omnia videat, omniaq; inspiciat: quod paulopost per exẽpla ostendit. Ipsum omnia videre, scilicet dominũ. Et quod de Dionysio inquit Dion. Dion Syracusanus Platonis auditor fuit. hic de Dionysio similia ferè dicit, nullum enim parem diligentiam habere alienorum & suorum. Itaque quotcunq; Ex quo nullus parem diligentiam præstat rebus alienis & suis, sed multo magis suis: debet ergo paterfamilias quotcunq; per ip sum geri possint, circa illa cum diligentia intendere. In quo Persicũ simul, & Libycum. Vide frugi dictum de oculo domini & de vestigio. Persa enim. Persa nomen est à prouincia, uelut si quis dicat Italus, uel Gallus. nam Persia regio est, vt Italia, & Gallia. eodẽ modo Libycus, & Italicus. Inspicięda sunt igitur. concludit secundum præmissa. Si enim oculus domini multum valet i rebus, multum & vestigium, et pes eius, si accedat ad rem. Sed hæc ita sunt inspicienda. Sunt igit negocia diligẽter à viro inspicięda. ispicięda ẽt ab vxore, prout inter eos distinctæ sunt curæ. nã alia sunt quæ vir curare debet, alia quę vxor. Mulier enim pãnos, suppellectilem, & alia quæ intra limen sunt curare debet. Vir autem circa agriculturam, & alia, quæ virilia sunt officia, cùm frugalitate intendat. Et hoc faciendum est. Vir debet inspicere negocia diligenter, præsertim in magnis administrationibus, quarum cura alteri committitur. nam in exhioribus non tanta diligentia inspectionis flagitatur. Et hoc est quod ait, in grandioribus sæpe, in exhioribus raro. Nisi enim quis. Ratio, quare sæpe inspiciendum est à domino in grandioribus administrationibus, quia illorum cura alij committitur. itaq; nisi dominus bonum exemplum de se, id est de propria diligentia præbuerit, non habebit imitatores. Habituru nõ existimant, scilicet sapientes homines, vel ipsi qui curant. Quasi impossibile sit non diligentis homini diligentes esse vicarios. Vicarij sunt, qui vices alicuius gerunt. cum ergo curatores gerant vices domini, impossibile est nisi ipse sit diligens, habere diligentes vicarios. Cum vero hæc & ad virtutem. Hæc est cohortatio & præceptum ad diligentiam. debet, inquit, primo dominus surgere, quàm seruus, & cubitum ire posterius: cùm hæc ad vtilitatem honestam, & ad rem familiarẽ vtilia sint, nec vnquam dimittere domum incustoditam. & ante lucem surgere: quod prodest ad salubritatẽ & ad rem familiarẽ, & ad studia philosophię. In paruis igitur administrationibus Attica regula. Retulit supra duos administrãdi modos, Attici, & Persicum: & de persico hucusque transegit, hoc est, vt domum inspiciat, et vigilet, ac omnia cum diligentia discutiat. Postquam hoc dixit, reuertitur ad Atticum & illum distinguit, probans eum in exhioribus administrationibus: sed in magnis putat non venditionem fructuum esse faciendum: sed sequestrationem eorum quæ in annum, & eorũ quæ in menses singulos consumere oportet. quæ enim in præsentia consumenda sunt, ponũtur ad manus, quæ non in præsenti ad tempus deponũtur. sic idem ferè exit effectus, vt i Attica, & penoris institutio cessabit. Eodemq; modo et in instrumentis. Instrumenta sunt, quibus sunt instruitur: vt ligones, farculi, falces, dolabræ, securis. hic etiam sequeltranda esse dicit, vt supra de fructibus. & quę quotidiano in vsu versantur, ad manus ponenda illorum, quibus opus commiseris: quæ vero ad tempus expediunt, seponenda sunt. Horum quoq;, scilicet instrumẽtorum: vel horum quoq;, scilicet quorum rarus est vsus, & ad tempus seponuntur. Ædes quoq;. Nunc de ędibus dicit: quarum Hesiodus quoq; mentionem fecerat. Dicit ergo ad tria nos debere respicere in ædibus parandis: vt sint vtiles, vt sint salubres, vt sint cõmodæ. Vtilitatis respectus habebitur, cõsyderata qualitate rerum in illis ponendarum: vt vtiles ad

Ædes.



ad frumentum, ad pannos, ad fructus cõseruandos: ad personas quoque, quæ in illis versari debent. Commoditatis rursus & salubritatis habetur respectus, proundendo, vt æstate quidem afflabiles vento, hyeme vero Solem recipiãt. Erunt autem (inquit) huiusmodi, si auerso borea fuerint, nec equaliter latæ. Auerso borea non significat contra boream, sed secundum boream, ideſt ad eas partes versæ, ad quas boreas perflat. & sic ad meridiem erunt versę. Sic enim Solem habebũt hybernum, & vmbram æstate, & ventum, qui plurimum per tempus æstatis inde perflat. Nec æqualiter latę. Nam si æqualiter latę, versæ essent ad omnes partes, sed si erunt oblongæ ædes, & ad meridiem spectantes, tunc habebunt suprascriptas commoditates Solis, & venti, & vmbræ. nam Sol in æstate altius incedens domos ad meridiem versas nõ intrat: hyeme vero longius vadens totus per fenestras infunditur. ita æstate vmbram, hyeme Solem habebunt. præterea ęstate flatum ventorum, hyeme à ventis quietem. Videtur quoq; ianitor esse ponẽdus in magnis ædibus pro obseruatione importandorum & exportandorum. debet vere esse inutilis ad cætera, ceu claudus vel mancus. in hoc enim & minor tactura fit, qa minus laborare possit: & erit magis sedulus propter impotentiam corporis. Ad rectum vero vsum instrumentorum. Quæ sint instrumenta supra diximus. Illud Laconicum valet. Nũc ex Laconico modo vel regula, cuius supra mẽtionem fecit, dum inquit: Persicę, & Laconicæ, & Atticæ. sed nihil de eo modo tunc explicuit. Hic ponit singula suo loco tacere oportere: quod vtile est ad vsum instrumentorum. quoniam parata nõ requiruntur. sed hoc Laconicum nõ ad hoc solum, sed ad cętera quoq;, vt separationẽ fructuum et aliaꝝ rerum: puta vestium virilium à mulieribus, & cæteris, hmõi dictum valet.

# ARISTOTELIS OECONOMICORVM LIBER SECVNDVS.

## SVMMA LIBRI.

*De officijs & legibus, tum propnjs, tum mutuis viri & mulieris.*

### *Leges probæ mulieris.* Cap. I.

Robam mulierem omnibus quæ sunt intus, dñari oportet, curãq; habere omnium secundum præscriptas leges. non permittẽtem quenq; ingredi sine præcepto viri, veritam maxime verba, quæ de mulierum corruptela circunferuntur. & si quid intus accidat, vt sibi notum sit soli. & si quod malum ab ingredientibus committatur, vt penes virum sit culpa. Dominam vero impensarum ad festos dies, quos permiserit vir. Sumptu, & vestitu, & apparatu minori etiam vtatur, quàm leges permiserint ciuitatis: consyderans, quòd nec vestimentorum nitor, nec excellẽtia formę, nec auri magnitudo tantum valet ad mulieris laudem, quãtum modestia in rebus, ac studium honeste decoreq; viuendi. etenim omnis huiusmodi ornatus animi optabilis est, multoq; firmior ad senectutem vsque, veras laudes sibi natisq; afferre. Se igitur ipsam in his virtutibus inanimet mulier, pergatq; laudabiliter rebus præesse. nam viro quidem indecens videtur ea scire, quæ intra ædes fiunt. In cæteris vero omnibus parere mulier viro cõtendat. Nec audiens quicquam de republica, nec tractans quicquam eorum quę ad connubia spectare videntur. sed cùm tempus poscet, aut filias tradere nuptui, aut nurus accipere, obediat penitus in his viro: atque sic vna deliberet, vt sententiã viri sequatur: intelligens non ita turpe viro esse quicquam eorum quæ domi sunt facere, sicut mulieri quæ foris perquirere. Existimare autem debet mulier bene composita. mores viri esse legem suæ vitæ impositam sibi à Deo, per coniunctionẽ matrimonij atq; consortij. quos si quidem equo ferat animo, perfacile reget domum: sin contrà, difficilius. Quapropter decet non solum in prosperis rebus, secundaq; fortuna vnanimem se viro prestare, & inseruire velle, verumetiam in aduersis. Si sit in rebus defectus, vel corporis ęgrotatio, vel alienatio mẽtis, æquo ferat animo, & obsequatur: nisi forte turpe aliquid sit, vel indignum. Ne si quid perturbatione animi vir deliquerit, memoriter seruet, sed ægritudini ignorantięq; adscribat. nam quanto in his diligentius obsequetur, tanto sibi maiorem gratiam habebit, cùm ab ægritudine fuerit liberatus. & si iubenti aliquid turpe non paruerit, melius recognoscet ad sanitatem reuersus. quapropter ab his cauere debet mulier. In aliis autem multo magis obtemperare, quàm si empta venisset in domum. magno enim pretio empta fuit, societate vitæ, & procreatione liberorum: quibus nec maius, nec sanctius quicquã esse potest. Præterea, si cum fortunato vixisset viro, non vsqadeo virtus eius illustrata esset. Non est sanè parum secundis rebus bene uti: attamen aduersas moderate perferre, multo maius est existimandum. nam in magnis calamitatibus & iniurijs, nihil abiecte facere, celsi est animi. Pręcandum est igitur, ne quid tale accidat viro. q; si quid accidat aduersi, putare debet hinc optimam sibi laudem, si recte se gesserit, prouenturam: secum ipsa repetens, quia nec Alceste tãtam sibi gloriam comparasset, nec Penelope tot tantasq; meruisset laudes, si cum fortunatis viris vixissent: verum Admeti, & Vlyssis aduersitates parauerunt illis memoriam sempiternam. In aduersitatibus enim

eſim virorum ſuorum fidem ac iuſtitiam erga illos ſeruantes, gloriam nō immerito ſunt conſecutæ. nam proſperitatis quidē facile eſt reperire participes: aduerſitatis vero, ni optimæ ſint mulieres, participes eſſe renuūt. Ob quæ omnia, multo magis decet virum in honore habere, nec illum contēnere, ſi ſacra pudicitia, & opes animoſitatis filiæ ſm Herculem non ſequantur. Mulier igitur huiuſmodi eſſe moribus ac legibus cuſtodire debet.

*Leges viri ad vxorem.* Cap. II.

VIr autē viceuerſa, leges ſibi reperiat ad vxoris vſum, quæ tanquam filiorum vitæq; ſocia in viri domum peruenit: natos relictura, genitorum, viri ſuiq; nomina habituros. quibus quid ſanctius eſſe poteſt, aut circa quæ magis ſtuderet vir ſanę mentis, quàm ex optima laudabiliſſimaq; muliere filios procreare, ſenectutis paſtores quaſi optimos, ac reuerentes, patris matrisq; cuſtodes, ac totius domus ſeruatores? Educati ſiquidem recte à parentibus per ſanctos & iuſtos mores, boni merito euadent. contra vero ſi fiat, ſentient detrimētum. Niſi enim parentes exemplum vitæ filijs præſtent, euidentem excuſationis cauſam erga ſe illis relinquunt. ac timendum eſt, ne contempti à filijs, quaſi non bene vixerint, in ſenectute deſerantur. Quapropter nihil prætermittendum eſt, quod ad vxoris pertineat diſciplinam, vt ex quāmaxime fieri poteſt, optima filios generet. Nam agricola quidē nihil omittit, quò ſemen in optima terra, ac maxime exculta ferat, ſperans ita demum fructus optimos inde ſe recepturum. at ſiqua vis imminet, mori prælīdo magis vult aduerſus hoſtes, quàm illius vaſtationem pati. & huiuſmodi mors laudāt maxime. Cùm ergo tāta adhibeatur cura, pro corporis eſca, quid pro liberis, & matre educatrice? nonne protinus omne ſtudium fuerit adhibēdum? Hoc enim ſolo, hominum conditio mortalis per ſucceſſionem ſempiternitatem conſequitur: omniaq; parentum vota huc tendunt. quamobrem qui iſta negligit, & Deos ipſos videtur negligere. propter Deos igitur, quibus preſentibus ſacra fecit, & vxorem duxit, ac multo magis ſe poſt parentes, vxori tradidit ad honorem. Maximus autem honor eſt ſobriæ mulieri, ſi cernat virum ſuum obſeruantem ſibi caſtitatem, nec de vlla muliere magis cogitantem, ſed præ cæteris omnibus hanc, & ſuam, & fidam ſibi exiſtimantem. tanto enim magis ſtudebit mulier, ſe talem præſtare, quanto ſe cognouerit fideliter, atque iuſte à viro diligi. Ergo prudentem ignorare non decet, qui parentibus, quiūe vxori & filijs honores conueniant, vt tribuens vnicuiq; que quæ ſua ſunt, iuſtus & ſanctus habeatur. pergrauiter enim vnuſquiſque fert honore ſuo priuari, nec ſi aliena qs permulta tribuat, contentus erit, ſi ſua ſibi auferantur. Nihil vero magis ſuum eſt vxori, nec magis illi à viro præſtandum, quàm ſancta & intemerata ſocietas. Quapropter non decet hominem ſanæ mentis, vbicunque contigerit ſemen exponere: ne de vilibus & iniquis ſimiles liberis legitimis procreentur. ex quo & vxor honore ſuo priuatur, & filijs iniuria fit, ac ſibi pro his omnibus dedecus incumbit. Appropin quandum vero eſt vxori cum magna temperantia atque modeſtia: ſitq; pudor in verbis, in operibus vero fas atque honeſtas, in conuerſatione fides & moderatio. partia quidem peccata etſi voluntaria fuerint, ignoſcendo: ſiquid vero per ignorantiam deliquerit, commonefaciendo. Nec metum incutiat ſine verecundia & pudore: hæc enim meretrices ad mechos pati decet. at vero cum verecundia & pudore iuſta diligere & timere, id ingenuæ eſt mulieris erga proprium virum. Duplex eſt enim timoris ſpecies. vna cum reuerentia & pudore, qua vtuntur ad patres filij modeſti, & ciues bene morati ad beneuolos gubernatores. altera cum inimicitia & odio: ſicut ſerui ad dominos, & ciues ad tyrannos iniuſtos & iniquos. Ex his quoq; omnibus meliora eligens, vxorem ſibi conciliet, ac fidelem probamq; efficiat, vt ſiue præſens ſit vir, ſiue abſens, non minus vtilis ſit, quàm ſi ſemper adeſſet, tanquam rerum communium curator. & quando vir abeſt, vt ſentiat vxor nullum ſibi, neque meliorem neque commodiorem, neque magis ſuum eſſe quàm virum. oſtendatq; hoc ab ipſo initio, ad cōmune bonum ſemper intendens, quamuis puella ſit ac noua in talibus.

*Teſtimonia ſuperiorum præceptorum ex Homero.* Cap. III.

ETſi ipſe ſibi maxime dominet, optimus totius vitæ rector exiſtet, & vxorem talibus vti docebit. Nam neque amorem neq; timorem abſque verecundia laudauit Homerus, ſed vbiq; amare præcepit cum modeſtia, & pudore. Eo quidem modo Helenam timere Priamum, inquit, ita dicentem:

O metuēde mihi ſemp, ſemperq; tremēde,
Chare ſocer. nihil aliud dicens, quàm eam cum pudore diligere. Rurſus vero Vliſſes ad Nauſicaam inquit:

Te mulier



Te mulier valde equidē admiror & metuo. Cenſet autem Homerus, virum & vxorem ſic inuicem ſe habere debere. nam nemo deteriorem ſe admiratur ac veretur. ſed huiuſmodi affectus accidunt inuicem melioribus, & natura benignis. minoribus etiam ſapientia, ad ſe meliores. Hunc animum Vlyſſes erga Penelopem gerens abſens licet, nihil deliquit. Agamemnon autem propter Chriſeidem erga propriam peccauit vxorem, auſus dicere in concione Gręcorum, Captiuam mulierem, nec natura præſtantem, immo vt plane dixerim Barbaram, in nullo Clytęmneſtra deteriorem eſſe. ex qua cùm liberos haberet, non recte ſeſe gerere viſus eſt. Quomodo enim recte, qui antequam ſciret qualis erga ſe foret, vi ductam ſibi illam coniunxerat. At Vlyſſes, rogante Atlantis filia, vt ſecum maneret, ac ſempiternitatem pollicente; ne obid quidem prodere voluit vxoris affectum, & amorem & fidem: maximum ſibi ſupplicium arbitratus, ſi malus dum eſſet, immortalitatem haberet. Cùm Circe etiam manere noluit, quāquam inſuper ſociorum ſalutem pollicente. immo reſpondit, nihil ſibi dulcius videri poſſe, quàm patriam incultam & aſperam. magisq; optauit mortalem vxorem filiumq; videre, quàm fieri ipſum imortalem. ſic ille firmam ſtabilemq; vxori fidem ſeruabat, pro quibus merito ab vxore eadē reportabat. In oratione quoque illa, quam habuit ad Nauſicaam, apparet Poetam maxime probare viri & vxoris pudicam ſocietatem. præcatus eſt enim Deos, vt darent illi virum, & familiam, & vnanimitatem cum viro, non quamlibet, ſed honeſtam. Inquit enim: nihil melius eſſe poſſe hominibus, quàm ſi concordi voluntate vir & vxor domum gubernarent. & hic igitur, vt patet, laudat poeta vnanimitatem mutuam viri & vxoris, non eam quidem quæ circa improba obſequia, ſed eam quæ animo & prudentia iuſte coniuncta eſt. nam voluntate domum gubernare, hoc deſignat. Idem etiam inquit, quòd cùm huiuſmodi inter virum & vxorem viget concordia, inimici quidem eorum anguntur plurimum, amici vero permagna ſuſcipiunt gaudia: quem tanquam vera dicentem probant. Nam viro quidem atque vxore circa res optimas concordi ſtudio vacantibus neceſſe eſt vtriuſque animos idem ſentire. deinde propter concordiam potentes facti, & inimicis ſpem auferunt, & amicis proſunt. quòd ſi ipſi diſſideant, amici quoque diſſidebunt, & infirmitatem ipſi ſentient maxime.

*Communes leges Viri, et Vxoris.* Cap. IIII.

ITaque manifeſte præcepit poeta. Virum & vxorem in his quę improba & impudica ſunt, ſibi inuicem conſentire nequaquam debere. In his vero, quæ quàm maxime fieri poteſt, pudica ſunt & iuſta, concorditer ſibi inuicem inſeruire. Studentes primo quidem curam omnem parentibus exhibere: vir quidē vxoris parentibus non minus, quàm proprijs: vxor autem viri. Deinde filiorum & amicorum & rerum, domusq; totius tanquā communis curam habeant, ſeipſos ſtudio & diligentia ſuperare certantes. & quiſque plurimorum bonorum ſit author & cauſa, melioreq; exiſtat & iuſtior. Depoſita quidem ſuperbia, induſtria vero ſuſcepta, cùm benignitate & manſuetudine gubernantes: vt cùm ad ſenectam peruenerint, depoſito adminiſtrationis onere, & concupiſcentijs liberati, poſſint & ſibi ipſis inter ſe, ac filijs ſuis rationem reddere, vter eorum magis profecerit in familiæ gubernatione, ac ſtatim ſcire, aut per fortunam malum, aut per virtutem bonum. In quibus qui ſuperauerit maximum præmium à Dijs cōſequitur, vt Pindarus inquit. Dulce enim ſibi cor, & ſpes mortalium multiplicem alit voluntatem. ſecundum vero à ſi Ijs in ſenectutem feliciter educari. Quapropter & priuatim & publice decet cum, qui vtam gerit, ad oēs Deos homines q;, reſpicere, multūq;, & ad vxorem, & ad filios, et parētes.

*Præcedens liber, ſiue is Secundus, ſiue Primi pars ſit, in Græcis exēplaribus (quod notū ſit) minime reperi.*

LEONARDI ARETINI EXPLANATIO IN SECVNDVM, SEV PRIMI PARTEM OECONOMICORVM.

CAP. I.

PRobam mulierem omnibus. In reſa miliaris diſciplina conſyderatio habetur perſonarum, & rerū per quę ſunt, ex qbus conſtat domus. vir & vxor, parentes & filij, dominus & ſeruus. hæc potiſſima eſt pars. magisq; oportet patrem familias curam perſonarum habere quā rerum: nam illæ perſonarum gratia comparantur. res igitur acquirimus vel per agriculturam, vel per alios naturales modos ad familiæ indigentiam: permutamus etiam & mercemus exercita, ſupplentes defectum. Et hucuſq; ueræ ſunt diuitiæ, certæq; & terminatæ ſupra uero has nullus eſt terminus diuitiarum, cum illæ tam non in ſupplenda indigentia, ſed in patrimonio augendo ueriſentur. Placet tamen ſapientibus hanc patrimonij amplificationem (ſi nemini noceat) non eſſe uituperandam: nam ad magnificentiam & liberalitatis opus proſunt, reſq; publicę conducunt. Acquirendarum igitur præcepta rerum ſupra dedit: de ſeruis etiam & de

dominis

dominis expediuit. Nunc autem in hoc, siue libro, siue libri parte, de uiro & uxore Aristo. transigit, quæ & etiam intermiscens de filijs. Oportet ergo mulierem probam dominari de omnibus quæ sunt intra ædes, cu ramq; habere omnium secundum præscriptas leges. Præscriptas leges dicit: quia supra dictum est ita naturam instituisse, vt vir quærat foris, vxor parta domi conseruet. Non permittentem quenquam ingredi sine præcepto viri. Huius præcepti tres subijcit rationes. Prima, vt vitentur obloquia. Secunda, ne efferantur secreta domus. Tertia, ne sibi iputari queat, si quid malè per ingredientem committatur: sed imputetur viro qui præcepit. Sumptu autem & vestitu. Optimo præcepto domestica ratio subijcitur. Duplex est ornatus, corporis, & animi. corporis, vestes, aurum, & forma: animi vero, honestas & decus, quibus virtutes contnentur. Hic animi ornatus ad senectam vsq; perdurat, immo tunc etiam magis floret: illic vero aliter cito deficit. Consortij, quia quæ fortuna est vni & alteri. Sors enim fortuna. Si sit in rebus defectus: scilicet externis, vel corporis ægrotatio vel alienatio mentis. quia sic sunt tria bonorum genera, externa animi, & corporis. Precandum est igitur. Nam fortuna non est in nostra potestate, ideo dicit precandum: non autem prouidendum. Vt autem de muliere superius, nunc de viro.

CAP. 2. Quando filiorum tanq; vitæq; socia. Et sic duplex est cura viri circa vxorem, una pro filiorum bonitate: altera pro utq; commoditate. Hoc enim solo, procreatione filiorum. Ergo prudentem ignorare non decet. Hoc est quasi caput huius doctrinæ, non ignorare quid cuique debeatur. Iustus, & sanctus. Iustitia est, quæ unicuiq; tribuit ius suum. Nihil uero magis suum est uxoris. Hęc est minor propositio, ad illam superiorem unicuiq; tribuendum esse ius suum. Nec metum incutiat sine uerecundia & pudore. Duplex est timoris species, ut subijcit: una cum uerecundia & pudore, altera quæ est sine uerecundia, quam non inferat uir uxori: quia nō conuenit. Et si ipse sibi maxime dominetur, ut inquit Tullius. Tunc incipiat alijs imperare: cùm ipse turpissimis dominis dedecori ac turpitudini seruire desierit.

CAP. 3. Nam neque. Probat superius dicta per Homeri testimonia per diuersos actus Vlyxis & Agamemnonis. Propter Chryseidem, Chryseis Agamemnonis ancilla fuit: propter quā orta est discordia inter Achillem & Agamemnonem. Nam cùm Achilles suaderet reddendā esse patri Chrysidę, qui erat sacerdos Apollinis, Agamemnon iratus in maledicta prorupit. atq; in concione Grecorum dixit se nunquam dimissurum: quoniam etiam Clitemnestræ uxori illam præferebat: nec certe illam esse ulla in re inferiorem Clitemnestra, non corpore, non ingenio, non opera, ob hoc reprehenditur ab Aristotele, quia parum cogitauit de uxoris honore, ex qua liberos habebat. Quomodo enim recte. Resumptio est oratoria. qualis erga se foret Chryseis. quasi dicat, non se excuset Agamemnon, quia sit uirtuosa, ideo illam habere: nam primo sibi illam coniunxit, quam sciret qualis esset erga se. dum enim esset bello capta, & per uim non potuit ante scire qualis esset. At Vlyxes. Ad contrarium exemplum reuertitur. Maximum sibi supplicium arbitratus. Sapentissimum dictum. Maximum enim detrimentum esse putandum est male agenti, ut uiuat diutissime. Cùm Circe. Fabula Circes, nota est etiam pueris. In oratione quoq;. Hæc omnia sunt apud Homerum, quem optime Aristo. sciebat contra consuetudinem eorum, qui se nunc Philosophos appellant. Nullum maius bonum. Nota laudem coniugij ex Homeri Aristotelisq; sententia, contra uituperatores huius sanctissimi vinculi. Nam sine bono coniugali, nec domus, nec ciuitas, nec uita quidem humana stare potest. Nam uoluntate domum gubernare uoluntas est boni. malus autem facit, quæ sibi uidentur: non tamen quæ uult, nihil enim uult, nisi bonum.

Philosophi neoterici potiꝰ Circe sophi, qui peterum lectionem contēnunt.

CAP. 4. Ac statim scire. Duo inquit sunt præmia parētibus, si recte se gesserint. vnum statim ex ipsa conscientia rectę factorum: & hoc est maximum præmium à Deo nobis datum. alterū postea à filijs nobis exhibetur in senectute, alendo atq; colendo. Dic ergo, ac statim scire, id est, hoc ipso quod scit, et sibijpsi conscius est, recte factorum maximum præmium à Dijs consequitur. & hoc probat ex Pindari auctoritate, cuius est illud carmen. Dulce sibi cor, &c. idest cor sibijpsi placens, et in se gaudens. nam ut qui male agit, stimulatur conscientia & metuit: sic qui bene facit, gaudet animo & bene sperat. Secundum uero à filijs, hoc est alterum præmium, & dicit secundum, quia supra in primo cum statim scire, dixit pro primo. & ideo dicit, nunc secūdum, referēdo ad illud statim scire, quod antecessit in litera.

*Librorum Oeconomicorum, Aretino interprete, ac explanatore finis.*

*Hos eosdem libros à Donato etiam in Latinum uel uersos, uel explanatos, unà cum altero ab eo addito, hic apposuimus: cùm ex eorum altera tantum translatione, Aretini scilicet, aut Donati, negocio huic plene satisfieri posse minime uideretur.*



## RODVLFO PIO CARP. ETC. VIRO ILLVSTRIS.

### EPISCOPO FAVENTINO, APVD CHRISTIANISSIMVM REGEM APOSTOLICVM NVNCIVM AGENTI, PATRONO OPTIMO S.

### BERNARDINVS DONATVS VERONENSIS.

SI quantum amplitudini liberalitatiq; tuæ, Rodulfe Illustriss. et ego & mei omnes debent, tantum ipse ad dicendum facultatis mihi comparassem, nō tibi hæc aliena potius, quàm ex ingenio meo deprompta misissem. sed dum me quoquo modo non ingratum tuæ animi magnitudini probare cupio, malui pro tempore tibi præstare quod potui, quàm difficilius quidpiam conari, & in ipso conatu deficere. quū enim nuper, quum alia nonnulla, tum in primis Eusebij Cæsariensis Euangelicam demonstrationem, & præterea Socratici Xenophontis de re familiari Dialogū in Latinum sermonem conuertissem: uideremq; huic ipsi Xenophontis libello nihil aptius hærere, quàm ea quæ Aristoteles eadem de re scripta reliquit, hæc item ipsa Latina facere institui, hoc consilio, ut qualecunque futurum esset munusculum, eo tibi animum erga te meum declararem. adiunxi hoc amplius ex eadem inopia dicendi mea: quod quū eam libri prioris partem, quæ ad officia uxoris erga uirum, & uiri erga uxorem pertinet, post Leonardi Arretini interpretationem apud Græcos aut interijsse, aut ita latere animaduerterem, ut uix ulla amplius reliqua esset spes reducndi in lucem: Græcis eam reddere non alienum eodem instituto meo putaui: ut si quis eam ueluti auari solent, quasi quendam thesaurum occultet, inuidia quadam commotus, in lucem aliquando proferat, quo facilius me ab aureo illo genere dicendi longius abijsse demonstret. nam à sensu Philosophi & rebus ipsis, qui poterit, nisi Arretinum quoque ipsum ostendat? neque tamen ob hoc ipsum me contemnendum putauerim, quòd quæ & Arretinus & alij tractauerint, eadem ipse attingere, et quasi rem actam agere non ueritus sim. nam si cui placent illi uiri, huic me non displicere æquum est, qui illorum iudicium non contempserim, dum eadem digna auribus Latinis puto, quæ illi. legat ergo hæc quoque & uideat, num labori nostro illi quidquam reliquerint, neque indicta causa nos damnet. sin contra, illi displicent, non debeo huic rem ingratam uideri feciſſe, cuius ergo iudicium hoc meo facto uidear comprobasse. Cæterum quod ad tua merita attinet, patrone mi optime, tu quidem et longe ampliori munere, & non huiusce generis eras dignus. quasi uero non & Græce eundem Philosophum legere soleas: & quæ ad rem familiarem spectant, nō domestica potius quàm hac tralatitia disciplina comperta habeas. alioqui cur tibi potissimum omnium Beatissimus hic pater Paulus III. Pont. Max. rem Christianorum publicam apud Christianissimum Regem curandam commisisset? notum est uetus illud: ei non bene aliena committi, qui sua non tractet diligenter. Et hæc quidem aliaq; multa, quæ ad idem prudentiæ genus pertinent, te non modo hoc ipso munere nostro, uerum ipso quoque Aristotele plane superiorem efficiunt, quippe cui dum uixerit, nunquam talis sit prouincia delegata. Illa autem quid tandem? quòd antiquissima & celeberrima Italicorum omnium fas milia ortus, illi tu potiq; ornamento fueris quàm tibi illa? quod Albertum Pium patrium tuum, uitæ omniumq; actionum tuarum moderatorem institutoremq; habueris? de cuius uiri, ac potius Herois clarissimi laudibus non una epistola sed pluribus historijs esset dicendum. quòd beatissima memoria Clemens Septimus Pont. Max. cùm alia multa tum & Fauentinam ecclesiam nulli neque sanctius neque iustius committendam esse iudicauerit? sic quidem quasi omine quodam significans, te dignum esse, cui uni omnes Christianorum ecclesiæ olim rem ipsorum publicam gerenti faueant. Quid porro? quòd sub ea disciplina quondam cùm esses puer, tale harum omnium uirtutum specimen dedisti, tanta modestia, tanta uerecundia, tanta morum suauitate enituisti, tam facile didicisti omnia quæ ad bonas literas pertinent, ut ego uere possim affirmare, mihi nihil unquam in uita neque optabilius neque iucundius accidisse quàm tuam eruditionem tuosq; mores? nihil unquam neque tristius neque horribilius quàm illud tempus, quum à te disiungi mihi necesse fuit? nonne & hæc & alia innumerabilia faciunt, ut omnibus & historijs & poematibus dignus esse uidearis? Quid ergo, dixerit aliquis, tralatitio isto opusculo te tandem effecturum speraſti? nimirum id unum patrone amplissime, quod potui: quod quidem & apud Cæsarem Augustum olim nescio quem præstitisse accepimus, dum illi paucos denarios porrigit. neque tamen eodem animo quo ille: sed quo lepore potius quā ue necessitate prosecutus adiunxit: se quidem non potuisse illius fortunæ rationem habere in munere afferendo ob inopiam: debere tamen illum eo quod ipse daret contētum esse. plus enim daturum fuisse, si plus habuisset. etenim ne eodem animo hoc ipse nunc faciam, quo ille illud fecit, longe mihi præclarius quiddam contigit, quàm illi. nam ille postquam dedit, ea quæ sperabat consecutus est: ego autem ea quæ nullo meo merito sperare poteram, tanto ante accepi.

# ARISTOTELIS STAGIRITAE,

PERIPATETICORVM PRINCIPIS

DE RE FAMILIARI

LIBER PRIMVS,

*Bernardino Donato Veronensi interprete.*

De dfia & conuenietia Rei familiaris & publicæ, & ordie earũ. Ca. i.

REs familiaris & publica non modo ita differũt vt domus & ciuitas: (has enĩ sibi res illæ habent subiectas:) sed etiã, qđ publica ex multis constat principibus: familiaris autem vnum duntaxat principem habet. Quum igitur nonnullę artes inter se diuisę sint, nec omnino eiusdem sit & conficere, & eo quod confectum sit vti: quemadmodum vsu venire in lyra & tibijs videmus: reipub. tamen est, & constituere ab initio ciuitatẽ, & constituta vti præclare. proinde haud dubium, quin rei quoq; familiaris sit & domum, hoc est, rem ac familiam parare, & eadem bene vti. Quòd autem ciuitas sit & domorũ & regionis & possessionum multitudo tanta, quanta ad bene viuendum sit satis, apparet perspicue. nam si quando contingit vt ipsum hoc obtinere non possint, societas etiam ipsa dissoluitur. Præterea huius ipsius rei gratia conueniunt, & qua gratia est vnumquodq;, hac item ipsa extitit ab initio, ab eademq; habet vt sit idipsum quod est. ex quo haud dubium relinquitur, quin ortu ipso res familiaris publicam antecedat, quando huius item opus antiquius. est enim particula ciuitatis, domus. Quum ergo rẽ familiarẽ consyderandam susceperimus, tum eiusdem opus quodnam sit, videndum putamus.

De partibus dom", & vsu sumẽda pos tessio. Ca. ii.

Domus autem partes illæ sunt, homo atq; possessio. quare cùm in ijs primo quæ minima sunt vniuscuiusq; rei natura spectẽ, etiam ea quæ ad domum pertinent, simili ratione constabunt. Itaq;, vt Hesiodus ait, oportebit
» quidem vt in primis domus, & mulier, bosq;
» adsit arator. nam alterũ in ijs quæ vitam alũt, alterum in ijs qui liberi sunt, obtinet principatum. quocirca quæ ad consuetudinem cũ muliere pertinent, ea optime constituere necesse fuerit. hoc ipsum porro est incumbere, vt cuiusmodi hanc esse oporteat, promptum habeatur. At ex possessionibus, quæ secundum naturam sit, ea principem curam merebitur. quare secundum naturam res rustica antecedet, sequentur quæcunq; ad terram ipsam pertinent: cuiusmodi est quæ metalla exquirit, & si qua est alia eiusdẽ generis. res autem rustica maxime, propterea quòd iusta est. nã neq; à volentibus aufert, vt cauponæ, & quæ mercenarias operas exercent: neque ab inuitis, vt quæ bello atq; armis vtuntur: sed ab ipsa protinus sumit natura. omnibus quippe à matre alimentum certo naturę instituto suggeri consueuit. quocirca hominibus item ab ipsa terra. strenuitati præterea hominum ac fortitudini maxime conducit: non.n. quemadmodum eæ artes, quæ sordidæ vocantur, corpora exercentium inutilia reddit, sed idonea quæ & assidue foris excubent, & labores tolerent: præterea quæ aduersus hostes periclitentur. nam eorum tantummodo possessiones extra septa & munitiones habentur.

Agricultura dotes.

Qualis viri & mulieris œconomia societas. Cap. iii.

In ijs aũt quę ad hoies spectant prima fuerit vxoris cura. si quidem inter marem ac feminam societas in primis est. nãq; alibi apud nos pro concesso habetur, naturæ hunc esse appetitum vt eiusdem generis multa efficiat, veluti item ex animalibus vnumquodq;. fieri autem non potest, vt vel femina sine mare, vel mas sine femina, hoc ipsum p se compleat munus. quare amborum societas necessario constituta est. Cæterum hoc in alijs quidem est animalibus temere, & eatenus quo ad eis natura seipsam impertit, & sobolis duntaxat gratia propagãdæ. in ijs autem quæ & mitiora sunt & prudentiora, distinctũ est magis. apparent enim magis adiumẽta quę præstantur & charitates, & operum societates inter ipsa: idq; in homine maxime, propterea quòd in hoc genere mas & femina sociata inter se sunt non modo vt ipsa sint, sed etiam vt ipsis bene sit. & liberorum possessio non eo modo de causa huic generi data est à natura, vt habeantur qui ministrent, sed vt etiam qui adiuuent. quæ enim ipsi valentes conferrent in infirmos, ea vicissim post à valentibus accipient, cùm ob senectutem imbecilles facti erunt. Hoc ipso præterea circuitu natura id consequitur atq; explet, vt, quando numero non potest, at saltem specie sit semper. sic ab ipso Deo vtriusq; & maris et fœminæ natura ad societatem prouisa atq; instituta est. hęc.n. ipsa in eo distincta sunt, quòd non omnia ad eadem res vtilem habent vim, sed nonnulla ad contrarias quidem, attamen quę eundem finem spectent, eodemq; contendant. nam eorum alterũ robustius, alterum imbecillius effecit,

Officia eorum.



effecit, vt illud esset magis ad cauendum idoneum ob timiditatem, hoc ad propulsandum atq; vlciscẽdum ob fortitudinem: & hoc quidẽ ea foris suppeditaret, quæ necessaria sunt, illud autem intus eadem conseruaret. itemq; ad opus faciendum, quum illud sedendo posset durare, esset tamẽ ad labores foris tolerandos ibecillius; hoc vero contra, quũ ad quietem atq; ocium esset minus aptum, tum autem ad omnem motum existeret valentius. necnon in sobole, vt procreatio amborũ esset communis, adiumentũ singuli suũ proprium præstarent. nam horum quidem alere est, illorum autem instituere.

Leges viri ad vxorem. Cap. iv.

Primum igitur leges erga vxorẽ habeant: in quibus etiam illa, ne vir eam afficiat iniuria: sic enim ne ipse quidem afficietur. hoc ipsum porrò etiam communis lex præcipit, vt Pythagorici dicunt, quasi supplicem & ab ara & foco abductam, ita videri, minime oportere illam afficere iniuria. à viro autem iniuriæ, si foris cũ alijs feminis consuescat. Porro conuictus & consuetudo sit talis, vt neuter alterius congressum reformidet, vel absentis desyderiũ ferre nequeat: sed ita assuescat, vt vel præsente vel contra, secum bene agi arbitretur. Etiam Hesiodus præclare illud:
» Virginẽ habeto, tuos vt discat sedula mores.
nam dissimilitudines morum minime ad conciliandas voluntates, idoneæ. De ornatu vero, quemadmodum in moribus non oportet falsa quædam profitentes ad se mutuo inter ipsos accedere, ita ne corporibus quidem. qui autem cum ornatu & fuco inter se consuescunt, in nulla re differunt ab Histrionibus, qui cum scenicis indumentis vitam vna degere assidue solent.

Leges dñi ad seruos. Cap. v.

At eorum quæ possidentur, primum quidem illud, maximeq; necessarium, quod & optimum, & ad imperandum aptissimum. hoc vero ipsum hominem esse meminimus. proinde seruos comparare sedulos oportet. sunt autem seruorum duo genera, villicus, & operarius. verum quũ disciplinis videamus adolescentes, nouos quosdam habitus accipere, operę precium fuerit & parare & alere etiã eos, quibus liberalia officia recte credantur. Cum seruis autem ita est consuescendum, vt neq; in petulantiam cuadere, neq; in segnitiẽ declinare permittantur. & ijs quidem qui magis ingenui sint, honores impertiendi: operarijs autem cibi copia subministrãda videtur. & quoniam vini vsus etiam eos qui ingenui sunt, contumelioſos atq; insolẽtes efficere solet, multæq; liberæ gẽtes eo abstinent, vt Carthaginenses cùm militiæ degunt, haud dubiũ

Abstinentia potu vini.

qn ex eo, aut nihil prorsus, aut perexiguum quiddam sit concedendum. Verum tria quã sint, opus, castigatio, cibus, si quis cibum quidem præbeat, nunq; autem neq; opus facere cogat, neq; castiget, reddet petulantes. sin cõtra, & ad opus cogat & castiget, cibum vero non præbeat, rem violentam inducet, ipsosq; imbecillos efficiet. superest igitur vt & opere faciundo exercear, & abunde pascat. etenim fieri nequaq; potest, vt hominibus nullam accipientibus mercedem quis imperet. seruis autem merces cibus. Porro quod in alijs contingit, vt si ijs, qui meliores sint, melius nihil fiat, neq; sint virtuti vitióue vlla proposita præmia, deteriores euadant, idem in seruis quoq; vsu venit. quare & ispicere ac cognoscere diligenter quid ab ijs agatur oportebit, & ijsdẽ pro meritis singula, cibum, vestimẽta, otium, supplitia, tum verbo, tum re & tribuere & remittere, medicorum artem imitantes, & consyderantes, vt medicamenti locum obtinet cibus: non est autem medicamentum propter assiduum vsum. Seruorum autem ad opus faciendum optimum fuerit genus eorum, qui neq; timidi, neq; fortes sint supra modum. in vtrisq; enim offensio est. nam timidiores. laboris onus non sustinẽt: animosioribus non facile imperatur. Oportet autem finem aliquem statuere omnibus: & iustũ quippe est, et expedit, libertatem illis præmij loco esse propositam. tunc enim sunt ad laborẽ promptiores, quum aliquod laboris, quasi certaminis præmium expectant. tempus quoq; definitum habeatur. operę etiam precium fuerit, illos pro creatione filiorũ quasi pignore quodam obligare. nec eiusdem nationis multos possidere, sicut ne in ciuitatibus quidẽ. sacra autem facere, et conuiuiorum voluptatibus operam dare, seruorum potius gratia quàm liberorum. plus enim hi decerpunt ex eo, cuius gratia illa instituta sunt.

Leges Œconomicæ tum. Cap. vi.

Quatuor porro sunt, quę patrem familias habere oporteat in re pecuniaria. nã non minus ad seruandum ẽq; ac comparandum idoneum esse oportet: alioqui vanus fuerit omnis comparandi labor. cribro enim haurire hoc ipsum fuerit, et perforatũ, quod dicitur, doliũ. Præterea et ordinis adhibẽdi rebus quę possidentur ac supellectilibus, et ijsdem vtendi peritum. horũ quippe gratia, reliquis quoque illis indigemus. Etiã quæ possidentur, ita singula diuidere oportet, vt quæ fructum ferant, plura sint, ẽq; contra. quidquid vero operis faciundi fuerit, ita distribuendum, vt non omnibus simul periculũ impendeat. Ad conseruãdum autem ratione et Persica et Lacos-

Curæ & pẽsæ dominũ vilitas.

nica

hica vti cõmodum est. etiam Attica vtilis, vẽdunt enim vicissim atq; emunt. ac ne penuariæ quidem rationis constitutio in ijs quæ ad rem familiarem pertinent, minimum obtinet locum. est autem Persica ratio, vt ipse per se vnusquisq; & dispo nat omnia & inspiciat. nã (quod de Dionysio referebat Dion) nemo æque diligenter suam atq; alienam rem solet curare. quare quo ad eius fieri poterit, vnumquẽq; per seipsum adhibere diligentiã oportet. &, quod Persę cuiusdam atq; Afri dictum fertur, ad hanc rem cõmode applicabitur. ille quippe interrogatus, quidnã esset, quod maxime equum pinguem efficeret, domini oculum esse respondit. Afer autem roganti cuipiam, quodnam stercus optimum, ipsius, inquit, domini vestigia. Ergo alia erunt à viro, alia autem ab vxore inspicienda, prout inter vtrunq; domestica fuerint munia distributa. hocq; ipsum in paruis quidem curationibus, rarius est faciendũ: in ijs autem quæ alijs cõmissæ sunt, sæpius. neq; enim fieri potest, vt, nisi quis pulchre exẽplum præbeat, pulchre alius quispiam imitetur, neque in alijs rebus, neq; in procuratione domestica. quare nõ est putandum fieri posse, vt sine diligentia domi norũ, procuratores, seu villici sint diligentes. Et quoniam hæc ipsa & ad virtutem egregia, & ad rationem domesticam vtilia sunt, ipsis prius dominis quã seruis, e lecto surgendum, posterius dormiendum, nunquam domus sine custode relinquenda, quasi ciuitas: & quęcunq; facienda sunt siue noctu, siue interdiu, eorum nihil prætermittendum. De nocte etiã surgendũ, quando hoc & ad bonam valitudinem, & ad rem familiarem, & ad philosophicam vitam vtile. In paruis igitur facultatibus, Attica disponendarũm frugum ratio vtilis: in magnis autem, seorsum ea quæ in totum annum ab ijs quæ in singulos menses impendi solent, habenda erunt. similis est in vasis & suppellectilibus ratio. nam quibus, singulis vtimur diebus, separanda sunt ab ijs, quibus rarius. hocq; muneris genus ijs est assignandum, qui rebus domesticis præsint. ad hęc eorum inspectio repetenda est certo tempore, ne nos lateat quidq̃, siue quod conseruatum sit, siue quod perierit. In constituenda autem ædificandaq; domo habenda est ratio rerum quæ in ea collocandæ sunt, non modo incolumitatis earum gratia, verumetiam commoditatis. Dico autem res collocãdas, vt si dicam, quæ fructibus sint ac vestimentis conducibilia. in ipsis autem fructibus, quæ aridis sint, quæue humidis utilia magis. in cęteris autem quæ possidentur, quæ sint animalibus, quæ inanimis, quæ seruis et liberis, quæ feminis et viris, quæ hospitib⁹ et ciuibus aptiora. Præterea ad commoditatem salubritatemq;, ęstate quidem salubrioribus ventis patere oportebit, hyeme vero apricam esse. hoc autẽ continget, si parte altera pressior angustiorq; fuerit, nec longitudini æqualem habuerit latitudinem. Videtur autem, vbi magna quædam est res familiaris, ibi seruus hostiarius is eẽ apprime vtilis, qui reliquis inutilis sit muneribus, vt quæ intro, quæue foras feruntur, salua habeantur. Ad usum autem vasorum, Laconicus mos erit vtilis. singula enim oportet suis sedibus collocata esse. ita in promptu sita nullum afferent quęrentibus laborem.

*Quæ sequitur particula de officio uxoris erga uirum, & uiri erga uxorem, eam nos eo genere interpretationis, quam Græci paraphrasim uocant, expressimus, interpretem Arretinum secuti: quandoquidem illam apud Græcos nusquam inuenire potuimus.*

Sequentem partem Arretinus Secundum fecimus. Dona tus vero Primi partem.

Gregiam & frugi mulierem eorum, quæ in ędibus sint, dominã esse oportet, omniaq; ea certis legibus curare: nec permittere quẽquam ingredi nisi maritus iusserit. est autem et vitanda in primis, vulgaris mulierum ifamia: enitendumq; vt si quid forte intus acciderit, vni ipsi sit notum: nec cõmittendum vt si quid ingredientes pecc auerint, ipsa iure accusari possit, sed in viro omnis culpa resideat. Habẽs præterea in potestate quidquid impendendum fuerit in dies festos, quos ipsi per virum celebrare licitum sit, & sumptu, & vestitu, & reliquo ornatu vtatur, minori etiam q̃ leges ciuitatis permittant. consyderandum quippe illi est ad fœminæ commendationem & laudem, modestiam, honestatisq; studium, atq; omnis vitæ decus, multo esse præstantiora, q̃s sint, aut vestimenta prętiosa, aut forma egregia, aut omne aureum ornamentum, quæ enim hoc animo est mulier, optabilior esse consueuit, multoq; certiores ac ueriores laudes & sibi ipsi & liberis parere, easq; ad senectutem vsq; perferre cõstantius, q̃ quæ fuerit aliter animata. ergo ipsa mulier sibi ipsi hunc animum comparet, & constanter rebus domesticis præsit, ex eaq; re laudem sibi quærat. neq; enim satis deceat virũ, ea singula nosse quæ intus gerantur. At in cæteris vxor omnino assuescat viro obtẽperare, nec vero negocijs implicet se quæ ad rempub. pertineant, aut sui muneris esse existimet, matrimonia conciliare, seu tractare connubia, quòd si rempus postulabit, vt vel filias nubiles collocet, vel filijs iã adultis accipiat vxores, quod marito placuerit, id sibi rectum eẽ persuadeat, vsq; adeo, vt etiam si vna cum illo deliberet quid agendum, sententiam tamẽ viri semper anteponat suę, nec dubiter, aliquanto absurdius esse, ab vxore sollicite curari ea quæ foris gerenda sint, q̃ à viro quidquam eorum quę intus fieri solent, tractari. Etiam quæ bene animata beneq; istituta erit mulier, ad mores mariti sẽ accommodabit, eosq; pro lege habebit, quam ipsi Deus, omnis vitæ moderatricem ex matrimonij necessitudine imposuerit, eos sane mores, quale scunque fuerint, si sibi æquo animo ferendos duxerit, tũ ipsa nullum in domo

Leges phx mulieris. Capi. 7.

Quid agere debeat dñs quo ad vigiliaꝫ.

Ver⁹ bonæ matronæ ornatus.

Leges viri ad vxorem. cap. 8.

regenda sentiet laborem. sin ægrius feret, vtiq; laborabit. ex quo illud cõficitur, vt vxorem maxime deceat, nunq; cum viro suo discordare, semper illi esse obsequentem non modo in prosperis rebus & ad voluntatem fluentibus, sed etiam in aduersis & tristibus. Item si quid ille patiatur detrimẽti vel in rebus externis, vel in corpore, vel in animo, ipsa ne molestius ferat, sed dicto audiens sit, nisi forte sit in aliqua re turpi atq; indigna obsequendũ. nec vero diutius in memoria habeat, si quid vir deliquerit, dũ animi sui compos non est, sed ægritudinẽ potius illius aut imprudentiã excuset. quo enim in hutusmodi rebus magis illi sedulo morẽ geret, eo sibi gratiorẽ illũ sentiet, vbi animo cõualuerit. quin etiam longe meliorem in partẽ accipiet, quod sibi aliquid turpe iubẽti nõ sit obsecuta, si quando ad sanitatẽ rediuerit. hæc igitur sedulo caueat mulier, at in cæteris obsequatur, ac multo quidem diligentius, q̃s ab illo empta in familiam uenisset. quin etiã cogitet re uera se emptã mãgno precio. nam & vitę societas, & liberorũ procreatio, ad quæ duo & multo maxima & sanctissima munera vocata est, magni cuiusdam precij loco habenda sunt. Etiã illud intelligat, se non adeo illustrẽ futuram, nec tantũ virtutis preconium habituram fuisse, si cum eo viro vixisset, qui semper fortuna secunda vsus esset. fateor quippe in magna laude versari, si qui in rebus prosperis sibi tẽperare potuerint, at in longe maiore si qui aduersas ęquo animo tulerint. magnis enim calamitatibus atque iniurijs non turbari, nec submissius quidq̃ ostendere ad animi celsitudinẽ ac magnitudinẽ pertinet. optabit ergo à Dijs ne qd viro accidat aduersi, quod si forte acciderit, existimet in eo se viberem laudis materiam nactam esse. exemplaq; sibi proponat & Alcestidis & Penelopæ, quarũ neutra fuisset tam celebris, si cum viro vtraq; fortunato vixisset: & illi quidẽ Admeti, huic autem Vlyssis res aduersas immortalẽ gloriã peperisse, quũ enim maritis ambæ ettiam in aduersa fortuna fidẽ constantiamq; præstiterint, illustres merito gloriaq; insignes euasere. si quidem quæ se rerũ ad voluntatẽ fluentium socias maritis præstent, facile repertas. at, in aduersis durare nõ solent, nisi quę singulari bonitate prædituæ sint, quæ sane cũcta ad cõficiunt, vt multo etiam amplius maritũ reuerert cõueniat, nec eundem ideo cõtemnere, quod neq; sacrã pudicitiam, vt att Orpheus, neq; audaciæ filiam, opulentiam, comites secum adduxerit. & hisce quidem moribus ac legibus institutam esse mulierem oportet.

At maritus vicissim excogitare debet eas leges, quibus etiã vxor facile vti possit. ea enim ideo in familiam venit, vt cũ viro sibi essent & liberi cões, & vita communis. quæ quũ relictura sit filios, qui parentũ & viri & suorũ nomina gerãt, quid ijs quæso sanctius quispiã in cõmune conferre possit? aut cuius tandẽ rei virũ integra mente prædituũ, magis studiosum esse oportet, q̃ vt quũ filios quærat, qui & ipsius senectutẽ quondam sint nuturi, & vtriusq; parentis cum omni pietate ac reuerẽtia futuri custodes, domũq; vniuersam seruaturi, eos ex femma lectissima atq; honestissima suscipiat? Nam si quẽadmodum oportet, tta illi à parẽtibus educabũtur, & sanctis pijsq; moribus imbuentur, bonitatis laudem facile obtinebũt. sin cõtra, magnũ in bonis animi merito facturi sunt damnũ. NISI enim parentes exẽplo sint filijs ad recte viuendũ, certissimã illis excusandi seipsos, si quid aduersus parentes deliquerint, materiam præbebũt. etiã periculum erit, vbi nequiter vixerint, ne contemnaã à filijs, atq; vbi tam cõsenuerint, ne deserantur. Quapropter nihil omnino prętermittat qui vult fieri maritus quod ad vxoris institutionẽ pertinere arbitretur, studeatq; pro viribus ex q̃s optima & probatissima filios susipere. & bonũ agricolã imi-



tetur, qui nulli diligẽtiæ parcit, dum semen susi in terrã & optimã, & optime excultã taceat, sperans nimirũ ex optima optimos se fructus percepturũ: cui quidem si qua inimica vis permittẽ intentet, armat se aduersus eã, dumq; illæsam cõseruet ab hostibus quã ipse excolit, ne mori quidem dimicando recusat. & qui hoc animo sunt, in primis ad cœlũ laudibus ferri solent. quod si ea quæ vni corpori nutriendo cõducunt, tã sollicite curãtur, quantũ fieri tãdẽ in ijs quę ad liberos, quæq; ad matrem pertinẽt, quæ ipsos liberos sit educatura studium adhibendũ? SI QVIDEM hoc vno remedio hominum mortalis cõditio perpetuitatẽ cõsequitur, dũ propagatione liberorũ sepsam cõseruat. & q parẽtes tacti sunt, quidquid optãt huc dirigere cõsueuerũt, proinde si qs parui hęc facit, Deos quoq; ipsos parui facere videtur. nam etiã propter Deos quibus præsentibus sacra fecit, vxorem duxit, eademq; ratione vxori se multo magis addixit, vt illi secundos à parẽtibus honores tribueret.

Mulier porro quę mentẽ nõ amiserit, NVLLVM sibi maiorẽ honorẽ tribui putabit à viro suo, q̃ si castũ corpus exhibeat, nec aliã magis in animo feminã q̃s se, habeat, seq; vnã præter ceteras & suã & sibi fidam existimet. quod si ille fecerit, ipsa quoq; vicissim dabit pro viribus operã, ne maritt opinionẽ fallat: ac tãto magis quãto se & iustius & fidelius ab illo diligi animaduerterit. Viri ergo prudẽtis officium fuerit scire, quo sint cultu parẽtes, quo vxor, quo liberi profequẽdi. vt quũ meritos cuiq; honores tribuerit, iustitiæ sanctitatisq; nomẽ obtineat. NIHIL enim ferre solẽt molestius homines, q̃s se priuari suis honoribus. nec vero quisq̃ est, qui dũ sua sibi auferri videt, alienis quæ sibi quamuis multa tribuãtur, possit esse cõtentus. at vxori nihil magis suũ à viro tribui potest, q̃s incorrupta, & sancta nõ modo corporis, sed etiã totius vitæ societas. Ex quo illud cõficitur, VT TVRPE sit, hominem integra mente prædituũ, ex quauis matre sobolẽ propagare, ne videlicet aduersus leges filij liberis & ingenuis similes suscipiantur ex ignobilibus femmis. quod si fiat, & vxor proprio honore spoliatur, & filij iniuria afficiuntur, & maritus ignominiã ex hisce vniuersis cõtrahit. Porro ad vxorẽ quũ accedit maritus, nihil intẽperantię, nihil procacitatis præ se ferat, verecunde etiam loquatur, & quidquid agit, sancte honeste q̃s agat, & cum fide ac moderatione consuescat. peccata autẽ quæ parui momenti fuerint, tametsi volens peccauerit, illi cõdoner. quòd si imprudens quidpram offenderit, errorẽ illi suũ ostendat, sine omni acerbitate. quòd si metũ illi incutere oporteat, adhibeat verecundiam & pudorẽ, alioqui meretrici potius id genus, q̃s ingenuæ vxori cõueniet. nam vt iusta de causa virum adhibito pudore & amet vxor & metuat, eius est vnius proprũ, quę liberi aliter sit instituta. Duo enim sunt genera eorũ qui alios metuunt: vnũ eorũ quibus & verecũde & pudẽter id accidit patri: cuiusmodi & filiorũ quibus adhibito pudore & amentur timorẽ esse oportet erga parẽtes, & ciuium qui bonis moribus gaudeãt, erga eos qui diligenter amanterq; præsint. alterũ eorũ, qui inimico offensoq; animo id faciunt, quod genus & seruis accidere solet aduersus dominos, & ciuibus aduersus tyrannos. Ex his ergo omnibus, quę optima cognouerit, maritus eligat, vxorem q; sibi cõciliet, atq; ad fidẽ probitatemq; instituat, vt non minus absens q̃s præsens prouideat, ipsaq; efficacia inuandi semper adesse, nec suam vnius rem, sed vtriusq; cõmunẽ curare videatur. & si qñ illi cõtingat vt absit, tũ vxor sentiat, nullũ se ex oibus viro suo, aut meliorem, aut magis sibi vtilẽ & cõmodũ, aut magis suum proprium reperire posse. & quamuis puellam, tabumq; institutorum rudem offenderit, hæc ipsa tũ ille initio statim aggrediatur, et se cõe vtriusq; bonum

Quorundam harum legum testimonia ex Homero. Cap. 3.

semper spectare significet, quod si hanc rationem protinus initbit, ipseq; sibi maxime imperare incipiat, tum & ois vitæ suæ optimus gubernator existet, & vxorem idoneã reddet, quæ ijsdem institutis gaudeat. Si quidem ne Homerus quidẽ inuerecundum, aut amorem, aut timorẽ probasse inuenitur: sed amorẽ cum verecundia & modestia semp coniungit, sic Helenę Priamum timentis personam inducit, his verbis vtentem:

» Et venerandus es, o socer, & mihi, chare timendus.

Vbi nihil aliud videtur dicere, quàm amare quidem illam, sed verecunde, & pudenter. idem rursus ostendit ex persona Vlyssis ad Nausicaam dicentis:

» Sic nunc te admiror, mulier, metuoq;. Est autem peculiaris hæc Homeri sententia, vt maritus & vxor se mutuo inter ipsos his rationibus prosequantur. nemo est enim qui deteriorem se quemptam, aut admiretur, aut vereatur. & hoc quidem genere affectus erga se ut cissim vti solent, q seipsis inter se meliores sunt, & suapte natura mites atq; humani: etiam minus sapientes, erga præstantiores se ipsis sapientia. si quidem quum hoc animo esset Vlysses erga Penelopem, quãuis absens, nulla tamen in re illam offendit vnquã. At Agamemnon erga vxorem Clytemnestram non item talis extitit, sed iniuria illã maxima affecit: qui dum in concione Græcos alloquitur, ausus est & captiuam & nulla præstanti natura præditam, ac potius, vt vere dicã, Barbaram, Clytemnestræ conferre, & nullis partibus inferiorem illa, ex qua iam tum susceperat liberos, tactare, non hercle hoc recte Agamemnon, sed admodũ praue & inique: qui feminam à se captam vi, protinus sibi adiunxit, priusq; exploratum haberet, quo illa esset erga se animo. At vero Vlysses quum apud Atlantis filiam, à qua rogabatur, manere posset, atq; immortalis euadere, ne tanta quidem mercede capi potuit, vt charitatem pietatẽq; coniugalem proderet. quin etiam pro maximo supplicio habuit, se fieri, immortalẽ, amisso tanto animi bono. ac ne à Circe quidem potuit adduci, vt apud se maneret, tametsi ea socios præterea incolumes illi se redditura polliceretur. sed cõtra potius, NIHIL SIBI sua patria, quãq; inculta & aspera, dulcius videri respondit, itaq; maluit ad vxorem & filium mortales reuerti, q; ipse fieri immortalis. sic sanè ille vxori suæ incorruptam fidem præstabat, qua ex re meruit, vt eãdem omnia ab vxore vicissim acciperet. Præterea si quis orationem illam diligentius attenderit, quam idem Vlysses ad Nausicaam habuit, planè intelliget, à poeta illam vitæ societatem in primis inter maritum & vxorem probari, quæ coniuncta sit pudicitiæ. à Dijs enim optauit, vt ei & virum, & domum,

» & concordiam cum viro non vulgarem & inuentu facilem, sed raram & frugi præberent. Si quidem ait:

» Melius nihil ac præstantius esse
Posse hominum generi, q; si vir regat & vxor
Vna mente domum. quo etiam loco apparet perspicue, poetam, non eum maritii vxorisq; inter se consensum probare, quo vterq; alteri improbe ac turpiter inseruiat, sed eum, quem vtriusq; animus prudens, iuste recteq; cõstituerit. hoc quippe sibi vult illud quod ait: REGERE vna mente domum, cui loco idem poeta adiungit: quoties inter maritum & vxorem talis existat cõcordia, id solere cõtingere, vt si qui inimici sint, ij summopere angantur: si qui amici, contra: maximis afficiantur gaudijs. poetam porro euentus probat, hęc vera dixisse. nam quoties maritus & vxor inter se concordes, rebus honestissimis student, necessario fit, vt amborum vnus & idem sit animus. deinde vbi ex eadem concordia potentiores euaserunt, tum & inimicis lædendi spem auferunt, & amicis vtiles existunt. at ij dem si inter se discordent, fit ex eo vt amici quoque ipsorum discordent, et ipsi præterea maximam ferãt imbecillitatem. itaq; haud obscure præcipit idem poeta, virum & vxorem nequaq; sibi inter se obsequi oportere in ijs rebus, quæ improbæ impudicęq; sint. At in ijs quæ, quoad fieri potest, omnem & pudicitiam & institiam sibi coniunctam habeant, q; maxime concordibus animis inseruire: & primam iterim operam prębere parentibus, vir quidem vxoris non minus q; suis, vxor autem viri: secundam filijs & amicis. tum rerum quas possident, domusq; vniuersæ, tanq; ea communis amborum sit, ita curam sustineant, vt vterq; alterum studio ac diligentia conetur vincere, idemq; certatim plurimorum bonorum esse author. Ita omni quidem superbia deposita, contra autem, omni pro viribus assumpta industria, præstet seipsum & meliorem altero & iustiorem. tum ambo in omni rerũ curatione ac dispensatione, & bonitatem, & animi æquitatem in primis adhibeant: vt extrema ætate, postq; administrandæ rei onus deposuerint, & omni cupiditate liberati, possint non modo communibus filijs, sed etiam sibi ipsis mutuo inter se rationem administratæ familiæ reddere, & ostendere vter ipsorum in eam plus sedulitatis atq; industriæ contulerit, ac sine mora cognoscere vel ex fortuna quantum traxerit mali, vel ex virtute quantum attulerit boni. In quo certamine qui superior extiterit, vnum cõsequetur præmium, quod & potissimum est habendũ, vt Dijs ipsis charus existat. nam vt ait Pindarus, hominibus sibi iuste pięq; actæ ætatis conscijs, dulcis quædam spes cor alere consuevit, nutrixq; esse omnis generis voluptatum. alterum, quod felicitati cuidam adscribendum esse videtur, vt à proprijs filijs vbi consenuerit, sedulo nutriatur. Quas ob res quicunque vel priuatim, vel publice vitam degit, hunc conuenit rationem habere omnium tam Deorum, quàm hominum. in primis autem & vxoris, & filiorum, & parentum.

Quędã cõsectaria virili & vxoris leges. Cap. 4.

*Qui sequitur liber in Græcis codicibus pro Secundo habetur.*

# ARISTOTELIS DE RE FAMILIARI LIBER SECVNDVS:

*Qui continet ea, quæ ad rationem rei comparandæ atq; administrandæ pertinent.*

Quibꝰ institutũ ẽ operẽt negociã tem.

QVires aliquas certa ratione est curaturus, hunc neque locorũ, in quibus negocia sint gerenda imperitum esse, & suapte natura solertem, atq; industrium, & ipso vitæ proposito strenuum, ac iustum oportet. harum enim partiũ vbi quæuis vna defuerit, tum in eo negocij genere quod tractandum assumpserit, multa peccata committet. Curationum autem domesticarum genera (vt summatim ea distribuamus,) sunt quatuor. nam si qua forte alia proferentur, ea in hęc ipsa recidere facile reperiemus: Regium, Satrapicum, Ciuile, Priuatum. ex quibus Regium & amplissimum & simplicissimum esse consueuit.



Ciuile autem tum maxime varium, tum facillimum. at vero & perexiguum, & apprime varium quod Priuatum appellauimus. porro his omnibus communia inter se multa sint necesse est. nobis autem ea nunc consyderanda assumpsimus, quæ per se maxime vnicuique contingunt.

Primũ igitur videamus id quod Regium diximus. Est autem regia quidem administratio, ea quæ summam rerum obtinet potestatem: sed in partes distributa est quatuor. aut enim nummi rationem habere consueuit, aut rerum quæ exportantur, aut earum quæ importantur, aut impensarum. horum singula suum proprium habent munus. Nummi quippe rationem haberi tunc dico, quum ex quo genere, & quo tempore illi precium, vel addendum, vel minuendum sit cõsyderatur. Eorum autem quæ exportantur aut importantur, quum, & quando, & quænam ex his à præfectis accepta, qui Satrapę appellantur, Regi ipsi disponere expediat. Impensarum autem quum quænam ex his subducendæ sint: & quo tempore in sumptus ipsos, siue in ea quæ nummo parari solent, erogandus sit nummus: & an omnino erogandus.

Secundo autem loco id quod Satrapicum appellauimus. cuius sanè generis partes sunt sex: quæ omnes penes ipsos prouentus consyderantur. aut enim hi capiuntur à terra, aut ab ijs quæ regionis ipsius propria sunt, aut à mercatoribus, aut à tributis, aut ex re pecuniaria, aut ex reliquis rebus. Horum autem ipsorũ & primus & optimus, qui à terra percipitur, hic porro est, quod alij fructuarium, alij decimam vocant. Proximus is qui de rebus proprijs comparatur: alibi enim gignitur aurum, alibi argentum, alibi æs, alibi alia quæcunq; gigni possunt. Tertius qui ex mercatibus. Quartus qui ex ijs conficitur tributis, quę & ad terram & ad fora pertinẽt. Quintus ex pastione, quæ & fructuositas & decima appellatur. Sextus ex alijs rebus, qui quidem singula capita ipsosq; operarios attingit: vnde etiam nomẽ apud Græcos accepit, ἐπικαιΦάλαιόντε, καὶ χειρωνάξιον.

Tertio loco Ciuile quod nominauimus genus exequamur. Huius optimus est prouentus ille, qui de ijs, quæ propria sunt regionis, percipitur. Proximus, qui de mercatibus, & ijs quæ ad certamina ludosq; pertinent. Postremus is q ex annuis & in orbẽ redeũtibus.

Quarto autem atque extremo loco Priuatũ quod vocauimus. quod genus inæquale quidem est, propterea quod non vnum quiddam spectari ab administrante oportet: minimum autem ideireo, quod & prouẽtus & sumptus modici existunt. Cæterum huius ipsius generis prouentus is maxime probabilis qui de terra colligitur. proximus is qui ab alijs in orbem redeuntibus rebus. Tertius qui ex argento. Præter hæc autem, quod omni domesticæ curæ tanquam fastigium imponi debet, eius ratio in cæteris quidem generibus est habenda non negligenter, in hoc autem ipso præcipua, vt prouentibus ipsis maiores sumptus non fiant. Quum ergo ipsas partitiones exposuerimus, tum rursus nobis id fuerit consyderandum, siue regia sit præfectura, siue ciuitas, quam curandam susceperimus. & si omnes illas partes, quas proxime numerauimus, vel earum præcipuas & maximas ferre possit, vtrum tamen ijs omnibus sit vtendum. deinde quænam genera prouentuum, aut non adsint omnino, possint tamen parari: aut exigua quum sint, in maius augeri: vel impensarum quæ nunc fiant, quænam & quot si totæ subtrahantur, nihil offendant. Ita nos quidem hactenus quum ea quę ad curationes domesticas, tum ea quæ ad harum ipsarum partes attinent, iam diximus. Sequitur deinceps vt huic parti in vnum collecta subiungamus, quæ nonnulli priorum ætatem ad prouentum pecuniarum parandum, fecerunt, aut etiam artificiose moderati sunt: ea duntaxat quæ memoratu digna iudicauimus: quippe qui ne hanc quidem historiam inutilem fore censeamus. erunt enim nõnulla ex his, quæ quispiam ijs facile accommodabit, quæ ipse administranda susceperit.

1 CYPSELVS Corinthius, quum Ioui vouisset, si dominus fieret ciuitatis, se illi omnia quæcunq; essent Corinthijs, dicaturum, eos quæcunque haberent, iussit describere. deinde à singulis, vbi ad hunc modum descripta habuit, decimam partem accepit. reliquis autem partibus eos ad lucrum exercere iussit. tum anno vertente, rationem eandem seruauit. ita decem annorum spatio contigit, vt et ille haberet omnia, quæcunq; sacrasset, & alia Corinthij, quæ adepti erant possiderent.

Varia exempla quę possunt.

2 LYGDAMIS Naxius quum exules eiecisset, nec qui illorum res vellet emere, nisi paruo pretio, inueniretur, ipsis exulibus vendidit. Statuas quoque & alia eiusdem generis dona Dijs immortalibus dicanda, quæcunq; illi in quibusdam officinis imperfecta reliquerãt, partim ipsis exulibus, partim cæterorum cuiq; volenti ita vendidit, vt ementis nomen vnicuiq; rei sic emptæ inscriberetur.

3 AT Bizantij quum pecuniarum indigerẽt, loca sacra quæ apud ipsos publicauerant,

vendiderunt, fructuosa quidem ad certum tempus,nullum autem ferentia fructum, in perpetuum.eadem ratione vsi sunt in ijs quæ sodalitia,& quę tribuum singularum propria erant,item quæcunque in priuatis locis sita. magno enim pretio emebant ij quorum erat reliqua possessio. ipsis autem sodalibus alia publica pretio addixerunt, quæcunque vel gymnasium,vel forum, vel portum attingerent.loca autem in foro vbicunq; quid quis venderet,necnon ex mari piscationem, omnemq; ex salis venditione prouentum, loca præterea vbi & præstigiarum ostentatores,et qui diuini appellantur,& pharmacopolæ,alijq; eiusdem generis homines suas artes exercerent,tertiæ partis eius,quod in ipsis conficeretur,tributo onerarunt:ius vero commutandæ pecuniæ vni mensę addixerunt. alias autem aut alteri vēdere,aut emere ab altero nemo prorsus poterat.alioqui illis ipsis mulctabatur bonis. Rursus quum apud eosdem lex esset,vt ne quis ciuis haberetur, qui nō vtroque ex ipsis parente progenitus foret,ipsi vero pecuniarum indigerent,decreto sanxerūt, vt qui ex vno duntaxat ipsorum natus esset, si tricenas minas conferret, ciuis existeret. Rursus quum vno eodemq; tempore & annonæ caritate,et pecuniarum indigentia prę merentur,nauigia quæ ex Ponto venerant, deduxerunt in portum.quum autem post ali quod tēpus,mercatores molestius eam rem ferrent,vsuras illis decimas pro tributo imposuere.ementibus autem quidpiam, id oneris imposuerunt,vt decimam partem seorsum à pretio penderent. apud eosdem vero quum inquilini nonnulli possessiones fœnore obligatas haberent, solvendoq; non essent, statuerunt,vt quicunque tertiam fœnoris partē attulisset,omni obligatiōe solutus, proprium ius possidendi retineret.

4 HIPPIAS Athenienſis cœnaculorum eas partes, quæ in vias publicas eminebant, ipsosq; ascensus, sepimentaq; ante domos vestibulis similia, item ianuas quæ foras aperirentur,ventre iussit.emebant ergo ij quorum possessiones ipsæ erant. itaque magnam pecuniarum vim coegit:nūmum vero qui tunc Athenienſibus in vsu erat ab vsu amouit :certoq; illo pretio constituto, iussit iterum ad se referri.quum autem cōuenissent, vt nouum monetæ genus excuderent, idem argentum exposuit.si qui vero aut nauibus præficiendi, aut tribuum suarum duces futuri, aut choris sumptum præbituri erant,aut aliqua eius generis munia obituri,in quæ esset aliquid impendendum,ijs primum tolerabilem ac modicam irrogauit mulctam:deinde iussit, volētem vnumquenq;, vbi eam mulctam persoluisset,numero eorum adscribi, qui suo munere perfuncti essent.Mineruæ autem sacerdoti,cuius templum erat in arce,afferri pro quolibet mortuo ordei mensuram vnam, & tritici alteram,& obolum vnum.si cui vero puer, aut puella nascerēt,hoc ipsum nihilominus.

5 ATHENIENSES vero, qui Potidæam incolebant, quum pecuniarum ad gerendū bellum indigerent,iusserunt res quæ possiderentur ab omnibus conscribi, non coniunctim apud suum cuiusq; populum,sed singillatim, in quo quisque loco esset,vt qui pauperes essent,ipsi quoq; censeri possent. cuicunq; autem nullum omnino erat possessionis genus, huius corpori multā indicebant,minas duas. ab his igitur rebus quod conscriptum fuerat, integrum quisq; ciuitati repræsentabant.

6 ANTISSÆVS autem quum ciuitas indigeret pecunijs,solitiq; essent Dionysia quæ dicuntur sacra splēdide celebrare,in quę quum alia multa insumebant, quæ per annum comparabant,tum etiam victimas ingenti pretio, iamq; instaret hic solennis dies:tum illis persuasit,vt,& vouerent in proximum annum Dionyso se eadem duplicata reddituros,et ea ipsa quæ collegissent,nunc venderent.sic igitur ab illis non mediocris pecuniarū summa, qua pro tempore vti possent, coacta est.

7 LAMPSACENI aūt quum magnus apud ipsos triremium numerus expectaretur,& farinæ medimnus quaternis drachmis veniret, ijs qui in foro vendebant,imperarūt, vt senis drachmis venderent. olei quoque mensuræ quæ triobolo amplius quaternis venibat, vinicq; atque aliarum eiusmodi rerum, eadem ratione precium auxere. ita suum is recipiebat,q; priuatim rei ipsius dominus erat, quod autem eo amplius supererat,ipsa ciuitas.itaq; pecunijs abundauit.

8 HERACLIENSES quo tempore ijs, qui apud Bosporum erant tyrannis,naues miserunt quadraginta,pecunijs indigebant. ergo à mercatoribus & frumētum omne, & oleū, & vinum, & si quid aliud in foro venale habere solent, coemerunt. quum autem instaret tempus, quo iam pretium solui oportebat;& mercatoribus optimum factu visum est,ab ipsis non singillatim dimensa, sed confertim omnia venundari onera:& illi alia ratione tribuentes, non mercedem, sed ipsum forum onerarijs nauibus imposuerunt: & quęstorem singulis nauibus præfecere.quum autem in hostilem regionem peruenissent, emebant, scilicet ab illis milites, omneq; prius



prius coactum èst, & imperatores pro merce de argentum iterum redderent. quare contigit vt idem argentum impenderetur, donec domum redirent.

9 LACEDÆMONII vero pecunias sibi ad reditum in patriam postulantibus Samijs,decreto sanxerunt vnum diem & se, & seruos, & iumenta nihil omninǫ gustare. quātumq; in cibum solitus esset vnusquisque impendere,tantum Samijs dare.

10 AT Carthaginenses,quum multos in ciuitate haberent mercenarios milites, nec mercedem,quā illis debebant,dissoluere possent, edixerunt, vt cuicunque ciui, aut inquilino ius esset rapinę aduersus ciuitatem aut priuatum quempiam,si vellet recipere,is describeretur.ita quum frequētes descripti essent,nauigia quæ in Pontum nauigabant, probabili quadam obiecta causa diripuerunt:certumq; constituerunt tempus,in quo se ius redditu ros de iis ipsis rebus dicerent. quū ergo multa esset coacta pecunia, ipsos quidem milites dimiserunt, de direptionibus autem iudicio disceptarunt.iis autem qui iniuste direpti fuerant,ciuitas ipsa de suis prouētibus satisfecit.

11 CYZICENI autem seditione orta inter ipsos,& in ea seditione victoriam obtinēte plebe diuitibus comprehensis, quum pecunias deberent militibus,decreuerunt, non morte afficere eos quos comprehenderant,sed multatos pecunia in exilium mittere.

12 CHII vero pecuniis indigentes, quū apud ipsos lex esset,vt æs alienum publicę scripturæ mandaretur,decreuerunt, vt qui quidem deberent,id ipsum quod deberent, ciuitati repræsentarent: ciuitas vero ipsa ex suis prouentibus vsuras iis qui fœnerauerant, redderet,donec sortem adęquarent.

13 MAVSOLVS Cariæ tyrannus rege à se tributum per nuncios exigente, regionis opulentissimos coegit,ac regem tributum flagitare indicauit,sibi vero non esse vnde illud dissolueret.tum quidam ad hoc ipsum comparati viri è vestigio illi polliciti sunt quantum quisque esset collaturus.qui quum hoc fecissent, opulentiores qui erant, partim pudore adducti,partim metu, longe illis plura polliciti sunt.idq; ipsum præstitere. Iterum pecuniis indigens Mylassenses congregauit, eisq; dixit:ciuitatem quidem illam,quę ipsius esset mater,sine muro esse : à rege autem exercitum duci aduersus eam.velle ergo se à Mylassensibus conferri pecunias ab vnoquoque quamplurimas. hisce, inquit, pecunijs quas nunc in medium cōferetis,etiam eas quę vobis supererunt conseruabitis, quum autem multi contulissent,ipse quidem pecunias habuit,murum autem condi in præsentia Deo, inquit,non placet.

14 CONDALVS Mausoli legatus, vbi ipse iter per prouinciam facienti pecudem quispiam, aut vitulum attulerat, describebat & nomen eius qui dedisset,& tēpus quo dedisset. tum eum ipsum alere iubebat,donec ipse reuerteretur. at vero vbi satis diu se commoratum putauerat, ratiocinabatur quantum interim fructus ex eo percipi potuisset: & vtrunque, tum animal ipsum,tum fructū ab eo qui nutriuerat,exigebat. Arborum etiā quæ in vias regias,aut impendebant,aut cadebant fructū precio addicebat.quòd si quis miles decessisset, vectigalem drachmam pro corpore efferendo imperabat.inde ergo simul ipse argentum capiebat,simul duces eundem tallere nō poterāt,quo tempore miles occidisset. Idem quum Lycios animaduerteret capillo impensius gaudere,literas à rege dixit venisse, quæ iuberent capillos ad capitum ornamenta ex ijs conficienda submittere.itaque sibi à Mausolo else imperatum, vt eos tōderet. se tamen si certam pro singulis capitibus pecuniam velint pēdere,aduecturum ex Græcia capillum. illi vero libenter quod petebat tribuerunt. multæq; ex ingēti turba coactę sunt pecuniæ

15 ARISTOTELES Rhodius Phocæam imperio obtinens quum pecunijs indigeret, duasq; Phocęorum cerneret factiones, ad alteram eorum secreto verba fecit, affirmans sibi alteros pecuniam polliceri,si rempub. inclinare ad ipsos mallet : se autem malle ab us accipere,& ciuitatis curam ad eos administrationemq; transferre. vbi ergo hęc audiuerunt qui tum aderant,illico quantum postulauerat pecuniarum præbuere.tum ille run sus alteris indicauit,quę ab illis prioribus tulisset.itaque hi quoque dederunt non pauciora. quum ergo ab vtrisque accepisset,tum vtrosque alteris concilians,ad concordiam reuocauit. ipsos autem ciues complurib⁹ controuersijs cernens implicitos,magnasq; inter se ex multo tempore habere illatas acceptasq; iniurias, forum iis constituit,quo posthac tāquam bello decertarent:præmonuitq; si qui iudicio foroq; illo vsi non essent, (legem autem tulit quatenus vterētur)nulla us amplius fore de prioribus criminibus iudicia. tum multarum causarum temerariam vel aggressionem vel omissionem,item eas quarum crimina mulctarentur pecunia ad seipsum reuocans,et ab vtrisque per alteros capiens, pecuniarum nō exiguam summam coegit.

16 CLAZOMENII autē quum eodem tem-

pore & annonæ & pecuniarum indigentia premerentur, decreuerunt, vt quibuscunque apud ipsos oleum esset priuatim, hi fœnarentur illud ciuitati. nam huiusce generis fructus magna est in regione eorum copia. vbi ergo illi fœnerati sunt, tum hi conducta mercede nauigia ad mercatus emiserunt, vnde ipsis veniret frumentum, olei pretium pignoris loco obligantibus. rursus talenta viginti mercedem militibus debentes, nec habentes vnde tantam summam dissoluerent, ductoribus annuam vsuram quaterna talenta constituerũt. sic vero quum nihil amplius de sorte ipsa detraherent, semper autem in cassum impenderent, nummum pro argenteo ferreum excuderũt, ad viginti talentorum summam: quem deinde ijs qui opulentissimi in ciuitate erant, singulis tamen pro rata portioni tribuentes, ab illis ipsis tantundem recepere. hac ratione & vnusquisque ex priuatis ciuibus habuit, quid in quotidianum vsum impẽderet, & ciuitas ipsa ære alieno liberata est. post autem quum ex prouentibus vsuram illis detulissent, atque vnicuique semper diuidentes pro rata parte distribuissent, ferreos nummos retulerunt.

17 SELYBRIANI vero egestate pecuniæ laborantes, quũ apud ipsos lex esset ne frumẽtum ab ipsis ad eos qui fame præmerentur, exportari liceret, frumentoq; vetere abundarent, decreto sanxerunt, vt à priuatis frumentum ciuitati præberetur certo constituto precio, ita quidẽ vt apud singulos annuus relinqueretur victus. deinde vbi quod ipsis precium rectum visum est, constituerunt exportandi potestatem vnicuiq; volenti fecere.

18 ABYDENI autem quum propter seditionem, agrum incultum atque inertem haberent, nec inquilini quidquam ipsis concederent, propterea quod etiam tum ipsis deberent, sciuerunt vt cuique volenti liceret, rusticis fœnerari, quo suum opus facerẽt, primiq; ipsi ex eo fructu emolumẽtum perciperent, cæteri vero ex ijs quæ reliqua essent.

19 AT Ephesiis in pecuniarum inopia legem tulerunt, ne feminæ apud ipsos aurum gestarent, & quodcunque in præsentia haberent, ciuitati mutuũ darent. Columnis autem quæ in templo erant, certo argenti definito numero, quem conferre oporteret, nomẽ eius qui argentum dedisset, inscribi permiserunt, tanquam is dedicasset.

20 AT Dionysius apud Syracusanos, dum pecuniam cogere vult concione aduocata, dixit, visam sibi esse Cererem, quæ omnem muliebrem ornatum ferri in templum iuberet. ac se quidem primum omnium, suarum feminarum ornatum iam attulisse. postulare ergo vt cæteri quoque idem faciant, ne qua Deæ indignatio aduersus ciuitatem oboriatur. quod si quis hoc sibi faciendum non putauerit, hunc se pro sacrilegij reo habiturum. itaque quum omnes quæ apud se erant, & propter Deam & propter illum, attulissent, Deæ quidem rem sacram fecit. at ornatũ omnem ipse abstulit, tanquam ab ipsa Dea mutuatus. quum autem progressu temporis, femineq; rursus gestarent, idem iussit si qua vti vellet aureo gestamento, ab ea res quasdam, certas ac definitas in templo dicari. Idem ædificaturus triremes, quum sciret futurũ vt indigeret pecunijs, concione aduocata, dixit, quandam sibi, tunc prodi ciuitatem, ad quam accipiẽdam pecunia esset opus. ergo & ille postulauit vt singuli ciues ad se binos afferrent stateres, & hi quod iussi sunt attulerunt. post autem bidui siue tridui interuallo interiecto, quum diceret se ab incœpto aberrasse, neque rem ad exitum potuisse perducere, homines laudauit, singulisq; quod attulerant reddidit. quo facto & animos sibi ciuium reconciliauit, & illi haud ita multo post, quum iterum se recepturos sperarent, iterum attulerunt: quod ille ad naues construendas retinuit. Item Dionysius dum argenti copiam non habet, plumbeum nummum percussit. deinde quum aduocasset concionem, multa de percusso nummo verba fecit. illi autem quamuis inuiti, tamen quod ab illo propositum est, sciuerunt. ita vnusquisque vt quod plumbeum erat pro argenteo haberet, animum induxit. Rursus idem pecuniarum inopia laborans, postulabat vt ciues sibi afferrent. qui quum se habere negarent, tum ille quæ domi habebat, supellectilia, producere cœpit ac vendere, tanq; is qui inopia coactus hoc faceret. quæ dum Syracusani emunt, ille interim quid quisque emeret, conscribebat. vbi autem preciũ à singulis depositum est, tum ille quam quisque suppellectilẽ emisset, eam ad se ab ijsdem iussit referri. Quum autem ciues propter huiusce modi tributa pecora siue iumenta non alerent, dixit, sibi ea satis esse, quæ hactenus contulissent: quod si qui nunc acquirerent, ea forte iis qui acquisiuissent immunia. ita quum multi breui tempore tanquam habituri immunem, rem multam pecuniariam cõparassent, vbi tempus esse iudicauit, ea cẽseri iussit, tributũq; imposuit. ciues ergo indignati, qd se deceptos aiaduerterent, ea mactabãt & vẽdebant. sed vbi aduersus hoc, ille ea mactari iussit duntaxat quibus in diẽ opus esset, tũ illi ea





sacris offerebant occidenda. at contra ille edicto prohibuit, ne feminini generis vllæ hostiæ cæderentur. Idem rursus quum pecuniarum indigeret, iussit omnium apud se describi pecunias quicunq; domi suæ pupilli essent. vbi vero horum pecuniæ ab alijs quibusdam descriptæ sunt, his ipse tam diu est abusus, quoad illorum quisq; ad legitimam peruenit ætatem. Rhegio vero à se capto, concionem coegit, dixitq;, à se quidem illos iure optimo venire posse: tamen si ab illis nunc ea recipiat, quæ in bellum illud impenderit, ternasq; pro singulis corporibus minas, dimissurum illos. Rhegini ergo hæc audiẽtes, quæcunque apud se vnquam occulta habuerant, ea in apertum protulerunt. & qui pauperiores erant partim à ditioribus, partim ab hospitibus suis mutuantes, præbuerunt quantum ille rei pecuniariæ postulauerat. quę quũ ab illis accepisset, eorum nihilominus corpora venire iussit. necnon quæcunque ab illis tunc è latebris prolata fuerant suppellectilia, omnia omnino prehendit. Mutuatus etiam à ciuibus pecunias, quod diceret eas se illis redditurum, vbi illi quod dederant, repetere cœperunt, iussit singulos quantum quisq; haberet argẽti, ad ipsum ferre. quòd si quis non tulisset, mulctam huic irrogauerat mortem. quum ergo allatum esset argẽtum, monetam percussit atq; edidit, drachmam videlicet quę duabus drachmis valeret. ita factum est, vt illud quoque ipsum, quod antea debebatur, ad eundem referrent. Idem nauibus centum in Hetruriam aduectus, ex matris Matutę fano, & auri & argẽti magnum numerum, itemq; reliquum ornatum non exiguum diripuit. Deinde aut ignorans à nautis item haberi nõ pauca per præconem edixit, vt singuli eius quod quisq; haberet, dimidium apud se repræsentarent, reliquum vero dimidium illius foret, qui illud præhẽsum haberet. quòd si quis dicto audiens non fuisset, mortem ei dixerat pro mulcta futuram. nautæ igitur rati si dimidium attulissent, reliquum se habituros impune, id ipsum attulerunt. at ille vbi priora accepit, reliqua nihilominus afferri ad se iussit.

21 MENDÆI vero, quẽ e portubus reliquisq; vectigalibus capiebant, prouentum, hunc in ciuitate administranda vsurpabant. quæ autẽ ipsis vel à terra, vel ex domicilijs pẽdebantur tributa, ea non exigebant, sed eos qui haberent describebant. quòd si quando pecuniarum aliqua indigentia euenisset, tum vero debentes qui erant, eam ipsam soluebant. ita fiebat, vt præteritum illud tempus, quo omni eadem pecunia abusi fuerant sine vsura, lucrarentur. Idem cum Olynthijs bellum gerentes indigentesq; pecunijs, quum abundarent mancipijs, sciuerunt, vt relictis vnicuiq; mare vno & femina vna, cuncta alia venderentur, vt priuati qui essent, possent ciuitati commodare pecunias.

CALLISTRATVS autem in Macedonia, 22
quum portorium si quãdo maximi venibat, vicenis non amplius talentis veniret, effecit, vt eius summæ duplum inueniretur. animaduertẽs enim nullos vnquam emere nisi opulentiores, propterea quòd vicenum talentorum sponsores dare oportebat maximi census viros, per præconem edixit, vt qui vellet emeret, sponsoresq; tertiæ partis exhiberet, aut quanti quisq; persuadere alteri posset.

TIMOTHEVS Athenienſis quum bellum 23
aduersus Olynthios gereret, argentoq; indigeret, æs percussit distribuitq; militibus. indignantibus autem illis affirmauit & mercatores, & quicunque in foro venderent, eadem ratione vendituros. ipsis autem mercatoribus prædixit, quæcunque ærcum nummum quis accepisset, eodem vt rursus ea quę regio ferret venalia, quæque producerentur ex præda, mercaretur. quibuscunque autem ipsis æreus relinqueretur nummus, ij vt hunc ad se referrent, & pro ere, argenti tantundem acciperent. Idem apud Corcyram bellum gerens laborans q; inopia, militibus stipendium flagitantibus, nec iam ipsi fidem habentibus, sed minitantibus se ad hostes transituros, concionem aduocauit, dixitq; argentum propter aduersas tempestates ad se ferri nequiuisse. sed quod antea illis trium mensium stipendium dedisset, hoc se nunc illis impune gratisque remittere, tantam sibi eius copiam adesse. itaq; suspicati milites nunquam illum tantam pecuniæ summam ipsis tam prodige elargiturum, nisi re vera in expectatione haberet quas dicebat pecunias, quieuere post hac, nec efflagitanda mercede molestiores ei fuerunt, donec ille gessit quæ voluit. post autem dum Samum obsidet, fructus omnes, omnemq; ex agris prouentum Samijs ipsis vendidit. ita ad mercedem militibus soluendam pecunijs abundauit. Idem quum rerum quæ ad viuendum necessariæ sunt, in castris penuriam cerneret propter eos qui aduenie-
bant, quicquid tritici venale habendum erat, molere vetuit: nec idem dimensum vendere medimno minus: neque item de liquoribus partem vllam ea mensura minorem, quæ proprie metreta vocatur. ergo ipsorum ordinum duces, quiq; manipulis præerant, q̃ aceruatim congesta emerãt, ea minutatim,

postea militibus distribuebãt. & qui ventitabant, secum ferebant, quæ necessaria sibi putarent ad victum, qui deinde abeuntes vẽdebant, si quid residui ipsis foret. ex quo id euenit, vt milites victu abundarent.

24 DIDALES Persa quum haberet milites, ea quidem quæ ad quotidianum victum necessaria erant, illis ex hostili terra suppeditabat. sed quum ab ijsdem militibus nummos flagitaretur, nec haberet vnde dissolueret, iamq; dissoluendi tempus adesset, tale quiddam machinatus est. cogit ad cõcionem milites, aitq; sibi quidem pecuniarum nunc copiam non suppetere, verum eas adesse in quodam loco: & locum ipsum vbi essent, nominabat. quin etiam motis castris illuc ire cœpit. deinde vbi ad locum propius accessit, progressus in illum, accepit ex ijs quæ in loco erant fanis, quidquid vasorum argenteorũ deprehendit. deinde stratis iumentis tanquam argentũ gestantibus, taliaque præ se ferentibus, procedebat. quod milites conspicati, ratiq; omne illud argẽtum esse, quod veheretur, animis quidem ipsi confirmati sunt, tanquam mercedem recepturi. at ille dixit oportere ad Amisum peruenire, ibique ipsos authorari. iter porro ad Amisum & multorum erat dierum, & hyberno tempore faciendũ. itaq; toto hoc ipso tempore eodem exercitu facile est abusus: quippe qui illi ad victum necessaria tantummodo præberet. ipse autem tum opifices, tum caupones, atque institores, apud quos quidpiam commutari posset, in suis castris habebat: alij vero nulli quidquam prorsus talium rerum facere licebat.

25 CHABRIAS Athenienſis Taoni regi Ægyptiorum exercitum quidem habenti, sed pecunijs indigenti, hoc consilium dedit, vt sacerdotibus diceret oportere tum ex sacris nonnulla, tum etiam sacerdotum multitudinem propter sumptum amoueri. quod quum audiuissent sacerdotes, & vellent omnes suum penes se quisque sacrũ manere, pecunias, tam communes q̃ priuatas illi afferebant. verum vbi ab omnibus accepit, tum iussit illis imperari decimam duntaxat partem eius, quod ante hac soliti essent, tam in seipsum, quàm in sacrum impendere: reliquas vero nouem partes sibi ipsi fœnerarentur, donec quod aduersus regem Persarũ gerebatur bellum, finem acciperet. Quicunq; autem ædes aut domicilia haberent, ab ijs omnibus conferri iussit, quantum ipse oportere constituisset. singulis item corporibus eadem ratione tributum imposuit. qui vero frumentum, aut vendebant, aut emebant, hos vltra pretium ipsum, obolum vnum pẽdere in singulas mensuras iussit, ad hęc in singula nauigia singulasq; officinas, aliaq; item quoduis aliud opificij genus præferentia, decimam operis effecti partem tributi loco soluendam imperauit. Idem extra fines ducturo exercitum iussit quidqd ab vnoquoque non signati argenti aut auri possideretur, id à singulis ad illum allatum re præsentari. quum autem quamplurimi attulissent, argẽto quidem ipse vti illum iussit, eos vero qui illud dedissent, cõmendari nauium præfectis, vt his illi ex tributis satisfacerent.

IPHICRATES Athenienſis quum Cotys militiam coegisset, ei pecunias suppeditauit ad hunc modum. iussit imperare hominibus qui sub imperio suo essent, vti tantum sibi terræ singuli fererent quantum terna medimna caperet. quo facto magna frumẽti copia coacta est. hoc ille ad loca vbi mercatus agerẽtur missum subuendidit. itaq; pecunijs abũdauit. 26

COTYS Thrax cogẽdi exercitus causa mutuabatur à Perinthijs pecunias. Perinthij autem eas illi non dabant. postulauit ergo vt e ciuibus suis saltem aliquos darent in quorundam locorum custodiam, vt ipse interim ijs quos tunc in præsidijs habebat, militibus, liberius vti posset. tum vero Perinthij se dominos locorum futuros rati, è vestigio quod iubebantur fecere. at Cotys eos qui missi fuerant sub custodia asseruatos retinuit. iussitq; quas mutuabatur ab illis pecunias missis dãnum qui acciperent, ad se referre. 27

MENTOR filius quum Hermeam cõprehendisset, iamq; eius loca obtineret, curatores quoscunq; Hermeas ipse præfecerat, suis se tenere locis iussit. vbi vero animo confirmati sunt omnes, & quod prius apud se habuerant, non amplius aut occultum, aut exportatum haberi oportere rati sunt, tum vero correptis illis, omnia pariter quę illis erant, comprehendit. 28

MEMNON Rhodius Lampsacum imperio obtinens atque indigens pecuniarum, ditissimo cuiq; certam argenti summam conferendam adscripsit. his porro ab alijs ciuibus satisfactum iri affirmabat: vbi vero alij ciues contulere, tum idem hanc quoq; pecuniam sibi ad tempus iussit commodari: & lingua nuncupauit ad quod vsque tempus illis esset redditurus. Idem rursus quum pecuniarum indigeret, postulauit vt illi afferrent: recepturos autem ex prouentibus tantundem addebat. itaque illi attulerunt sperantes e vestigio satisfactionem futuram. quum vero iam percipiẽdorum prouentuum tempus adesset, sibi his item pecunijs esse opus affirmauit, illis 29

autem



autem post redditurum cum fœnore. Idem militantibus mercedem ac stipendia sex anni dierum denegebat, illos dictitans per hosce dies, neq; in custodia, neq; in itinere vllo esse, neque sumptum facere consueuisse. dicebat autem priuatim libertati dicatos, atque ex intercalatione vacantes dies. Idem militibus an tehac proximo à calendis die stipendia dare solitus, tres primi mẽsis dies præterijt, sequentis quinq;, atque ad hunc modum progressus peruenit tandem ad tricesimum.

30 CHARIDEMVS Oreitanus Æolidis quędam obtinẽs loca, Artabazo exercitum contra ipsum ducente, pecuniarum quibus militi satisfaceret, indigebat. initio igitur proferebant. postea se amplius nõ habere dixerunt. at vero Charidemus quem maximi prouentus locũ esse censebat, huius incolas siue nummorum quidpiam siue aliud suppellectilis genus prætiosius haberent, iubebat in alium locum transmittere. se illis transmittẽtibus præbiturum comitatum. ipseq; princeps hoc ipsum palam faciebat. itaq; quum hominibus persuasisset, eosq; ad hunc modum ab vrbe paululum abduxisset, scrutatus quæcunque ferebant, abstulit quantum sibi opus esse putauit. illosq; rursus in suum locum reduxit. Idem quum per præconem edixisset, vt quibus ciuitatibus ipse imperaret, in ijs nemo vlla arma domi possideret. quod si quis dicto audiens non fuisset, huic dependendum fore argentum pro multa, quod edixerat negligebat, nec vlli prorsus curæ sibi esse significabat: at homines quum existimarent illum temere edixisse, quæ singuli forte possidebant suis locis imota tenuere. sed ille repente vniuscuiusque suppellectilem scrutatus, apud quoscunque armorum vllum genus deprehendit, ab his mulctam quam indixerat exegit.

31 PHILOXENVS quidam Rhodius quum Cariæ prouinciæ præesset, pecunijsq; indigeret, dixit se Dionysia celebraturũ: & qui choris sumptum suggererent homines conscripsit maxime omnium fructibus abundantes: quibus etiam quę apparare opus esset, imperauit. sed eos videns hanc rem ęgrius ferentes, per certos homines quibus internunciis vtebatur, rogitabat, quid tandem sponderent se daturos, quo illius administrationis molestia liberarentur: tum vero illi eo sumptu, quẽ se facturos sperabant, multo amplius dare polliciti sunt, vt sic et ea molestia carerent, neque à suis procul abesset: at ille & ab his qdquid datum est accepit, & alios loco illorum conscripsit, quoad et ab his ipsis accepit quod voluit, & ab omnibus singillatim representatum est aliquid.

EVÆSES Syrus Ægypti prouinciæ prępositus, quũ Præfectos singularum terræ Ægypti partium à se defecturos sensisset, conuocatos in aulam omnes suspendit. familiaribus autem ac domesticis eorum iussit renunciari, à se illos haberi in custodia. ergo ex necessarijs quisque pecunias comparabat, vt pecunijs redimeret comprehensos. ille autem vbi spopondit se singulos redditurum, ac pro singulis quod quisque profitebatur accepit, tum vero vnicuiq; suum mortuum reddidit. 32

CLEOMENES Alexandrinus Aegyptum prouinciam imperio obtinens, fame in alijs quidem locis vehementi exorta, in Aegypto autem sanè tolerabili, frumentum exportari vetuit. sed quum ij qui singuli Aegypti partibus prefecti erant, iactarent, nequaquam futurum vt tributa pẽdere possent, nisi frumentum exportari liceret, exportationẽ quidem illis concessit, sed ingens tributum frumento imposuit. ex quo euenit vt ex frumenti exigua summa quæ exportaretur, ingens tributum acciperet, & præfecti excusatione destituerentur. Idem dum naui per eam vehitur præfecturam, in qua pro Deo colitur Crocodilus, raptus est vnus ex pueris eius. conuocatis igitur sacerdotibus, dixit, quũ ipse prior læsus esset, velle se Crocodillos vlcisci. itaque venationem eorum imperauit. at sacerdotes, ne ipsorum Deus ludibrio haberetur, argenti summam quantamcunque cogere potuere, illi attulerunt. itaque ille quieuit. Idem ab Alexãdro rege iussus apud Pharum, vrbem condere, & mercatorum conuentũ, qui prius apud Canobum agebatur ibi constituere, ad Canobum naue peruenit: conuocatisq; sacerdotibus, & ijs qui possessiones habebant, dixit, se ea de causa venisse, vt eos migrare iubebat. sacerdotes autem cæteriq; locum incolentes, vt mercatum ille apud se eodem loco relinqueret, pecuniam illi à se coactam attulerunt. qua accepta tunc quidem ille abijt. at idem non ita multo post, vbi quæ condendæ vrbi necessaria erant parata habuit, naue ad illos reuectus, immensam quãdam ab ijsdem & immodicam postulauit pecuniam, tanti dicens sua interesse apud se mercatum illum agi potius quàm apud illos. qui quum dicerent se non posse tantam summam præstare, tum vero ab eo nihilominus traducti sunt. Idem quum quendam misisset, vt sibi venalia quædam emeret, sentiens illum quãquam ea nactum quæ paruo pretio venirent, ad se tamen vt magno empta relaturum, allocutus

est illius

est illius emptoris notos ac familiares, audiuisse se illum imoderato pretio emisse, haud tamen futurum vt ipse animum aduertat, simulq; stoliditatem illius cum quadam simulatione iræ insectabatur atque obiurgabat. illi autem quum hæc audiuissent, responderunt, non oportere illum ijs, qui aduersus hunc alicuid dicãt, credere, priusquam ipse reueniat, rationemq; illi reddat. ita quum emptor reuenisset, renunciauerunt ei familiares sui, quæ à Cleomene audiuerant. ille autem dum & illis & Cleomeni operã suam probare vult, quanti vere emerat, indicauit. Idem quum frumentum in illa regione denis drachmis veniret, conuocatos ad se cultores interrogauit, quanti vellent sibi operam frumentariam locare. qui tum responderunt, minoris quàm soliti essent mercatoribus vendere. at ille iussit illos quidem sibi tantidem præbere, quanti alijs venderent, ipse autem frumento binas & tricenas drachmas pretium constituens, tanti alijs vendebat. Idem sacerdotibus conuocatis dixit: & imoderatos & multos in sacra suæ ipsorum regionis fieri sumptus. oportere igitur & ex sacris nonnulla, & ex sacerdotibus quàm plurimos dissolui. tum vero ipsi sacerdotes existimantes hoc illum vere facturum, & priuatim quisque & communiter vniuersi sacras præbuere pecunias, quum & quisque vellet suum apud se sacrum immobile seruari, nec ipse sacerdos esse desinere.

34 ANTIMENES Rhodius quum Alexandri itineribus ex dimidia parte præesset, pecuniarum copiam hoc modo apud Babylonem inuenit. vetus in terra Babylonia lex erat, vt earum rerum quæ importarentur decima solueretur pars, nec ea lege quisquam vtebatur. obseruauit ergo & satrapas omnes qui in expectatione erant, & milites, & legatos non paucos, item artifices aliunde arcessitos, qui alios secum adducerent, & qui priuatim peregrinarentur, & dona complura quæ afferebantur: à quibus omnibus secũdum priscam legem, decimã exegit. Idem rursus dum mancipia promit quæ in castris erant, iussit cuicunque libitum esset, profiteri quanti vellet, eundemq; octonas drachmas annuas soluere. qui si mancipium fugisset, pretium quod professus esset, reciperet. compluribus ergo descriptis mancipijs, non exigua summa argenti confecta est. si quod vero mancipium fugę se dedisset, satrapam iubebat eum, in cuius prouincia castra posita essent, illud præstare, aut representare ipsi domino pretium.

35 OPHELAS Olynthius quum curatorem constituisset in eam præfecturam quæ Nausi Arthridites vocaẽ, & ad ipsum eius præfecturæ principes accessissent, qui se longe plura collaturos pollicerentur, si modo eum quem nunc curatorem constituerat, amoueret, interrogauit illos, num ea præstare posset, quæ profitebantur? qui quum se posse dixissent, ille nihilominus, & curatorem eodem loco reliquit, & ab illis tãtum tributi exigi iussit, quantum ipsi professi erant. neque igitur quem constituerat ignominia afficere voluit, neque tributi illis plus imponi, quàm quanti ipsi seipsos censuissent. ipse vero ex ea re multiplicem pecuniam comparauit.

PYTHOCLES Atheniensis Atheniensibus suasit, vt plumbum quod à Tyrijs subuehebatur, ciuitas à priuatis quo pretio illi venderent, binis videlicet drachmis caperet. deinde constituto illi senarum drachmarum pretio ea ratione diuenderet. 36

CHABRIAS supplementis in centum & viginti naues coactis, quũ ipsi sexaginta duntaxat opus esset, imperasse dicitur ijs qui in alteris sexaginta erant, quæ videlicet remanebant, aut frumentum in duorum mensium stipendium præbere, aut ipsos nauigare. at illi dum in suis rebus versari potius volunt, dederunt quæ illi imperauerat. 37

ANTIMENES thesauros, hoc est, rerum magis necessariarum aceruos, qui prope regias vias habebantur, à Satrapis secundum regionis legem compleri iussit. quum autem indigere se diceret exercitus, aut aliud multitudinis genus sine rege, eo mittebat aliquem, & sic ex thesauris deprompta vendebat. 38

CLEOMENES quum iam calendæ adessent, ac militibus stipendium dimetiri oporteret, nauigauit de industria nescio quo. vbi vero mensis abijt, tum naui reuectus dissoluit stipendium. ac deinde altero mense ineunte ac progrediente intermisit solutionum vsque ad proximas calendas. milites ergo propterea quod recens stipendium acceperant, quiescebant. ille autem vno totius anni mense intermisso, menstruam semper mercedem auferebat. 39

STABELBIVS Mysiæ præfectus, quũ mercedem militibus deberet, cõuocatis ducibus, dixit, priuatis sibi nusquam esse opus militibus. quòd si quando illis indigeret, tum se ductoribus singulis erogare solitum argẽtum, cosq; ad cogendam militiam mittere. mercedem vero quam illis deberet, libentius ipsis ductoribus soluere. iussit ergo vnumquemq; quidquid descriptorum militum haberent, extra regionem emittere. at duces rati sibi ipsis ex ea re quæstuosam pecuniam fore, milites ipsos, 40



tes ipsos, quemadmodum ille iusserat, emisserunt. deinde breui iteriecto tempore, vbi eosdem coegit, dixit videri sibi, NEQVE SINE CHORO tibicinem, neque sine priuatis militibus duces vtilitatis quidquam habere. itaq; illos migrare è prouincia imperauit.

41 DIONYSIVS quũ fana Deorum circumiret, sicubi boni dæmonis auream aut argeteam mensam appositam vidisset, libari illi Deo imperabat: ac deinde mensam auferri. si quod vero simulachrũ porrecta manu phialam sustineret, dicebat se accipere: & sic auferri iubebat. Idem aurea amicula, & coronas simulachrorum tollebat, dicens se & leuiora et odoratiora daturum. ita illis amiculum qdem album, coronas autẽ populeas circundabat.

## PAVLO .III. PONTIFICI MAXIMO

### *Iacob Mantinus Hebræus S.*

NTer omnia imperandi nomina, Pater beatiss. hoc unum pastoris nomen tum antiquissimũ, tum diuinum, tum sanctum, omnibusq; orbis terrarum populis pergratum fuisse nemo ambigit: ea siquidem imperandi facultas misericordia, & mansuetudine, fide, & pietate est referta. Iccirco nedum Græci ubiq; pastorem populorum regem appellant, uerum et sacri antiquæ legis codices passim Reges, summosq; Sacerdotes, Iudices, egregiosq; Prophetas, ac aliorum moderatores, pastores uocant: nec me hercule iniuria, cùm Deus Opti. Maxi. Pastor Israelis à Dauide fuerit nuncupatus, quam inter cæteras præcipuam artem, & primi omnium parentes, & superis acceptissimus Moses legislator æquissimus accurate excoluerunt. Quod nomen Christianis adeo uenerandum, & mirificum fuisse comperimus, ut qui ad summi sacerdotij apicem, dignitatem ue fuerint perlati, illico pastoris nomine decorentur, quo nihil apud eos sanctius, nihil diuinius, nihil deniq; præstantius reperiri posse existimem. Quod non solum hominum opinione, quam summis tuis uirtutibus tibi comparaueras, sed diuina quadam ratione tibi deberi significabatur. Nam qui primus Famesiorum cognomen in gentem tuam intulit, is (mea quidem sententia) nescio quo numine afflatus prænuntiasse uidetur, aliquando fore, ut eius nominis ratio in sempiterna temporum serie inuoluta, insigni aliquo dignitatis gradu immortalis efficeretur. Phames enim Hetruscorum lingua, quæ meo iudicio Assyria est, & ut patria Hebræis recepta, pastorem, atq; gubernatorẽ significat: & sic Deus Phames Israelis apud eos uocatur. Salomon quoque in grauissimo suo poemate, populum in hunc modum introducit loquentem: Amicus meus mihi, & ego illi Phames inter lilia, idest pastor, ut iam non obscure ad gentilitia tua insignia alluisse intelligatur. Quod nomẽ ex antiquissima Hetruscorum origine in tuæ Beatitudinis familia, ceu diuinum quoddam oraculum relictum extitit, quo tibi summũ in Christicolas imperium promittebatur. Cùm igitur Dijs, hominibusq; fauentibus in custodia quadam totius Christiani gregis sis constitutus Beatiss. Pater diu mecum consyderaui, quidnam in publica lætitia tibi afferrem, quod animum meum Sanctitati tuæ deuotissimum, mirificumq; desyderium rõne aliqua declararet. Quanquam uero intelligerem nihil in me esse, quod tanta Sanctitatis tuæ maiestate dignum uideretur, tamen minus culpæ in me residere putaui, si uel minimo quopiam argumento uoluntatem meam illi aperirem, q̃ si nullas omnino uoces ederem, quibus me ab ingratitudinis suspicione penitus uindicarem. malle etenim ineptus uideri, quàm ingratus, optimus quisq; debet, nam dilui hoc peccatum nunquam potest, illud humanitate eius, cui debetur gratia, corrigitur. Quocirca constitui Sanctitati tuæ hos Auerois Cordubensis in Platonis Rempub. commentarios, à me nunc primum latinitate donatos dicare: non quòd putem eos ad Sanctitatis tuæ rationes pertinere, quam sciunt omnes literis à pueritia dedit am, cùm per ætatem licuit in gerendæ Reip. scientia mirifice profeciſſe: sed ut culpa uacarem, quæ profecto mihi inhæsisset grauissima, si optimo, & sapientissimo principi studiorum meorum rationem non redderem: quæ ab ineunte ætate tibi debita fore semper speraui, cui literæ omnes earumq; professores se plurimum debere fateantur. Quod meum consilium à Sanctitate tua improbatum non iri adeo confido, ut etiam laudem, quæ mihi ex ratione studij mei dubia certe esset, certissimam sola Sanctitatis tuæ humanitate putem consecuturum. Cæterum quid causæ homini Peripatetico fuerit, ut Platonis de Repub. dialogos susciperet interpretandos, in ipso statim operis initio explicabitur. Reliquum est Beatiss. pater ut tibi me ipsum, atque otij mei rationes, quæ in sacrorum librorum interpretationibus, & rei Medicæ consumuntur, studio diligenter commendem: optemq; ut sanctissimis tuis de Republica negotijs, atque desyderio tuo felix exitus consentiat.

Vale.

Auerois

# AVERROIS CORDVBENSIS PARAPHRASIS IN LIBROS DE REPVBLICA PLATONIS SPECVLATIVOS:

Et est secunda pars scientiæ Moralis:

*Iacob Mantino Hebræo Medico interprete.*

## TRACTATVS PRIMVS.

REsentis operis propositũ est summatim excerpere ea, quę Plato sub demonstrandi ratione in libro de Republica explicauit: his in præsentissis, quæ probabilia videtur. Verum ut ordo doctrinę seruetur, nõnulla exordiri oportet, e quibus doctrina ipsa quodam ordine deinceps tradetur. nam Plato in quosdam alios ex diuinę scientiæ libros hunc etiam postea collocauit. Quædam præterea de huius scientiæ vsu, eiusq; instituto, ac partibus docebimus.

De rebus tractandis ex vsu, & principio.

DIcendum est ergo, hanc scientiam, quæ apud omnes practica esse videtur, ex ea contemplatiua differre. Idq; in primis ex ipsius subiecto videtur manifestum, cùm actionis contemplatiuæ scientia subiecto differat. Huiusq; etiam principia longè ab illarum principijs distent. nam res ipsæ voluntariæ, ubi earum huius scientiæ tantum quas scilicet, dum operamur ex nostro arbitrio ipsæ pendent; earumq; principiũ ipsa voluntas est. Electio est quemadmodum Naturalis scientiæ principium ipsum est, & ipsius subiectum res naturales sensui patentes. Deum esse scientiæ principium Deus, & eius subiectum ea res ipsæ diuinæ. Præterea præsens scientia contemplationis tantum, quãdo quidem illarum finis est tantum. Discentibus autem quibusdam in his operamur, id quidem per accidens fit, vt postea in mediis rebus, quas Mathematici considerant euenire solet. Sed præsentis scientiæ finis est sola practica. Huius tamen scientiæ partes inter se differre videntur, ea quædam facilius, quædam difficilius ipsum praxim tradit. nam regulæ, quæ in hac scientia traduntur, quo communiores existunt, eo minus ad praxim iam paratum inducunt: eo quo minus communes fuerint, eo magis ipsam praxim docere, & ostẽdere possunt. Ideo in Medicina liquido patet, vnus vna a Medicis speculatiua, altera vero activa pars appellatur. Eadem haec ars in duas diuiditur partes. Prior quidem communibus quibusdam rationibus habitus, & actiones voluntarias, necnon Reipublicæ gubernationem in genere describit, itemq; explicat quæ in his vnum ad alterum partem ratio, atque etiam quadam ex his alterius gratia fit adiumentum. Alteram, quam proprie habitus eiusmodi in animo firmat, & ille quæ ad hanc exercitium, tum qualis habitus sit ab eo colligendum: vt scilicet actio ex habitu proposito prodeat, mens perfectissima existat. docet quoque & quis habitus, a quo inducatur, atque vt in summa rem complectar, eius subiecta traduntur, quæ si in rerum vniuersitate res communia, tanquam fundamenta, fieri possent. Ex quibus inde proueniunt. Atque ita habetis scientiæ [illegible] ad alterum se habet, vt libri de sanitate, & ægritudine, ad libros, qui de tuenda sanitate, deq; morbis curandis inscribuntur. Præterea pars prior huius artis in eo opere continetur, quod Aristoteles ad Nicomachum scripsit: altera in Politicorum libris, de qua & in hoc quoque Platonis libro, quem expositurus sumus, agetur. nondum enim Aristotelis Politicos libros vidimus. Sed ante declarãdæ materiæ exordium, operæpretium est, vt de his rebus primum sermonem factamus, quæ in prima parte declaratæ sunt, & quæ veluti fundamenta quædam ad id, quod dicturi sumus, subiiciendæ sunt.

Quatuor humanarum, & eorum differentia.

DIcendum est ergo (vt in prima huius scientiæ parte explicatum est) quatuor esse humanarum perfectionum genera, contemplatiuas scilicet virtutes, & excogitatiuas, seu industrias. Mechanicas (Græci vocant) itemq; morales, & artes practicas seu operarias vel manuales dixeris: quæ omnes contemplatiuarum gratia adiumentæ sunt, ad easq; veluti præludia quædam, & apparatus habẽtur. nam quæ ante finem sunt, illius gratia expetuntur. Ostentum præterea in ea parte est, neminem posse has omnes virtutes adipisci, vel sic fieri possit, difficillimũ tamen esse: in multis vero, variisq; hominibus eas multoties reperiri posse. Quin etiam nemo aliquam ex his virtutibus perfecte, nisi ceterorum hominum opera, & auxilio obtinebit. propterea q; vnusquisq; ad eã, quam sibi proposuit virtutem assequendam, alterius ope utitur: ideoq; natura ciuilis est. sed ad reliquas etiam res vitæ necessarias comparandas, quæ quidem hominibus & animantibus reliquis quodammodo communes habentur, vtpote vt cibum, vestitũ, & habitanda loca inquirere, & (vt in pauca rem conferam cuncta) quæ vis in homine concipiendi viuendiq; exposcit. Quodq; hæc necessitas multifariam iuenitur: nempe, vel a qua nullum sit effugium: quemadmodum fieri non potest, vt solus quilibet homo, quæ ad victum, vestemq;, & domicilia necessario acquirenda sunt assequatur. vel quæ reī cõmoditatem præstat: uelut si ita dixerim, possibile est hoiem quemuis viuere, vt nec terram colat, nec serat frumenta: sed qui hæc fecerit, commodius viuet, vel præsidij seu melioris notæ gratia id fiet, vt si a teneris annis quispiam aliquam artem elegerit, in qua diutius versatus fuerit, illius quidem opus in arte eiusmodi præstantius erit. Ea de causa inter cætera addu tus est Plato, vt crederet neminem debere, nisi vnicæ tantum arti operã dare, idq; à nobis paulo post explicabitur. Propterea cõplures artes quempiam exercere, vel est omnino impossibile: vel si fieri quidẽ potest, id minime egregie erit. Ac quoniam humanæ perfectiones non nisi separatæ quidem ipsæ, aliqua tamen definita multitudine deprehendi omnes possunt: ideo singuli homines in suo ortu, & creatione secundum diuarum perfectionum diuersitatem inter se differunt. Nam si singuli humanas omnes perfectiones assequi possent, natura quidem te merite, ac frustra quid egisset. Siquidem impossibile est, vt detur quicquã possibile, quod reduct ad actum non possit. idq; tam in Naturali Philosophia explicatum est. Sensu quoq; comprobatur, singulos homines ita se habere, quod sanè euidentissime patet in virtutibus præstantioribus: propterea q; non quilibet natura accommodatus est, vt vel Bellicosus, vel Orator, vel Poeta, præsertimq; Philosophus euadat. Quòd si ita res (vt diximus) se habet, rationi consonum est, vt humanæ omnes perfectiones in aliquo hominum cœtu inueniãtur: atq; illi vicissim sic ad perfectionem adiuuent, vt videlicet is, qui imperfecte aliquã virtutem obtinet, ad eũ confugiat, qui hanc ipsam virtutem exactissime adeptus est, consilio atq; præludium quoddam suæ perfectionis acquirendæ. Similiter qui huiusmodi virtutẽ absolutissime possidet, illi adiumentõ esse debeat, qui

Quę earum virtutes a lapsu, & quibus addictę sint.

In quibus ciuitatibus perfectiones inueniantur.



quominus illam perfectam habet, ostendens illi videlicet suæ perfectionis principia, uerbi gratia, arti equestri ars conficiendorum frenorum inseruit, tanquam eius præparatio quędam: illa quidem hanc docet quonam pacto frenum aptius commodiusq; esse debeat, etiam quo modo in eandem intentionẽ coeant. In prima autem parte declaratum est, quot modis vnaquæque ars altarum principatum obtineat. Si ergo talis hominum conuentus non repertretur, neq; etiam humanæ virtutes reperirentur: vel si reperirentur, illæ quidem essent imperfectæ. Ac postremo hę omnes virtutes ita ad partes huius Reip. se habent, sicut animæ potentiæ ad partes vnius animæ. Nãq; huiusmodi Resp. parte quidem, qua contemplatur, sapiens erit, ac reliquis partibus dominabitur: sicuti homo parte, qua ratione fungit, sapiens est, ac cæteris animæ viribus imperat. Intelligo autem per has vires eam partem, quę rationali adhęret, annectiturq;, vtpote pars irascibilis, atq; etiam cõcupiscibilis. hoc enim pacto morales habebit virtutes: ad ea enim se trader, ac mouebitur, quę & iudicto intellectus, ac tempori ab eo constituto, & consyderato conueniant, correspondeantq;. Ad hæc, fortis quoq; ea parte erit, qua irascitur: non nisi tamen vbi, quatenusq; sapientia statuerit, nec nisi quo tempore illa idipsum exegerit. Quemadmodum & homo ipse ea, qua irascitur, parte fortis est, dũ ea vtatur, prout intellectus præceperit, modumq;, ac tempus præscripserit. Idem quoq; de temperantia, & alia quauis virtute dicendum est. Sic denicq; ille omnibus tum rationalibus, tum moralibus virtutibus præditus erit, præstantiorq; habebitur, si præstantiores virtutes fuerit assecutus. & hęc est illa tustitia, quam inuestigat Plato in Primo libro huius operis, declaratq; in Quarto: quæ nihil aliud est, q; vt vnusquisq; in Repu. suo fungatur naturali munere q; optime quisquis poterit. hoc autem intelligi debet, cùm partes Reip. mandato contemplatiuæ scientiæ, & ei præsidentibus obtemperant. Atq; hinc manifestum est, hanc in ea excellere partem, quæ professores contemplatiuarum scientiarum continet: omnibusq; dominari, quemadmodum iustitia in vnica anima est, quo vnaquæq; ipsius pars in suo sit officio: scilicet vt decet, & quãdo decet. Nec aliter hoc in partibus animæ fieri potest, nisi si dominatur eis intellectus, quo etiam modo res se habet in Rep. Neq; vero te latere debet, harum virtutum nonnullas inesse Reip. dici, q; in quadã eius parte sint, sicuti est Sapientia, & Fortitudo: nonnullas vero, propterea q; in omnibus ipsius partibus existant, vti Iustitia, & Temperantia: quod ipsum quidem per se patet. Nunc, vtrum virtus Liberalitatis in omnibus huius Reipub. partibus, an in vna tantum repertatur, post hac inuestigabitur: indiget enim cõsyderatione quadam. Cùm igitur res ita habeat, fuerit q; in priore huius scientiæ parte monstratum, quidnã sint simpliciter hmõi virtutes: reliquum certe est, vt ad earum exactiorẽ cognitionem, aliqua amplius de eisdem dicamus. Primum est, vt eæ conditiones seruentur, quæ si in aliqua illarum concessæ prius fuerint, possit quispiã operari, vt gratia exempli, si quæritur quid sit Fortitudo, simpliciter respondebimus quidem, eam esse in anima quendam affectũ, medium inter audaciam & timiditatem, habitumq; per quem quis, vbi, quatenusq;, & quando opus est fortiter se gerit. Hæc nihilominus definitio non satis est, quin etiam desint insuper propria quædam præcepta, quæ rei agendæ tempore necessaria sunt, cũ alioqui non possit actio fieri. Atqui, vt Aristo. placuit, huius cognitionis finis actio quidem est, non scientia. Secundum est, quonam pacto uirtutes huiusmodi in adolescentium animo instituantur, & sensim in eis coalescant, donec perficiantur ipsæ: tum quæ sint perfectæ, quo pacto integræ seruari debeant: ac denicq; qua cura ex prauorum animis vitia ipsa eximantur. tandemq; eadem videtur huius negocij, & artis Medicæ ratio. nam vt illic continet vtruma pars, docetq;, quid sit educandis corporibus salubre, quidue sanitatẽ in eis tueatur, ac si quando à sanitate receserint, qua ratione egritudines amoueantur: sic quoq; hic res se habet. Tertiũ superest, vt habitus, quidnam sit, describamus aut virtus: quæ si alteri cuiusq; virtuti coniuncta sit, actus inde illius exactior reddatur: quis præterea habitus alteri officiat, perinde ac Medicus, hanc illi affectionem copulatam dicit, sanitatem in corpora inducere, ac seruare. Quæ omnia facile admodum intelligentur, intellecto prius fine, atq; proposito harum omnium virtutũ, quatenus sunt Reip. partes: haud secus ac valetudinis membrorum tutela, cuiusdemq; restitutio cognoscitur quidem sæpissime, cognita ratione, atque ordine omnium inter se membrorum. Quibus in hunc modum expositis, explicanda demum via est, qua singulas in animis ciuiũ virtutes, qualiterq; reperiamus. Et si minime hoc te fugere debet, ad id, vt ea ipsa virtutes in Repub. insint, similiterq; in populis, non satis esse id, quod oratione explicare potest, donec ad hoc quoque adhibeatur quædam coniectandi facultas, vt fit in arte Medica. Atq; hinc colligi potest Reipub. gubernaculã seniorib⁹ deberi: quippe, qui præter q; scientias speculatiuas adepti sunt, obtinent præterea experimentũ, longo tempore acquisitum: non aliter q; Medicus consummatus quidem est, qui ad præcepta artis vniuersalia, atq; immutabilia, adiecit etiam coniiciendi vim, qua vniuersalia illa singulis quibusq; agendis rebus experientia duce, applicet, comparetq;. quod totũ iam in priore huius scientiæ parte demonstratum est. Reuertamur ergo ad sermonem, vnde digressi sumus, dicamusq; Platonem, cùm de virtutibus tractare instituit, de fortitudine primo mittum sumpsisse, enumero (vt diximus) ratio ipsa, modusq; sciendi, quibus eam perfectissimam ciues adipiscantur, & seruent, ea est, vt quod primum sit operum huius virtutis propositum in ciuitate obseruemus. Dicendum ergo est dupliceꝫ omnino viam esse, ex qua virtutes in animis ciuium repertantur. Alteram, si illorum animis, seu Rhetoricis, seu Poeticis orationibus altius opiniones ipriman tur: quę propria etiam est vulgo ad speculatrices scientias. præstantes alioquin viros, ceterioreq; via ad easdem perducimus, vt postea dilucidius exponetur. Ideirco autem vulgus Rhetoricæ, & Poeticæ opera scientiasq; attingit, q; ex duobus vnum necessarium sit: scilicet vt vel demonstratiuis rationibus id sciat, vel penitus nesciat. horum primum fieri non potest, alterum planè est possibile. nam ingenium cuiusq; ad illam humanam perfectionem adipiscendam, pro naturæ mensura, atq; promptitudine intendi debet. Adde illud quoq;, cùm inducti sint ad credẽdum, & persuasi de scientia primi principij, atq; finis, quantum eis datum est, tuuabit id quidem: atq; eo magis, si etiam adiunctum fuerit illud alterum, nempe q; ad cæteras morales virtutes, & manuales artes iã dispositi sint. Confirmantur autem morales virtutes, artesq; illæ præsertim ex animis eorum priore, quam diximus) via, eis vt delicet ducendis ad illarum artium atque virtutum actiones vtroq; horum generum orationis, suasorio scilicet, atq; affectionum excitatiuo, quæ scilicet ad bonos mores inducunt. hoc autem disciplinæ genus in eos vt plurimum conuenit ciues, qui à teneris similibus rebus assueuerint, atque ex his duabus disciplinæ vñs prior illa naturæ magis consentanea est. Posterior etenim ea est, cuius vsus in aduersarios portissimũ, ac odiosos

Fortitudo.

Reip. gubernacula senioribus debentur.

ac odiosos nobis est, eosq; qui virtutibus illis debitis adhærere recusant, quam quidem viam quis nuncupa rit, tum verberibus, tum verbis asperioribus castigatricem. Neminem autem latere debet huic posteriori vitæ, inter ciues huius Reip. præstantissimæ locū non esse. sin autem quoquomodo esse intelligatur, non saltem summo illo puniendi genere, quod Bellicæ artis proprium est, officiōq; militaris. Atqui nonnullæ aliæ gentes improbæ adeo existunt, minimeq; virtuti parentes, quarumq; mores inhumani sunt, vt nulla alia ratione instituti possint, nisi cum illis cōstigatur, vt virtutibus obsequantur. Vtranq; igitur harum viarum, quibus vulgus corripitur, naturę haud absimilem esse manifestum est, ducto à patribusfamilias exemplo, qui & corripiunt, & increpant familiam suam, pueros, adolescentes, seruos perinde atq; nō probarum ciuitatum custodes, suos ciues, tum conuitijs, tū fustuario, tum capitali denique pœna, coercent. verumenimvero Rempub. illam, de qua nunc nobis sermo est instituitus, rarissime continget illa castigatrice via vti. In externos vero opus quidem est, vt huiuscemodi via adhibeatur, vtpote cùm rebelles populi non nisi bello emendari possint. Similisq; ratio est in legibus, quæ ab humanis legibus non discrepant. Quemadmodum nostra hæc lex diuina, cùm via ipsa, quæ ad Deū gloriosum ducit, sit duplex: altera quidem, quæ sermone, atque oratione nititur: altera, quæ armis. Sed cùm hæc particularis ars non nisi morali via tuto perficiatur, qua scilicet maxime ad id, quod decet, accedimus, habita tamen & temporis, & modi ratione, hæc certe ipsa virtus fortitudo est, quæ circa ipsa eadem in optime institutа Repub. ad huiusmodi officium adducit: quæ tamen opus suum perficere posse non videtur alter, quàm arte illa propria addita. Id quod in pluribus moralibus virtutibus, artibusq; operarijs perspicitur, multæ siquidem virtutes artium gratia acquiruntur, vtilissimiq; artes non paucæ ob virtutes repertæ sunt. estq;, quod Aristoteles sensit de præstantissimę Reipub. bellis, vt Alpharabius memorat: quod tamen à Platone hoc in libro dictum videtur non in eum sensum, vt hęc ars ad eum finem adinuenta sit, verum ob necessitatem: hoc scilicet præcipuo instituto, vt ab alijs ciuitatibus rapiant eas facultates, quas ab eisdem possidere molestę ferant, idque certe propter necessitatem, aut quod ita satius est. proximum etiam propositum esse possit, vt id custodiæ causa faciant, ne exterri illis incommodent: quæ sanè sententia probabilis est, si hominum genus quoddam daretur, quod prochtue ad humanas perfectiones, contemplatiuas præsertim, esset. quod ipsum, etsi Plato de Græcis opinari videtur, eosq; recipimus plurimum natura ad recipiendam scientiam habiles, negare tamen non possimus, alios quoque, & multos ita affectos reperiri: vt in propinquis Græciæ nationibus videre est, necnon in regione nra Vandalia, Samiaq;, atq; Ægypto, certe tum in Græcia hoc ingenium frequentius est. Verumtamen, vt id concedamus, possumus amplius dicere, in alio virtutum genere nihil obstare, quo minus aliqua alia natio natura parata sit vt fit plærunq; ad certam aliquam virtutem, vt verbi gratia, pars scientiæ capax in Græcis præstantior, in Gallis, alijsq; huiusmodi gentibus iracundia. Et quidem locus hic eximiæ quæstionis est. cum vbicunque pars illa scientiæ additi polleat, ibidem eo & virtutes appositiores, præstantioresq; sint, tdq; naturali præstantia. Vtcunq; vetores se habeat, ita in maiore gentium parte comparatum est, vt per eas gentes virtutes huiuscemodi dispensentur, diffundanturq;, præsertim hoc in quinta, quartaq; regione (clima alij vocant) quę reliquis temperatiores sunt. Idq; pro Platone facere apparet, qui dicit homines eiusmodi virtutibus præditos esse posse, si à teneris (vt aiunt) vnguiculis in illis fuerint & educati, & versati. transactis vero his annis, si virtutes has excluserint, nulla amplius ad eas spes relicta est. Igitur neque obiurgatio, neque pœna in eos, qui iam sunt prouectiore ætate, & non in studiosa admodum administratione educati, aliquod momētum habebit, verum quandoque id necessario fit ad liberos corum ut auferendos, qui virtutibus instituantur. neque vero fieri non potest, vt à quamplurimis, quorum iuuentis ætas est transacta, virtus aliquatenus acquiratur, idq; in primis, si non sint in ea institutione educati, quæ virtuti est maxime proxima. quòd si ne id quidem eis contingat, tunc eis ut alterum istorum accidat necesse est: videlicet, aut interficiantur, aut seruiant. sintq; in Repub. propemodum loco animantium irrationalium. Itaque, cùm ex superioribus clarum sit, quodnam propositum sit illi belli, non ab re nunc videbitur ad singula quæque sermonem transferre, quæ à Platone de eligendis ad huiuscemodi virtutes aptis, disputata sunt, & qua sagacitate, in illorum animo virtutes ipsæ confirmentur, easq; ipsi exerceant in hunc modum, ut proficiscentes ab illis virtutibus actiones optimæ sint. Ac Platonem quidem ipsum censere opinamur, neminem in ciuitate pluisquam una arte debere institui, quippe cùm nemo unus natura idoneus sit ad plures artes. Ad hæc, habitum ipsum artis sic melius adipiscitur quisq;, quo perfectum opus artis efficiat, si à pueris in ea fuerit educatus, ac si nemo in equestribus ludis, atque congressionibus illis armatorum equitum habitis inlestis concurrentium id efficit, quod optat, nisi in utraque re usque à pueris exercitatus assidue, ac plane institutus fuerit, quanto minus in arte militari id consequetur. Adde etiam complures artes, & rationem, & tempus inter se communicare, quo necesse est consequens, ut eorum, qui plures artes aggressi sunt, perturbentur, implicenturq; opera. Eoq; est Plato opinatus custodes, reliquarum artium expertes esse debere, neque non eius potissimum naturæ debere eligi ad huiusmodi officium: cui cum corporis robore insit etiam mouendi velocitas, sensus perspicacitas, adeo ut simul ac senserit aliquid, quod in rem sit, accurrat, indager, atlequaturq; idipsum quàm celerrime: ueluti est natura uenatici canis, seu maris, siue fœminę. utriusque siquidem, & canis, & custodis pariter ingenium est, quod ad ea spectat, quæ sunt custodię necessaria. Atque eæ sunt custodum, militumq; corporales affectiones. Quod uero ad animi mores attinet, eos natura iracundos esse oportet. nam quicunque est iracundiæ expers: efferuescere non potest, atque ita, neque arcere, neque abigere hostem. Idq; in homine est haud secus, atque in reliquis animantibus: utdeturq;, quisquis est his moribus tum corporis, tum animi natura præditus, utranque rem ex æquo ferio, grauiterq; accipere, odium uidelicet, & amicitiam. atque in his tamen opus est, ut duo maxime discordia concordi nectantur, iunganturq; uinculo: quorum alterum est, ut maximo amore, studioq; ciues prosequātur, alterum, ut, & maximo odio persequantur hostem. quid igitur, an fieri nō potest, ut homo quispiam duabus his affectionibus imbutus nascatur? præsertim cùm rarus omnino custos sit, qui non has duas coniunctas habeat. Quod ipsum, etsi fieri non posse uideatur, fieri tamen potest, quemadmodum in nonnullis animantibus perspicuum fit, ueluti in cane: qui cùm acres, uehementesq; affectus habeat, natura tamen contrarios etiam admittit: cùm nihil magis homini sit domesticum, ac mansuetum ei, qui cum ipso ludit, à quóuc

De his in Secundo. De militia & ciuitatis custodibus.



quòue sit enutritus: vt è contrario ei, quem non cognoscit: nihil infestius est. Dixit insuper Plato, inter custodis mores esse, vt naturali quodam ductu diligat agnitos, quæ ipsa quidem natura philosophica est. Quoniam qui aliquid ob idipsum quòd eius notitiam, aut scientiam habeat eligit, hic natura probus esse videtur, dum etiam quem ignorat odio prosequatur: non propterea tamen quòd aliquid prius ab eo incommodi receperit, verum natura ignorantiæ, qua eum ignorat, incitante: quemadmodum amor, quo prosequitur eum quem nouit, non inde est, quòd ab eo aliquo sit beneficio affectus, sed cognitionis natura. velut ita præcipiente quod, & in eo ipso animante, à quo paulo superius exemplum duximus, quodq; diximus custodi esse simile, videre est. etenim, dum ignotum sibi quempiam intuetur, male efficitur quandiu est præsens, quanquam nihil antea mali ab eo acceperit: contra, si notum aspicit, adblanditur statim, etsi nihil etiam ab eo commodi senserit. Hac autem lege præditos debere esse custodem, vt contrarios illos duos affectus consummatissimos habeat, quibus, & notos, qui ipsi sunt ciues, deamet, & ignotos, hostes scilicet exteros oderit. nanque, & amicitia vtilitatis alicuius causa, & inimicitiæ ob damnum aliquod susceptæ perfacile cessant, indeq; efficiatur, vt inimici sint principes, & vicissim principes inimici. Atque id quidem per se clarum est, potestq; ex superioribus videri consequens custodes, atque defensores natura debere esse philosophos, videlicet scientiam, seu cognitionem diligentes, ignorantiam respuentes, iracundos, motu veloces, robusto corpore, perspicaci sensu. Ac rationes quidem, quibus instrui, exerceriq; debent, duæ esse videntur, Gymnastica altera, altera Musica. & Gymnastica quidem, vt iugi exercitatione veram, solidamq; vim adipiscatur: Musica vero, quo animus eruditione, virtuteq; excolatur ipse. eiusmodi tamen eruditio, per Musicam scilicet tempore prior existit. Quoniam quidem, quæ in intelligendo est habilitas, citior est, præceditq; quamlibet corporis aptitudinem, quæ Gymnastica acquiritur. Intelligo autem per Musicam poeticos sermones, concentu, numerisq; compositos, quibus ciues instituantur, eaq; causa consonantiam ineſſe voluit, quod tales sermones altius, magisq; animum mouecant. Nanque, vt tam supertus dictum, Poeticæ Musica inseruit, ad illiusq; præscriptum se format. Sermones vero, quibus ciues edocentur (vt dictum est) nonnulli de scientijs tractant, nonnulli vero de rebus agendis. Sermonum quidem illorum duo sunt genera, quorum alterum in Demonstratiua, alterum in probabili, Topica scilicet, Rhetorica, & Poetica ratione versatur. Inter has vero Poetica erudiendis pueris maxime propria est: qui tam adulti, si qui idonei sunt, qui ad alium disciplinæ ordinem sese transferant, ea certe iam ita sunt affecti, vt, si natura permiserit possint ad demonstratiuas disciplinas promoueri, quo in gradu sapientes sunt. At qui, si reluctabitur natura, eo in loco restabit, quem transire natura non concesserit: aut scilicet in topicis orationibus, aut vulgaribus alijs duobus disciplinæ generibus Rhetorico, & Poetico, quanquam poeticum ipsum communius, pueris tamen magis proprium. Res vero, quæ in contemplationem veniunt, omnibus ferè communes sunt, nisi forte cogeremur certi cuiuspiam finis gratia singularia, ac propria quædam fingere ob simplicem, seu incompositam alicuius hominis intentionem, & opinionem. Idqúe his præsertim conuenit, de quibus paulo ante sermonem fecimus, vtpote, qui mortuos viuere dicunt, alijsque fabulis à vero alienissimis vtuntur. In contemplatione vero, quæ per virtutem fingere licet, ea tam narrauit Alfarabius in libro, quem de rerum ordine conscripsit: quamobrem ab ipso petenda sunt, quæ vero fictiua, in hac etiam scientia tractantur ex his, quæ finguntur, vt dicetur, alia sunt verisimilia, alia à vero abhorrentia, alia vera, alia falsa, vt cùm figura ex homine, & boue fingitur. eiusmodi in hac Republica figmenta recipi nulla debent: quòd maxime perniciosa sint. Abhorrentia quoque à vero, quantum fieri potest summoueri debent. Est tamen propinquis, ac similibus vero figmentis omnino hac in Republica locus: quemadmodum, si primum principium, & secunda deinceps principia, principijs similibus ex ratione ciuili desumptis imitemur, operaque diuina operibus principiorum illorum ciuilium: effingamusq; potentiarum, & principiorum naturalium actus similitudine quadam virtium, ac artium voluntariarum: similiterque harum intellectiones sensilium similitudine, vt materiam per priuationem, & tenebras velut depingimus. Nec minus vltimæ felicitatis genera, quæ ipsa actionibus virtutum humanarum finis est his bonis, quæ apud nos summa esse videntur, vtq; vera retertur felicitas, eo quòd felicitatem esse censemus. Atque, vt paucis dicam, quasi ob oculos series, gradusq; rerum omnium in vniuerso exponuntur similitudine, ac propinquitate quadam localis, temporalisque ordinis. enumero Platoni visum est pueris nihil perniciosius esse posse, quàm si in hac ætatula, talsis fabulis imbuantur, quandoquidem eo ipso tempore maxime prochtues sint ad quaslibet velut fictiones concipiendas. Quocirca eo in primis tempore cauendum est, ne talsa audiant, atque tam inde ab educationis exordio potissimum custodiantur: quippe cùm sit actionis cuiuslibet initium apprime efficax. Cauendum quoque est, vt inquit Plato, ne, aut exerceantur, aut assuefiant absurdissimis fabulis, idq; diligentius, quàm si tenera eorum corpuscula nutribus committantur. Statim igitur nutricibus tradamus, simulq;, dum sunt paruuli, pro tempore eruditantur, moxq; hinc ipsi paulo maturiores ad sacras ædes, & sacrificijs dedicata templa abducantur. Turpes siquidem, mendaciisq; scatentes sermones, ad finem optimum eos perducere nequeunt. Et Plato quidem his tractandis commemorat, quæ suo tempore in vsu erant, admonetq;, ne illis ipsis adhæreant. Nos quoque ipsi eum in hoc genere sequemur, ac narrabimus id, quod apud nos vulgo committitur.

Dicamusque inter absurdas huiusmodi fabulas, vt scientijs speculatiuis est demonstratum, hanc quoque esse, quam passim vulgus agitat, homi pariter, atque mali Deum causam esse, cùm manifestum sit puram, simplicemque bonitatem nihil vllo tempore malt facere, atque ideo illius causam non esse. Id præterea, quod nostrorum temporum Theologi discutant, bonum, & malum comprehendi in Deo optimo maximo non posse, quin etiam quòd omnia ad ipsum relata opera bonum quiddam sint, manifeste absurdum est. propterea quòd, si ita esset, tunc nec bonum, nec malum naturam in se definitam haberet: sed esset boni, & mali quasi quædam ex respectu consyderatio. malum itaque ad aliud debet principium referri, velut ad Asmedai cacodæmonum principem, aliosque similis naturæ dæmones, esti ficta huiusmodi ex alia ratione existant prauia. nempe si quidem, cùm puerili ætate quis acceperit esse dæmones quosdam, qui partetes in homines euertant, nec vllo possint obice cohiberi, tum qui cum videant, minime videantur, & se quandocunque voluerint oblerant,

De Poetica addiscenda ab ipsis custodibus.

Pueri parum à fabulis arcendi.

Quæ à vulgo cōmittuntur errata in Deo.

ferant, transformenturq; qualicunque figura, tum profecto verendum est, ne custos optimus ille possit effici, eo quòd sermones huiusmodi in puerilibus animis mollitiem, pauoremq; concilient, confirmentq;. Nec paulo turpius idipsum est, quod dicitur transformari angelos varie, quod ipsum inter miracula reponèdum est. Ideoq; magis conueniebat ad rationem figuratæ materiæ malum referre, vt qui, vel ad celebras, vel ad priuationem illud referunt. Multa autem malorum genera sunt, quæ ad Deũ referri iure solita, at ea quidem illum non fallunt, qui huiusmodi multa in legibus perspexerit. Inter commenta quoque prauè enumerabitur commẽtum felicitatis ipsius ex præmio operum, quibus felicitate acquiri persuasum est, non eos ex mercede ab his operibus abstinendi, quæ felicitatem minime inducunt. Sic namq; dolor, velut pœna est iniustæ negligentiæ probarum actionũ, ac studio pravis actionibus nauato. nam si quæ figmentis similibus acquiruntur virtutes, vitia potius quàm virtutes videãtur, vti sanè continens non aliter à voluptate se contineret, quam vt maiore aliquãdo fruatur, nihilo secius. Et fortis, propterea fortis non est, quòd bonam esse mortem cẽsuerit, sed metu mali alicuius grauioris. Similiter neque iustus abstinet a reliquorum hominum iacturis: putãs idipsum per se honestum: verum vt postea duplo amplius consequatur, sic itaque ad complures egregias virtutes intus in vitiorum agerentur. Sic ergo maior figmentorum pars, quæ virtutis imaginem exprimunt (vt in principio sensibilibus illecebris expiscata est, ita certe, vt iustus sit quispiam, fortisq;, & verax, virtutibusq; quibusq; prædictus, vt videat deorum, & cibo, & potu fruatur, quod minime eum tangat, qui disciplinis se exercent. Et tane quidem impetus animo ab huiusmodi fictis comparatis afficiatur, huiusmodi similis est ei, qui ita cæruleum animam afficeret, vt ille tantum cohiberi. ac nihilominus in illo nihil meritò virtutis, veram felicitas ex his operibus parari credendum est, quibus parietur, quo modo sanitas exercitiis, medicaminibusq; tegitur. Idem quoque de pœna, et dolore sentiendum est eodem modo, illa autem iustitiæ quæ, quæ sequuntur scientia disciplinam. Quocirca, huiusmodi beatitudine exhaurietis, vt sanitatem animi effectis, ipsis quæ immortalem eum, erit profecto ferme nullum dubium non abiectus. Inter quos super Platonem, custodibus, qui tortes, pugnacesq; iuuenes sint, nimirum sane eorum, quæ post mortem futuræ, & offendat deinceps ne formidinem incutere. Nam quisquis imaginabitur talia non præterire, siquas. Impugnare cedat, mortem capitum iti, aut ter neuri eos sermones eiusmodi procul omnino à cõtemplatione rei, cui dignitas quam ab actione illi, quicunque ad virtutem, aut turpitudinem conferãt, sunt excludendi qua ratione a mulcetribus cantum eis, vt ne eas audiant abstinendum. Eodem modo nec cuipiam credenda est mors amici, aut soci cuiusdam esse, quod tristitia, aut molestia mortuũ illum afficiat, aut ob mortem cuiquam damnum esse, propterea fit in lucrum maximũ, emolumentumq; erumpẽdum. At vero eos, qui alter custodes se habere debet, vt qui nihil pensi tus tractent circa eos quouis amico, vel affini aut latẽ, siquidem tranquillitatem, ea vt minima sit, ac velut quid lustrationem conamur, teræ idipsum æquabo. nam ller, is ac ne dbeq; plane animi offensa est, quod virtus quæ tam ara custodis valde remotũ. Ideoq; neque Proteus, neque magistratibus formido, aut metus conueniet. quem admodum et qui Plato, eos ipsos in rium, atque eos tutiores protulores esse non debere. nanque, si quis ad iniuria vehementi ruit soluat, non modicæ obnoxius erit mutationi, vt a con

tracta iam consuetudine existimatur, quo certe probari possit summæ authoritatis viros non debere esse in immodicum risum propensos. Ad hæc inquit Plato, veritatem plurimi faciendam esse, magnamq; de ea curam habendam, ac sollicitudinem. Mẽdacium etenim, vt non diuino numini, ita nec regibus, nec priuatis hominibus conuenit, quo nullo modo assuefaciendum. Amplius q; quisquis, aut artifex, aut alius mentiẽs deprehendatur, statim dare pœnas debet: ac vulgo dicendum est, quandocunque quis ex plebe magistratibus mentiatur, non aliter sibi damnum consciscere, quàm ęgrotum Medico falsa narrantem. contra vero, qui Reipublicam administrãt, possunt honeste nonnunquam mendacium dicere, quemadmodum ægrotus à Medico, qui pharmacum porrigit, dicitur. Atqui, vt qui pharmacum exhibet Medicus est, sic quoque, qui in negocio regni populo mendacia subijcit, Rex est. quæ mendacia in instituendis ciuibus persæpe necessaria sunt, neque vllus est omnium legis latorum, qui non mendacijs vtatur, idq; populo est pernecessarium ad suam felicitatem adipiscendam. Ante omnia autem caueri debet, ne sermones voluptatem prouocantes inter eos audiantur, cuiusmodi sermones in Arabum carminibus frequentes sunt, ea autem audiant, quæ a voluptatibus potissimum auertant. Temperantiæ nanque (vt Platoni visum est) est, cùm continentia, & abstinentia illecebrarum sensualium contracta: vt post hæc ex illius verbis enarrabitur. operam vero Temperantiæ hoc demum præstãtissimum est, superioribus suis fideliter obtemperare, ac voluptatibus dominari, non autem parere. Quocirca, qui ad illecebras sermones ailicunt, nullis omnino auribus permittantur, nec magis noxium quicquam cogitari potest, quam, vt magistratus, principesq;, vel minimo quidem tempore his affectamentis capiatur. Nec certe potuis sit eos sermonibus assuefieri, qui ad congerendas pecunias, & rem acquirendam incitant, his enim artibus maxime (vt inquit Plato) quæstus offieit, quin & adolescentes admonendi sunt ne hæc, aut similia his audiant. Neque vero te lateat Arabica poemata netarns his rebus scatere: ob idq; pernicio sus quicquam esse non potest, quàm cum adolescente à puerts, hisce imbuti fuerint. Hactenus igitur de modis. Plato autem rem magnam censuit ostendere, quæ fabularum genera a custodibus non audiri debeant, distinxitq;, quibus sermonibus illis vtendum non sit. Atque insuper dixit, narrationes, vel præteritum, vel præsentium, vel futurarum rerum esse. Talis autem narratio, aut est simplex, aut quid fictum: & illud quidem rursum rem eam, quam tractat duplicitur explicat. nam, vel voce, seu figura, ac transformatione quadam, vel imitationis verbis. Antiqua autem illa Poetis prima vocis tantum tempus, & figuræ imitationem capiebat, donec tandem ad verborum etiam æmulationem deuentum est. Cuiusmodi sanè imitandi studium arti Poeticæ magis appositum est, cùm ea ratione orationis insit, non exteriori quidem rei modo poetæ Arabes postremum hoc imitationis genus vsitatissimum habent. Ac posteaquam genera duo orationum narratiuarum exposuit Plato, fingentium, seu imitantium videlicet, & simplicium, fingentium sanè id, quod narratur per figuram, ac similitudinem, cùm tam apud eos tum imitandi genera validiora essent: perquirit etiam, num licet e custoditus imitari: aut, si liceat, qualiter, quot modis, & quatenus id eis concedatur, planeq; ostendit, eis ipsis non conuenire imitationem, vtpote, cùm in hac Republica (vt dictum est) nemo, nisi ad vnicam artem sęconferre debeat.

Etenim

De verit. & mẽdacio.

De Temperantia.

Per Poetis ratio per tenda.

De Musica.

Imitationem custodib⁹ non conuenire.



Etẽnim hoc pacto in ea efficietur & aptior, & melior, quæ etiam ratio in imitationibus eadem est, ut, siquis bene, ac perfecte imitari uelit, in unicum se imitandi genus tradat. Natura itaq; ingenio quoddã tulit ad vituperandum, quosdam ad laudandum summos: quod posterius de quodã Benaltas Arabo dicitur in laudando eum, non in vituperando valuisse. Et siquidem non eis conceditur imitationis quoduis genus, non tamen idcirco necesse est, vt vnico in genere imitãti vertentur, si eis decretum sit imitari quicquã. Id quidem à pueritia, quod eis conueniat imitentur, veluti similes se fortibus facere, necnon temperatis, ac liberalibus, si mulibusq; his, vitiosis vero haud licet: quandoquidem imitationes, si à teneris annis cœptæ continuentur, abeunt certe quidem in naturam, atq; habitum: atque ad quidem non secus in animo, quàm corpore. Quocirca nec præstantibus illis, ac summis viris concedendum est, mulieres parturientes imitari, eoq; in dolore vociferantes: neq; vero cõcumbentium, aut rixantiũ cum viris, dum se maxime dominio dignas contendũt, morem eos imitari decet, earumq;, aut eiulatum, aut fletum, seruosue, aut seruas æmulari laudabile est: sicuti, neq; ebrios, nec deliros. Neq; vero id solũmodo, quin etiã, neq; eis permittemus Coriariorũ, vel Calceariorum artem imitãdam, sed ne aliam quidem quamlibet artem. non minus enim deforme sit, si huiusmodi artes studeãt exprimere, quàm, si ipsas vere exerceãt. Quanto igitur minus, aut equos hinnientes, taurosue mugientes, fluuiorumq;, aut strepitum, aut murmur, maris fremitum, fragoremq;, ac tonitrua eos agere sit tolerabile, quia enim id totũ meræ insaniæ est. Ad hæc id quoque dicere uuat, assolita Arabibus carmina, quibus solent hæc nugatum genera effingi, abijci procul debere. Quapropter huius Reipublicæ Poetis non cuiushibet rei permittẽda est imitatio, idq; compluribus de causis. Prima est autem, quoniam quandoquidem illius imitationis actio erit exactissima, vt fit etiam in artibus, qui vnam tantum speciem exercuerit. Proxima est, quòd res turpes, aut quę nullius sunt ad imitandum, vel deterrendum efficaciæ, quales innumerę prope in Arabico poemate, has inquam, aut imitando exprimi, aut referre huic Reipublicæ non est cõsentaneum: quanquam etiam illis nõnullarum mulierum probarum quidem, & orationes, & ea, quæ ad exemplum pertinent, referre concedamus, vt utes q; ipsas, quæ in moribus sunt imitari. & quod in Poetis cauemus, id etiam in Pictoribus huius Reipub. curandum est, ne temere quidlibet pingant, pr ejectum ne vitiosos homines, sed probos omnino: vti, & puerorum, et adolescentium ex parte auditur, visuq; cõsultum sit, ac pulchri quauis ratione actus teneris animis affingantur, veluti, qui salubri in loco morã fecerit, omnibus quæ hic sunt, iuuabitur, suauitate aura, florum fragrantia, herbarum salubritate, alijsq; id genus plurimis. Hæc vtique est summa eorũ, quæ de fabulis, quibus instituendi sunt custodes, disserit Plato. Deinde autem aggreditur, quonam genere Musicę, cùm illis simul tabulis, disciplina illorum instruenda sit. Ac Melodia quidem (vt à Platone dictum est) si orationem comprehenderit, tribus ex partibus consistet, videlicet consonantia, modulatiõe, orationeq; ipsa modulatoria. ac, cùm exposuit formulam orationum earum, quæ modulos suscipiunt, superest, vt hunc sermonem instituat, quo genere consonantiæ, quàue harmonia vtendum sit. Plato quidem censet querulos modulos, ac timore afficientes harmonias minime recipi, quemadmodum neque hoc genere consonantiæ modulatam orationem: nihilo plus etiam eas, quæ diuersis concẽtibus componuntur, quales in conuiuijs frequẽtes, ac nuptijs esse solent. Tandem conuenit, vt omnes reiectantur modi, qui genere ipso identidem sunt variabiles, nam cuiusmodi veri sunt in hac Republica, non habẽt in rebus gerendis aliquid ocij. si quod tamen genus illis conueniat concentuũ, duplex id quidẽ est: aut enim, quod animum ad fortitudinem, constantiamq; in bellis inducat: aut id, quod animum apparet ad eas virtutes suscipiẽdas, quas postilimum sectamur facile, trãquille, & quietę quæ præceptiones certe actiua Musica definiẽdæ sunt, quas tamen Plato definit, virorum ætate ita: in hac ipsa arte celebrium exemplo, quæ certe his nostris temporibus exoleuit. Neque in ciuitate organum admitti debet, quo vti assuescat, cuiusmodi tibia, & multa alia id genus instrumenta sunt: sed tubet tlle & Iyram, & citharam in ciuitate recipi, ac vt inquit) iustici proprios aliquos mores habent, ita harmonias quoque sibi peculiares. Est igitur in delectu ipso laborandum, vt nos genus illud modulationis prosequamur, quo neque mulieres, neq; octosi homines vtantur, quinimo id sanè, quod fortitudinem animi, atq; magnitudinem concilier, eamq; rem, quam quisque in primis cõcupiscat, assequi: quod genus rhythmorum Platonis tempestate cognitum, nunc nostra mustigandum sanè est. Censet insuper Plato, si ex cuibus eligantur, qui natura ipsa ad hæc virtutes accommodati sunt, ac in Musica ipsa quasi educentur, tore, vt in ipsi ad contemplationem temperantiam, fortitudinemq;, atque animi constantiam, ac liberalitatem perueniant. amoreq; rerum pulchrarum, & studiosarum, & iustitiæ quoque qualeunque forma, aut elegãti teflecti, aut tui propsi iuerint, incendantur, voluptatesq; maxime repudient. Neque enim voluptatibus, & temperantiæ commune quicquam esse potest. siquidem voluptas mentem hominis subducit, nec secus, quàm in furiosis fit perturbat, quoq; è ipsa validior, eo id tortius, robu. tusq; agit. vt gratia exempli, voluptas, quæ ex ea venerea est, inter cætera incommoda, hominem quoq; demẽtissimum reddit. Igitur q; nullum esse potest voluptati cũ amore musices commercium, immo amabit ille ex ipsa temperantia pulchrum, atque honestum, habet autem in contentia, ac reliqua vitia cum voluptate affinitatem. At vero, & qui amat, & qui amati, si recte inter se perament, nihil omnino voluptatis is amor cõtinere debet, cùm nihil omnino hæc inter se communicarum habeant. Sic igitur in recte instituta ciuitate leges condi debent, quibus ciuium inter se amicitia, & charitas absit nihil differat, quæ inter parentes, & liberos interedit, qui sanè quidem musices operis finis est. Atque Plato hactenus de ipsa musica, postea Gymnasticæ, ac vius tationis tractatum aggreditur, neque non eatum rationem, quas virtus vendicat, non quatenus tamen vel vtilitas simpliciter est, vt & Galenus, & reliqui Medici aiunt, sed ea quidem ratione, qua ad veram illam animi virtutem cõfert, quæ custodiæ potissimum est, et iq; ipsa equidem fortitudo, proinde ars ipsa Gymnastica, quæ huiusmodi custodiæ conducit, vt iusq; moderato non famatem solum corpori, sed animo etiam eam virtutem, ad quam sit paratus præstabit. vt simplex quidem exercitium, supra quod corpori commodam vim addiem comparat, præterea etiam ex virtibus animæ iracundam concitat, reddit q; validiorem. Ideoq; in exercendo Plato præcipit, ut ne multi exercemus, neq; vero doceamus sine Gymnastica Musica. sola etenim Musica animũ eneruat, ac mollit, & immemorem tranquillitatẽ, & requiẽ conciliat, præterea eo magis nere, quod delicatũ est, & molle contra Gymnastica animũ in primis tractũdum, atq; acre efficit, nonnunq;

De Gymnastica eius tamen.



De sequentibus in Pictoribus.

De formatione custodu.

suasorijs orationibus acquieturum: quin habituri potius omnem sermonem odio, vt in his primatibus est perspicuum, qui intractabilis cuiusdam, ac rudis sunt ingenij. ea de re vtraque certe illarum artium ex animæ viribus ei, quæ est tractandi, officit, eiqs, quę ad Philosophiam maxime accommodata est, quousque illarum temperatura, ac commixtione quadam virtus illa comparetur, quę ad custodiam potissimum spectat. Id autem tale est, vt custodes diligat cures suos, & consuetudine eorum capiatur, exteris vero vires suas obijciant. Maxime autem congruens illis exercitium, simplex quidem, atque tum, qualeqs belli expeditionibus comparetur. Libri quoque ipsi quàm fieri potest simpliciissimi, qui præterquam quòd obuij, & facile parabiles sint, corpus insuper robustius, quod ipsum desyderatio, efficiant. Huius autem generis carnes sunt, nec temperaturam æquabilem, nec modum excedentes, holeraqs cibus simplicissimus: vtpote qui aquæ, & sali, ac oleo incoquatur. nam si quando alio forte ciborum genere vsi postea priuentur, facile in castris grauissimis morbis corripiantur. Haud secus in exercitatione tentiendum est, quàm in ratione victus, animiqs affectibus: ne his consuetudinibus adhæreant, a quibus si quando discedere cauentur, ægrotandi causam pendeat. Nam vt inquit Plato, viri eiusmodi necessariam corporis fabricatem opus ita habent, perinde atque canis perspicaci visu, auditu expedictissimo, ac sagacissimo ante omnia indiget. Ideirco, & illi maxime ab ebrietate cauendi, neque enim cuiquam minus quam custodi ebrietas conuenit. ridiculum enim esset custodem custode indigere. proinde, & temulentia, & varia etiam obtenta huiusmodi fugienda sunt, bellaria præterea, condimenta, & alia id genus. Circa rationem itaque victus, & exercitij, non aliter quam Musicam se habeant, vt scilicet in vtraque simplici genere vtantur. nam, vt multiplex, ac varia Musica in animo vitia plurima parit: itidem, & Gymnastica non simplex in corpore simul, atqs anima ægritudines excitat. Ac Musicæ quidem imperitia, ac vehemens guidam custodi ebrietas conuenit. ridiculum

Ridiculū est custodem custode indigere.

Iudicū. Medicorūqs in Repub. vtilitas.

lædæ malum mutatæ si augeantur, indigebimus, ob id frequenti, & Iudicum, & Medicorum opera. neqs certe quidem, aut maior, aut verior de affectibus ciuium virtutis, corruptaqs opinione cōiectura haberi potest, quàm si Medicis, iudicibusqs opus sit, qui ipsi quidem per se nulla dignitate, aut honore censentur, nisi ob necessitatem: quanto autem magis hæ duæ corpori necessariæ sunt artes, quòque magis floreant illæ, & vigeāt, eo longius ciues abiunt à recto. Est ergo consequens, vt Reipublicæ huic proprium sit, neutra istarum artium indigere, nec vllum omnino, aut medicum, aut iudicem postulare. nisi forte vna voce diuersa significemus, differantqs illæ ab his, quibus nunc in ciuitatibus vtimur, nanque ciuium alimenta, si modo, si ordine, si tempore, si genere temperata sint, eodemqs modo exercitatio, consentaneum est ita institutos non habere opus tot medicis, quot hac tempestate nostra, & retroactis etiam temporibus vsi sumus. Siquidem Plato existimat genera hæc morborum in ciuitatibus oborta, noua quidem esse, neque durante Aesculapij dogmate tam extitisse, nouaqs petinde nomina illis fuisse impositia, a moribus quidem eos intelligit, quos mala materię temperatura efficit, quod genus sunt abscessus, & febres, cæteraqs eiusmodi. Atque sanè hoc modo nullus aduersus mala in hac Republica medicaminis vsus erit. quod, mea quidem sententia de his medicaminibus intelligendum est, quæ non ad exteriores morbos conterant, vt vulnera, luxationes, tractus, ahaqs id genus. Est tamen super hæc nonnunquam etiam Medicus necessarius. puta si quis magno aliquo, nec tolerabili vitio deformatus nascatur, vt dignoscat curabilis sit illa naturæ culpa necne, quo alium quidem curet, alium morti destinet. Quāquam, vt possit quis medicamine sanari, atque ita viuere, nullo tamen in ciuitatis munere postea vtilis sit, illum inter debiles, & vitiatos Plato annumerat. quoniam qui nequit in vlla virtute consummatus euadere, ille certe nihil refert, vt curetur: & quæcunque quidem res tinem tuum, cuius gratia est nata, indipiscī nequit ipsa prorsus sit ne, an non sit nihil interest. Quapropter Socrates haud immerito mortem vitæ prætulit, cùm prę-uideret vera hominis vita, ac studiosa se frui non posse. Ad hunc modum, cum ita quis natus sit, vt huius Reipublicæ sit particula, ac munus aliquod in ea exequatur, si nullum officij fungi vtum esse posse animaduertat, tum demum vita equidem mors potior est. Non dissimiliter quoque id membrum, quod & putridum, & mutile est iolent Medici amputare, vti dignos, dentes putrefactos. Ad hoc tales homines, si in ciuitatem recipiantur, similes sui, vt crepius fit, ac inutiles nascentia ciat. Quod ipsum potes in manualibus artificibus percipere, qui, cùm ægrotant, a Medico pharmacum petunt, quo, vel aluo soluta, vel vomitu, aut venę sectione euacuentur, vt cetius artis fuę opus repetant. quod, si ille præsterirent, obtemperant ipsi eius mandato: at, si longius quoddam regimen minūgat, quo videlicet diuturniore cura, ipsi diutius a consueto opere cessant, recusant: protecto, veluti superuacuam vitam suam existimantes, nisi ipsi munere suo fungantur. contra vero octoni, & octies nihilominus vitæ cupidi sunt, etsi insigni aliqua labe, atque vitio notati sint. Qui autem vitio in aliquo nati possint nihilominus non adhibita cura viuere, nulla tamen in Reipublicæ re robori, ac firmitati conferant, debeant admitti, an interim quæstionis est. At qui eos ad aliquem vsum ciuitatis tolerandos putant, nihil equidem dicunt. Est itaque huius necessitatis Medicum in hac Republica non mutilem fore: vt videlicet externas ægritudines curet, ac naturæ deiectum à non natura dignoscat. Quin, & alios qui videre possit Medicus huic Reipublicæ necessarius: vt ciborum, & modum, & ordinem definat pro singulorum quorunque differentia, temporisqs, ac regionis, idqs, contectura duce, quam ab experientia adeptus fuerit. Ideoqs Medicus professionē nunquam sufficeret, nisi præter artis ipsius studium, ac disciplinam, plurimis in morbis virijsqs periculum fecerit, eòque, cum in seipso, tū in alijs vtas fuerit, etenim ipse, si aduersis morbis laborauerit, adsequetur inde cognitionem, quam ex aliena ægritudine percipere non possit. Itaqs in hac Republica, quamobrem sit necessarius iudex: vt certe qui vitiosus sit natura, neqs curabilis ideo cōsyderet. hic autē est qui sit disciplinę, quæ animum respicit minime capax: quem certe perimere iudicis officium est: quemadmodum cum qui sit ad disciplinam idoneus, instituere. Nec sanè, nisi diuturna, lōgaqs experientia artis suæ iudex notitiam assequetur. praua tamen causas ita demum agnoscit, si in alijs perquisitas deprehenderit. At inter reliquos eius mores hic non postremus est, vt ne sit praui animi, quin à teneris annis rectā illa, & simplicē musica institutus. Neque non tamen Iudex à Medico differt. nam medico quidem, si corpore ægrotauerit non officit: iudex vero, qui praui fuerit animi, nemo vnquā bonus, peritusqs erit, cùm animi illa peruersitas, neqs virtutem, neque seipsam cognoscit: virtus vero, & se, & alterius cuiusvis malitiā longo experimento internoscit. Hinc quoqs perspicuum est iudicem haud dubie senem esse debere: siquidem

Iudicū. Medicorūqs in Repub. vtilitas.



re: siquidem adolescentes id quod bonum est solum cognoscunt, quod de adolescentibus intelligi velim, qui & ingenuæ illi musicæ, probisqs poematis sint assolit. Quibus sanè quidem rationibus demonstratum esse arbitror, & iudicia, & medicinam in hac Republica esse posse. His explicatis Plato narrare aggreditur, quibus moribus custodum illorum principem ornatum deligamus: eumqs debere esse dicit custodum omnium præstantissimum, vtilitatisqs & disciplinæ ciuium cupidissimum, hoc autem ita demum accidet, si in quempiam hæc omnia conuenerint: quorum primum est, ne vnquam à grauissima illa sententia quocūque modo, nec metu, neque dolore, neque errore inductus dimoueatur, aut illecebris vllis peruertatur, sed nec oblitione, quæ ex maximo temporis interuallo imminet. Optimo nanque duplex, scilicet, & quæ voluntibus elabitur, falsa scilicet: nam vnusquisque quod malum est lubenter abijcit: altera est, quæ mutis eripitur, vera ipsa quidem. quis enim mortalium non inutilus bonī aliquid amittit? Sed admitur quidem hæc sana opinio, aut vt aliqua ingruente, aut erroribus, aut præstigijs. quocirca ab eo genere errorum cauendum illi est, nondum opinionis sententiæqs suæ oblito, qua sibi ptiasum habet ea agi oportere, quæ maxime Reipublicę cōducant, dādaqs opera, ne in eo ipso aliquando fallatur: husqs maxime illi affuescendum est, quæ animum à voluptate auertunt, rebusqs timorem incutientibus, & sermonibus huiusmodi nihil moueatur. Quisquis igitur eorum ita penitus affectus fuerit, nun quam de sententia decedet, cōstabitqs suo in arbitrio, non secus, quàm ipso in ignis aurum purissimum. Atqs is sanè est, qui dignus sit, vt Reipublicæ impet, eamqs custodiat, cui vtuo, & mortuo honores habendi sint, necnon cuius sepulchrum, ac funebria ornentur, laudesqs, quæ splendidæ in funere dici solent, procurētur. Super hæc autem reliqua, quæ in principibus desyderantur, ornamenta virtutū, quæ tum in moribus, tum in animi quadam facultate (quam speculatiuam virtutem dicunt) postmodum explicabimus. Et quidem in hac Republica principes plane sapientes sunt, quibus etiam vltra sapientiam, cùm illæ virtutes, tum aliæ insunt, quas enumerabimus. Quandoquidem vero fieri potest, vt inter custodes nascatur custodię minime idoneus, quanquam id quidem raro, ita nec desperandum est, vt in reliquis ciuibus aliquis ad custodiā aptus exoriatur, etsi hoc quoque perraro accidat, in primis vbi inter humiles, vnusqs generis matrimonia contrahuntur, videlicet custodum inter se, atque aliorum, vt agricolarum cum alijs sui generis: ijqs omnes ad id, quod agunt natura prompti sint, atque habiles. sic enim horum natura, vt plurimū non dissimilis euadet: quandoquidem (vt fit frequentissime) parentes substātiam, similitudinemqs suis liberis infundant. Sed quoniam nonnunquam (vt diximus) ea secus accidunt, neque quicquam huic Reipublicę pernitiosius esse potest ad corruptelam, & vitium, quàm vt cuiusuis actio immi sceatur, eiusqs natura ad illam inepta sit: ideoqs Plato Reipublicæ orationem proponit ad permutādos nonnunquam inter se custodum, & reliquę plebis liberos, vt de genere in genus adoptentur. Hæc autem oratio est, Vos ò egregij, probisqs viri mediis quidem in viscēribus terræ concepti estis, in eaqs vestra aptitudine natura cum ad arma, tum ad alia quæuis, idqs sanè quidem ante quam essetis perfecta: tum enim cùm perfecti fuissetis, vos quidem terra, communis parens, emisit omnes fraterna necessitudine coniunctos. Sententia igitur vestrum omnium vna esse debet, Reipublicæ in commune consulere, eiusque causa ita doctos, institutosqs esse, vt quicunque eam aut inuadere, aut oppugnare tentauerit, eo inter vos animo sitis, quo, qui fraterno inter se amore accensi sunt, vt qui eiusdem genitricis terræ nati sitis, quid enim, nonne ex eadem patrē genti omnes in hoc ciuium cōuentu fratres estis? vtique. Deus autē optimus maximus vobis procreandis quosdam principatus destinabat, quorum in procreatione aurum immiscunt purissimū, qua de re sunt, & ipsi certe honoratissimi: at enim horum ministris in ipsa generatione eorum ita prospexit, vt temperaturæ argentum inderet. Alia tum inferiorum, vt agricolarum, artificumqs generandorum ratio, quippe quorum nonnullis terra aliquid insertum fictalis vero æris nonnihil. Itaqs postquam vos ita estis edit, etsi eiusdem omnes generis, ingenijs tamen, ac moribus diuersis discernimini: ac ita, etsi omnibus penè comparatum est, vt sui generis, ac planè studio similes vobis liberos procreetis, nihilosecius, quandoquidem ex auro argentum, ac vicissim ex argento aurum producitur, reliquisqs in generibus hoc modo, scilicet ex ære, vel aurum, vel argentum ortum, & è contrario, illud ex his Deus principibus ipsis mādauit, vt nihil æque, ac liberorum naturam, & ingenium curent, & siquid eis deterioris immixtum sit naturæ, extirpent. Quod si illis forte æneus filius nascatur, ne eius curam negligant, at vero corripiant, corrigantqs, quatenus in cum obiurgatione proficī possit, deinde opificibus, vel agricultoribus tradatur. Rursusqs si ex obscuris illis contingat, vt aureus aliquis nascatur, aut argenteus, eum honoribus, ac dignitatibus promouēant, in custodes, & auxiliarios transferendo. Hæc ergo ille Rempublicam curans præcipit. Nam propheta si qui Rempublicam interfuturam prædicit, id eo accidit, cùm princeps illius custos, vel ferreus existat, vel æneus. Hæc igitur persuasio ciuibus adhuc pueris tradetur, vt aliæ quoque tradi solent illi ætati. Deinde locum habitandi custodibus maxime opportunum, & principibus Plato debere esse ait in sublimi, atque vnde ciuitatem omnem oculis subijciant, & quicunque legi non obedire velit, ab illis puniatur. præterea eam in parte vrbis, vnde si quis aliunde hostis ciuitatem inuaterit, cum facilius ai cere possint, & vlcisci, & persequi. Ac postquam de habitatione dixerit, quæ sunt, num par est custodes proprium aliquid, seu habitatio sit, seu aliud quidvis possidere, quod cæteri non habeant: dicitqs, quemadmodum nihil iniquius est, quàm si à pastoribus canes custodes gregis ita educētur, ac doceantur, vt mentiantur, vel fame, vel formidine, vel consuetudine, atque instituto prauo in gregem ipsum irruant, ac deuorent, aut quouis afficiant incommodo, vt proles to ex canibus lupi effecti videantur. Similis, & in custodibus ratio est, nihil absurdius esse, quàm eos, ita depraua ta natura fieri, vt suis ciuibus sint incommodo, ac noceant in primis, quòd ciuibus reliquis, & potentiores, & validiores sint: quocirca id opium maxime in illis ipsis Reipublicæ propugnatoribus cauendum est. Possit autem id quivis facile ex his, quorum nunc maxima in Republica auctoritas est, perspicere. nam vt primum princeps tyrannus decessit, is scilicet, qui eos cohibebat, conuertunt se potentiores illi ad eos deuorandos, qui præcipui sunt, ac velut reliquorum pastores. Fit ergo danda maiorem in modū opera, ne ita custodes affecti euadant, vt non sciū optimi custodes, sed ne vllo quidem modo custodes habeant. Fit itaqs magis cōsentaneū, ne quiuis eorū proprium aliquid seum cū ab alijs possideat, seu habitatione, ita appellēdā, seu aliud quidcūqs voluerit. Quæ vero ad victū, & indumenta eorum attinent, ea certe quidem tot, tan

Principes sapientes.

Dux habitat one custodū.

An custodes possidere ali quid proprij debeāt.

tatęs, ab alijs ciuibus accipiant, quot, quanti quoque sit, ut nec ille quicquam, nec ipse ciuis. Auri vero, atque argenti [illegible] his planè verbis decentur: quam admonendi [illegible] præcipio. Satis vobis absurde esse debet, o custodes, quòd diuinum illud æramodo cum contentus Deo peculium, neque corrumpibile illo auro vobis opus est, quod enim magis absurdum, quam aurum id præstare animum, quod vobis ingenitum natum est, pro illo immortalium commutare? & vulgus siquidem, [illegible] absurdum multa permixtum honestis, & turpe aurum verò, quod nobis inest, immaculatum prorsus, ac purum existit. Sic igitur nec vobis tas est aurum illud, vel argentum requirere, aut sub te tum recipere, nec quicquam huiusmodi perquirere, ted ne audeis quidem, aut ar [illegible] poculis vti. Cur autem nocium sit, custodem bona quęuis aut pecunias possidere, eo est, quòd, si, vel agros, vel domos, vel pecunias proprias habeat, velut sibiipsi quisque possideat, cupiatęs in congerenda esse vnicus inter omnes ciues quatenus possit, siccę, vt reliquos & odio habeat, & ab illis quoque odio habeatur, cæteriqs illi inter se eodem agerentur odio, neque illis custodibus hoc modo vllum magis necessarium bellum sit, quàm propter rem [illegible] tum, non propter Rempub. tandemęs ipsis atęs ciuibus reliquis, quin etiam ipsis inter se id intricinari [illegible], o [illegible] iudiarum mutuarū intercedet, quod in his nostris Rebuspublicis agentibus accidit, quę sane cauta est ne eo tumquam, vt in Rempub. ipsam conturent, illamęs euertant, ac perdant: ac, vt paucis dicam, ciues reliquis illis pro hostibus erunt, ac victissim nec secus ipsi quam hostes externi ciuibus erunt formidabiles: neque [illegible] quandoque cum exteris pugnant, verum hoc certamen, & naturæ huę proprium erit, quippe pro possessionibus, pro seipsis, non pro ciuibus periclitabuntur, quàquam hi certe ciues ipsos libenter periculo eximant, si possint. hoc tamen libentius, siquidem inde velut mercedis a ciuibus recepturi sunt, quod hostes a tortuntis ciuium repulerint. Super hæc possessio etiā custodes impedit, retrahitęs ab eo officio, ad quod potius sunt comparati, quod si eorum agri, aut possessiones ciuitui, generis ab hostibus molestentur, tūc certe ciues non prohibentur officio fui defendant, sed excidentur: pugnabunt maxime, dum id bonorum suorum cura exigat, præsertim vero deserti sibunt, si nullo talis impendet necessitas. Neqs quidem certe fieri potest, quin hoc eis accidat, si locupletes & opulenti fuerint: Quamobrem si quales optimi esse possunt custodes, tales eos singimus, eos oportet nihil possidere, et si in possessione, & opibus aliqua virtus, sed felicitas comprehenderetur, custodes tamen, vt custodes sunt, diuites esse non debeant, cum non simpliciter quæratur, vt probi, sed tutissimi sed cautissimi: etenim, qui sunt custodes probi tutissimi ces. Verum enumero, siquis ira obniciet, o virum sed iustos opes a ciuibus, non animaduertitis rem optimam vos illis adiuncturos nempe illos hoc modo, vt Plato inquit seruos, & opes tas eius, & omni possessione exuris. Respondeti potest, petulantes nos facere, & iniquis exempli gratia dicat pictorem in nam figuram pingentem, ne membrum corporis pertinentissimum præstantissimo colore exornaret, nempe vt quo rocalo, in pingendi essent, exornari debere colore purpureo, non nigro: at verò ipse perfusum habere [illegible] ulit: quam non simpliciter spectatam esse debere [illegible] quolibet pertinenti colore pictam, verum [illegible] quo oculi [illegible] significatur, aut expeditissima [illegible] Quę quidem [illegible] dicis edē est [illegible] ciuis & ydeoque simplicitet, atque absolute [illegible] ted [illegible] ciuis custodes, sunt.

Quæ sequuntur, ita dictatur in Turno.

Id inquam ita intelligimus, si modo sumptus faciendi modus, ac moderatio pro virtute habeat. Tandem, posteaquam custodibus nihil esse possidendum probauit, ad artifices, & reliquos operarios orationem transtulit, quærens num in hac Republica huiusmodi hominibus ita permittenda sit possessio, vt ex sua arte, vel opera quæstum faciant, & sic acquirant sibi rem, atque augeant. Atque in eam ille sententiam conuenit, vnam esse scilicet: quod ad congerendas opes attinet custodum, & reliquorum rationem, neque quicquam huic Reipub. deterius accidere posse, quàm si vel inopiam, vel opulentiam sibi recipiant. Et quidem, si opificibus artem suam quæstuariam esse permittamus, ad eum finem dirigent, ad quæstum scilicet, & ad ea, quęcunque congerendis opibus conducunt: ita vt non nili casu quodam ciuibus suis vtiles sint, sicęs eorū ars non ad id, quamobrē instituta est tractata, & agitata, quin eius (quē diximus) quæstus gratia, quo necesse sit perueniri, verum, legitimū finem artis, ipsum ciuium emolumētum. Illi insuper diuites facti, consequēs est, artem suam vt negligant, ac contēnant, et exinde otio, ac desidia corrumpantur, vt cùm necessitas artis suæ vsum repetat, cartus sua omnia vendant, deteriorag multo faciant. Propterea in hac Republica Plato voluit non licere cuiquam aliquid seorsum ab alijs possidere, veluti ex arbitrio suo: præterea ęs, neque auri, neque argenti vsum vllum esse necessarium. aurum siquidem, & argentum, quemadmodum in Ethicis Aristoteles ad Nicomachum probatū est, necessaria quidem sint in his nostris Rebuspublicis propter rerum inter se permutādarum difficultatem, atque molestiam, velut quasi medium quiddam intercedant, rebus à se inuicem differentibus, quo æquitas ea in permutatione conseruetur, in re planè, quæ ægre admodum æquitatem admittit. Difficultas aūt hæc permutandi atq; inæqualitas est huiusmodi, velut si agricola aratorio aliquo instrumento indigeat, nihil certè habeat, quod fabro ferrario permutet, nisi quod ad victum pertineat. quod autē si faber ferrarius annona affluens indumento egerit, aut aliquo alio genere, quo pacto inter istos permutatio contrahetur: nonne cogentur rem excogitare, quæ vt sua quasi res omnes comprehēdat? quam cum colonus ille fabro dederit, & acceperit inuicem aratorium instrumentum, contultum etiam sit fabro ad eam rem, qua indigeat. Eademęs hoc ipsum in reliquis ciuibus eandem rationem habet. Congerent igitur agricolæ id frumenti, atque annonæ reliquæ, quatenus ad se spectat, quod & sibi, & ciuibus necessarium est. Adhuc fabri ex sua arte, quæ ciuibus conducunt, curabūt: sic textores, sic architecti, structoresęs. Et est in ciuitate genus quoddam nummorum, ad quod velut ad regulam frumentum, instrumentaęs, & reliqua inter se & comparantur, & compensantur. Atque ita facile ciuibus omnibus communicantur, pro cuiusque necessitate, & commodo. De his autem artibus id intellectum esse oportet, quæ ipsæ necessariæ sint, non quidem ad voluptatem, & delectationem adminentæ sunt: cuius generis ars est vnguentaria, pictoria, sculptoria, & annulorum cōficiendorum, alięs id genus, quales in Rebuspublicis nostris plurimæ vsurpantur. In illa autem Platonica certum est nulla pecunia, ac nummo opus esse. Nec numerus quidem artificum ita temere in ipsa esse debet, vt nunc diminuatur fortè, nunc crescat, eo modo, vt quandoque artes ipsæ aboleri possint, aut deficere: vt in tonsoribus, & alijs, quibus Rebuspublicis nostris artes suas exercent, manifestum est, vt cum singularum artium ne, essartarum, atque vtilium omnibus ciuibus, tot assumantur

An adhuc perpetuo obtineat.

De Numi vsu.



assumantur artifices, quot possint publicè sufficere: vt in agricultura, & textoria arte est faciendum. Quæ vero non omnibus, sed generi cuidam ciuium vtilis fuerit, eius proportione, ac ratione eorum, quibus prodest, artifices numerabuntur. huius autem generis est ars conficiendorum frenorum. Hinc quoq; rationabile est, huius Reipublicæ ciuem nullum pro arbitrio, ac voluntate liberis procreandis operam dare, neque cum qua voluerit congredi, sed adhibito modo, ac ratione, pro generis cuiusq; conseruatione, cuius in Republica certum, et definitum numerum esse volumus, vt postea diceē plantius, quo in sermone de custodum concubitu agetur. Postquam igitur ab hac Republica aurt, atq; argenti vsum exclusit, subdubitare vtus est, qui hæc ciuitas aduersus opulentam, atq; amplam bellum sustentare possit, ac periculum videtur, ne amplæ illi ciuitati impar futura sit. Tandem respondit, re diligenter cōsyderata, cōtrartum potius videri. siquidem diuitiæ, opesq; possessores suos tum contumaces, tum bellicæ rei imperitos, & expertes maxime efficiant. quamobrem si quo pacto diximus, custodes educati, institutiq; fuerint, & militaris, bellicæq; facultatis morem, ac experientiam induerint, ad quæ etiam naturalis aptitudo accedat, haud secus se aduersus diuites tlos, & opulentos gerāt, quàm lupus aduersus bene pingues, & obesas oues: adeo certe, vt non sit alienum credere, cùm duplo, triplog; pluribus illos congredi posse. Hoc sanè possit quis ex latronibus desertæ Arabię, & alijs huiusmodi fortibus viris egenis, qui nihilo secius opulentam quāuis, & diuitem gentem facile subiugant, diuidicare. Id quoq; rex Arabū aduersus Persarum regem expertus est. Præterea quoq; huic Reipublicæ bellum, si quando cōtingat id, necesse est, contra ciuitatem vnam, aut contra duas accidere. Sed finge duas, eo certe facilius, quandoquidem missa in alterutram illarum ciuitatum legatiōe, aut exhortabitur, aut deprecabitur, hoc modo. Nobis quidem o viri, neque auri, neque argenti vsus vllus est, sed neq; id leges nostræ sinunt, quod ipsum vobis sanè tas est. vobis igitur, rationibusq; vestris conferat, nobiscum aduersus alios belli societatem inire, donec facultates illorum, & pecunias diripuerimus, nonne certissimum est, qua Iniquq; sit illa ciuitas, ab illa eos in amicitiam, & fœdera recipi. Enimuero si quispiam obiciat, timendum esse, ne contracta amicitia, & percusso fœdere, parta etiam victoria, actis prædis, cumulataq; pecunia, altera illa ciuitas opulentior inde, ac ditior huic ciuitati nostræ pauperi bellum inferat, ac forsan etiam superet: Huic respondet Plato, secus rem esse atque opinatur ille, cùm nulla, ne cogitari quidem ciuitas possit vere vna, præter hanc, quam condere conamur. Alię quidem certe ciuitates quotquot sunt, etiam singulę, multæ quidem in se sunt, & variæ, quamuis vnius circunscriptione loci capiantur, illis enim Reipublicæ administratio curæ rei familiaris inseruit, non rei familiaris cura administrationi Reipub. quare in illis hoc vnius ciuitatis nomen profecto est suppositiuum: in vera autem, ac legitima Republica, ac partibus eius ea est ratio, quam in vniuerso corpore, & membris cernere est. partes etenim corporis, vt sunt manus, pedes, ac reliquæ, antequam corpus vniuersum cōstaret, tacię eius particulæ gratia sunt, quę toto in corpore princeps est: nostris autem Rebuspublicis non is est partium consensus in vniuersum. nam velut vt quadam inter eas concursus fieri solet, eò scilicet vt singuli rem suam domesticam curēt custodiantq;. id quod minime eum fallere potest, qui aliquantisper in hac scientia versatus sit. Et tādem Plato huiusmodi ciuitates bifariam diuisas asserit, in pauperes siquidem, & opulentas, atq; vtroque ex membro multiplices, ac varias prodire: & tum etiam, cùm pauperibus ciuibus eius ciuitatis concessa fuerint bona diuitum ciuitatis eiusdem, nō minus pernitiosum, & extiale bellum exortuum in ea imperita ciuitate, quàm si re vera duę essent ciuitates inter se pugnantes. Proinde hæc, quam instituimus, ciuitas ampla quidem spacio erit, valorisq;, ac roboris, vt inquit Plato) eximiū, quanquam propugnatoribus duntaxat mille defendatur. de illis etenim hoc dicitur, ex eis viginti omni negotio liberos, hostes ducentos vincere. Ad hæc, hæc ciuitas, neque magnitudine quauis, neq; spatio esse debet, ex qua numerus hic bellatorum exeat: neque tam exigua, paruaq;, vt finitimis populis sit facilis expugnatu: neque etiā vasta, vt in ea, & arari, & seri facile possit. At principes huius ciuitatis, puta de magnitudine, et exiguitate ipsius constituere debere, necnon de custodum, & cuiusuis artificum generis numero. Res enim in hac Republica, nonaliter atque in natura se habet. velut enim humanæ actiones, humanaq; corpora non mensura quauis perficiuntur, neque exigua, vt in tabulis tertur Pygmęos cubitalis, aut vnius palmi statuę esse: neque magna, atque enormi, vt Gigantes olim fuisse ferunt altitudinis lex agrinta palmorum, hisq; similia monstra: verum quadam certa magnitudine, qualis compluribus in hominibus reperitur. Nec hoc tātum in natura perspicitur, verum in artificialibus etiam rebus: sicut non ex quauis vocularum mensura in Musica id harmoniæ resultat, quod Musicæ sit conuenies. Quærat ergo fortasse aliquis, quæ ciuitatis huius, quantaq; magnitudo, quis custodum numerus esse debeat: cui equidem, eā rationem variari pro temporis, loci, victorumq; populorum varietate, atque natura respondebimus. quocirca, vt de ea re constituat, proprium ipsius ciuitis conectura est: quæ facultas experientia constat, & vniuersalia illa, atque generalia dispicit, quousq; singulis in rebus, velut materiis subiectis vertentur. At Plato quidem, dum & temporis sui, & gentium finitimarum rationem habet, huius Reipublicæ custodes, propugnatores q; mille satis futuros arbitratur. In quem rationibus Galenus mucstus est, dicens, illam opinionem Platonis, si ad ætatem nostram transferetur, abiurdam fore. Qua in re Galenus quidē, regni illius præstantiam, quod tua ætate maximum fuit, spectabat: at Plato videatur quidem non ita sensisse, vt rem aliter esse non posse putaret, sicuti neque eius in rebus, quas in vniuersum tractat, sed id tantum dixit, quantum & ætatis suæ ratio, & genetis, videbeet Græcæ conditio postulabat: quis enim aliter intelligere possit, cùm hanc Rempublicā aduersus omnes mortales pugnaturam esse certum sit? Quòd igitur Plato hoc non aduerteat minime conuenire: Forsan, & quis dicat, Platonem, vnuscuiusque ciuitatis bene institutæ multitudinem non debere esse numerosiorem, quæ vno loco, vnaq; vrbe contineatur: ad huius tamen exemplum multæ alię ciuitates debitum, certumq; modum, numerumq; ciuium habebunt. Quæres, si ita habet, nihilominus tamen ex locorum varietate ratio quoq; varia erit. Auertissimum quidem est, diuinitum esse debere scitis cuiusq; ciuitatis, & multitudinem, & magnitudinem, quis autem vniuscuiq; numerus præfiniendus sit, nōnisi explorata, & regionis, & incolarum natura diuidicari potest. cuius rei significationem quādam diuinum illud à professoribus nostræ legis habet, Missis, inquit, ad rubrum, atq; ad nigrū, quod quidē, etsi Plato nō senserit, hæc tamen est Aristotelis sententia, cuius de veritate minime dubitatur. Inquit igitur Plato, egregiam administrationem in hanc formulam compositam, cuiusmodi ciuitatem hanc esse diximus, definitam, & in certis

Qui sit debeatque esse ciuitas.

Galenus, & ira Platoni.

tudinis, & multitudinis esse. quod non paulo quidem facilius est, quàm id, quod paulo superius diximus, oportere sicuti naticatur ex custodibus æneus, eum ad inferiorem ordinem traduci: contra, si alijs contingat aureum filium, aut argenteũ gignere, inter custodes eum coaptari. Quę omnia ita præcipiũtur, vt omnes in hac Repub. nati in vnam rem natura magistra cõsentiãt. siquidem vno in opere omnes, ac singuli inter se cõueniunt: id autem opus intelligo, ad quod natura quisq; comparatus est. vtq; summatim comprehendam, prę cepta hæc omnia, & admonitiones, quæ ad harum legum obseruationem faciunt, neq; non aliarum etiam, quæ postea commemorabuntur, vt quæ de virorum, ac fœminarũ copulatione, de procreandis liberis agũt, hæc inquam præcepta difficilia non sunt, nec quę viris huiusmodi, aut molesta, aut grauia sint, quin potius leuia his, qui in hac, quam educandi, atq; instituendi rationem scripsimus, Musica videlicet, atq; Gymnastica adoleuerint. Et quod ad Musicam quidẽ attinet, cauendum in primis est, ne quid præter constitutum prioribus legibus modum innouet. nanq; id, si contingat, ciuitas ipsa facile ægrotauerit, idq; erit clam omnibus. Nec minus propterea interim affectus, animi tranquillitate, & quiete retinebitur, quouscp insinuante se magis, magisq; pernicie, ad vltimum res ad legũ corruptelam, & morum redierit. Est præterea manifestũ, quotquot his in legibus institutionibusq; vniuersaltibus enutriti fuerint, iuopte ingenio ad quamplurimas priuatas leges optimas deuenire posse. quo in genere est, reuereri parentes, & coram maioribus natu, senioribus q; tacere, atq; reliquæ etiam leges, quę in actione versantur. Quamobrem priuata hæc officia nihil attinebit, tãquam leges atq; statuta describere. nam vniuersarum rerum leges illæ, si recte atq; ordine ferãtur, ciues quidem ad has particulares sua spõte mouebũt, ac facile cum vniuersa, ita cõstet puerilis educationis, & naturę, intrinq; ratio, vt tota deinde vita sequatur, et appetat quod simile sit, atq; cõforme illis, seu bona fuerint, seu mala. Ac equidẽ, qui partialibus legibus mores formare instituerit, omissis generalibus illis, quod ipsum quidem non pauci legum conditores fecerunt, is fane Medico similis fit, qui ægrotos curat, quorum dissoluta in cibo, & potu, & venere libido obsitet, nec vlla prosit cura, quia non cohibita intemperantia eorum, quicquid adhibetur medicinæ augebit, multiplicabitq; ægritudinem, potiusquam sedabit. Proinde, et quicquis partiales has leges, & velut singulares imponere conabitur, nunquam a corrigendis his, emendandisq; desistet, in quo vno omnes nihilominus, & acquiescunt, & conẽdunt, quin ipse quoq; ea ratione putat se finem attigisse, a quo profecto permultum abest. hoc quidem non in paucis legum cõditoribus, quorum ad nos historia tradita est, probatum fuit. Quisquis itaq; huiusmodi Reſpub. corrigere (vt inquit Plato) enitetur, pertinde erit, ac si vnum ex hydræ capitibus amputet, inutile quidem id, atq; absurdum faciens, quandoquidem per reliqua capita venenum nihilosecius emanatur. Est ergo necesse legibus his, quæ de vniuerso genere præcipiunt, omnia in primis, quales a nobis nõnullæ dictæ sunt, dicenturq; in posterum. Inquit insuper Plato, legem, quæ de templorum ædificatione, de constituendis oratoris, deniq; de precibus, de sacrificiis, de donarijs agit, docerq;, quæ omnia & humanum animum subigunt, & Deum, atq; Angelos laudibus extollunt, colunt q;, eam scilicet legem Prophetæ, qui diuinum mãdatum referat arbitrio permittẽdam: qualem huiusmodi diuinam esse velit, & quicquid eius in ciuitatibus reperitur, acceptandum qualitercunq; tradictum est, quoniam hoc, velut legitimis omnibus constitutionibus legibusq; ipsis cõmune est. At quando quidem in huius libri primordio de iustitia quidnã esset Plato attentauit requirere, confutauitq; quicquid de iustitia celebriores sua ætate opiniones asseuerant: ac erat ipse pollicitus primum naturam iustitiæ in Repub. ostẽdere, ob id ipsum posthmodum iustitiæ ipsius in aliqua vna anima naturã explicabit, vt fuerit in Repubi. id clarius expositum. quemadmodũ, si quis scripti aliquid exiguissimis, ac tenuissimis literis, & procul à nobis interuallo separatis, vt legamus præcipiat, nosq; idem illud alibi maiusculis, grandiusculisq; literis scriptum videamus, paruoq; id à nobis spatio seiungatur: nobis certe congruentius videbitur, ac commodius grandiusculis his characteribus primum vti: quibus facile perceptis, deinde minutulos illos nullo legemus negotio. ita res se habet, quod ad iustitiam Reipublicæ, & alicuius vnius animę attinet. Qua ratione ẽt, vt dictum à nobis prius est, antequã iustitiæ naturam oratione prosequatur, cœpit illã ipsam in moribus ac vita iustæ ciuitatis describere qualis esset. Ac deinde, vt primũm in ea disputatione, quæ de vita, & instituto Reipub. instituta est, natura iustitiæ manifesta erit, iustitiam ipsam per se qualis sit ostẽdere aggredietur: eademq; opera ciuitatem illam sapientẽ esse, fortemq;, ac temperatam ostendet. De quibus virtutibus quatuor, quæ in hac Repub. inueniuntur, hic inuestigat, quęnã sit vniuscuiusq; natura: in qua Reipu. parte singulæ emineãt. Incœpitq; à SAPIENTIA disputationem, ac dixit neminem latere Rempub. hanc sapiẽtia, & scientia instructissimam. nam, & quæcũq; de re deliberat consilio valet, & prudentia in instituendis legibus atq; sanctionibus, quarum nunc mentionem facimus. At optima gubernatio, optimusq; modus, etsi quædam scientia omnino sit, non possumus tamen dicere eiusmodi optimam gubernationem, atq; modum in hac Repub. reperiri, propter operarias artes, exempli gratia, propter agriculturã, vel artem tectonicam. est ergo illa quidem sapiens, ac ipsa, de qua nunc tractatur, scientia. Neq; quis, nisi immerito, abnuat hãc scientiam ex cognitione finis humani perfici, cùm hæc administratio ad eam maxime accedat. Nec quenquam fugere potest, humanum nos finem scientijs contemplatiuis considerare, cognoscereq;. Quocirca hęc Respub. duplici scientiarum genere sapiens appellabitur, & eo quod ad agendum, & eo quod ad cognoscẽdum institutum est. Quæ tamen certe sapientia in minima huius ciuitatis parte consistet, in ipsis quidem philosophis: cuius naturæ, vt præstantissimæ, sunt semper admodum pauci, si reliquarum artium, aut fabrilũ, aut quæ stuariarum professoribus comparentur: & sapientia quidẽ illa ipso in principe Reipub. inesse debet, eaq; ciuitati dominari. Principes ergo huius Reipublicę sapientes esse oportet. Atque ita nobis non perperam explicatum esse putamus, quo in genere scientiæ hęc Respublica dicatur sapiens, & quam in parte ipsius sapientia consistet.

De quatuor virtutibus.

De Sapientia.

FORTITVDO autem, quæ ad hanc Rempub. spectat, est nihil aliud, q̃ obseruatio tortis ciuisdam opinionis, atq; electionis, & quasi adhibita diligentia, vt omnibus in hominibus natura ad eã affectis, rata sit, & permanens, contraq; terrentia, ac omnia allicientia. Intelligo autẽ per terribilia illa, timorẽ ipsum, atq; dolorẽ per illecebras, cõcupiscentias oẽs, & voluptates. Fit autem perspicuum, si ita populus (vt descripsimus supra) doceatur, atq; instituat, Musica: scilicet & Gymnastica, fore, vt, nec timoribus nec cupiditatibus ab eo rum animo fortitudinis optimo, sententiaq; dimoueatur contra vero, si educati fuerint aliter, tunc illis facile animo excidet fortitudinis propositum. Quod ipsum,

De Fortitudine.



si vis, exemplo tibi perfacili planum (inquit Plato) faciam. Pullones quidem nostri quandocunq; purpureo colore pannum adamussim infecturi sunt, vt color ipse deleri nequeat, eos ante omnia ex tot diuersis coloribus album deligere: quem deinde non modica opera ad recipiendum colorem præparant, vt quàmoptime purpureum recipiat: atq; ita demum comparatum colore tingunt purpureo: ac demum, quod ita infectum est, neq; absterlione, neq; ablutione quauis colorem perdere potest. quòd si forte pannus non fuerit ita præparatus, facilè color ipse à detergentibus, aut diluit, aut deleri poterit. Quæ ratio, & in custodibus eadem est, si non ea, qua diximus institutione atq; disciplina educati, & quasi præparati fuerint, neq; natura eorum ad idipsum delecta. tunc enim magnopere verendum esset, ne fortis, ac constans opinio, quasi color ab eorum animo facile fugiat, atque deleatur. Neque quidem est quod sit ad detergendas, exturpandasq; virtutes potentius voluntate ipsa aut cupiditate, aut dolore, aut metu. At vero virtus hæc fortitudinis, qua ciuitatis parte, quo in negotio emineat, neminem latere puto: eam siquidem maxime eorum propriam esse, quorum natura, vt maximopere idonea ad custodiam delecta est, quo sanè ad hanc partem adimplendam delegimus. est enim (vt puto) clarum, nullam ciuitatem, aut fortem, aut timidam dici, ita vt, vel in omnibus eius partibus, aut in quauis earum existat fortitudo, vel timiditas: quarum neutra, neq; in diuitum genere, neq; in genere fabrorum inuentatur, verum custodibus ipsis illæ ipsę sunt peculiares. Est itaq; à nobis expositũ, & quid sit hæc virtus, & quam Reipubli. partem specter. superſunt igitur duæ in ciuitate virtutes examinandæ, Temperantia, & Iustitia: tumq; quidnam ipsæ sint, & cui ciuitatis parti attributæ dicendum.

De Temperantia.

TIMPERANTIAM certè non malè in cibo, & potu, & venere mediocritatem quãdam diximus: eiusq; appellamus temperantem, qui per se moderationem hanc continuare possit. Simile id quoq;, quod de Temperantia dicitur, eam quidem esse absentiam quandam animæ, & cohibitionem à voluptatibus & cupiditatibus. Diximus insuper, temperatum hominem se ipso potẽtiorem esse, & sui ipsius victorem. Qui sermo in hunc sensum accipiendus est, vt cùm præcipuarum in homine partium altera præstantior sit, & nobilior, intellectus quidem ipse, altera vilior, ipsa dicet concupiscendi pars: si præstantior illa præualeat, imperetq; viliori, ac vilior illi subiecta sit, dicimus tunc ipsum sibi ipsi dominari. E diuerso, si abiectiori parti melior illa subijciatur, idq;, aut propter vitiosam educationem, aut propter aliud quoduis incommodum ipsum, tunc sibi ipsi imparem esse, atque seruire affirmemus. quæ ratio vtrobiq; perpetua est. Hoc igitur modo dubitari non potest, ciuitatem nostram, & sibi, & alijs imperare: eamq; virtutem non in vno tantum genere esse, velut in principibus, sed in vniuerso etiam populo. At nec in opere humano perfectum quicquam vnum, atque adeo humanum dici potest, quacunque ex virtute acquiratur, nisi quod temperatam sit: secus in sapientia, & fortitudine res habet: quibus virtutibus necesse est partes aliquas Reipublicæ cedere, cùm hæc temperãtia per vniuersas currat, ac diffundatur: statimq;, ac primo quoque tempore tradenda est omnibus in ipsa educatione, contrariumq; vitium arcendum. Atque in hunc modum quid ipsa esset Temperãtia, quatenus Reipublicæ inesset, dictũ est à nobis: reliat vt de quarta virtute, cuius gratia ab initio inuestia quæstio est, sermonem instituamus.

De Iustitia.

IVSTITIA itaque est in hac Repub. & Prudentia, quæ eadem iustitiæ ipsius actus est, nihil aliud, quàm quod superius diximus, cùm de regimine huius Reip. agebatur. Siquidem illic dicebamus, singulos quosq; in hac ciuitate opus vnicum præstare debere, ad quod eum ipsum natura præparauisset, eamq; iustitiam esse, quæ optimum statum ciuitati, ac perpetuum quidem exhiberet, quandiu in eadem exercerentur, ac tres illas superiores, quarum paulo ante disputationem terminauimus, ciuitati eidem præberet, quod totum nõ nisi vno, & imperantium, & subditorum, plebisue consensu ad obseruationem, reuerẽtiamq; legum fieri posset: tanquam hæc sanè quidem facultas promiscue in pueris, in mulieribus, in seruis, in liberis, magistratibusq;, & priuatis, ac demum in omnibus Reipubli. partibus insit. quod ita intelligitur, si vnusquisq; destinatum sibi à natura opus amplectatur, nec alienum vnquã concupiscat. Erit igitur hæc Respubli. ita demum iusta, si conuentu, atque multitudine tot horum cõstiterit, dum singuli propriam sibi, atque assignatam actionẽ ciues exerceant. Quo in genere ciuilis quoque æquitas comprehenditur: sicuti in ciuitatibus iniquitatem ponimus, ipsam quidem iniustitiæ causam non aliter esse, quàm si singuli ciues plus vna re agenda aggrediantur, ac ex alia in aliam se trãsferant, ex alioqui munere in aliud, ac per multos deinceps ordines, gradusq; vagent. Quod licet videri possit ciuitati minime nocere, præsertim, quod ad eas artes attinet, quæ opificum sunt, atque artificum, manifestum tamen est, in his quoque artibus eam permutationem Reipublicæ incõmodare quemadmodum si quæ stuarius natura, vel diuinis vectoribore elatus, aut cuiusuis generis alio impetus in militarem ordinem trãsire conetur, huc, quod indignus quidem est) miles in consularem, & custodiam ipsorum dignitatem ascendere contendat. vtrunque enim ciuitatem magna afficit iactura. id quod etiam tu ex ciuitatibus nostris facile comprobes. Quibus omnibus expositis, iustitia quid sit perspicuum est, ipsamque in vniuersas huius ciuitatis partes esse diffusam, Canis naturam, vt in ciuitatibus esse intelligitur, postquam est Plato exercitus, ad eam se rationem conuertit perquirendam, an ipsa in vnica quapiam anima inueniri possit, quæ sit ciuili iustitiæ similis, an secus. si sit, bene quidem: si non sit, ie ad tractatum ciuilis iustitiæ referet. Et quidem quæcunque secundum magis ac minus tantummodo differunt, vnius esse generis necesse est: nec hactenus in vno quicquam est, quod ita alteri contrarium: quo ratione in vnica anima iustitiam, et æquitatem nihil differre clarum est ab ea, quæ in ciuitate ponitur. Inquit ad hæc, huiusmodi ciuilem esse iustitiam, si ex tribus naturis illis singulæ videlicet, & quas dicimus, & quas traximus, & quas cõcupiscimus in officio suo sint, idq; ipsum, & modo, & tempore debito agant: ex qua etiam ratione hanc Reipublicam ponimus, sapientem, fortem, temperatam esse. Quod si hæ tres naturæ in vna quadam anima reperiantur, ac perficiantur, non aliter in ciuitate iustitia erit, et prudentia, quàm partibus illis ita affectis, vt ratio ipsa imperet, reliquæ duæ iracundia, & cupiditas obtemperent: cum neminem lateat, non potuisse has partes in ciuitate fingi, nisi in anima inuentrentur. nam qualiter iustitia in ciuitate esse intelligitur, nisi quatenus in ciuibus est? Ac in Naturali quidẽ philosophia ostensum est, duas inesse nobis contrarias inter se vires, rationem, & concupiscentiam, in duo videlicet cupiditatem, & iracundiam. hoc secundum manifestum est, cum ipsi sæpe experiamur cupiditati iracundiam repugnare, atque imperare, velut instrumentum quoddam sit, quo cupiditatem retundimus: ideoq; accidit nõ infrequenter, vt siquando cupiditate præter rationẽ agitamur, atque distrahimur, iracamur quidem. Cùm igi-

tur res ita se habeat, ac tres illæ in anima facultates existant, quemadmodum in ciuitate non sunt, nisi ea ratione, qua ipsæ in anima inueniuntur: erit quidem iustitia, & æquitas vnius cuiuspiam animæ ita demum, si singulæ illæ partes suo, ac proprio munere perfungantur, quemadmodum in ciuitate diximus. Ac si itaque omnes animæ partes conspirabunt, vt ratio, tanquam sapiens dominetur: irascendi vis obsequatur illi, atque subiaceatur, ac proprio meditata feruore aduersus contrarium quidlibet pugnet. Quæ sane concordia, & velut consentus vna in anima per Musicam, et Gymnasticam conficitur. quandoquidem Gymnastica ipsa irascendi partem corroborat, & fortitudine instruit: Musica eam ipsam, & disciplinæ capacem, & ratione obsequentem facit. ac illæ duæ quidem partes, si sic componentur, atque conuenient, tertiæ, quæ superest, parti instituendæ conferent, atque coaptabitur. Quamobrem eadem ratione, eademq; parte, vnumquemlibet hominem sapientem vocamus, qua ciuitatem similiter, & temperatam, & fortem: idq; cũ eum, qui rationis præcepta prima quæq; obseruat, ac retinet, fortem appellemus. Id vero, quod semper dixi, intelligo in ipso formidinis tempore, ipsoq; dolore imminente, vel voluptate: & ita ciuitatis fortitudinem diffinimus. Itidem, & homo etiam ipse sapiẽs est, in quo penes rationis partem rerum omnium est arbitrium, cæteris partibus illi morem gerentibus, vt in ciuitate ille foleat: neque non hic temperatus vir est, qui est temperatæ ciuitati similis, obidq; quisquis naturam habet, quæ inest virtute erit præditus, sicut hæc quoque ciuitas studiosissima est, & optima. Quibus omnibus facile est colligi, non aliam esse in ciuitate æquitatem, & iustitiam, alia in anima. Ex quo ipso etiã perspicuum est, eandem, & in ciuitate improbam, & in anima iniquitatem, iniustitiamq; esse, vtrobique enim illud ipsum virium nihil est aliud, quam partiũ ipsarum peruertum dominium, obsequiumq;: quemadmodum, si in anima pars iræ, aut cupiditatis dominium obtineat. Idq; non male fanitati, atque ægritudini corporis comparetur. etenim, sicut prospera corporis valetudo in humorum equabilitate constitit, ac naturæ inclusos ipsos dominio: contra ægritudo est, si illi naturam superent, atque opprimant: ita res quoque in anima habet. nam eius demum constituit bene, si partium ratione tota anima consipiret: ægritudo, si illi reliquæ partes imperent, hoc modo virtus, sanitas quædam est, & pulchritudo. vitium vero, deformitas quædam animæque ægritudo, ac ita sane sanitas est vna, vt virtus: nec alia denique probi cuiusque vita est, vita autem bene uerta sunt, & pulchre: at mori ipsi multiplices, & varij. Obidq; male nutritæ ciuitates, singulæ etiam, plures quodam modo sunt, & diuersæ: quæ tamen quatuor generibus, vt postmodum dicetur, comprehenduntur. Vera autem, ac recta administratio duobus tantum nominibus appellatur, nam vel vnius potestatione, regnum dicetur: aut plurium optimorum, ita tus optimatũ appellabit. Absoluto itaq; de virtutum generibus sermone, earum, quæ in hac ciuitate exsitunt, reliquum est vt ea perlequendi, quæ de custodibus reliqua erant: quo videlicet modo cum vxoribus congredi debeant, aut liberos educare, quo modo etiam generandi. Ac dicimus quidem id neminem latere posse, vt quod quidem custodum naturas in ciuitate perpetuo esse volumus, nec id aliter quam, vt hi bi similes cum plurimum generẽt, hoc fieri non possit, si eam quatus mulierem commisceantur: verum tantum modo, si cum similis naturæ mulieribus similisq; educationis contingantur, nec id solum custodibus conuenit, sed reliquis etiam, suo cuiq; in genere. Hinc exoritur sanè quæstio, num mulieres ipsæ sint similis naturæ, ac velut congruãt naturæ ciuium, virorum, præsertimq; custodum, an ipsarum natura à masculorum genio discrepet? Prius si dabitur, fœminæ eadem munera, officiaq; explebunt, quæ maribus quoque ipsis assignata sunt, ita vt & Militarem facultatem, Philosophiamq;, ac principatum, reliquaq; similiter assequi possint: in secus, tum mulieres ipsæ nonnulla ad munera habiles erunt, ad quę viri ipsi erunt penitus inepti, cuiusmodi sunt nutriendorum liberorum partes, partiendiq; labor, & alia id genus. Nos vero eiusdem speciei esse, & mulieres, & viros, in humano fine adipiscẽdo affirmamus: nec quicquam interesse, nisi prout, aut magis, aut minus idipsum agãt: videlicet quod compluribus in rebus vir sedulitate, ac diligentia mulierem superet (quanquam non adeo absurdum sit, aliquando nonnullis in actionibus mulieres viris diligentiores esse, vt in Musica practica videre est, ideoq; certum, multos modulos tum demum perfectos esse, si à viris excogitati, à mulieribus absoluti, & consummati sint. Itaq; cum viri, vt diximus, & mulieres speciei eiusdem sint: atque ea, quę natura speciei nõ differunt, ad eundem actum in ciuitate se conuertant: hinc credo manifestum esse, eodem munere hac in Republica, & viros, & mulieres vti, etsi inquit natura illa ad illud quidvis imbecilliores sint: quatenus bene consultum sit, si leuiora illis opera, ac facilia assignentur. Nec id inquirentibus difficile est in contrario. Videmus enim mulieres nonnullis in artibus multis nihil esse dispares, præter quod ipsæ adeo minus validæ, minusq; perferentes sint: non tamen ex omnibus, quin mulierum aliquot aliquibus in rebus viris ipsis præstantiores sint, ac diligentiores, vt in arte textoria, unguentaria, & rebus nõnullis. At verò quòd militarem artem, nobilissimamq; poscipẽt, videre est cum in alijs tum in his, quę nõnullis in partibus Africæ fiunt. Quarationem colligi potest, nihil alienum videri, si quę mulieres ingenio quadam perspicacitate, & prudentia maxima animo ornatę fuerint, sapientes fiant in ciuitate, & principes. Verum, quoniam id perraro contingit, ideo est, quod leges nonnullę mulieres prohibuerunt ad hæc doctorum, præsertim pontificum dignitatem promoueri. Cæterum, & inductione, & ratione hæc brutis animantibus ducta, probabile est, quemadmodum inter custodes gregis canes fœminæ nihil à masculis, quod ad custodiam attinet, ac pugnam inimicis quadiuersus lupos differre, nisi quatenus tantum imbecilliores: sic mulieres quoque custodes in ciuitate esse debere, hanc ratione eius animalis, cui nos custodem hæc adhibuimus. Natura vero (quanquam id raro) nonnunquam tamen aliquibus ad pugnam armis, quibus fœmina carẽt, mares instruxit, vt de turbus clarum est. ea vero, quibus plurimũ instructa sunt pugnacia animalia, sunt certe eadem ferè, & maribus, & fœminabus: quasi idem, quod masculus, fœmina agere, et exercere debeat. Enumero in his nostris ciuitatibus nunc perspicere non licet, quãta sit mulierum, quãq; ampla facultas, eas cum tantummodo ad liberorum procreationem habeamus, tanquam tint imperio marti, liberis pariendis, lactandis, enutriendis addictæ: quæ seruitus quidem liberam illis aliarum rerum administrationem, curamq; abstulit. Ea demum causa est, cur his in ciuitatibus nullæ mulieres sint, ad aliquam humanarum virtutũ paratæ, sed plantis potius similes, graues quidem, & molestæ viris ipsis. Quæ etiam ex re potissimum paupertas, & miseria his ciuitatibus ingruunt: ubi mulieres ibi viris duplo plures sint, nec aliquid ad necessaria quęrẽda conferat, neq; in illis exercitatæ



citatæ sint, nisi perrarò admodum aliquibus se operibus adhibent: quæ certe ferè, non nisi quando necessitas cogit, suscipiunt, vt inopiæ suæ opem ferant, cuiusmodi nendi, & texendi artificium est, quæ omnia de se sunt manifesta. Et cùm ostensum sit, fœminas bellicam artem cum maribus communem habere, ac aliquas alias: conuenit, vt in eis delegendis ad quamcũque rem earum naturas spectemus: eãdemq; adhibeamus diligentiam in eis, & quærendis, & eruiendis, tum Musica, tum Gymnastica, quam in viris ipsis præstitimus. Et sic mulierum corpora, quæ cum viris in gymnasio bellico exercentur denudanda erunt, cùm virtus illis pro optimo vestimento inducenda sit. Ac, vt primùm mulieres ostendit simul cum viris custodes esse debere, vnaq; habitare, & versari, & epulari, cùm nullus in hac Repub. custodibus ad habitandum, vel epulandum assignatus sit locus, inquit insuper necessitatem quoque virum, & mulierem custodes ad mutuam commixtionem impellere. Nec temerè tamen quæuis ad arbitrium congressio permittenda est, neq; cùm quocunque voluerit, idq; ex instituto proposito. nos enim eum actum humanũ quidem esse volumus, non qualitercunq; commisceri contingat: sed ita venus instituatur, vt quamoptime ad generationem, ac propagationem custodiæ apposita sit, certis quibusdam, determinatisq; temporibus, fœlicet more quoq; definito pro vnuscuiusq; ratione. Hic autẽ mos, etsi à reliquis ciuitatum, ac populorum legibus maximo opere discrepare videtur, idq; ex vi quadam verborũ potius, atq; specie, nihilominus communis certè reliquis omnibus institutis, ac consuetudinibus apparet. Et nos quidem breui admodum dissertatione de hac re, quid Plato sentiat, exponemus. Dicẽdum itaq; est horum custodum commiscendorum tempus obseruari debere, ac considerari, maximè ad continuationem, & perpetuitatẽ sui generis: similiterq;, & coeundi modus determinandus est. quod ipsum variari ex bellis superuenientibus potest, atque multa alia interuenire possunt, quæ congrediendi modo, vel adiuuãt, vel detrahant. Et inter priuatos quidem in hac ciuitate matrimonium ita contrahitur, vt non nisi similes coniungãtur: ac boni bonis, vt hac ratione natura eorum optimam liberis soboleſcat. Quis enim venatorios canes, aut aues ad venationem quoq; aptas desiderat, qui non idem curam quammaxim in præstet, vt horum generosam naturam cum generosa coniungat: vt ex eo congressu, quod natum erit parentum genere oriatur? Quæ ætas & in mulieribus & in viris ad coitum apta.

At quantò magis in hac Repub. circa procreandos liberos cura hęc habenda est? Quocirca, qui huiusmodi curam in Repub. gerit, committere non debet, vt quælibet temerè ætas ad coitũ admittatur, quin florida tantum, & firma: quæ in muliere à vigesimo anno incipiens, ad quadragesimum durat: in viris verò, à trigesimo vsque ad quinq; & quinquaginta annos producatur. quæ in viris ætas liberis procreandis attributa est. Est quoq; in his custodibus, ac prole eorum (vt ipse censet) ea nuptiarum habenda ratio, vt mulieres omnibus viris communes sint, nullaq; vni tantum propria, ac tua adsignetur, ita vt vno in contubernio cohabitet, vt in his nostris ciuitatibus fieri solet: & rursum, liberos omnium fore communes arbitretur. Quod verò ad vxorum communionem attinet, ita mihi sanè intelligendum videtur, vt illæ cum omnibus viris habitent, nullo, quod ad id spectat, discrimine: non tamen, vt libera eis commixtio, coitusq; permittatur. Verùm, cùm principibus necessitas videbitur sufficiendæ soboli, videbũt vt publicè apparentur nuptiæ: tumq; hinc sponsi, inde sponsæ conueniant, sacrificia fiant, ac uota Deo nuncupabuntur, Deum opt. max. orabunt, ut sui ille misereatur. Ad hæc quoq; præcipient, ut poetæ hymnos epithalamios, quales in nuptiis celebrari solent, confician: ac demq; ex huiusmodi unuer sorũ ciuium concursu, aut, ac mulieres ad nuptias feligentur. Iũdemq; de non sine arte, atq; ingenio iudices sortem agitabũt mieres eos quibus uxores ducturi sunt, cuius sortis ea moderatio esse debet, ut quæcunque ciuium uxori obuenerit, id casu non arte factum uideatur, sic itaq; communes omnibus uidebuntur uxores. Neq; tamen sors, nisi inter similes, atque unius speciei mitti debet, sic, ut optimam mulierum speciem ad optimum uirorum genus conferat, deteriorem quoq; deteriori: data opera in primis, ut nullus id ciuium perciput, præter iudices, & iudices ipsos. Galenus autem commeminit librum se hoc genere sortiendi compositille, quod ipsum appellatur octogenarium. quo ex opere commoda duo egredientur, prius est, ut id, quod putabatur de mulierum communione, ratũ existimetur: alterum, ut optime ad procreationem prolis naturæ obtemperetur. & præter hunc quidem modum, possunt adhuc alii excogitari. Mox mulieres, inquit, grauidæ auris teneũgentur, & cum prægnantibus reliquis habitabunt, donec peperint. Posti partum autem omni opere cauendum est, ne ulla suã prolem uideat, sed continuo quod natum erit, alio ad nutrices transferatur: ad nutrices quidem, si matres satisfacient non abnudabunt facie. Hoc autem propter eam rationem fit, ut ratio omnium communes uideantur: idq; adeo, ut ergã quoq; omnes filios generis natos credant esse deos, excellimq; natura putentur omnes illos parentes suos esse, quod totum ad concitandum amorem sit. Nec in hac ciuitate ullæ erit alia necessitudo, quàm patrum, & auorũ, filiorumq;, atq; filiarum, & nepotum, & fratrum, atq; sororum. Quo in genere huiusmodi ciuitas uario cognationis gradus complectetur, in quibus tamen ordinem sibi conficiant, alium patres, alium aui, alium proaui: ita ut quique in filiorum ordine patrum ordinem subpiciant, & uereantur, colantq; ea reuerentia, quæ patribus à filijs debita est. Rursumq; de ille paternus, quotquot filiorum gradus complectatur amabit, eo fœlicet amore, quo solent filij à parentibus diligi. Propterea fratrum, sororumq; matrimonia, ac congressus legitimi sunt: parentum uero, & liberorum inter se congressus, licet hinc accendatur, illinc deceãtur, huiusmodi congressus tolerabiles non sunt. Necognatas illa paterna, ac reuerentia in sobole centra exercere contaminetur, & filialis ille cultus amore uoluptatis confundatur: ac demum, ne, si deposita tuerit liberorũ erga parentes obseruantia, & reuerentia, ipsa etiã Respub. penitus corrumpatur. quæ cauta in omnibus gymnastitutione obseruata est, & licet inter se eius ciuitatis modi, graduum determinationem differant, tamen, & ipsæ inter se inuicem rationis diuersæ. Actatum etiam non in postremis habendus est ad venerem delectus, qui enim ætatem ad generandum præsintuam expertus fuerint, non indignum est inuestigatione, an præterea cum muliere congredi ad subducendum semnis exercitamentum liceat, cùm nullum magis inter omnia superfluæ excretione indigeat. Ac Plato permittit id quidẽ, sed ex eis tiquinam fuerint, nullo loco, nullo; numero esse censet, nutrimentumq; eis interdicit. Verùm, & id non nisi pro ratione tantatis concedit, ac mentari aut debet. Superiores autem nuptiæ sine dubio repetitiones, quoties usus, ac necessitas postulant procreandorum habito, & rationis, & frequentiæ respectu, ut Reipub. huius, atq; ciuitatis non excedatur determinata multitudo, prout etiam mulieres ad conceptum, aut faciles, aut tardæ sunt. Huius autẽ loci intellectus

Galenum

De his in Quinto. De mulieribus.

De filiorum, mulierumq; cõmunione.

Galenum habuit peranxium, inquit, feliciet huiusmodi copulationes deberent iterari. Hinc autem illa fuit anxietas, quod Platonis in hoc loco mentem minime secutus est. Nam nisi renouarentur nuptiæ, sed singulæ singulis coniunctæ permanerent, nimium in communione illa cessaretur, communisq; amor de medio tolleretur, esseteq; longe maior pro seipsis consortibus ad bona acquirenda mutua diligentia ipsorũ, & cura, q; pro alijs: eaq; ratione familiaris potius administratio, quã ciuilis nasceretur. quod manifestum est apud eum, qui in hac disciplina versatus fuerit. Eo ergo absurdius esset alicui vni concedere, vt priuatim sibi ad habitandum domum haberet. nemo enim in hac Repub. priuatum sibi quicquam obtinere debet, ac omnium rerum cõmunio perinde in hac Repub. atq; in membris corporis se habet. Per has quoq; nuptias tãtum tẽpus vir vnusquisq; liberis operã dabit, quantũ, vt plurimũ, ad concipiũ sufficere diudicabit: & hoc mihi esse videtur, quod de cõione & filiorũ & vxorũ Plato intellexit. Deinde demonstrationibus probat cõtatem hutuscemodi necessariam esse: dicitq; primum huius Reipub. legislatorem in ciuitate constituenda spectare debere potissimum, quod sit ciuitatis summum bonum, non secus ac repellere à ciuitate debet, quod maximum est malum. Ac nullum profecto est pernitiosius ciuitati e gubernatione, quæ pro vna plures efficit ciuitates nihil eõtrario salutarius, quàm id, quod Rempublicã seruat, conglutinatq; atque vnam facit. Neq; quenquam fatere arbitror communicationem, & emolumenti, & damni ciuitatem solere colligere, atq; vnire, vt illis, & viuendum pariter, & moriendũ sit, si ita fors tulerit: itademq; vale & lætitiæ, & doloris communicas. contrà ius in rebus dissidia, & quasi abalienationes ciuitatem dissoluit, ac perimunt. alios enim gaudentibus, alij dolebunt: quin etiam quãdoq; ex alterius dolore alij voluptatem accipient. Quamobrem non temere tertur commercia, atq; communicationes huiusmodi hominũ inter se esse pernitiales. Et summatim vt dicam, ciuitati nihil magis officit, nihil magis perturbat, quàm ea verba, si inter ciues ciuilgata fuerint, meum videlicet, & nõ meum. Ac illa demum ciuitas bene pacto constituta, vt nihil vnius sit, quin idem etiam omnium, id, si tale est, vt vniuersis facile conspiciat, hæc certe ciuitas vnita, illigataq; & vera dici poterit. Ciuitatis enim partium ad totam ciuitatem communio, non alia est, q; membrorum ad corpus totum animalis, quod ad dolorem spectat, & voluptatẽ: tum & quoties vni digito dolor est, totũ hunc corpus condoleat, totumq; afficitur ita, vt ægrotum dici possit. idem etiam in gaudijs, ac voluptatibus accidit. Res igitur ita se habet, vt deceptimus, hutuimodi esse ciuitas, cuius ciues probos, & bonos esse volumus. Et manifestum hinc etiam est, communionem illam vxorum, ac puerorum esse pernecessariam. nanque nisi horum custodum tas esset quemquam omnium, nihil affinem, atque propinquum appellare. immo quicunq; occurrerit, eum ipsum, vt patrẽ, vel auum, vel matrem, vel auiam, vel fratrem, vel sororem, aut filium, aut filiam apud se existimare debet. & in parentes quidem vt diximus ea vtentur reuerentia, quam lex diuina iubet. Verum illud etiam maxime ciuitatem conducibile est, vt singulæ partes in lætitia, & dolore cum vniuersa contentiant, sicut vnius corporis partis alicuius cum corpore. Nec dissimilis est vxorum, & liberorum communicatio bonorum, atque opum commutatio. eraq;, quod diceb amus, nullum omnino ciuem proprium habitationem obtinere, neque quicquam eorum, sed vnusquisque domum suã habeat, in qua & alij habitare possint, similiter etiam reliqui faciant. Multò minus equidem, aut liberi proprij, aut vxores propriæ permittendæ erũt. sic enim propria, & mala, & bona fierent. Quin etiam huiusmodi proprietas nõ raro (vt diximus) alieni mali causa est, seminatq; rixas, atque seditiones inter ciues: quæ mala propter pecunias, propter liberos, propter vxores frequẽtia oriuntur. E diuerso recte, & ordine administrata ciuitas, inimicitias, æmulationes, inuidiã, paupertatẽ, & reliqua mala, quæ has nostras ciuitates opprimere solent, effugiet. In hac verò ciuitate nihil est, quod furta, & rapinæ prohibeatur, reliquaq; alia, quæ his Rebuspub. nostris prohibentur. Et illi etiam ciues summa dignitate, summa prosperitate felices quidem sunt, ac beati, his omnibus malis liberi, atque immunes, quæ nostrorum temporum ciuitatibus ingruunt. Idq; totũ per se manifestum est, si quales nunc sunt conuentus, quis exacte contemplatus fuerit. Et postquàm ostendit necessarias esse illas communicationes, ac vxores custodum, non minus quàm viros ipsos custodię attẽtas esse oportere, seu domi foris, videlicet belli res gerẽda sit, quẽadmodũ in canibus fœminæ cum maribus ipsis custodiæ, & ipsæ operã præstant: tam inuestigare incipit, deceatne ita pueros instituere, ac præterea assuefacere, vt illo spectaculo præliorum, & tyrocinio, ac demceps experimento imbuantur, vt alys in artibus sit, quibus non antè operi, atque artificio applicantur tyrones, quàm sint frequenti inspectione eruditi. verbi gratia in fabrica, & non pauci alij, patres, dum artifices dant operam, præsentes filios adhibent, vt et operi tres illi aliquandiu intueantur, priusquàm ipsi quicq; eam arte agant. Nec parum refert, an discipuli a teneris annis artis ipsius spectatores fuerint, necne. quod ipsum, in alijs artibus comprobabitur, quanto maior eadem circa custodum liberos diligentia esse debet cum & cupiamus, & expediat maxime eos peritissimos, doctissimosq; effici. Adde etiam, quod committendo præsto, si libert adfuerint, patres acrius multo, atque ardentius pugnabunt: quẽadmodum reliquis etiam animantibus cernitur, quoties alicui eorum præsente prole decertare contigerit. Ita tamen adsint pugnantibus patribus liberi, vt ob eorum imbecillitatem, ac pusillanimitatem mortis periculum non habeant, si parentibus adhæserint: quin etiam propter id potiũ parentes ipsos in discrimen ducere. Verum hæc omnia arbitrio sit parentum, ac iudicio, cùm ipsi maxime illorum naturam cognoscant, vt si quem illorum meticulosum, atq; timidum norint, eum ad bellum exire non committant: & e contra, qui firmiore, & validiore animo est puer, ad idipsum non est alienum, si egrediatur, tum in primis, cum equitandi artem exacte est allecutus. Et quod ad puerorum quidem eo in spectaculo curam, atque tutelam attinet, omne studium hauiendum est, vt videlicet in equis maturioris iam ætatis, atq; obsequentioris naturæ equitent, ab ipsis præsidium spectent. Præterea autem huic ciuitati seruetur leges, quę, quicunq; in acie defertor ordinis fuerit, aut abiecerit arma, aut similem aliquam ignominiam ex timore, vel ignauia admiserit, in opificum ordinem manuariorum eum transmittant. Quicunque etiam apud hostes captiuus fuerit, idem hostium arbitrio relinquatur: idq; non inturia, cum se ille in laqueos, & captiuitatem dederit, vt cerui se in retia vecordia, atque imprudentia coniiciunt. Lex itidem ferenda est alia, ne quis occisos in pugna spoliet: tam enim plurimi exercitus hac causa pereunt, licet tamen mortuis etiam arma detrahant tantummodò, si quis modò indigueritt: vtpote, quia, vel gladius, vel hasta, aut rupta, aut inutilis fuerit. Ad hæc Plato his custodibus concedit, quãdiu in castris agũt, vt singuli

An pueri in lituræ assuescendi.



vt singuli oblatũ sibi forte captiuum ciuem recipiant, si velint, eumq; trucident, quò sint reliqui animosiores, pugnatioresq;. Inquit præterea Plato ex custodibus, qui se egregie gesserint, eis summos, ac plurimos in ciuitate honores haberi debere: ac pro eorum dignitate sacris rebus operandum esse, orationibusq;, atque carminibus esse celebrandos. Atq; ex his, quicunque in acie strenue pugnantes occiderint, post eorum obitum honorificentissime de eis ipsis mentio, memoriaq; habenda est, ac commemoranda, tãquàm ipsi in Angelos terrestres, sanctosq;, & puros transmutati sint, atque tum maxime sint mortalium custodes, & mala illis imminentia auertant, atq; vitta. Nec non sepeliendos esse fas est singulari quodam honore, ac loco maxime ad dignitatem expolito: quorum quidem sepulchra, velut oraculorum sedes erunt, in his q; adorabitur. secundum hos reuerentia quoque illis exhibebitur, qui fato è vita concesserint, fuerintq; genere vitæ, & ciuilis disciplinæ laudabiles. Omnibus autem his explicatis, in eam se confert inuestigationem, an huius Reipub. ciues fas sit, alium quempiam generis, ac linguæ societate sibi coniunctum in seruitutem redigere, & per genus quidem intelligo cognationis ordinem, ac seriem, præterea etiam patriam. Ac illud quærit, num ex odio, quod sit vtrinq; in bello conflatum, iustum sit hos ciues illorum domos incendere, atq; succidere arbores: quod quidem nemo in genus suum admittere debet, velut non est æquũ, vt Græci ipsi aduersus Græcos ita bellum instituant, vt de seruitute, atque libertate contendatur: neque hoc in bello ædes comburi decebit, aut excidi arbores. hutuimodi enim Græcorum inter se dissidium sedito potius, quàm iustum bellum appellari debet: & seditio quidem, non nisi inter ciues, & velut familiares, atq; domesticos, amicosq; malum intestinũ exoritur. Quocirca hæc custodibus huius ciuitatis lex imponatur, ne domos Græcorum deuastent, arbores concidant, vllósue in seruitutem redigant: quos error quidem, nõ rebellis natura in seditionem agit, & morbo potius, q; natura peruertuntur. quæ Platonis sententia multorũ opinioni contraria est, qui hactenus leges condiderũt. Contra barbaros vero omnia illa depopulationis, & vastationis genera exercere licet: sicq; concluditur esse Platonis opinio de institutione huius ciuitatis, eiusq; maxime custodum, tum quo pacto inter eos, qualisq; rerum communicatio sit. Neq; vero te tegere debet, maximam eorum partem, quæ de communione, & institutione per Musicam, & Gymnasticam artem dicta sunt, omnibus in hac Republica ordinibus conuenire, licet tamen non vna sit Gymnasticæ in omnibus generibus formula. Idem de fabulis quoque putandum est, quæ per Musicam tradi solent, affectus scilicet commouentibus, ac inducentibus in primis ad eam actionem, ad quam quisquis natura maxime paratus est. Quam diligentiam Plato non per singula ciuium genera executus est: cùm sit facile ex his, quæ de custodibus disseruit, eãdem rationem ad reliquos etiã ciuitũ gradus transmittere. Est igitur nunc consequẽs, vt detur generi sapientum propria, & quasi sua disputatio: & hoc quidem Plato ipse, vt instituerat perficit. sicq; dicetur, qua ratione naturæ ad sapientiam idoneæ dignosci possint, qua diligentia ad eam deinceps effingi, & formari debeant, tumq; denique quo modo iam perfecti illi in sapientia viri, atq; consummati ciuitati imperare debeant.

Hic tamen huius compendij primo tractatui modum imponemus.

*

# AVERROIS

## PARAPHRASIS IN LIBROS DE REPVBLICA PLATONIS,

## TRACTATVS SECVNDVS.

De viro Philosopho.

VOniam Quidẽ, & quæ à nobis instituitur Respub. si contingat, tum demum esse intelligitur, cùm Regem habuerit Philosophũ, illoq; tantummodo præside seruatur, atq; permanet: vbi Platoni erat propositum de eorũ natura disserere, ideo hic non alieno loco de Philosopho tractare exordiur: eumq; sanè ipsum esse dicit, qui ipsum quod est (ens vocãt) scire cupit, eiusdẽq; naturam à materia longissime separatam contemplatur. cuius quidem totius fundamentum in ipsis Platonis verbis consistit. Est autem scitu non indignum, q; philosophi nomẽ ipsa in prima, atq; præcipua eius notione, accipitur pro eo, qui scientias cõtemplatiuas est assequutus, illis quatuor conditionibus, quæ in libro Posteriorũ analyticorum Aristotelis enumeratę sunt. Earum autem vna est, vt possit ea edere, atq; docere. At docere quidem non vno modo contingit, verumtamen duobus: quorum alter præstantium, atque egregiorum ingeniorũ proprius, rationibusq; demonstratiuis innititur: alter vulgaris quidem ille, & communis, vijs quibusdam inducẽtibus probabiliter, atq; persuadentibus poeticaq; industria procedit. quo eodem modo siquis docere aggredietur, eum oportet, & rerum agendarum vsu, eaq; facultate excogitãdi, qua res adinuenũtur, quę in scientia actiua declaratę sunt, pro populis, ac ciuitatibus instructũ esse. Ad hæc etiã Philosophia, quæ de exuuijs hominũ moribus & vita contemplatur exornatum, qua administratio ciuitatum, & iustitia populorum elicitur. Neq; alter Philosophus optãs ipse perfici, atq; consummari hoc obtinebit, priusquàm contemplatiuas scientias, ac rerum agendarum artes simul affectus fuerit: & virtutes illas morales cum excogitatiua etiam facultate vnã contulerit: in primisq; illarum omnium pia fiamilias cõplectetur. At verò quod ad Regis quidem nomen attinet, id illum in primis significat, qui ciuitatibus dominatur, atq; planum est illius officium, atque opus, quo ciuitatum administration pẽcesit, his omnibus simul, quas suprà memoratimus artibus, & virtutibus perfici. Similiter de legislatore dicendum, cuiamus nomine ipso is primo intelligi videatur, qui facultate illa excogitandi eas res, quæ inter gentes in rebusq; publicis actitantur, & exercẽtur præpollet: superiores tamen illas virtutes necesse est, vt habeat. Quocirca videri hæc omnia possunt eiusdẽ sensus nomina, scilicet Philosophus, Rex, Legislator, atque Sacerdos, siquidem & lingua nostra Arabica sacerdotis nomen pro eo interpretatur, cuius operationibus fides est adhibẽda. hic igitur, cui fides habenda est, propter actiones eius, quibus Philosophus est, sacerdos simpliciter est. Num verò præterea, an etiã in eo prophetia desiderari, & requiri debeat, eximię considerationis quidem locus est, quem nos (si Deus annuerit) in prima huius scientiæ parte tractabimus interim tamen fieri debet, si ita fortè fit, ad quidem non esse necessarius, sed & commoditatis, & meliores cuiusdam status gratia. Tum, postea q; de Philosopho quidnã esset disputatum est, ac cõuenit, nullum esse in hac Republ. iure atq; natura principem, ac dominum nisi philosophum: cõsentaneum est, vt eos mores eruamus, quibus ea

De regimonibus, atque ornamentis.

bus natura, atq; ingenio ornatus esse debet, quę ornamenta, atq; insignia sunt quidem illa Regis ipsius naturalia, & propria. Horum autem primum est, atque præcipuum, vt ingenij claritate sit aptus à natura ad eas scientias comprehendendas, quæ contemplationis tantùm sunt. id autem maximè continget, si ab ipsa natura quid per seipsum sit dignoscat: ac deinde idipsum ab eo, quod ex accidenti est discere sciat. Proximum est, vt acri, ac fideli sit memoria, non obliuiosus natura. Quòd si hæc duo ingenij bona non obtineat, videtur ille sanè ad discendum minime appositus: quandoquidem continuo labore obruetur, vt tandem prætædio omnem lectionem, disciplinamq; reijciat. Tertium etiam accedit ornamentum, vt amet ipse doctrinam, ac requirat, neq; vllam vniuersæ sapientiæ partẽ negligat. nam & qui summopere aliquid concupierit eius, quod desyderat, omnes omnino partes persequitur, ac species: vt exẽpli causa, qui vini auidiores sunt omnia vini genera sedulò, ac vehementer requirũt. similè est etiam in effœminatis, & mulierũ amatoribus.

Quartum insigne quoq; est, vt veri ille amator sit, inimicus, aduersarius q; mendacio. etenim, qui ipsum, quod est, affectat cognoscere eo modo, quo est, veritatem diligit: neq; veri amicus quispiam mẽdacium nõ odit. nullus igitur vir, cuiusmodi eum esse volumus, mendacium amplectetur. Quintum illi etiam pernecessarium est, vt corporeas voluptates exhorreat. nam quicũq; aliqua in re magna voluptate capti sunt, eorũ animus a reliquis omnibus delectationibus auertitur: idq; in Philosophis, quorũ animus ad nihil aliud, q̃ ad doctrinam inclinat. Sextumq; hoc etiam additur, ne vllius quęstus cupidus sit. nam, & ipsæ pecuniæ per se cupiditates quodammodo sunt, quæ omnes ab his virtis sunt omnino alienæ. Septimum est, vt præstantis, perspicacis q;, atq; acutæ sit ratiocinationis. nã qui vniuersa cognoscere laborat, nus q̃ se patitur cognitione rerum deficit, vt potest vis illa cognoscendi ferre: atque is quidem incomparabilis est ad contemplandũ virtutis. neq; enim quicquam merito hunc ratiocinanti animæ comparabitur. Ad hæc Fortitudo quoq; in hoc octauum obtinebit locum. nam sine fortitudine rationes illas debiles, non demonstratiuas, in quibus eum educari contigit, nec cõtemneret, neq; refelleret. quod quidem magis etiam perspicuum est in his, qui in nostris ciuitatibus educati sunt. Nona denique virtus, vt per se ipse mouetur id, quodcunq; bonum, honestumq; videbitur, tum iustitiæ, tum aliarum specie virtutum, ac demũ hoc modo continget, si anima ipsa concupiscens totam se credat rationi, ac excogitationi. Adde eum insuper oratorem perfectum esse debere, ita sanè, vt eius oratione sua in doctrina ad id omne quod maxime desyderat feliciter perueniat. ad hæc comprehendat breuiter, & facile medium in ratione (terminum quem vocant.) Hæc itaque instrumenta animi sunt, quibus vir huiusmodi instructus esse debet. Virtus autem, viresq; corporis in istis, & custodiis eadem ponuntur, vt sint vtique firmæ, salubres q; constitutionis, corporeæq; temperaturæ. Sic equidem cur ab incunte ætate hæc omnia affuerint, cuiq; euenerit, vt tum ea, quam post describit institutione, doctus, formatusq; fuerit, profectò is ad imperandũ huic Reipub. erit idoneus. Ex quo esse videtur id, q̃ rari admodum huiusmodi homines, difficilesq; inuentu sint: quia ipsa causa, Res quoq; publica huiusce modi non obuia passim, atq; frequẽs, sed inuentu rarissima. Neq; sit summopere alienum, si quis hic addubitet, dicatq; nõ posse talem ciuitatem existere, nisi, dum quales superius descripsimus, homines tales inuenientur: nec sanè eos inueniri, nisi in hac ciuitate moribus illis educati fuerint. Quamobrem collectum esse videtur, quod rationibus heri posse à nobis ostendebatur, nũc prorsus esse nunquam posse. Adid autem non incommode dici potest, non esse dissentaneum, vt nonnulli per se, ac naturali quadã affectione his, quos perscripsimus, moribus instructi sint. ad hoc etiam, naturæ ipsius instinctu, legem aliquam communem, quam certe nonnullæ gẽtes, vel populus eligit, accipiant. Præterea etiã, vt propria se religione astringant, quæ legibus tamen humanis non sit dissimilis. Sicq; non incongruum est, vt processu temporis in sapientes euadãt, veluti etiam hac ætate nostra, hac nostra lege res habet. Ergo, si cõtigerit viros ita moribus, virtutibusq; instructos potentia, atq; authoritate valere, quanquam incerto, infinitoq; nobis tẽpore id accidat: sic vtiq; talis Respub. qualem descripsimus, atq; quærimus, existere poterit.

Cur Philosophi nõ admittãt Reip.

Tum vero, simulatq; ab illo ostensum est, si quãdo talis Respub. contingat, oportere eius administratores sapientes esse: inuestigare incipit, quam ob causam eæ, quales nunc extãt ciuitates, nihil philosophorum, & sapientum opera adiuuentur. Dicitq; idipsum duabus de causis accidere: quarum altera est ex eo, q̃ hæ ciuitates nolunt veris philosophis, sapientibusq; credere, neq; ad monita eorum respicere: videaturq; illis inter sapientes ipsos, & ciuitatum (quales nunc sunt) ciues simile quiddam intercedere, quod inter peritũ gubernatorem scientiæ nauigatoriq; peritum, vbicq; eam artem profitentem, atq; offerentem, à nullo tamẽ, qui artis ipsius cupidus sit receptum, atq; imperitos alios nautas, qui artẽ quidem primum ipsam doceri debere, vel posse negant: deinde, atq; artis ipsi tãtum authoritatis, aut dignitatis adhiberi nolunt, vt eius author, atq; professor reliquorũ nautarum sit princeps. Quin etiam inter eos, si forte quis artem ipsam affirmauerit docerì debere, et omnes graues sunt, atq; minuci, è nauiq; eum expellunt: is autem totius nauis gubernaculis admouetur, ac præest, qui ab illis omnibus de naugãdi ratione non discrepat. idq;, vel inuitis reliquis nautis gubernatoribus nonnunquam, vel alio quouis pacto, vt. principatus, & intri, & arripi soleat. Sicq;, cum is nauis totius gubernator, magisterq; effectus sit, inter illos similis errioris, atque imperitię viros, nunquam à veri rectoris, gubernatorisq; officio discessisse aduertetur, tamen in eius odium quandoq; deuenient. Simile quiddam sapientibus, cùm harum ciuitatum habitatoribus accidit. Nec se in comparatione illorum sapientes, aliter quàm medici ad ęgrotos habent, qui neq; Medicinam artem sanandi esse putant, & ea ipsa de causa medicos respuunt: ipsisq; affeuerantibus sanitatem restituì posse, ipsos lapidibus vulnerare attentant. Quare cuiusq; medicatio nulla perficitur, ac finem suum habet, donec totum se ægrotus fidei medici committat: quin potius, qui aduersa est valetudine, ad medicorũ fores (vt inquit) necessario se confert. Par, inquam est, philosophorum ad eos, qui nunc sunt, ciues comparatio. Et hæc prior causa est, quãobrem his temporibus sapientes nulli reliquis ciuibus vsui sint. Altera vero, quoniam ex his, qui se ad philosophiam conferunt plurimi, pauci sunt, atq; peruersi admodum. quod ipsum accidit, si qua ex his virtutibus, quæ superius sunt, vero sapienti attributæ defecerint. neq; id mirum, præsertim cùm raro inueniri possit, qui harum omnium numerum impleuerit: ac si quando talem inueniri contingat, non sit adeo promptum, vt hãc scientiam, hoc est philosophiã perfectè assequatur. Illæ siquidem omnes enumeratæ virtutes magna ex parte philosophiæ offerunt, illorum maxime, qui nostris in ciuitatibus nati sunt: idemq; patiuntur, quod plurimi ægroti, quibus morbus ipse ex optimis cibis aggrauat, cumulaturq;:

idq;,



idq;, quod seminarijs egregiarum plantarum accidit, quæ, cùm in locum incidunt minime sibi congruentẽ, nec alimentum naturæ suæ aptum sufficitur, in pessimum plantarum genus degenerant. Simile ergo est in hi probis, generosisq; ingenijs, si in nostris ciuitatibus educẽtur, & institu ãtur iusta, legitimaq; eruditione. nihil enim aliud causa sit maximorũ malorum ipsis in ciuitatibus: quandoquidẽ, neq; pigra, torpescensq; natura, neq; pusillus, ac debilis animus magnum aliquid, & grande adoriatur, præsertimq; qui temperantiam non obtinuerit. Taliq; ex genere sunt nostrarum ciuitatum Principes, ficti quidem illi, atque simulati, qui honesta omnia, vt scientiã, & reliqua id genus vituperent, ciuilesq; disciplinas, quotquot sunt, damnãt, turpia omnia extollunt: quorum dominium Reipub. pestilentissimum, causa est præcipua afflictæ scientiæ, & eruditionis, luminisq; illius extincti. Et genus quidem hoc, si exactè indagaueris, hominum, in his ciuitatibus frequentissimum occurret: quorum, quicunq; fæutiam euaserit, hunc Deo proptio usum tuisse, diuinaq; cura ita ab æterno præstitutã, atque protectione dici potest. Quotquot autem in studiũ philosophiæ se dabunt, nec superioribus illis virtutibus consummabuntur, eos manifestum est non tantum ciuitatibus esse inutiles, verùm etiam sapientiæ ipsi non parum obesse: vtpote, cùm frequentissime accidat, vt tales viri ad voluptates, & turpia omnia, ad rapinas, ad fraudes tota se mentatione conferant. quandoquidem nullam ipsi per se virtutem obtinẽt, quæ eos ab hutusmodi inhonestis rebus contineat. Sed neque sermonibus sunt veraces, quibus, dum ciuibus auferunt sua, atque rapiunt, ad incutiendum timorem vtũtur. Sic itaq; Philosophię opprobrio sunt, neq; nõ maxime ijs officiũt, qui ad eam ipsam parati sunt, atq; idonei: veluti hac nostra ætate accidit perfrequenter. Quòd si forte contingat Philosophum in hutusmodi ciuitatibus verũ, perfectumq; educari, et non absimilis erit, qui inter feras rapaces, atque sanguinarias moram traxit: qui equidem, vt non cogitur inultus esse, cum illis ferocissimis bestijs nocens, ita in tuto ipse nõ est, quominus fontes illæ feræ in illum irruant. Itaque ad diuersum vitæ instituti se referet: nempe, vt in solitudine viuat potius, ac sic frustratus sit præstantia virtutis suæ, atque perfectione, quam certe in ea ciuitate, quæ à nobis rationibus descripta est, nanciscì potuisset.

De fine hominis.

Tum, ex quo probauit rationibus, cuius Philosophus naturę esse debeat, cui simpiex Philosophi nomẽ conueniat, dicitq; nullam viam esse, qua Respub. salua esse possit, nisi viris huiusce modi imperantibus: & ostendit causam, ob quam talis Respub. inuentu difficilis sit, tum quo modo contingat, naturam hanc Philosophi nociuam esse per accidens: sequitur nũc locus ipse, in quo disputandum sit de eruditione huius generis hominum inter reliqua, quæ in ciuitate sunt. Hoc autem genus principum est, quorum non potest iustratio, neque erudiendi, neq; educandi, nisi finis ipse in aperto sit, ob quem humano genere administratione horum opus sit: quem certe nobis in primis, & inuestigari, & sciri oportere par est. sic enim, & singulorũ quorumcũq;, quibus eruditi quisque, atq; institui debet, sermo fieri poterit. Nam incognito fine, haud quaquam eius rei necessitas, quæ ad finẽ perducit, cognoscetur. Cuius rei inuestigatio, cùm ad primã huius scientiæ partem maxime pertinebat, nihil omnino absonũ nõ sit, ea de re hic aliquid differere. sic igitur dicamus, hominem, cùm res quędam sit naturalis, necessarium esse finem habere, gratia cuius est: siquidem quicquid naturaliter est, suũ habeat finẽ, vt ex ijs Naturali scientia expositum: in primisq; id homini ipsum conuenit, vt reliquis rebus præstantior est, atq; nobilior. Cumq; homini, velut à necessitate institum sit, vt in ciuitate viuat, ideo qua ratione ciuitatis pars est, quædam præstitutum sibi finem habet: neque quenquam latere potest, finem hunc, cùm certe vnus res sit, vnum quoq; esse oportere: siue specie id intelligatur, ita vt à singulis percipiatur, sicut in illo videre est fine, qui numero vnus est: siue ratione, vel, vt Græci vocant, analogia, quæ gradus quosdam habet. Ex quibus prius quidda est, & posterius dignitate, siue attributione, & respectu quodam, ac relatione multorum ad vnum: veluti si complures perfectiones vnius alicuius gratia sint, & nonnullæ ob nonnullas alius. sic enim res multæ vna fiunt quodammodo, alioquin humani fines plures essent. Et si humanę perfectiones hac ratione plures sint, possintq; vniuersæ in singulis quibusq; inuenirì: consequens erit, vt vnusquisque sui gratia sit: essentq; in ciuitate ea ratione non plures ordines vno, id quod fortasse nõ potest fieri. Si vero, vel omnes, vel plures nõ ab omnibus, sed ab aliqua tantũ parte acquiri possint, in reliquis vero deficiet natura, cùm eis suarum perfectionum finem denegauerit: tunc posterius hoc genus aptum est, quasi alieno dominio subiici, prius illud, & excellentius ad dominandum quidem aptum, & idoneum. Horum siquidem inter se ratio, atque dignitas similis est gradibus perfectionum, quę humana mancipia insunt, velut cum aliæ sint altarum cauæ. At vero, quę possunt de humano fine à mortalibus comprehendi, penitus finita esse oportet: & nos quidẽ hac in parte id exponemus, quod nostra tempestate propalatũ maxime sit. Dicimus ergo finem (vt quorundam fert opinio) nihil esse aliud, quam vt vnusquisq; in sui corporis salubritate, atq; integritate, necnon tenioratum tutela summum constituat bonum. Huiusmodi mortalium siquis in vnum conuentus fiat, necessitatis quidem gratia ille cogetur: neq; illis alius est finis propositus, quàm necessitatis. Alij autem ita existimat, neminẽ quidem sibi deesse debere, ac res suæ vitæ necessarias negligere, verumtamen finem illustriorem, ac maiorem, quàm si necessitatem tantummodo spectaret, omnino habere. Idq; in rebus naturæ permultis perspicere est. Virtus siquidẽ non hominẽ ad necessitatem, verùm ad præsidium. Contrarũ de vacuo est, neque enim vllum est animans, quod sensus eius expers sit. Præterea tamen qui de humano fine in hunc modum arbitrari sunt, dissentient inter se quammaxime: vtpote cum ex his alij in diuitias, alij in gloriam, alij in voluptates humanarum rerum finem contenũt. Ex quibus qui voluptates asserunt, inter se bifariam diuidũtur. Nonnulli enim ex his ipsis corporeas voluptates, sensortasq; finem esse autumauerunt: qui tamen superiori illi primę sententiæ proxime accedere videntur. Alteri in intelligendi delectatione tel'icitatem constituerunt. Præter hos etiam omnes alij luminum bonum in imperio constituerunt, ita sane, vt alios imperarent, atq; dominarẽtur: tumq; delectabilia omnia rerum omnium genera, tum diuitiarum, tum gloriæ, tum reliquorũ etiam, quæ ipsi apud se magni esse existimant, sibi vendicent. Leges vero nostræ, quæ his temporibus vigent, de ea re quid sentiant, Deus sit, verum id sola prophetia seu potest. Quodquidem si lege impexeris, facile apparebit, duplicem hanc de finem. alterum siquidem ex rerum materia liberalium scientia esse: alterum in rerum humanarũ actione existere, qui ipse ad mores, de quibus leges ipsæ admonent pertinet: sicq; idem, & legi, & philosophiæ generi, atq; tractationi propositum erit. ob idq; non desunt, qui opinati fuerint, leges ex antiquis tabellis emanasse. Omnibus ergo ex superioribus ita constitutis facile

possit

possit colligi, bonum, ac malum, vtile, atq; nociuũ, honestum, turpe esse non ex suppositione, sed ex natura certũ quiddam. quandoquidem quicquid ad finem perducit, id quidem & pulchrum, & bonũ est: quicquid autẽ à fine intercludit, aut auertit, malum, & turpe. nec aliud videtur esse, quod ex religiones agunt, curantq;, in his q; nostra in primis. quin etiam non pauci ex his, qui regiones nostras incolũt idipsum de nostra lege sentiunt. At vero Theologi nostri, qui loquẽtum (vt vocant) sectam imitantur, ex ipsa religionis contemplatione ducti sunt credere, q; id, quod Deus vult, nullam habet præfixam, ac determinatam naturam: & sic nihil esse, quod non ad diuinam voluntatem, & arbitriũ redigatur. At eo modo, neq; honestum quicquam, neq; turpe nisi ex positione, atq; arbitrio quodam dici poterit: amplius q;, eo modo finis humanus nullus erit, nisi sola positione. Id autem adducti sunt, vt crederent, conantes, ea, quæ in lege Deo assignari, atq; attribui viderãt, defendere, atq; seruare, vt quod de eo dicitur posse omnia, velle omnia, voluntatemq; putent diuinam ad omnia ferri posse, cùm per singula currat, feraturq;. omnia igitur hoc modo possibilia sint. Sæpissime autem solet idem in contemplatione legis euenire, vt videleet primum quæcũque Deo asscribũtur enumerẽt: deinde studeãt, vt in re ipsa ea omnia comprobentur, ac respondeant, præter vllam huiusmodi attributorum positionis contusionem, & offendiculum. Enimuero non sine maxima perplexitate dubium illud dissoluent, tdq; etiam, si, quę imaginantur, sibiq; affingunt, ex eorum sententia, in lege clara, manifestaq; essent. Sed ipsi ex hac opinione in errorẽ, atq; hallucinationem maximam inciderunt, maximeq; ab humana natura abhorrentem: quin etiam absurdum videri possit, legem aliquam ea de re commemorare. Et de humano quidem fine, quæ hominis est beatitudo, eæ sunt vulgares, magisq; tritæ opiniones: quæ ipsæ apertius falsæ sunt, quàm vt id vlterius declaretur. Philosophorum vero sententias tunc exequendi locus erit, cùm ad id, quod inter se disceptant, rationibus ingrediendum perueneremus. est enim eorum inter se controuersia de parte animæ, quæ rationem continet. Nunc igitur ad eum sermonẽ, vnde digressi sumus reuertamur, deq; vero fine disseramus, si tamen prius à Naturali philosopho id, quod conueniet, repetiemus, ac recepemus: sic tãdem enim adipiscemur facilius, quod ex hac ipsa scientia elici potest. Sic ergo dicimus, huius artis ciuilis professorẽ cum Naturali philosopho, hac in quæstione sentire. nam, & de fine quæ naturalis corporis perfectio, seu actus est ipse Naturalis philosophus disputat, eamq; ipsam alijs perfectionibus comparat, & confert, si plures in eo animaduertat inesse. Enimuero, cum ex humanis perfectionibus nihil planè natura, nisi præparationes exhibeat, vel principia quædam ad illas facile assequẽdas. sic igitur cùm illas, nec perfecte nec integre natura præstet, si non & electio animi, atque diligentia adhibeatur: ex eo scientiæ ciuilis professor non ab re de fine humano pertractat, scilicet quatenus electio, consiliumq; animi, atq; voluntas eum ipsum finem efficiunt. Insuper, cùm in naturæ scientia iam sit probatũ abũde, hominẽ ipsum ex corpore constare, & anima: eamq; esse corporis ad animam rationem, quæ materiæ ad formam: atque è contrario animæ ad corpus, qualem formæ ad materiam: ipsamque materiam esse formæ gratia, formam præterea gratia actionum ab ea prouenientium, atq; actionum. humana igitur perfectio, humanusq; finis, ex illius actionibus operibusq; dependet. Initioq; satis præterea demonstratum, actionum humanarum nonnullas, & hominibus & rebus cæteris, tum simplicibus tum compositis cõmunes esse, quas sane quidem ex communibus formis necessarium est produci: nonnullas vero proprias, quæ sine controuersia proprijs ex formis, siue vna, siue pluribus insunt. Amplius q; illic monstratum, simplicia corpora, quod habẽt cum homine commune, id potentiæ esse, ac momenti cuiusdam ad hoc, vel illud inclinantis. quæ certe inclinatio ex tali potentia coorta, atque in hanc formã inducta, neque anima est, neque ipsius animæ actiones. Illic etiam nunc expositum est, quomodo necessario homo id, quod habet cum corporibus compositis cõmune, sit ipsa anima: tunc; talia corpora bifariam diuisa, nempe aut in plãtarum genus, aut in animantiũ. Stirpes autem, herbæ, plantæ vegetatiuam, nutritiuã, generatiuamq; vim animę: animantia vero sentiendi, & imaginandi facultatibus cum homine cõmunicant. In concupiscentia vero partim cũ homine conuentũt, partim ab eo ipso discrepant. Homini vero nemo ambigit vim rationis necessario propriam esse: rationis autem potentiam in duo diuidi, in rationẽ scilicet, quã actiuam, seu practicam: & in contemplatiuam, quam scientiæ esse dicunt. Illic insuper ostensum est, formas illas cõmunes ad has proprias, ac præcipuas eam seruare rationem, ac proportionẽ, quam materia ad formam, & hominem quidem ob propriam formam suã esse. Similiterq; de vnaquaque re dicẽdum, ex propria forma sua esse id, quod est, ex eaq; proprias actiones exire. Verumenimuero, cum & bonũ, & malum aliqua in re ita inuentiantur, vt in eodem actionis genere consistant, quemadmodum ipsa in pulsatione chordarum sonus, & bonus, & malus dignoscit: ipsisq; actionis laus in homine, atque vituperium, propriæ quidẽ actionis, non alterius cuiusquam intelligitur. Sicq; humanus finis, humanaq; felicitas in hoc tota versatur, vt operationes propriæ in eo ipso sint maximopere bonæ, & probæ: atq; ideo definita est felicitas, vt animæ actus sit rationalis cum virtute coniunctus. At quoniã rationalis quoq; animæ partes, vt ibidem monstratũ est, sunt duæ, ideirco & virtutes non vna sunt species, nec ipsæ perfectiones etiã. Et rationalẽ quidem ipsam bipartitam esse ibidem ostensum est, quippe in actuã, seu practicam (vt paulò ante dicebamus) & in cõtemplatiuam: consequens ergo est perfectiones ipsas, alias contẽplatiuas quoque, alias actiuas, seu practicas esse. Verũm, cùm concupiscibilis, seu cupiditas pars etiam ipsa sit animæ, videturq; illa in homine excitari, & cõcupiscere, prout ipsa contemplatiua præcipit, ac ei maxime adhæret: ex quo sequitur etiam partem illam cupiditatis, ad rationalem ob hãc causam attinere. Quocirca perfectiones ipsas trium generũ esse apparebit, videlicet contemplatiuas, præterea morales virtutes, & postremo artes ipsas effectrices, seu operarias. quæ etiã ipsæ cùm bifariã diuidantur. Alterum enim est genus earum, quæ, vt munus suum in proposita materia exequantur, nulla re alia indigẽt, quàm scientia, & cognitione præceptorum vniuersæ artis. Alterum, quod ad agendum alia quadam virtute aduentitia, & coniectura præter hæc vniuersalia præcepta indiget, vt singula elaborentur, atque efficiantur ipsa ex arte, additis præterea tẽporis, loci, aliorumq; similium circunstantijs. Quocirca hæc planè intellectus, seu rationis pars ab altera omnino differt, & sic vtrobiq; differentes virtutes. Quatuor ergo perfectionũ, virtutũq; genera sunt, scilicet contemplandi, excogitandi in artibus, atq; in eisdem, quod excogitatum est opere exequẽdi, ac morum. Ex quibus quoque manifestum est, humanas virtutes plures esse. quæ cùm vnius rei perfectiones sint, necesse est alias propter alias esse, seu eas ipsas vniuersas in singulis inuentri par sit, siue in

Felicitas quid.

altquibus



aliquibus tantum: at singulis quidem mortalibus vniuersæ comprehendi non possunt, verùm possunt earũ nonnullæ in aliquo, & illo quidem diuino hominum genere inueniri. Verùm ex moralibus virtutibus nõnullæ possunt esse omnibus communes, inter quas est temperantia: & quidem propterea hominum genera ex virtutum generibus digerenda sunt, vt infertus, minusq; perfectum præstantioris gratia sit. nam qua ratione virtutum ordo in vnico homine distinctus est, atq; dispositus, eadẽ in multis quoq; hominibus disponetur. quod quidem ei rationi consentaneum est, quæ hommes multos omnibus virtutibus prædítos ad meliorem humanitatis conditionẽ coire in vnum coegit. Nam si singuli adipisci potuissent vniuersas virtutes, non solum oporteret, vt vnusquisq; in seipso, & imperantem haberet, & obsequentem conditionẽ, & velut dominum, & seruum: sed, & ipsa natura aliquid supervacaneum fecisset, cùm omnes ad dominandum parati, aptiq; essent: id quod sanè esse nequit. necesse enim est dominũ non carere seruo, qui dominium admittat, atq; obsequatur. Et perfectiones eæ vniuersæ, vt vno in homine aggregentur, id admodum difficile est, nec nisi portento quodã, prodigioq; fit. Contingit vero frequentissime, vt aliud ad alias virtutes genus hominũ aptum sit, atq; asparet: tdq; facile patebit, si in singulorum naturam intueamur. Posteaquam quid humanæ perfectiones, quid animi virtutes essent dictũ est, declaratũ etiam est, alias aliarũ gratia virtutes, & videri, & esse, adeo vt vna afferri possit, ad quam cæteræ omnes, vt ad finẽ dirigantur, neq; ob aliam quãcunq; rem sint, ipsa autem illa propter seipsam, non propter aliã: eaq; perfectio summa hominis, atq; suprema felicitas, de qua nobis proposita est inquisitio. Dicendum ergo in primis est, Artificia ob necessitatem primum inuenta fuisse, propter inopiã scilicet, quæ in statu humano inest: nec cõmode tamen homo citra illa, aut viuere, aut agere possit, nihilo sectius q; nõ potuerunt infinita prope animantia sine proprijs quibusdam, & habitibus & affectibus naturalibus, necnõ operibus reperiri: quemadmodum figuræ illæ sexangulares, & fauos struẽtibus apibus, & texentibus araneis, familiares sunt. Et vero illa speculandi pars videtur equidem ex naturæ disciplina intuẽtibus, homini nõ inesse propter necessitatem, sed melioris cuiusdam conditionis, atq; augustioris status gratia, & quidem, quod in ipso est huiusmodi, vt propter excellentiam, atque dignitatem insit, præstantius haud dubiè est, atque dignius his omnibus, quæ necessitas, & indigentia inueneriũt. Pars igitur rationis, quæ effectrix, vel vtique artifex est, ob speculandi cõmoditatem est adinuẽta: id, quod res ipsa manifestissime comprobat. Quis enim nescit artes huiusmodi, & opificia causa operum, in quibus versantur, esse adinuẽtas? ipsaq; opera, ob rerum varietatem? sed homo ipse qua ratione his in artibus versatur, quasi se alieno addicit, atq; quibus suppeditat necessaria, ij reuera domini sunt: nõ autem propter aliud quis iure dominus est, q; propter eum animi affectũ, quo melior, ac præstantior existit eo, qui seruitutẽ admisit. Affectus vero ille, quo quis præstat inter cæteros maxime, ea pars est animæ, quæ contẽplatur, atq; speculatur. Neque aliter quàm hæc rationis pars contemplatiua, alteri actiuæ dominetur eadem in anima, Dominus quoque erit, qui est ad scitas speculatiuas paratus illi, cuius in suo ortu naturę satisfactum est, vt artificij cuiusdam tantummodo aptitudinem fortitus sit: & huiusmodi quidem viri natura serui sunt, ac dominatui alieno obnoxij, eadem est istarum inter se animæ partium ratio, quę domini, atque serui inter ipsos. Quanquam dubitari possit, qua de re omnes illæ artes, quę in agenda re aliqua, aut facienda versantur, ad vnam quandam artem, velut principem, quæ administrandæ Reipub. ars est, redigantur, cùm prius ostensum sit, hanc ipsam artem ad speculandum excogitatã esse. Scientiæ igitur speculatrices ad agendum præparant, iuuantq;. Neque vlla inter has ipsas, & artes, quę agunt, efficiuntq;, differentia est, quàm q; illæ effectrices artes inferiores superioribus illis inseruiunt, in suo administrando proposito: speculatiuę verò scientiæ illis etiam artibus authoritatem ac dominum præstãt, ad exitum, & finem suum aduuantes, ac disponentes, veluti in reliquis artibus principibus, quæ inferioribus vim tribuunt, ducendo ad suum cuiusque finem: velut agricultura quidẽ princeps, ac præcipua ad particularem sibi subiectam se habet. Sic igitur speculatiuarum scientiarum, & artium effectricium eædem esse videntur partes: neq; vlla, nisi ex dignitate, & ignobilitate differentia esset. In qua sententia non pauci nostris temporibus philosophi permanent, qui in his rebus contemplandis leuiter, atque otiosè versati sunt fine vllo naturalis sertei respectu, ac artificiosæ doctrinæ consyderatione. Nos autem dicimus scientias speculatrices contemplari quidem, tdq; in primis de natura Philosophiam, & de diuinis rebus (quã Metaphysicam vocant.) Nec tamen illæ, quæ contemplantur, ad operationem aliquam, aut actum referuntur, nec voluntas quicquàm ad ea constituenda proficit, aut valet: tdq; per se notum est, et præsertim, qui in his ipsis scientijs exercitatus sit. Sit igitur nihil nos ad subiectã earum scientiarum statum, atque subsistantiam conteramus, consequens est eas ipsas non esse ad agendũ paratas, aut operandum præcipue, sed neque hominẽ per eas ipsas primo proposito alij cuipiã inferiure: insunt illæ tamen homini propter melius, atque præstantius quiddã, cùm alioqui inesse eas frustra, aut temere, esset perabsurdum. Sed ne esse quidẽ hoc pacto possent, & ex his quidem, quæ nunc dicturi sumus, id manifestius apparebit. Est certe enim in prima Philosophia statutum, res omnes bifariam partitas esse, vt alię sensu, aliæ intellectu comprehenderentur: tdq;, quod intellectu percipitur, principium quoddam esse et rei, quæ sensibus est subiecta: finemq;, & formam, & causam effectricem, & siquid eius in scientijs speculatiuis agitatur, in ipso genere intelligendi contineri: propositũq; hominis, atque institutum, quatenus est ipse res naturalis ad illam intelligibilium, rerum naturam, quoad potest, ascendere laboret, & contendat: eoq; intelligi potest, eandem esse rationem huius naturæ humanæ intelligibilis, ad ea, quæ in homine sunt, tum animę, tũ corporis, quæ est ipsius naturæ simpliciter intelligibilis, ad eam, quę sensibilis est. Eadem similiter est ratio, & proportio ipsius naturæ intelligibilis, quatenus voluntate acquisita est, ad reliquas res voluntarias omnino. Sic igitur dominatur quidem rebus voluntarijs, quemadmodum & ipsa natura intelligibilis ipsi sensibili, rebusq; ex voluntate nostra pẽdentibus principia, quibus constent, præstat: quèadmodum, & ipsa intelligibilis natura ipsi sensibili essentiam, ac cõsistentiam præstat, non tamen ita, vt illa intelligibilis huic sensili interitat. probatũ iam est verum, quod ita consequens sit, & velut necessario subsequatur. Scientiæ ergo speculatiuæ non parum ad agendum iuuant, ac necessariæ sunt ipsis rebus agendis eo modo, quo dictum est, naturam intelligibilem esse necessariam ipsi sensibili: huiusq; ipsius partis, quæ ad intelligendũ parata est, principatus, in reliquas omnes partes Reip. nihil omnino differt, ab intelligibilis naturæ dominatu, quo sensilibus rebus imperat. Ex dictis ergo videri potest, artes ipsas actiuas, siue vires, & facultates quædam

Artificia cur inuenta.

An speculatiuæ scientiæ actiuarũ gratia sint, an econtra.

quædam sint, siue opificia quędam principalia, ac alĳs præfecta, siue subministrantia, & inseruientia alĳs, illas quidem omnes ob contemplatiuas scientias excogitatas esse, atque inuētas. Nonnulli tamē de his agendi artibus contraria senserunt his, quæ de speculandi scientĳs sunt opinati: eorumq; sententiam omnino destruunt, cùm credant ipsi quicquid in his artibus intelectu tractatur, non præcipuo, ac primo proposito ad sua opera dirigi, vel propter illa inuentirt, sed talium omnium intentionem esse, res recte discernere, & cognoscere: & operationes, ac opera (seu operata, vt aiunt) quæ ex huiusce modi artibus prouenĭunt, nō ex primo proposito, sed, veluti quid consequēs sint: vt in motu cęlestium corporum perspicuum est. Itaque hac ratione artes ipsæ operariæ, seu actiuæ essent omnino virtutes. quod quidem maxime de illis artibus suspicādum esset, quæ ratione amplius vtuntur: & propter illos habitus acquisitos ex huiusce modi artibus inducti sunt, vt credant aliqui eos, qui in aliqua vna harum artium versati sunt, ita demū affectos esse, vt sibi persuadeāt rerum se omnium notitiam amplexos esse. Et certe quidem id videmus in sua arte medicis accidere. Quāquam verum profectò est, in illis ipsis artibus, siquid est intellectu referendum, id præcipue ad actionem, & opus ipsum dirigi: in eisq;, si contingat aliquid contemplari, illud quidem nō nisi per accidens fiet. Si igitur idipsum finem artis esse constituamus, is ipse finis alterius profecto generis erit: ac nomen quidē, quo artes appellabuntur, æquiuocum erit, quale hoc in nomine Musica, quiddam est. dicitur enim quandoq; de arte ipsa, quæ in actu, atque opere quodam exteriore consistit: neq; non de ea quandoque, quę contēplatur, atque speculatur. Virtutes etiā num excogitatiuæ, atque inuentiuæ manifestissime ob cōtemplatiuas extitisse videntur? siquidem ipsæ sunt propter artes illas agendi, vel frequentius, vel præstantius. Artes autem illæ (vt tam suprà diximus) sunt propter speculationē rerū institutę: neminē enim latet excogitatiuas illas ad rationē artium diuidi. Et quemadmodū vna quædam ars absolute princeps reliquarū artium existit, ipsa autem est Reipub. administrandæ: ita etiā reperitur virtus quędam excogitatiua princeps, & illa quidem est, qua illius principis artis actiones in materias inuentū̃tur, & dirigūtur. Ad hæc, virtutes morales videntur quoq; propter intelligibilia speculationē esse. idq; primo ex eo, quod in scientia Naturali declaratū fuit, præclare ostenditur: nempe concupiscentiā, atq; appetitum in duo diuidi genera, quorum alterum ex imaginatione, alterum ex cogitatione, & ratione emanat. Quæ igitur concupiscentia imaginata est, impropria omnino est homini, sed animātibus, quatenus sunt tantum animantia, propria quidē est. Posterior autē, quā cogitatione, & ratiocinatione agi diximus, homini profecto propria est, & sua, neq; cuiquàm alĳ, q̄ homini talis attribuitur. Neque virtutes morales quicq̄ aliud sunt, q̄, vt hæc pars concupiscens, quæ in nobis est id cupiat, quod ipsa cogitatio, atque ratio fieri debere iudicauerit: necnon, & modum, & tempus, atq; locum ipsa statuerit, & præfixerit, & planum quidem est, ac manifestum, opus huiusmodi à nulla alia animi parte procedere, q̄, ab ipsa contemplatiua. Quocirca hæc pars concupiscibilis, si dignitatem, ac virtutem à ratione accipit, ratio propterea ipsa dignitate, & virtute insignior apparebit, præstantiorq;, atque electior. hac vero in parte nō pauca cū homine animantia participāt, vt in verecundia Leo: quę certe affectio humana est, quatenus à ratione, & cogitatione, seu opinione existit: etenim propter quod vnumquodq; tale, & illud magis (vt aiūt:) porrò his virtutibus homo instructus quodam modo ad inseruiendum alĳs videbitur. exempli gratia, Iustitia ipsa non nisi propter actiones exercetur: Temperantia, ob voluptates, quæ honestā, & egregia acta impediunt: Fortitudo, propter res formidabiles, ac molestantes: Liberalitas propter opes, & pecunias reperitur. At vero scientia illa contemplatiua non instruit hominem, vt alĳs subĳciatur, & seruiat, neq; puto quenquàm hoc latere. Superiores præterea omnes illæ virtutes multò magis ad materiæ naturam spectāt: nec possunt sine corpore ipso, sineq; instrumētis, ac rebus exterioribus consistere. quis enim liberalis nummis non indiget, ad ipsa liberalitatis officia exequēda? Quis item iustus, ipsīdē ad iustitiæ ipsius munera non vtitur? Fortis quoque vigore, ac robore corporis indiget. Scientiæ autem speculatrices sunt maxime à materiæ consortio liberæ, atque solutæ, ita certe, vt quoquomodo eas perpetuas esse oportere credatur. & est quidem tam alibi ostensum, ea præstantissima esse, quæ lōgissime à materia absunt. Verū enim genus hoc moralium virtutum in cōparatione facultatis speculandi, atq; perfectionis, velut primordium est quoddam, ac gradus necessarius ad finem obtinendum, sine quo obtineri non potest: & ob hęc multis videtur, huiusce modi perfectionem esse finem remotū, cùm sit remotæ illi perfectioni proxima. Ex his ergo, quæ diximus, clarū esse potest, humanas virtutes quatuor generibus contineri, quibus certe finis, propter quem sunt, est ipsa contemplatio. At verò an morales virtutes sint ob actiuas illas artes, an è diuerso, an pars virtutum illarum propter artes, rursumq; pars artium propter virtutes, hoc quidem inuestigatione indignū non sit. Verum nemo ambigit, quin virtus illa inter omnes morales princeps, sit necessario vt excogitatiuæ (seu inductricis) principi adiuncta: & si virtus illa princeps, eam habeat rationem ad vim excogitandi principem, quam potentia, seu vis ipsa excogitandi ad artem principem, erit profecto, & illa propter istam artem principem: idemq; fiet in reliquis artibus nō habentibus aliquod genus huius virtutis. hac enim ratione, & respectu se habebit ad illas artes practicas, veluti præparamentum, & præludium: & licet per eas illæ acquirantur, id quidem nō fit, nisi vt eiusmodi artis actio perfectior, & laudabilior reddatur. & hoc ex sese satis perspicuum est. At vero vtrumcūque sit, seu illæ artes propter virtutes, seu virtutes propter artes, vtræque simul contemplatiuæ facultatis gratia sunt. Quodq; de ratione, ac comparatione istarū perfectionum humanarum inter se diximus, constat citra vllā controuersiam apud Peripateticos. At quoniam hæc speculandi pars non inest nobis statim à vitæ initio in sua vltima perfectione, & actu, immo potentia nobis inest: & in Naturali scientia iam declaratum est, omnia, quæcūque habent suæ essentiæ mixtam, adiunctamq; potentiam, ea tum summe perfici, cum citra potētiam illam penitus actus ille syncerus reperitur: Eiusmodi vero & perfectionem, & actum adscisci re, nostri quidem arbitrĭ, ac officĭ est: si quidem idipsum electione maxime, & voluptate comparatur, quod natura minime nobis sua sponte elargiri valet. Hęc igitur perfectio, ad quam totis viribus contendimus, & cum quavnit maxime perficimur, quidnam sit quærendū est: verum scilicet sit aliquid scientiarum speculatiuarum, an ĭs aliqua dignitas præstantior per illas: & si nihil illarum sit, verum, illud in nobis ipsis existat, an quod nos per seipsum constet. Ad quam sane quæstionē assumēdum est, ep qui putat speculatrices scientias illas quidem æternas, & nobis actu inesse, humiditatis vero cuiusdam puerilis caligine immergi: qui sic ergo opinatur, videtur quidem ipse accipere eas ipsas quodammodo



dāmodo habere esse in potentia: siue fuerint illæ formę separatæ, quas Plato posuit: siue hoc qualecunque est, sit intellectus agens, aut quiuis alius dignitate isto inferior. planumq; esse potest, humanā perfectionem hoc modo, etsi nō voluntate acquiri, cùm iam ipsa ante voluntatem insit homini, volūtatem tamen nihilominus habere in eius perfectionis definitione locum: quo pacto definitionem quoq; ipsa summarū quarumq; perfectionum ingreditur, secundum quem modum præludium ingreditur definitionem finis. Et si dicatur qui dem id, quod voluntate nos adipiscimur, scilicet quod acquirimus de perfectionibus illis vltimis, quātum natura nobis comparare concessit, talem perfectionem nos acquirere ea ratione, ac respectu, propter quem sumus quicquid sumus: scire quidem debes, quòd si huiusce modi habitus ad voluntatem referatur, eamq; admittat, aliter hic, quàm illic voluntatem accipi debere: cùm ipsa voluntas non ingrediatur in rationem, seu naturam eius, quod substantiam nostram, atq; essentiam præstat, facit tamen ipsa voluntas ad eam rationē, qua intellectus agens est nobis perfectio. Eis vero, qui speculatiuas scientias non æternas esse putant, verum censent eas esse summam, ac vltimam perfectionem, videbitur certe ipsammet perfectionem humana voluntas præstare. Et vero, qui illas ipsas scientias speculatrices æternas esse nō credunt, sed humanam perfectionem esse cognitionem intelligentiarum separatarum à materia, ĭs quidem duplex perfectionis genus statuendum est. nēpe, vt & prima, & vltima sit: & prima quidem seipsam adipiscatur, secunda vero adiumēto quodam, atque aliena ope comparetur. sed qui hoc exquisite scire cupit, ad naturæ scientiam se conferre oportet.

Redeamus igitur vnde sumus digressi, pedamusq; in tractatione eorum, quę Plato de principiis, eruditione differunt. Plato itaque genus hoc hominum, vt sunt scientes, et intelligētes, vulgo impio, atque rudi comparat: dicitq; vulgus simile esse his, qui à pueris in specu educati, nunquamq; egressi sunt, nihilominus aspicere ipsi satagunt, quicquid in spelunca appareat, nunquam tamē faciem ad ingressum speluncæ conuertūt: & in illo ingressu sunt imagines omnium generum animantium, seu statuæ: à tergo etiam earum est ignis, ita, vt ex illis statuis nihil aliud quàm vmbras in concauo speluncæ repræsentatas ex aduerso illi cernere possint: & certe rerum omnium nihil præter vmbram percipere poterunt, quę se illis aduersa in spelunca obtulit, opinabuntur q; præterea res veras ab vmbris nihil omnino differentes esse, atque id de vulgo ipso dictum. Sapientes vero ĭ sunt, qui illo ex antro egressi in verolumine, atq; fulgore versati sunt, vere res ipsas ad Solis splendorem, atque lucem inspicientes. Tum quemadmodum nemo statim quàm est à spelūca illa egressus, si se vero lumini, atque Soli offerat, possit eum insuetum splendorem sustinere, atque intueri quicquam: sic homines huiusce modi, qui sunt ad sapientiam parati, se habebunt, si protinus conentur aggredi ad cōtemplanda ea, quæ intellectu à materia ægre abstrahuntur, simplicia q; inspiciuntur. Verum sedulo danda est opera, vt illi sensim rebus intuendis luminibus assuescant: primumq; Lunæ, aliarumq; stellarum radĭs committantur, & tādem, velut per gradus ad Solis intuitum comparentur, resq; tandem clarissime dĭudicent. eodemq; modo paulatim philosophi instituendi, atque effingendi sunt: ab his q; eruditionis primordium ducendum, quæ facile ipsi perdiscere possunt. Cumq; Plato inuestigauisset, quæ illis primū scia maxime accōmodata erat, eā certe numeroq; notitiā esse voluit. Nā illi, tam simul cū custodū liberis, à puericia Musica, atq; Gymnastica instituti sint, atq; Gymnastica ipsa ad corpus certe magis attinet: Musica vero, quæ illis traditur, ea quidem est, quæ fabulis vtitur: quæ certe non pōt tantum efficere, vt possit intellectum scientiarum cōtemplatiuarum alicui præstare, & tradere. Hæc autem numerandi scientia inter contemplandi facultates omnino enumerari debet, & est doctrinarum certe omnium facillima. & huius rationis sunt aliæ Mathematicę disciplinæ: illæ autem sunt, Arithmetica, Geometria, Astrologia, Musicaq;: inter has autem etiam ipsas facilitate est Arithmetica princeps, cùm maxime nuda sit, atque libera à materia. est ergo ipsa Arithmetica illis reliquis facilior, ad cunctas q; res magis communicans: secundo autem loco Geometria, deinde Astronomia, postremo vero loco Musica succedit. Neque vero fallere quenquam debet, eas ipsas scientias ante omnia à sapientibus disci debere, exercitationis, atque assuefactionis causa. nam earum intelligibilia, vt plurimum non sunt intenta & proposita à natura, & ideo tractatur in eis de infinito. Tandem earum intelligibilia sunt omnino imperfecta, cùm non in suis propriis subiectis deprehendantur, sed imaginatione quadam, ac fictione concipiuntur. Ob idq; bifariā Plato rerum intellectum partitus est, ac priorem sanè validum ipsum, atque potētem, intelligentiam appellat earum rerum, quæ veræ sunt: secundum vero cognitionem nominat, quę est simulachrorum, imaginumq; rerum existentium intelligentia (seu intellectus) atque ea ipsa notitia scientias illas mathematicas complectitur, putatq; ipse similem quandam rationem esse intellectui rerum cum sensu. nam, quemadmodum ex sensibilibus nonnulla per suam essentiā, nonnulla per simulachra (seu phantasmata) & species apprehenduntur: multorum siquidem vmbras, atque simulachra, fiue colores assequimur sensu tantummodo: eadem quidem est in intelligibilibus ratio. Porro, cùm ipsarū mathematicarū scibilia (vt diximus) sint infinita, earumq; subiecta quoque ignota, de quibus quidem primus contemplatur Philosophus (qui Metaphysicus nuncupatur) idcirco Plato eas minore dignitate censet, ad præstandam humanam perfectionem, quàm cęteras speculandi scientias: dicitq; earum principia incognita esse, fines etiamnum incognitos, atq; consequenter, quæ inter principia, & finem intercedunt esse ignota. Cùm igitur mathematicæ scientiæ non primo proposito, nec per se ad humanam perfectionem excogitatę sint, vt Naturalis, & Supernaturalis scientia: quanquā hoc in genere etiam Mathematicæ illæ inter se differūt, vt in his videre est mathematicis, à quibus duæ illæ, Physica scilicet, & Metaphysica scientia, aliqua principia ad suam contemplationem mutuantur, veluti hæc Diuina scientia ab Astronomia numerum motuum accipit. nec solum hæc differentia in illarum generibus deprehenditur, sed etiam in partibus vnius, & eiusdem scientiæ. Manifestissime igitur posset colligi ex hoc, maximam illarum disciplinarum vtilitatem, amplissimumq; atque dignissimum propositum, non esse ad exercitationem, adaptationemq; intellectus, ad duas illas vltimas scientias adipiscendas. Neque etiam dici potest, harum mathematicarum scientiarum institutum, ad opus, aut actionem esse, quanquam in singularibus earum inspicienti videatur ab his aliquid agi. id quod ex vulgo non pauci in Geometria, & Musica opinantur: cùm eę res, de quibus ĭs ipsis cura quædam instituta est, atque tractatio, sint & naturę, & arti communes. Triangulus nanque æquilaterus (exempli causa) quòd necessario tres lineas habet, ex duobus centris cui colorum æqualium exeuntes: quarum duæ, quę supra basim existūt, concurrunt insuper punctum intersecantem vtrunque circulum: id quidem neque ligneo, neque æneo, nec



An morales virtutes sint ob actiuas artes, an è diuerso sint.

De his Sc. Comparatio scientium ad ipsum vulgus. De specu Platonis.

Quæ prima scientia addiscenda.

Quinam sit perfectio vltima, ad quam totis viribus contendimus.

euiusuis alterius materiæ circulo propriũ est, neq; artificiali cuiquam: quin cõmune est omnino hoc ipsum & naturalibus, & artificialibus. Ad hæc singula quædam eorum, quæ à Mathematicis tractantur, in materia posita esse videntur. Sit igitur hæc ipsa ab illis disciplinis ita tractarentur, vt quæ materiæ inessent, horũ quatuor requirerentur causæ, scilicet efficiens, finalis, materialis, formalis: cum ergo sit manifestissimum disciplinas eas de forma tantummodo quærere, manifestum igitur est singula, quæ tractant huiusce modi scientias, si in opus transeunt, indigere tunc, dum in actionẽ veniunt, alia quadam vlteriori notitia, quàm, quæ ab his disciplinis tradita est. si quispiam enim lignеum sit triangulum æqualium laterum confecturus, ad id, quod molietur non sufficiet id, quod ab Euclide in elementorũ suorum principio de ratione trianguli æquilateri est ostensum, nisi ad id ars quoque fabrilis lignaria adhibeatur. neq; de hoc ambiget quisquam, qui in his scientijs exercitatus fuerit, cum per se illis sit manifestissimum. Atque his in hunc modum disceptatis, apparet eos, qui huiusmodi scientias Mathematicas prosequũtur, primum quidem ac propriũ propositum habere, consuetudinem: quanq; ad hanc etiam accedat (vt inquit ille) cognitio quædam rerum necessariarũ his operibus, quę quisque sibi proponit, atque secutus est. Nam, cùm sint custodes, cognitione non parum numerorum, & mensurarũ indigent: idq; propter ordines hominum ad pugnam instruendos, atque acies figuras, & formas idoneas, necnon mensuras, atque modos ponendorum castrorum. Indigent etiamnum temporum, & mensium, dierumq; cognitione nautigatores, nec per deserta tantum loca, atque solitudinem iter tractentes, verum etiam hi, qui camis præfecti sunt. Musica præterea ea, quæ in agendo versatur, eis est pernecessaria, cum ob alia, tum quòd ipsi eam in ciuitate instituerunt. Hæc igitur est Platonis sententia, de instituendorum illorum primordio: quæ idcirco illi talis est, quoniam ars Logica tempore illius non erat. Postea vero quàm est præceptionibus, & regulis nunc tradita, melius est ab ea istorũ disciplinam, atque eruditionem incipi: moxq;, vt erit tradita, ad Arithmeticam transire, deincepsq; ad Geometriam, Musicam, Perspectiuam, ad eamq; artem, quæ de ratione ponderum disserit, ad Physicam, postremoq; ad Metaphysicam. Enimuero, cùm inter se veteres diu, multumq; dubitauerint, vtrum Logicam prius, an Mathematicas artes aggredi oporteret: ex hisq; nonnulli Dialecticam excogitatam arbitrentur, vt & roboraret intellectum, & ab errore retraheret, idq; ita in interioribus ac reconditis scientijs, quas tractare ipsa cogitur, cuiusmodi sunt, & de natura, & de his, quæ naturam transcendunt. Neque Mathematicæ scientiæ ob facilitatem, & perspicuitatem Dialectica egerent, in primis cùm non sint admodum cum materia confusæ, atque inuolutæ. Sed hoc, si ita est, & non sit sanè Logica ad artes Mathematicas adipiscendas necessaria, si tamẽ post eas acquisitas accedat, erit illa sine dubio ad præstantiam hominis, ac meliorem quandam conditionem. At, cùm ad doctrinam huiusce modi hominum nihil non egregium, atque excellens perquiramus, non erit profecto alienum eos a disputandi arte incipere. Plato vero hos instituit debere censuit facultate Musica, vt decimum & sextum annum, aut decimum & septimum attigerint: neque id etiam prius quàm prauis, qui tam dicti sunt, moribus purgati sint. Tum etiam equestri exercitatione ad vigesimum vique annum vtantur, atque tam inde superiore seruato ordine ad Philosophiam addiscendam se conferant, ante quam ætatem Plato eos sapientiam attentare minime permittit, propterea quidem quòd eorum opinio, atque iudicium nondum sit ad tantam rem idoneũ, nec ratio quidem firma, & constans. Accedit ad hæc, quòd qui præmatura ætate labulis, atque figmentis enutriti sunt poeticis, illi legum constitutiones quantum possunt fugillant, atque abrogant, & ita maxime, dum, apud vulgus rationibus suis infringere leges, atque statuta pertentabunt. Neque (vt inquit ille) per fabulas illas, & fictas, quibus sunt imbuti, orationes aliter afficiuntur, quàm qui, quos prius parentes esse putauerat, adultus, ac iam grandior, validiorq; solum putatiuos intelligit, & se nõ legitimum illis, sed falso creditum filium, aliosq; sibi esse parentes veros. fiquidem quis eum tunc non autumet exutum filij animum, omnemq; reuerentiam, quam antea habuerat erga falsos illos parentes, ita vt eò res redeat, vt plerunque ab illo isti contemnantur, & negligantur. Similiter quoque his accidere solet, qui à parentibus ante maturam ætatem disciplinis huiusmodi committuntur. nam quæ in illis solertia est, atque acumen, leges rationibus suis eludere cupiunt, & veluti dilacerare, vt ludentes catuli solent eorum, qui ad se propinquãt vestes dilacerare. Id quod etiam tu in his facile philosophis esse animaduerres, qui in his nostris Rebuspub. versantur: quibus ipsis nihil certe damnosius esse potest. At vero Platonicæ Reipubli. sapientes futuri, tam inde ex quo sapientiam erunt aggressi, illam percurrere, atque perlegere scientiam non intermittent ad quintum, & tricesimum vsque annum: & tum demde rei militaris, & bellicæ administratio eis committetur, idq; continuatis annis quindecim, vt tandem quinquagenarij ad magistratum Reipubl. administrationem apti sint, atque imperent. ad quod munus cùm per ætatis imbecillitatem erunt inutiles, in beatorum (vt inquit Plato) insulas transmittantur. Intelligit autem (vt opinor) per insulas, contemplationem formæ boni, quod ipsum vere esse credatur, cp si aliquis forte crederet reperiri humanum bonum per se existens, necnõ aliarum virtutum vsum eius ipsius contemplationem impedire: propterea (mea quidem sententia) Plato non perperam voluerit, vt Philosophi illi ad bonì illius cuiusquam consyderationem in extrema sua ætate segregentur. Quin etiam, inquit, cæteros quosdam dies à ciuibus reliquis designatos habere debere, per quos, & eorum cõcelebrentur virtutes, atque res gestæ, & ijs sacra fiant, honoresq; habeantur, quales apud rusticos dæmonibus præstari solent. Eadem est ratio horum, quæ ad honores, atque administrationem factæ sunt, & educatio, & reuerentia, cultusq;: cùm tam dixerimus, mulieribus cum viris omnia officiorum genera communicata esse. Plato autem huius ciuitatis administrationem optimã existimat, etiam si plures, quàm vnus, huiusmodi Philosophi in hac Republ. potentiam nacti fuerint. Hæc vt Plato explicuit, modum ipse examinat, quo possit facillime, atque optime hæc Respubl. constitui. Prius siquidem ipse huius Reipub. statum ita demique optimum prædixerat, si sapiens eiusmodi filius fuerit Regis: vel forte imperium illi aliijs rationibus deferri debere, siue propter studij, atq; ingenij magnitudinem, seu quòd multitudine, atque dignitate cognatorum polleat, vel gloria, potestateq; huiusmodi aliijs inter omnes præstet. Quòd si contingit hoc modo Rempubl. constitui, id agatur in primis, vt qui in ciuitate decem annos continuos plus minus exegerint, in agros transmittantur: istorum autem filij omni diligentia ea educatione, quam descripsimus, instituantur. Hoc enim modo hæc, de qua nitimur, ciuitas ocyssime, facillimeq;, atque optime exorietur.

Nec



Nec tu dubites, quin modus hic à Platone cõmemoratus, quamoptimus existat. Ciuitas nihilominus hæc potest alio modo condi, sed non nisi longissimo temporis tractu: scilicet si accidat, vt his ciuitatibus magno successu temporis ac diuturno Reges sint optimi, qui non ciuitates istas subinde mutare, atq; corrigere desinant, quousq; tandem ad optimum genus Reipub. res perducatur. Quæ ipsa immutatio vtroq; istorum generum fiet. nanq; & populi actionibus, atq; consuetudine, & ipsorum certe opinione cõmutata: eritq; tũ facilior, tum difficilior, prout temporum processu leges vnusquisq; temporis ratione habita diuersæ ferentur, videlicet aliæ, dum à perfectione Reipub. multum aberunt, aliæ ob facilitatem, dum propius Reip. perfectæ accedent. Atq; (vt summatim rem cõprehendam) facilius est ad probatas actiones hac tempestate inducere, cp ad opiniones probas, atq; optimas. cuius rei tibi facillime fides fiet, Rebuspub. quæ nunc extãt perpensis. Quod ipsum non fugiet eum, qui sapientiã omnibus partibus obtinuerit: & propterea cp non rectas opiniones habeãt, eas à recto peruertit, ac rui. Respub. autem, quæ operibus tantum præstant, sacerdotes denominari solent, cuiusmodi olim à Persis autquis (vt fertur) vsurpata fuit. Hæc autem omnia sunt, quæ circa Reipub. institutionem, & quasi ortũ præclarissime scilicet, ac de eius ordine, deq; constitutione legum Plato disseruit: quæ cp potuimus breuissime à nobis sunt explicata. Atq; superesse tandem videtur adhuc, vt de ciuitatibus nõ perfectis quidẽ illis, sed aberrantibus à veritate dicamus, quo pacto scilicet dignosci debeant, ac quomodo perfecta illa in istas degeneret, neq; non istæ inter se quo pacto cõmutentur. Neq; vero eorũ, qui perfectam illam Rempub. spectant, parum interest scire, qua ratione prauæ istæ incipiant, & procedant ad summã vsq; infamiã, quamq; id facile, & cp optime fieri contingat, etenim medico quidem satis esse debere videtur, ita venenũ notitiam percepisse, vt eius naturam agnoscat, & ita venenum esse intelligat, vt ab eo cauere possit, etiam si nihil de apparando illo, atq; cõponendo, & vtendo vnquam fuerit sollicitus. Neq; alia certe Philosopho debet esse insanarũ, & errantium ciuitatum cura, cp vt & illas cognoscat, & quæ mala perfectæ ciuitati ab eis euenire soleant, intelligat. Quocirca in hoc tantum Plato elaborauit, vt significaret, quonam modo præstans illa Respublica in istas prauas, & vitiosas verteretur: amplius q; istæ inter se quam permutationis rationem haberent, & quã inter sese similitudinem, atque varietatem, quidq; eis omnibus soleat accidere: q certe nostri sermonis finis erit, vt Tertiũ inde tractatũ partis huius ingrediamur.

## AVEROIS

### PARAPHRASIS IN LIBROS DE REPVBLICA PLATONIS,

### TRACTATVS TERTIVS.

De his in Octauo. De ciuitatibus aberrantibus.

Am vero, posteà absoluit Plato sermonem, quem de optima constitutione Reipub. instituerat, refert se ad id, quod ex ea, quam nunc tractamus, scientia supererat. nempe de ciuitatibus aberrantibus differre ingreditur: quarum simplicia tantummodo genera cõmemorat, tum quo pacto inter se cõmutantur, tum quantum sint optimo Reip. statui similes, quantumq; sibi inuicem: neq; non docet, qui maxime status optimæ constitutæ ciuitati aduersentur: ac tum ostendit, quænam ciuitatis administratio inter optimam hanc, & corruptissimam, vitiosimamq; illam Reipu. institutionem intercedat, vt solent media quædam inter duas extremitates incurrere: vt etiam inter nonnulla alia contraria intercedunt plura media, atq; diuersa: exẽpli gratia, albo nigrum opponitur, & inter vtrunq; plura genera interiecta ordine quodam, atq; ratione, prout albo alia, alia nigro propiora sunt, ac magis specie conjunctaita sanè consequẽs videbitur, duorũ extremorum, quæ maxime inuicẽ opposita sunt, nullã mutuo posse transmutationẽ esse: nisi trãsmutatio illa per media ipsa ordine, atq; serie incedat, ita vt primũ ad proximũ, deindeq; ad id, quod illud ipsum cõsequitur, subindeq; ad reliqua deinceps, donec ad extremũ alterũ perueniatur. Idq; latius explicabimus tũ, cùm ad verba Platonis deuentũ erit: cõparabimusq; eos inter se, qui harũ ciuitatũ cuiq; præfecti sunt: atq; etiam quam quisq; voluptatẽ ex administratione capiat, expendemus: eoq; modo summã rerũ necessariarũ, quæ hac in parte Platonis verba cõtinent collegerimus, ac singula horũ ipsorũ explanabimus. Et Plato quidem cõstitutiones simplices, quibus in vniuersum ciuitates conduntur, atq; formantur, quinque esse censuit. Primam quoq; omnium optimam illam, de qua adhuc verba à nobis facta sunt: Proximã huic ambitiosam. Tertiam, quæ paucorũ dominatu continetur: Quartam potentiam certe quæstuosam, qui principatus vitiosus admodum est: Quinto, eoq; postremo loco est tyrannica dominatio. Quòd si optimũ genus illud Reipu. in potentiam regiam, & administrationem optimatũ diuidas, sic principatuũ quidem sex videbuntur esse genera. Etenim qui hanc optimam ciuitatis gubernationẽ nactus, quinq; his instrumẽtis paratus, & ornatus fit, quæ sunt sapientia intelligẽdi, facultas cõmunicandi, & exactissima, opulentia quantũ satis est, sententia, seu imaginatiua vis, omnium rerũ optima, perseuerãdi denicp firmitas, atq; cõstantia: addere etiam necesse est, vt in corpore nihil sit quod illi ad vsum, atq; cõtinuationẽ virtutis, & actionũ obsit. Quisquis ita instructus est plane, atq; ornatus, Rex est, cuiusq; etiam administratio regia. Quod tot te, si hæc superiora ornamenta, atq; instrumẽta nõ in vno aliquo, verũ in certu, ac multitudine quadã certa, ita vt aliquis vnus ad finem rerũ sapientiam præsertim, alius exactã intelligentiam eius, quod ad finem maxime confert, alius satis opis, satisq; facultatũ exhibeat, coniecturandi alius, atq; sentiendi, seu imaginandi præstantiam habeat, facultatem, vimq; perseuerandi, constantiamq; rebus agitandis adhibeat aliquis alius, simulq; sese omnes inuicem adiuuent, vt ista administratio rerũ optima, atq; tutela exoriatur: talis certe principatus penes delectos quosdam erit, vocabiturq; optimatũ, & egregiorum ciuium administratio. Præterea etiam hac in Repub. cõtingere potest, vt princeps sit aliquis vnus, qui usq; ad dignitatem regiam non peruenerit, sed tantum se legibus exercuerit, quas primus instituerit legislator, perspicacitatemq; coniecturandi, atq; intelligendi adhibuerit, ad id etiam ex legibus eliciendum, quod non ab illo conditore legis satis diuerte expressum est, potissimumq; in contractibus, seu sanctionibus, cautisq; priuatis, & iuribus: cuius certæ scientiæ genus est ea, quæ apud nos ars iudicãdi nuncupatur. itaque etiam ille habebit ad perpetuãda instituta facultatẽ, & potẽtiam, is inquam rex legum appellabitur. Neque id ferè contingit, vt duo scilicet ista nouissima in quempiam vnum concurrant: quin potius in diuersis semper sunt

illæ duæ facultates, continuandi scilicet, & iudicandi: necessarioq; vni cũ altera rerum dominium cõmunicabitur. id, quod nos in cõpluribus Mahomettanorũ regnis intuemur. Verum, cum præter cæteras administratio quædã rerum sit voluptuosa planè, atque illecebris astricta, cuius speciem quicũq; professi sunt delectatione omnia, & voluptate metiuntur, eorumq; finis propositus delectatio tãtum est: cui gubernationi, si illam addideris, quæ ex cõcursu hominum necessitate cogente simul coeuntiũ cõstat, tam genera octo Reipub. esse ita erũt, de præstantissima autẽ abunde dictum esse videtur. Nunc igitur de ambitiosa. Et quidem ciuitates ambitiosæ sunt illæ potissimũ, quarũ in primis ciues valent, qui maxime inter cæteros honoribus prodi untur. Atq; honor quidem verus hominẽ maxime ab homine cõtingit, et scilicet, qui cũm perfectionis alterius optimo polleat, alterius animũ iudicium q; quodãmodo obnoxium habet, atq; obsequens. Præter hoc alterũ etiam honoris genus tritum quidem satis reperitur, atq; vulgare: cũ scilicet honor ipse non ab alterius obsequio tali, aut iudicio proficiscitur, ac nisi ob remunerationem quandam, vel honoris, vel muneris cuiuscũq;, aut vtilitatis, adhibito quodammodo paritatis æquilibrio, vel saltem quantum fieri potest, æquitas ipsa in eo genere desyderari maxime solet. qui honor circunfluus, atq; in publico frequens dici potest. Neq; illud primum honoris genus fit propter ex essum rerũ illarum, quibus honor debetur. Quod genus honoris ambitiosæ huic potissimum expetendum est: & ideo quodam, quasi ordines, gradusq; ciuium tenuet, neq; minimam hoc ipso optimam Rempub. tenuatur. aqua tamen hactenus dicere pat hæc etiam in parte, quin illa virtutem honor consequitur, & res eas, quæ sine dubio dignissimæ sunt, ita sane, vt non per se honos pertẽq; Reipub. sit propositus, verũ amnexus virtuti, atq; comes. Hæc vero ambitiosa honorem plane per seipsum cõsectatur, qui honor his ex rebus emanat, quæ prima specie, & velut vno aspectu honore dignæ censebuntur, sunt autẽ eæ potissimum, opes, generis claritas, delectationes etiã, ludus aleæ, ... fortunæ, ita vt non plane necessaria desint, sed tamen tantæ petat, quantum necessitati satis est, fortunatum, ut aliquo opem ferat. His rebus tamen dictis, videtur: omnẽ nemini magis deberi honorem, q̃ qui dominium ac potẽtiam, ac victoriam semper desyderare videatur, nunquamq; aliis tribuat, quæ sanè omnia honore vno digna esse censentur: & qui huiusmodi studio ornati sunt, altos magnitudine quadam animi ante edere videntur, ac magnanimi apud homines habentur, eo præsertim, si addatur facultas quæd im dominandi, ac robur, puniendiq;, & remunerandi, quæ certe facultas, & potentia cum robore corporis, tum animi etiam vt, atq; nervis quibusdam constitui, exteriorib usq; aliis quibusdam cõmodis. Quocirca, iustales ... diximus esse, ciuitatibus ... modi maxime ... tendis aptissimi, tantumq; honoris consequentur, quan ... in superiorum rerum, quæ honoris plurimis tribuuntur, habuerint ... vt qui non videbitur tanto ... honore, vt sit vnus vniuersorũ princeps, potius ... omnium pro merito dominũ participem accipere ... aliquando te dominetur, in aliqua vero alia ... in sit ... Propter quod de Almansore Abdhumar fama memoriæ traditum est, eum conclabula, & nuptias ... iam frequentare, & ... bat, quibus se principe ... videbatur ... profiteretur præ quiat in ... li, vt illi ... ubi ... tur, ... in ... q; me ... habeam, & putet se ... eum ... or ... ter ... is ... ero, ... rem ... eum ... potest animum ... honorare, nihil ... eam ... delectat, & ... lectat,

Iam vero in hoc ciuitatis genere non postremus est locus vestibus nitidis, ac splendidis, quales byssinæ sunt, & purpureæ, Regibus vsurpatæ propterea: neq; etiam parum est in aurea considentem cathedra conspici. Sunt enim hæc certe, quæ primo intuitu speciem quandam virtutis, aut scientiæ præseferre videantur superioraq; illa omnia qualiacũq; ornamenta, in quen cunq; fuerint congesta, huic maxime dominium deferri debebit: idq;, si præterea velut facultatem, atq; artẽ habuerit in diuidendis honoribus dispartiendisq; beneficijs æqualitatis obseruandæ, quæ ipsa in hac Reipub. tutissima existit. Sanè quidem hic ambitiosæ ciuitatis status, præter optimos illos, quos diximus, præstantissimus videbitur, in eo enim iudicium quoddam est, atq; contemplatio eius, quod prima apparentia, primoq; aspectu speciem alicuius virtutis præseferat, aut actionis honestæ, & pulchræ. Necnon hoc ipso in statu, qui versantur, eas in primis actiones sequũtur, quę gloriam in posterum, ac laudem efficiant, vt eorum neque mors, neque vita sine honore esse possit. Ergo hic ciuium talium concursus ambitiosus quidem erit, honorisq; appetentior: qui tamen perraro in populo rudi, ac simplici inuenietur. ideoq; non est in promptu incidere in similem ciuitatem, est tamẽ apud nos quidem illa frequentissima. Nunc vero de vitiosa illa, quam quæstuosam nominauimus, in qua principes certe sunt eiusmodi, vt de quæstu præcipua illis sit cura, & supra quàm certe necessitas, vsusq; ipse postulet, non vt altera quædam hac sumptuum parsimonia (seu illiberalitate) assequatur. Et opum certe, aut etiã diuitiarum duo genera sunt, vt alterũ natura ipsa sit, alterum constitutione, & vsu. Natura quidem opes dici possunt, quæ necessitati humanæ, atque indigentiæ succurrunt: qualia sunt, & facultates aliæ, tum indumenta, tum ædes ad habitandum, aliaq; paranda, quibus commodius viuatur, atque beatius. Instrumenta etiam artium, quæ homini subsidio sunt. Materiæ etiam, ex quibus conficiuntur illa. Opes vero, quæ non natura, sed ex vsu, & impositione quadam inueniuntur, sunt nummi, aut quæcunque vice eorum vsurpantur, quæ, etsi necessitati humanæ proprie non opitulantur, ob id enim vbique in vsu non sunt, ciuitatibus tamen eo conferunt, vt commodius cõuentus fiant, circaq; res agendas, atque communicandas modus, atque medium facilius adhibeatur: propterea q; nummi ipsi, velut signa quædam rerum omnium precium, & valorem repræsentant, vt cũm quis aliquam rem affectat, eiusq; valorem cognouerit, quod quibus nummis emat, cognoscere hũ in promptu. Itaq; velut cõmunis omnium mensura rerum numisma est, qua illæ inter se cõmutentur, atq; alienentur: eaq; ratione, velut anima opum omnium existimetur in primis, cũ victui humano ad cuiusuis generis commercia vtilis nummus sit. est enim quasi rerum omnium facultatẽ potentia cõprehẽdens, & facillime cũ quibusuis rebus permutabilis. Illorum igitur hominum princeps est, qui reliquis est ditior, & potentior: cui, si accedat, vt rationẽ gubernandi calleat, qua scilicet recte illis, quibꝰ dominatur, facultates impertiat, seruetq;, profecto dubium non est, quin talis in ciuitate dominus esse debeat. Inter cætera vero necessaria, quibus diuitiæ acquirũtur, sunt maxime agricultura, & loca pascua, atque venatio. deinde mercatura, & stipendia, & reliqua id genus. & is, inquam, status quæstuarius dicitur. Causa autem, ob quam hoc genus maxime etiam paucorum dominium appelletur, est, quòd, cùm ipsi opulentiam quærant, atq; diuitias, necesse est eos paucos esse, maiorẽ vero ciuium partẽ paupertate premi, vt posterius amplius explicabitur. Popularis uero ciuitatis status ille est, in quo omnes, cùm sint liberi, vnicuique penes se sit vitæ, & instituti sui arbitrium, ac rei eius persequendæ, ad quam animus, voluntasq; inclinabit. propterea q; in hac Republ. comprehendetur velut summa quædam omnium institutorũ, propositorumq;, quæ in superioribus illis existunt: vtpote, cùm in hac sint, qui ambitione ducantur: alij, qui re pecuniaria, atq; quæstu: alij, qui tyrannidem sibi, & principatũ proposuerint. nec est quo minus inter istos sit, qui propria virtute ad quoddam optimum vitæ genus excitetur, eoq; delectetur. Exorientur itaque hac in ciuitate omnium artium, omnium officiorum, habituumq; genera. Et sane inepta non erit, vt ex ea oriri possit optima illa, & perfectissima Respubl. neque non quæuis ex reliquis alijs administrationis forma: ac videtur nullum hic esse dominium, nisi in illos, qui sua sponte inferuendi, seu obediendi conditionem susceperint, aut propter primas leges. Neque enim verisimile est hac in ciuitate licere omnia, cùm certe in tanta licentia cohiberi nõ possint cædes, rapinæq; mutuæ: cùm præsertim eorum scelerum voluptas quædã non paucis mortalium innata sit. Ergo dubium non est, quin hic quoq; prima quædam institutæ ciues obseruent: quæ sunt, vt quem quis in principio, statim scilicet quàm est condita ciuitas, locum sibi delegerit ad habitandum, cum cum reliquis cõmoditatibus, neq; non prædia, & agros, & alia ad victum, & alimenta attinentia, quæ occuparit, iure retineat. Secũda quoq; instituta sunt, quæ in commerciis emptionum, & venditionem contractibus seruentur. Possunt etiam tertia accedere, ad mores componendos, & regendos, similiaq; eius generis informanda. Neminem autẽ ignorare arbitror, hoc in populari statu ante omnia rem cuiusque propriam, atque familiarem curare, adeo vt id vnum sit huius generis ciuitatis propositum, scilicet domestica primo curare, ciuilia vero propter domestica. & ideo est uere œconomica: contra autem res se habet in optima illa Repub. In populari itaq; Repub. liberum est vnicuiq;, quatenus possit rem suam, & diuitias præcipue quærere, augere, atque tractare. Eiusmodi igitur certe sunt nostræ tempestatis ciuitates, scilicet populares: quibus is maxime, ac facillime dominatur, qui iuxta opera vnicuique id, quod concupiscit, & quo delectatur afferre possit, simulq; tueri. Vulgus autem hanc Rempub. inter cæteras aln dominari putant, vtpote in qua vnusquisque prima specie putet libertatem sibi deberi. Neque temere credi potest hanc esse primam, ac præcipuam omnium ciuitatum, quæ vigente necessitate ortæ sunt. Siquidem mortales, postquam quod sibi necessarium est nacti sunt, tunc demum de voluptate, & deliciis cogitant: vt non male à necessitate ipsa status huiusmodi populatis protectus videatur. & cõcursus quidem talis hominum per accidens, & casu quidem factus videbitur. Imperium ipsum quoque quasi fortuitum est, cùm nullo vno fine proposito ipsi congregati sint. Hoc tempore similiter apud plures Regum Mahomettanorum sunt ciuitmodi hominum congregationes, quæ œconomię potius quàm ciuitatis speciem referant: tamẽsi ex omnibus legibus eam retinent, quæ prima illa instituta superius dicta seruat. Neque dubium est, quin opes huius Reipub. omnes quidem priuatæ sint, ac domesticæ: propter quod necesse est aliquando, ex propriis facultatibus & domesticis tam accumulatis aliquid expendere, velut ad milites mercede conducendos: ob quod & tributa, & indictiones imponentur. Tandem in duo hominum genera ciuitas distinguitur, alterũ vt plebs nominetur, alterum primates. Quales olim ciuitates in Persia erant: hodieq; durãt apud nos non dissimiles illis, in quibus plebs ipsa imbecillior potentioribus prædæ est, quotiescunq; in eam violentia, iniuriaq; tyrannidem inducat, quem admodum hæc tempestate, & hac nostra Repub. ortum videtur. Ceterũ autẽ apud vulgus vt plurimum amor nummi, præsertim cum illæ primæ leges sint apud eos, & ipsæ populares, vt scilicet quilibet sponte se pro Repub. bello exponat, & pugnet: quo pacto neque cogentur ipsi suas facultates ad bellum gerendum intumere, quæ lex haud dubie tam diu durabit, q̃ diu ii, quibus est imposita, necessitate illa, quæ eos in ciuitatem coegit, eam ... pelentur victũ sibi vt, atq; tapto acquirere. Quod si ... te per otium, vel corruptam, & vitiosam ... ducatione voluptates obrepserint, fient continuo imbelles, & effeminati: ac principes quidem eorum ad bella gerenda tributa illis imponere cogentur, quibus imponendis, si non illæ æquitate vtantur, cosq; videre et audeant, haud dubie id populo graue, & intolerabile videbitur, ita vt cõsilium ineat ipse exigendorũ principum, & contra illi aduersus populi vesaniam mutuendo tyrannidem quandam instituant: propterea q; vt deri possit hæc ciuitas tyrannicæ Reipub. maxime aduersa. Pecuniæ vero ciues, quæ primo in genere huiusmodi existũt, nõ Reipub. gratia, sed familiares, ac priuatæ potius sunt: transferuntur enim in domos primatum, & propterea hac tempestate administratio facultatum est mere tyrannica. Hactenus igitur de populari statu, atq; his, quæ illum consequũtur, dictum sit.

De popularis ciuitatis Ratio.

De ambitiosa Republica.

De quæstuosa seu pecuniarum Repu

Opum genera duo.

Tyrannus autem Reipub. reuera est, cuius omnes ciues eandem curã, ademq; propositam, quod & ipse tyrannus, habent: quod quidem nihil aliud est, q̃ vt suum ipsius tyrannus finem sibi destinatum assequatur, tale autem est cupiditas per vim, ac tyrannidem solum dominari, aut gloriæ, aut opulentiæ, aut voluptatis, aut omnium istorum simul. Manifestum autẽ est hunusmodi ciues nihil aliud curare, nisi hunusmodi cõsectarii finem, q̃ vt tyranno obediant, & imperata eius faciant, nihil admodum ferius dissimiles, immo vero ferũ potius: quoniam cõsuetus omnibus ferebus maximam optimæ ciuitati habet dissimilitudinẽ. Illic enim in perfecta scilicet ciuitate, hoc vel nihil cum esti propositum, vt ex omnibus ciuitatibus tantum sibi quisque felicitatis vendicet, quantum eius natura dignitatis, atque virtutis potest accipere, ciues quasi exempla omnes artes, omniaq; probe, & bene instituta regna mittantur, esti enim his quoque constitutum, publicæ vtilitati consulere in armis, exempli gratia in Medicina. An non est medico propositum principum curare ægritudines, non ipsum tantummodo: In arte gubernandi, an non præcipua gubernatori ipsi cura est, de vectorum salute non tam: artem ipsius? Contra vero in tyranno est, profecto enim ... elaborans nullam cuiusbus aut bonorum, aut boni cuiusquam particulam impendit: quin potius ea imperare non desistit, quæ non illis, sed quæ sibi maxime vtui sint, his nõ alia vtens ratione q̃ ferus. Neq; certe ambigi potest hunc Reipubl. statum omni genere iniquitatis, ex omnia affluere. neque enim, vt in hac ciuitate sit, vnusquisque artes, atque studia proprium magis, q̃ publicum compẽdium sequi debent: immo idipsum maximeq; ex tetestatis clarum est. In hac certe vtiande singulorum domorum cura, ac ciuium laberes, opificum etiam, & aliorum vnus tamũ dominus, tyrannicæ scilicet felicitati, & voluptatum libertati, supra quam quod habet etiam vnusquisque proprium sibi ad optimam sui conditionem propositum. Similiter in illa perfecta omnium etiam, atque per tum propositum est, & proprium ciuilique, & certe





De Tyrannide.

ad vnius quasi dominij beatitudinẽ cõmunẽ. Qua in re tyrãnicæ Reipub. perfecta quodãmodo est similis. enimuero tametsi in vtraque omnia ciuium genera ad vnum quiddam cõtendant, atq; cõmunẽ, vtrobiq; tamen differentia est. nam in optima ea singula & ciuium, & artificum genera præstitutũ sibi, ac propriũ, congruumq; finem (ille autẽ est sua cuiusq; beatitudo) persequuntur. Præterea tamẽ, cũ accidat, vt illud istorum propositũ Regis summum bonũ respiciat, videbitur esse ciuium ... propter regis felicitatẽ quæsitus, seq; vicissim & Rex, & populus iuuabũt ad cõmunẽ quandam beatitudinem consequendam: in quo & populus Regi ad quærendã sapientiam illi sine dubio familiarẽ vtilis est, ac Rex vicissim populo ad perfectionẽ populi ... nisi gubernare, ac regere id malis in rege appellare, q̃ inseruire. At vero in tyrãnide res longe alia est. nihil enim tyrannus populi causa, sed sua ipsius omnia factitat. Neq; ab hac similitudine diuersum ea, quæ inter tyrãnicã hãc ciuitatem, & sacerdotũ gubernationẽ intercedit: eoq; perfacilis est istius sacerdotiæ in illam tyrannicã transmutatio, id quod nunc nostris in ciuitatibus est frequentatum, atq; adeo sacerdotij professio tyrannicis flagitijs deformatur. Ad hæc tyrannus nõnullos habeat socios, & adiutores oportet, vt postea horũ opera ... ciuibus dominetur. iis tamẽ, quos velut tyranni socios diximus, accidit nõnunq̃, vt dominatione tyrãnica nõ ...antur, neq; fruantur, interdumq; cõtra, vtroq; tamen modorum in vniuersum ciuitas tyrannica appellatur. Nam etsi cõtingat illos tyrãnidem arripere, eiusq; dignitatem exercere, ea nõ vno modo, neq; ęqualiter vtentur, sed erit & dissimilitudo, & inęqualitas pro modo, atq; ratione vniuscuiusq; eorũ dominij, vel potestatis. Quod certe genus multorum tyrannidis cum aliás facillimũ inuentu sit, tum frequentissimum est in ipsis tyrãnidis initiis: & hoc pacto certe exercent illi in suos populares tyrannidem. quanq̃ fieri etiam potest, vt ciues ipsi nonnunq̃ cum tyrãno conspirent, illiq; auxilientur ad tyrannidem, nõ in se, sed in alios, exterosq; populos constituendam. Qua in re distinguuntur etiam inter se gradibus erũt, & diuersis insigniantur dignitatibus, vt quisq; ingenio, prudentia, aut quacunq; alia re ad salutem publicam, & tyrannidis tutelam pollebit. Tyrannus autem ipse erit ac princeps istorum omnium, qui inter omnes superioribus illis dotibus & instrumentis præstabit. hactenus autẽ de tyrannide, & eius partibus. Ciuitates uero, quæ voluptatibus & cupiditatibus deditæ sunt, in quibus potissimum ciues sensuum oblectamẽta, & illecebras, libidinesq; tum cibi, tum potus, tũ veneris persequũtur, non aliter quàm ciuitates vt, atque necessitate effectæ ciuibus constant, res sibi tantum necessarias proponentibus: quæ iis maxime rebus quęruntur, aut agricultura, aut venatione, aut rapto. & agricultura quidẽ magis est hominum naturalis ad acquirenda necessaria. Verum iam satis dictum esse videatur ad singularum istarum ciuitatum notitiam, iuxta primum, & præcipuum propositum huius scientiæ, quarum omnium varietas diuersitati morum animi respondet. Numerus etiam, atq; causa ab his ipsis moribus, quos diximus ducitur, nanq; pars ipsa irascendi honorem quidem, atq; amplitudinem ambit: quæ ipsa, si nimia est, in tyrannicam violentiam conuertitur. Iam vero voluptatum, & opum libido eius sunt partis, quam concupiscentiam dicimus. Ex illa animæ vi ambitiosa ciuitas, ac tyrãnis educitur, ex hac voluptarius. hinc inde quæstuarius status: popularis autem videtur quasi ex diuersis, confusisq; moribus atq; affectionibus exprimi, his scilicet, qui singulis quibusque a natura impressi sunt, & desyderio quodam rei cuiuslibet, atque conditionis. Quòd si animæ partes ita à se inuicem separarentur, soluerenturq;, vt non inferior superiori, dignior indignior subijceretur, eiusq; causa esset, quemadmodum à nonnullis existimatum est: tunc dicendũ foret, omnes hominum concursus libera, & populari ciuitate contineri debere. At uero, si reliquas omnes animæ partes iracundiæ morem gerere æquum esset, omnium mortalium, aut ambitiosæ ciuitates, aut tyrannicæ. Si concupiscentia princeps esset, esset quoq; optimum, hominum congregationes, aut quæstu, aut voluptate obtineri. At enim, cùm in Naturali philosophia, tum in hac Ciuili, rem ostẽdimus aliter omnino se habere: rationemq; eam esse, quæ iure reliquis animę partibus dominetur: eoq; efficitur, vt res illa publica, cui eadem ratio dominatur, optima sit.

*Sacerdotũ gubernatio tyrannica est.*

*De ciuitatibus, cupiditatibus & voluptatibus deditis.*

Postquam autem singularũ istarum ciuitatum fines exposuimus, nunc deueniendum esse arbitror ad ea, quæ Plato de mutua earum inter se transmutatione, necnon comparatione edisserit. At primum quidem binas inter se confert, deinde plures, quousq; tandem omnes inuicem comparet. similiter quoque in harum ciuitatũ principibus factitauit, scilicet inter duos principes illarum duarũ, postremo inter ipsos omnes comparat, cùm id fit in Rebuspub. manifestius, q̃ in ipsis moribus, veluti iustitia ipsa: quæ in ciuitate sane manifestior est, quam in vna anima, similiterq;, & iniustitia. Dicendum igitur est ciuitatem illam optimam, si quando contingat constitui, tametsi difficile, nihilosecius corrumpi, atque desinere oportere. quicquid etenim gignitur, vt in Physicis probatũ est, atq; etiam rationibus commõstratum, id corruptioni obnoxium esse necesse est. Nec dubium esse potest, quin eius Reipub. interitus ex ipso genere illo dominante proficiscatur: quando scilicet ipsum corrumpi, ac degenerare mixto inter se, confusoq; auro, & argento contigerit. Quandoquidem si Reipubl. huius principes non diligentem operam adhibuerint, vt similes viri, & feminæ commisceantur, nascetur ex ea negligentia proles varia quidem, ac dissimilis inter se, & suorum etiam parentum. quæ ipsa, si non ex genere custodum tollatur, transferaturq; in aliud genus, ex ea sine dubio mali semper exorientur, qui a toto sui instituti genere, ac præceptione, qua imbuti fuerint, discedent: Musicã despicient: Gymnastica vna vtentur, qua pars illa irascẽdi propria maxime roboretur, & coaugescat, cupiditas etiam promoueatur. Hoc certe hominum genus, si quando inter imperãtes oriatur, atque generi eorum optimo inferatur, attrahet vnusquisq; istorum alium similem sibi, ac velut comparem, moribusq; suis, tanquam contagione inquinabit: eritq; totum ipsum genus æneum, atque ferreum, omni cura propensum ad rem augendam, diuitiasq; congerendas. Alterum uero ad virtutes, quas supra commemorauimus, maxime aspirabit, ac conabitur. eaq; morum inter se distractio, cum aliquantisper durauerit, in medium aliquid delabetur, ac defluet. Id autem erit, quod inter optimam administrationem, & quæstuarium interuenit. Sicq; opes comparabunt, regiones subigent, & territoria suis finibus adijcient: hæcq; ipsi in vsum proprium, sibiq;, ac suis reponunt. Ex his præterea, quæ ipsi custodes acquisierint, illis id impartient, quantum satis est ad victum, & necessaria cætera, illis ipsis hac in parte haud secus atque seruis abutentes, quos in amicos olim, & liberos habuerant: dominiumq; rerum vt quadam, & bellica potentia, & ipsa etiam gloriæ, atque dignitatis cupiditate arripiunt. quo pacto sane media videbitur esse ista ciuitas inter quæstuariam, vbi paucorũ est dominatio, & optimã, perfectissimamq; illam. nam qua ratione genus illud ciuium, quod cum illis bellorum, & periculorum est particeps, nihil ex omni quęstu, nihil ex omni arte emolumenti requirat, ciuitatis optimæ quoddã specimen est. At enim quatenus principes ipsi non ex optimis, quales antea descripsimus sunt, verum iam nõ obscure ad iracundiæ dominium, & tyrannicã potestatem declinãt: est certe hac de causa nõ proba planè, nec bene instituta ciuitas, quo magis mixta quodãmodo ex bona, malaq;. Atq; hæc est illa potentia, in quã primum (vt Plato censet) tanq̃ in proximã ea optima degenerat, & permutatur. siquidẽ honoris, ac dominij cupiditas maxime inter omnes affectus proborum alioqui & egregiorum animos occupat: ob idq; nõnullorum eruditorum virorum sententia est, Gloriæ amorem id esse, quod maxime in domisio amicorum expetitur, idq; primũ eligi post sapientiam. Est enim honor velut quædam vmbra, ipsi sapientiæ coniuncta, ac comes, propemodumq; proxima: ob quem honorem probi etiam ad illud dominandi genus cõuertantur. Et propterea sane raro, quicunq; sunt virtutibus præditi, si diu in virtutibus ipsis stabiles sint, possunt vmbra carere, famæq; sibi cõciliandæ cupiditate. Quòd si honoris cupiditas vsq; ad tyrannidis cõcupiscentiam abundauerit, tunc non minus hæc ciuitas, in qua optimũ genus existit, distabit à vera dominandi facultate, q̃ deprauatũ, & vitiosum illud genus, quod tyranni dominium acceptat, vel quod in eo oriatur, qui ita se habeat. Simile quoq; est vno in homine negotium, scilicet de generationis alicuius, qui optimæ Reipub. similis est. Idq; est quod Plato sentit de optimæ Reipub. permutatione, necnõ etiam optimi viri, idest Philosophi: qui ipse nonnunq̃ ex Philosopho ambitiosus fit, & ambitiosæ ciuitati similis, qui quidem felicitatem ipsam in honore consistere contendit, & asserit. Ac talis certe (inquit) qui summum in honore bonum constituit, auide Gymnasticam sequitur, & prędas nõ dissimiles rapinæ amat, negligit Musicam, dominium atq; tyrannidem concupiscit: neque tamen eo se dominari debere arbitratur, q vel dicto, vel nutui audientes parere velit, verum propter suam in rebus bellicis excellentiam. Subiungitur præterea, cum ipsum quandiu iuuenis erit, pecunias contempturum: quarum amor processu temporis, atq; perfectæ ætatis subinde se inferet. nam, vt cùm perfectæ, ac integræ naturæ non sit, exitu ipso tandem rei nihil erit auaræ dissimilis, cùm ab optimo custode iã aberit tantum certe, vt à musicarum persuasionũ obsequio sit diuersus, atq; remotus: quibus si anima iam inde à suo exortu adhæserit, per totam vitam, sine dubio virtutem persequetur. & talis igitur est honoris, & gloriæ assertor. Atq; quo pacto ex optimo, & perfecto viro talis effici possit, quæri potest. Tunc maxime certe, cũ tenera quis ætate optimi alioqui patris filius in male instituta ciuitate educatus sit: in qua pater quidẽ ipse nullis muneribus, nullis officijs præesse velit: quemadmodũ solent viri boni, atq; integri se gerere in male institutis ciuitatibus & prauis: filius ipse, quanq̃ ita affecto patre, matrem audiat de viro suo cõquerentem, tanquam ignauo, & languido, nulliusq; inter magnates numeri, propterea q; ipsam etiam sine dignitate, sine vlla honoris specie abiectã viuere: ad hæc moleste ferẽtem, quod in re accumulanda nimis sit remissus, nimisq; negligens. sic igitur filium mater admonet, tanquàm natus sit ab homine parum humani ingenij participe, parumq; acri ad rem, gloriamq;, & parum strenuo: nonnullaq; alia suggerit, quæ solent mulieres contemnendis viris suis vsurpare. Adde, quòd serui, socijq;, atque in primis coniunctissimi quiq; ex domesticis, atque familiaribus eadem illi affirmant: ac si quem viderint in patrem ipsius iniurium quandoq;, aut petulantem, aut retinentem iniuste pecunias, adolescenti filio paternæ iniuriæ vindictam omni ratione cõmẽdant, vt procaces illi, & iniusti dent pœnas: quæ iniuriæ, cuius authores fuerint, cõparatæ duplæ esse videantur: & hortantur etiam, ne vlla in re sit non validior, promptiorq; patre. Quòd præterea, si accedat, vt videat in ea ciuitate eos, qui vtuntur proprio, & priuato officio, humiles haberi, & velut inanes essent, omnino inhonoratos esse: contrà, qui, neque iure dominentur, neque suum exequantur officium, laudari ab omnibus, & principes inter cæteros, primiq; vocitari. Consequens ergo certe erit, vt & adolescens filius seruet probam illam, quam ex educatione, admonitioneq; paterna consecutus est naturam, rationalem virtutem scilicet: desuper hanc irascendi, & concupiscẽdi vis accrescat, velut in qua aliena institutione semper promotus sit. Atque ita à diuersis in duo illa superiora diuersa etiam distractus, in medium quiddã deducetur, scilicet, quod inter eximiam voluptatum cupiditatem, & maximum virtutis amorem intercedat: quo modo se omnino ad hanc partem mediam, videlicet ad ambitionis, & honoris amorem transferet, atq; impellet. Est enim quoq; in anima pars hæc, vt sæpius diximus, maxime proxima ei, quæ ad virtutem ducit: ex quo necesse est, vt iste, & gloriæ sit auidior, & magna aggrediatur, atque efficiat. Hic igitur modus est, & velut norma designandi adolescentis, qui finem rerum gloria, & honoribus demetitur: ac exposita ratio, qua se ab optima natura, & perfectissima disiungit. quæ omnia etiam sunt in ciuitate ambitiosa similia, similiterq; ipsa ab optima ciuitate degenerat. Quæ omnia, vt à Platone de ambitiosa, & optima Repub. deq; optimo, & ambitioso viro dicta sunt, uidere est in antiqua illa Arabum Reip. administratione, quæ haud dubie optimam Platonis Rempub. imitari putabat: tum secuta est mox illius ipsius Mahaumæ temporibus in ambitiosam commutatio, quæ adhuc per insulas nostras durare uidetur.

*De mutua ciuitatũ transmutatione.*

*De transmutatione optimæ ciuitatis.*

Post hæc autem Plato de transmutatione huius ciuitatis inquirit, in quamnã ipsa ciuitas formã, in quod hominum genus uir ambitiosus transeat. Tum demũ in hanc uenit sententiam, ut sæpissime ambitiosa Respub. in dominationem paucorum cõuertatur, in qua ipsa (ut iam diximus) diuites sint illi, penes quos rerũ est administratio, nihilq; pauperes in eo dominio communicent. In hunc modum fit, cum scilicet lapsu temporis diuturno in ambitiosa ciuitate principes similes uixerint, & quasi sensum aliquem induerint eius utilitatis, quę à pecunijs, atque diuitijs percipitur, & demũ pulchro, & honesto utile præposuerint, itaq; recesserint à uirtute longius: uno interiecto gradu priore ambitionis, ad extremũq; illi nephario honore pecunias, diuitiasq; celebrabunt. Fortasseq;, quod dicit Plato uerum id uidebitur, si diligentius ciuitates ambitiosas perscrutabimur, & uelut transmutationis earum normam: genus tamẽ hoc, quod paucorum dominationis est, idem certe abiectissimum est, & uilissimum, neq; diu cõsistere potest, seu quacunq; causa, siue interna, siue externa sit, corruptibile. Errorq; in eo ipso primus est, ut non ei potissimũ dominium deferatur, qui, & uiti optime, & cõsistere in eo diutissime possit. uerũ enim solæ hic spectantur diuitiæ: non aliter certe, neq; minus absurde, quàm si quis dittores deligendos nauibus gubernatores uelit, neq; admittẽdum nautã peritissimum, qui uere nauta sit: sic etiam in hoc principatu pauperem non ferunt, ob egestatẽ. & quemadmodum, qui huiuscemodi nautam elegerit, perniciem, ac

*De transmutatione ambitiosæ ciuitatis.*

exitium nauī, uectoribusq; omnibus quęret: ita, & de ipsa Repub. res se habet. Ad hæc, ciuitas huiusmodi nō vna plane, sed velut bipartita in tenues, & opulentos videbitur. nanq; diuites illi, cum congregādis opibus, tū anare etiā, & fordide continendis pauperes à se auertūt, & remanēt ipsi diuites. Est adhuc ciuitas hæc pessime affecta, q; ad gerendum bellū nullo modo ido nea est, cùm omnino principibus vnū de duobus necesse sit: aut enim multis vti militibus, quod fieri non potest: eos enim armatos non parū, immo q; plurimū formidabunt, qua ratione etiam hæc ciuitas paucorū dominij appellatur. Adde etiam, q; neq; plures milites mercede, vtpote auari, & tenaces cōducēt, sed vel vt ipsimet sint milites, vel ipsorum q; pauci. q; si accidat, necesse erit, vt lugiant in prælijs. Quod certe animaduertere in multis populis licet, qui quiete, & pacate vixerint, si quādo ipsis cum pauperiore gente bellum coortatur. Estq; in eadem Repub. error nō minor q; superius uituperauit, vt idem varia officia, variasq; artes homo exerceat: vt idem & terrā colat, ac pecunias, opesq; accumuler. Qua etiā in ciuitate Principes nasci tales, malorū omnium est grauissimū. nunquam enim illi regimen ipsum ciuitatis peruertere desistent, atq; ad id potissimū cōparare, quod & voluptati sibi sit, & quæstui. Ac ex legibus quidem huic ciuitati impositis illa est, vt nullus imperio sint subditi sacerdotes. præterea omnibus vt liceat cui velint sua erogare, omnibusq; data ab alijs possidere legitimum sit, similesq; eius generis leges, quæ causa est, vt multi in hac ciuitate mendici conuersentur, & pauperes, diuitibus certe quasi inteſtis, tumultus perpetuo molesti, qui diuites numero quidē multo pauciores sunt. Qua in re eadem sunt huius ciuitatis incōmoda, quę in examine apū permixti tuci inferunt, comedentes quidem mel, at neq; colligentes quicq;, neq; adferentes: licq; ab ijdem lucis non alio morbo totū examen apū afficitur, q; hęc ciuitas à prodigis, & maleficis. neq; enim dubiū est, quin in illa ciuitate, vbi mendici cōplures sint, ibi, & fures esse, & latrones, & omnis generis scelerū auctores propterea; eā ipsam infinitis prope malorum generibus affligi. Atq; hæc iniquitas, iniustitia, error, quæ omnia paucorū dominationem cōsequuntur, in ambitiosa ciuitate nusq; cōparent. quocirca ea ipsa ciuitati optimæ propior est, hæc vero ab eadem remotior, pro magnitudine, atq; varietate errorum, qui in ipsa cōspiciuntur. His itaq; expositis, quæ de ciuitatis ambitiosæ in hāc posterā transitu, deq;, & genere, & numero errorū, qui in hoc paucorum principatu accidunt, dicta sunt: sequitur, vt de viro eius ipsius paucorum dominationis simili disputetur: tum in qua potissimū ciuitate sit, tum aut quo modo, aut in quē transmutetur. Ambitiosus itaq; pater, si filium imitatorem sui habeat, ac forte ei filio cōtigerit, vt pauper efficiatur à calumniatoribus scilicet delatus, atq; accusatus, ex bellica aliqua expeditione, vel magistratu quo piam per ipsum acto, sicq; necessitate coactus ad lucrū se, & quæstum cōferat, paupertatē multo minus pati, q; mortem cōstituens, adeo vt deposita omni ambitione de cōgerenda tātum pecunia cogitet, vt fieri soleat in hunc tādem modum ex ambitiosō pecuniæ cupidus efficitur, tumq; omnino similis est quæstuosæ ciuitati, quem à principio, quem supra descripsimus ambitiosum, simile esse ambitiosę ciuitati diximus: esq; & auarior, & parcior, neque illis voluptatibus ciuilibus nisi necessarijs indulgēs: quæ certe abstinentia ex virtute nō proficiscitur. quicquid enim ex cupiditate diminuit, in aliam cupiditatem transmittet, quam maxime velut præstantiorem persequitur: ut est amor pecuniæ, & auaritiæ. Ergo viri huiusmodi, si à quęstu, & alienarum rerum acquisitione prohibebuntur, nō amplius se à voluptatibus minime necessarijs cōtinebūt. ea demū in hac parte rerū summa est, vt auaritia (sicut dictum est) sit corruptioni, atq; interitui perfacile exposita. Ac, vt breuius dicatur, ambitiosus ille manifeste in virum voluptatibus deditum transit, siue voluptatem intelligas pecuniarum oblectamentū, seu alias cuiusmodi generis illecebras. Quod idem de ciuitate ambitiosa intelligendum, vt eādem rationem habeat ad voluptatem, quā ambitiosus homo ad voluptatū: sunt enim eiusdem generis ciuitas quæstuaria, & voluptuosa. Nec alia sanè ratio est, quæ hactenus (vt vidimus) tot labefactauit Reges, vt sit pro exemplo nūc eorum principatus, quos cōiuratos uocāt. Nanq;, & ij primū legitimā ciuitatem imitati sunt, quādiu eorum princeps vixit: mox regnāte eius filio ambitioſę se dediderunt, ita tamen, vt pecuniæ etiā admisceretur cupiditas: tum demum res tota ætate nepotis in voluptuariam ciuitatem abijt, ita vt a nullo voluptatum genere abstineretur: eoq; pacto ciuitas ipsa funditus tēpore suo deleretur, cùm eo tempore infesta illi dominatio, atq; inimica esset, quæ legitimæ Reip. legali est similis. Hic est igitur modus, quo vir ambitiosus in lucri, atq; pecuniæ cupidum trāsit: hæc q; est differentia, quę inter illos ordines, & dignitates intercedit. nec enim obscurum esse potest, quæ stuariam ambitioso viliorē esse, atq; deteriorem, quod ipsum ad gradum, atq; ordinem istorum attinet. Quocirca hic locus est maxime idoneus inquirendi, quamnam in Rempub. ex ipsa, quæstuaria ciuitas transeat.

De transmutatiōe quæstuariæ ciuitatis.

Plato autē hāc ipsam, in popularē statum permutari censet: ac virum quæstuarium in eum, qui sit popolari naturæ similis permutari. Fit autē modo hæc ipsa fit permutatio, scilicet q;, cum in paucorum dominio quæstus pecuniarius solus sit, qui maxime desyderetur, ideo coguntur primum leges imponere, quæ huic proposito vtiles sint. Qua de causa primum eorum institutū est, vt cuilibet adolescēti liberū res suas, atq; pecunias in quāuis cupiditatē, aut libidinē insumere: eoq; pacto ad id tādem deueniatur, vt illorū facultates omnes distrahant. fieri enim nō potest, ut hic in ciuitate simul gradu primo honorū opes collocatæ sint, & ad tēperantiā facię legescōdani per aliquā necessitatē: quanq; quæ proxima consequi lex, à virtute omnino aliena nō sit. At uero cū & sumptus, & uoluptates liberæ sint, necesse est nō paucos etiā, ex generosissimis quibusq; pauperes fieri: & cum eorū multitudo quotidie in hac ciuitate augeat, parcos illos, & auaros maximo in odio, maximaq; inuidia, atque detestatione apud eos esse par est, quoniā ipsi paupertatis, atq; indigentiæ eorū causa sunt. Hinc certe multæ, ac uariæ in hac ciuitate legesexorieri inquit: & diuites quidē certe, ut qui præter accumulationē rei nihil aliud curent, seipsos molles plus nimio, atq; delicatos efficiēt. Multiplicatis uero huiusce modi paupertibus in ciuitate, ut solēt inter examina apum fuci nōnunq; frequentiores exorti, dū se diuitibus cōparāt, siue in re militari, siue in domesticis, urbanisq; negotijs, quæ cōmunione ciuitatis coguntī ipsi obire: tunc te validiores, robustioresq; omni in re delicatis illis agnoscūt, necnō illos vt superātes, diuitem eo modo, & esse, & fieri probosum putāt, & dedecorū. Itaq; Resp. huiusmodi haud dissimilis est valetudinario corpori, & morboso, quod minime quaq; ex causa extrinsecus incurrēte in morbos incidit: sic qdē, & hęc ciuitas, siquā habeat aliā aduersariā, præsertim popularē, n, quos suprà diximus fuci populari ciuitati aduersus suos opē ierēt, simulq; in diuites illos cōturabunt, vt eos, & vita, & fortunis spoliēt, aut in exiliū pellant, aut redigant in seruitutē. Nec

secus



secus vero q; corpus ipsum in sese, quasi dissidentibus partibus & laborare, & commutari potest: ita quoq; hæc ciuitas intestino malo agitata, ac secum ipsa discordans periclitari sanè, ac transire in popularem potest. Quod tum accidet, dum pauperes contra diuites coniurare eos ipsos subigent, ex quibus partim necabunt, partim in exilium mittent: non aliter q; in his, quę nūc stant ciuitatibus, aduersus opulentos paupertores armari, atque congregari videmus. Tum demum igitur constituto in ciuitate pauperum imperio, eò res redierit, vt omnes sint ex æquo liberi, nimiaq; libertate omnibus omnia licita sint. cuiusmodi certe imperium casu quodam, & fortuna cōtinebitur, in quo omnia sint hominum genera confusa, nemo dignitate, aut honore præstet, lex omnibus æquabilis, vtpote qua, nec dignitas vlla, nec probitas excellat. Nec est status hic popularis versicolori pallio, atque depicto dissimilis, quo, velut speciosissimo propter colorum varietatē in primis & mulieres, & pueri delectentur: ita hunc quoque popularem statum multiformem in primis, & varium prima specie non pauci pulcherrimum esse arbitrantur. at nihil est profecto prima huius Reipub. species, quippe, cùm ipsa sit adeo corruptioni, atq; interitioni obnoxia, si non virtute aliqua, aut honore luctatur, vt in his pśentibus ciuitatibus ac prioribus etiam popularibus perspicuum est. Ex quo tamen genere optima Respub. exoritur, & reliquæ nihilominus. in eo nanque in potentia reperiūtur, cùm in hac Repub. omnes animi mores repertantur. videtur enim primas ciuitates, quas natura protulit, necessitatem ipsam omnino coegisse: statimq; sunt populares consecutæ, ex quibus velut fontibus reliquæ omnes in suo genere emanarunt, ac velut corriuatæ sunt. propterea; Plato dicebat hoc ciuitatis genus sapientibus curæ esse debere, vt ex quo genus optimum, ac ciuitati optimę maxime correspōdēs eligi possit. Velut si quis horreum omni genere rerum abundans instituat, ex hisq; rebus alias venūdet, alias, quæ sibi placuerint in suum vsum religet. Inquit præterea ille, hanc ciuitatem, cùm nullis rebus vtilibus, siue bellicis, siue domesticis muneribus ciues astringantur, interire facillime. nam & hic cernere est iceleratos, atque capitali supplicio dignissimos, humani, atq; diuini iuris contēptores. Hic etiam nulla cura est, nulla ratio earum rerum, quas in constituendo optimo ciuitatis genere opportunas esse, & necessarias diximus. Quo errore hæc ciuitas non parum ab optimo statu recedet, & siquis eam subito voluptatiæ, ac delitijs fluenti ciuitati, aut non dissimilem, aut eādem fortasse existimet. Verum hactenus de permutatione quæstuariæ ciuitatis in popularem, deq; popularis ipsius differentia, atque comparatione ad optimam, atque ambitiosam.

De homine popularis ciuitatis, etusque mutatione.

Nunc vero est consequens de homine popularis ciuitatis simili, eiusq; mutatione disputare. De eo itaq; dicendum est, talem virum hoc in statu ex eo fieri popularem, qui prius oligarchiæ similis fuerat, velut ex paucorum dominatu ciuitas nascitur popularis. Siquidem hic ob eruditionis, & rectæ institutionis penuriam, quæ in paucorum administratione est: propter ignauorum præterea, & otiosorum copiam, quāquam ab eo natus sit, qui inter principes ipsius oligarchiæ sit, neque desistat filium suum ad suos mores, genusq; dominij, & vitæ attrahere, nihilominus aliena, & extera admonitione, tum ad absolutam libertatem, tum ad voluptates reuocatum, cuiusmodi interpellatio libertatis, atq; voluptatum cùm ualuerit, atq; duraverit diutius, proculdubio in omnem cupiditatem, libertatemq; licētiosam se dedet, super necessarias etiam voluptates, quas, velut à patre tā antea suppeditatas accęperat. Non necessariarum vero, ac superuacuarum illecebrarum maior cura est, ad quas per necessarias illas cupiditates transitus est. Eas autem intelligo, quibus ad uitam necessario indigemus, sicuti & potus aquæ, & cibi est desyderium: quorum alterum humiditatem corporibus necessariam conseruat, alterum vero penetrare tacit, & transmittit in corpus id, quod restauret, quod tam corpori decessit, ac dissolutū est. Sic ergo iuuenis ille non necessarijs tantum voluptatibus addictus est, quammaxime, & cupiditatibus alijs, vt quęq; uenerunt in mentem: adeo, vt nonnunquam ita se uino ingurgitet, vt ebrius plane, ac mentis impos efficiatur: tantum interdum aquæ hauriat, vt eius frigiditate, naturæ temperamentum obruatur: fæpenumero in exercitationibus gymnasticis se quolibet genere pugnæ exerceat: aliàs & uita, & instituto sit non dissimilis illis, qui philosophiam profitentur: contra alias omnī in re agenda socors penitus, atq; iners appareat. ac (ne pluribus) eius mores plane sint inconditi, atq; indefiniti: huiusq; vitæ institutum nimis delicatum, ac liberū nuncupari debet. Quod re vera ab humano proposito alienissimum videri potest. siquidem homo, cùm vnicum finem spectet, debet eius quoq; consuetudo vitæ, seu operatio in certa, ac determinata esse unitatione. Iuuenis igitur, qui ad hunc, quem paulo ante diximus, modum affectus fuerit, omnino Reipub. popolari similis erit. qui, si ita se habere pōnatur, erit eadem ratius ad reliqua genera comparatio, quæ Reipu. popularis ad reliquas ciuitates. Atque hic locus se offert quidem maxime idoneus, ad disputendū an quod ciuitatis genus populus transferatur, & quæ illius ipsius commutatæ vis sit: in quem denique virum popularis ille transeat: ac eius ipsius, qui ex popolari exoritur, quis dignitatis gradus, quæ amplitudo, quæ felicitas. Hanc igitur popularem gubernationem maxima ex parte in tyrannidem deficere Plato arbitratus est. siquidem enim ex populari statu ea ratione tyrānicus exoritur, qua popularis ipse ex paucorum potentia. Nō enim aliter ex paucorum administratione exit popularis gubernatio, q; propter inexplebilem diuitiarum, atq; excessiuum quæstus appetitum: qua ex cupidine populares ipsi nō pauci necessitate ipsa fiunt pauperes, scilicet quos, velut inter apum examina, fucis similes esse ostendimus. Eadem quoq; causa est, qua popularem statum in tyrānicam dominationem conuertit, scilicet insatiabilis, & libertatis, & omnigenæ licentiæ amor. quicquid enim excessiu, atq; superabundantia obruitur, necesse est in diuersum penitus cōtrarium abeat: neq; hoc in his, quæ voluntate aguntur, vt rum etiā in naturalibus videre est. Sic igitur libertas summa causa est, vt fuci illi in ciuitate coortantur, non dissimiles his fucis, quos in potentia paucorum nasci diximus: quanquam hic tamen istorum non paulo maior copia est. illic enim in paucorum dominatu principes ignauos huiusce modi homines, ac desides, ac voluptatibus diffluētes non amant, sed nec tolerāt quidem, quin potius omni opere oppugnāt, atq; affligunt. qua ratione in statum eum tandem terminatur, ac deficit illa ciuitas, qui quæstuarium inter, & tyrannicum medius est, popularis quidem ipse, de quo nūc agitur. Ac in eo quidem, nō vt illic inertes, atq; pigri odiosi sunt, aut graues, verum omnibus accepti, & inter cæteros honorati maxime, habitiq; pene principum, atque dominorū loco. Est enim huius ciuitatis, vel natura, vel conditio, vt cùm libertas publicum manarit, demum in singulas familias, in singulas domos se interat: atque eousq; permiscat omnia, vt filiorum cum parētibus, seruorum cum dominis, mulierum cum viris gradus, atq; cōditio par sit, & labefactatę leges, & proculcatę,

vt nullius

vt nullius in se dominium agnoscant: atq; breuiter, nihil præter absolutam, plenamq; omnino libertatem, aut velint, aut sustineant, ac vt singuli quidem, velut omnium rerum pro libidine domini sint, quando scilicet, & quomodo libeat. Quæ necessitas certe incredibilem pessimi cuiusque generis multitudinem afferet, haud secus, qꝫ aduersa corporis valetudo vitiosorum humorum, velut pituitæ, bilisq; & flauæ, & atræ copiam sufficit: sic sanè populus, hoc sucorum genere supra modum pullulante, & grassante, trāsit in tyrannicam administrationem. Quocirca omni cura cauere legislatores debent, ne genus hoc sucorum pestilens ciuitatibus oboriatur: ac penitus diligentius ab illis agi debet, qꝫ à medicis, ne humores nocui in corporibus exortantur. Ac, si quando hoc genus inciperē, atq; ena sci aiaduerterint, radicitus illud, ac funditus excidant, & extra ciuitatem ipsam proiiciant: quemadmodum pituitam quoque de corpore humano, & vtranque bilem medicus educit, proiicitq;. Quanquam non paulo minor, vt in re etiam grauiore legūlatorum, atq; principum, qꝫ medicorum cura, & obseruatio esse debet. Nemo enim hac in ciuitate nasci videtur, qui cupiditatibus possit, & illecebris imperare. Verum enimuero (vt Plato etiam inquit) hominum tria sunt genera in hac ciuitate nascētium, quorum maxime ortus ad trāsmutationem ipsius in tyrānidem conducit, horum primum est genus iucorū, quales iam ante descripsimus: qui videlicet per omnem licentiam, atq; libidinem se libertate explent, cui generi hac in ciuitate laus est maxima, honorq; præcipuus expositus. Alterum est, idq; turpissimum, quod solt auaritiæ, soli quæstui, reiqꝫ conquirendæ studet, & ex talibus maximā mellis copiam exprimit. Tertium vero, ac postremum genus eorum est, quorum cura dūtaxat in suis commodis versatur, suntq; reliquorum penitus vtilitatis negligentes, neq; pecunioli tamē admodum, neq; opulenti. Atq; hac in ciuitate illud genus opulentum reliquis illis duobus, velut prædæ, rapinæq; exponitur: siquidem illa hoc secundum quoad possunt fortunis omnibus, atque facultatibus spoliāt. Alterum quidem libertatis, atq; licentiæ cupiditate ductum: alterū ea ratione potissimum, qꝫ summam sibi dignitatem opibus, atq; copia cōflare arbitratur. Et re vera primorum illorū dignitas consistit, quatenus popularis administratio producit: idq; facultatibus, quas illi vtcunq; quæsierunt, & deprædati sunt inter plebem dispertiendis. Itaq; vt inquit) post iniurias huiusmodi, & rapinas consequens est, vt in hac ciuitate litigia, contentiones, accusationesq; nascantur. Ac populus quidem ipse in vnum aliquē conuertetur, ac spectabit, qui inter eos, quos libertati, & cupiditati deditos diximus excellet: huicq; fortunas suas omnes, velut præsidio rerum suarum, ac propugnaculo committet, illiq; omnia necessaria suppeditabit, extolletq; in summam dignitatem. Qui vt nihilominus tandem adeo libertati publicæ intentus, atque hostis efficietur, vt proprie pedetentim tantum erogabit, vt tandem populum maxima ex parte sibi subijciat eaq; ratione, & inuram, & officium tyranni ipse obeat. Tum enim inde a principio dominū sui officiis, operibusq; tyrannicis continenter se exercens, eo tandem peruenit, vt vere tyrannus esse tutus sit. Principio enim populum plane sibi subditum, ac obnoxium arbitratur sui natus, seu corripere quempiam, seu perse qui, seu necare libeat, velut contra odiosum hostem fieri solet, id quomodocunq; facere non dubitat. atque ita nonnullorum hominum auxilio contra alios ad tyrannidem arripiendam vtitur, ob genērum hominum diuersitatem, vt diximus, quæ in ciuitate reperiuntur, et præsertim contra opulētos, qui certe populo sunt maxime odio. Neq; cessat exitia, ac cædes credulitatemq; exequi, quousq; sit maxime ciuium parti detestabilis, victissimq; ipse princeps odiosus: itaq; cogitur necessitate tyrannicum imperium instituere, ne aliquot à coiuratis contra eum in ciuitate inimicis interimatur, cuius quidem rei exemplar quoddam est Cordubēsium ciuitatis status: qui, cùm quingētis annis à populo administrata fuerit, post hoc tēpus per quadraginta annos iam transmutata est in tyrannidem. Quibus vero gradibus tyrannus huiusmodi ad eam seruitæ, atque crudelitatis rationē progrediatur, & quò eius tandem dominium, ac principatus eū deferat, quid, quāmq; ab eo damni ciuitas ferat, quantum ipse etiam à seipso, ratione quidem, atque inductione ostēditur. Principio enim homo is salutationibus tactilis, ac more etiam ipso populo gratus, omnes quodammodo in officio retinere videtur, ita vt eum non tyrannū, sed mansuetum, ac tustum esse ducant, quasi qui æquitati, & rectitudini studeat, præsertim inter eos ciues, quibus cum pecunias, & bona cætera partitur: vt nihil aliud qꝫ multitudinem, atq; ciuium cœtum curare, & regere appareat. Iam vero, cùm hostium externorū partem sibi pace, ac fœdere adiunxerit, partem tutulerit bello, partem quomodocunq; repressérit: cum pacate possit viuere, nihilominus noua semper bella iolleitat, vt ea ratione facilius ciuium tuorū imperio abutatur. Ipsi enim bellicis sumptibus exhausti, minus restitere illi, aut inferri possunt: quippe, cùm rebus necessarijs quæredis, ac quotidiano victui comparando attringantur. Quale certe quiddā nostræ ætatibus accidit, qui celebris illius viri Hannæ filij imperio adhęrerunt. At ille præterea parabit esse in populo nonnullos, quos ipse timere deberet, eosq; potentissimum, qui inter cæteros dictissimi, ac potentissimi sunt: vtiturq; omni arte, & industria ad illorum exterminationem, & interitum, ita vt eos trucidandos hostibus per occasionē subiciat, in pugnāq; eos mittat, Sic enim necesse est, eum odio habere similes sibi viros, qui certe apud eum auctoritate, atq; ofti cio plurimū poterant. Et certe his, quæ diximus, agendis nō minima inimicitiarum aduersus eum causa contrahitur. Ex quo consequēs quoq; est, eum ad tota opera agere, vt huiusmodi viros potentes, potentiaq;, & magnanimitate cæteris præstantes e medio tollat, atque ita sibi ciuitatem subiuget: neq; hæc agens, cogitansq; cessat, quousq; ab hoc hominum genere ciuitatem purgauerit. Sanè quidem purgatio ea est et contraria omnino, qua medici curādis corporibus, & sapientes in conseruandis optimis Rebuspublicis vtūtur. siquidem ij, quod deterrimum est eniciunt: tyrānus contra, quod optimum est extrudit. Itaq; tyrannum tandem, aut non viuere omnino necesse est: aut, si viuat, cum improbis, ac malefi cis, & capiti suo infensiores sibi ciues reddiderit, eo pluribus quoque, ac fidelioribus ad custodiam satellitibus indigeat: quos certe sibi exteros, ac pessimos quoq; ex omni genere cū, ac populorum colluie mercede comparabit. n inquam erunt tui amici fidelissimi, qui illos priores, a quibus ille tut constitutus princeps populi, maxime infestabūt & affligēt. Eo denicq; res flagiū, atque dedecoris prorumpet, vt, cum ad exercitus admoniam, atq; stipendium, rerum copia desit, ad sacras, siquæ in ciuitate occurrant, opes violādas, diripiendasq; cōuertatur: nec minus eorum facultatibus, ac fortunis abstinebit, qui ipsum dominum constituerunt. Quę iniuria, si diutius exerceatur, eumq; cognouerit huiusmodi populus præter opinionem, quam de ipso, dum rerum dominum traderet, conceperisset (neque enim eum aliam ob causam rebus administrandis imposuit, quam vt à diuitibus, qui, & maximi,



maximi, & optimi videbantur, liberaretur) nec certe vlterius insolens, ac proteruum istius dominum ferret, conabiturq; oppressorum ciuiū, omnibusq; fortunis exturbatorum multitudo illum ex ciuitate detrudere: ille contra, vt potentior astrictiori seruitutī subijciet, arma auferens, & alia fere libertatis instrumenta. neq; aliter, aut maiore successu hic sub hoc tyranno seruitutem commutauerit, quàm qui fumum fugiēs imprudenter se in flammas conijcit, ac minus periculum vitantes, in deterius atq; crudelius malum incidunt. Ille quidem eo tyrannum sibi dominum constituerat, vt leuem aliquorum seruitutem effugeret, veru enim in duriorem, minusq; tolerabilem incurrit. Neq; vero tyrannica hæc iniquitas ratione tantum, ac sensu nostris cognita est his nostris temporibus, quimmo cum ipso sensu, tum etiam multorum experientia, & testimonio. Itaque hactenus nobis dictum sit, popularis Reipub. qualiter in tyrannicam conuertatur: quæ imbecilium, & fortuna, & conditio sit.

De his I Noo. De viro popu lari quō in tyrānū permutetur.

Nunc de viro ipso moris, animiq; tyranni dicendum, quo pacto videlicet ex popularī illo in naturam, ingeniumq; tyranni desiscat: quærendumq; hic vir, cuius vitæ censendus sit, miseræne, & infelicis, cuiusmodi Reipub. illa est, quæ tali opprimitur domino. Itaque, cùm Plato eum virum deliniuerit, vt cupiditatibus minime necessarijs obsequētem, aut addictum melius, dicamus ipsum ideo Platonē statim ab his cupiditatibus exprimēdis, indicandisq; incipere: mox qꝫ ipse reuertetur ad explicādam rationem, qua ex popularī ille tyrannus efficiatur: deinde quàm miser sit, qꝫ infelix, & quantum cum ciuitate tyrannide oppressa similitudinis habeat. Non necessarias ergo cupiditates affert, quæ in somno excitātur, atque commouentur, per eas autem feram illam, ac brutam partem intelligit, quæ rationali dormiente maxime excitatur, tanquam sopito, atque somno oppresso domino. Pars etenim illa fera, atque inhumana in somno, dum velut à rationis domino libera est, ab omniq; cogitatione, nullaq; respectu cohibita, nihil est certe tam nefarium, quod timore vllo, aut religiōe exhorreat: quæ duo inter vigilandum non paucos affectus continere solent inhonestos, & voluptates nefarias. Parte igitur rationali labefactata, aut impedita, leges omnes, ac institutiones reſtæ maxima ex parte depereunt: aut, siquid forte superit, hoc nō nisi minimum quiddam, ac debilissimum esse potest, quod si homo diligentem rationis illius curam susceperit, nihil tale, quale nunc dicebamus patietur in somno: quin etiam pars illa rationalis per somnum id, quod, velut per maximas vigilias ageret, adeo vt nihil contra leges, contra æquum, & bonum concipiatur, aut cogitetur. Ideoq; hunc, qui rationem curat, vtrum, diuino: alterum, qui eius ipsius negligens est, tero, ac bestiali homini comparat. Eatq; tur parte cupiditatem minus necessariarum explicata, ad eam rationem se refert, qua tyrannicus vti conficitur ex popularī: sicq; inquit, popularem eum esse, qui ab ætatis initio ea sit affectione imbutus, vt nihil voluptatis non necessariæ requirat, neq; quicquam magis, quàm quæstus copiam, ac lucri. Verum enimuero, cùm hic viuens inter eos versatus sit, qui se totos libidinibus, ac superuacuis illecebris tradiderunt, siqꝫ natura illis compositione, atq; melore, paterq; ipsius, quàm posset maxime ad suum viuendi institutum adducat, contra perditi illi ad vitam maxime frugalitatī contrariam retrahant: ita sanè eum ipsum necesse est in diuersa tractum, mediam quādam moris vtriusque affectionem nancisci, moderate quidem, vt ipse putat illorum vtriusque secutum: vt certe, neque non illibere omnino, neque dissolute viuēdo, ex paucorum potentiæ simili in popularem commutetur. Inquit rursus Plato, popularis huiusmodi vir, tam ætate prouectioris filium esse ponamus, qui à teneris vnguiculis patrijs sub moribus educatus, in eā fortē incidat, quam parenti ipsius contiguisse diximus, videlicet vt solicetur ab his, qui legis, ac morum trangressionem suadere soleant, ac ad integram libertatem trahant, concurrente ex altera parte omni studio, atq; opera ipsius genitoris, vt huiusmodi voluptates oriantur in eo: accedat quòd, vel affines, vel domestici, familiaresq; nonnulli id, quod in patre non fuit, eius cupiditatibus obsequendum, ita sanè vt ea controuersiam vehementius, ac præter modum in voluptates huiusmodi se dabit non modice, vt de patre diximus. ipse enim non habet è diuerso, qui se in alterum extremum retrahat: nec certe ei contingit in quoscunque incurrere, à quibus vlla ope ratio reprimatur, quin potius omnes, quibus occurrit ostendit authores libidinis suæ, atq; voluptatis, quæ eum etiam ad dominandum mittent, nec desinat qꝫ omni studio, quibus certe rebus iucum peiorem, ac deteriorem fieri planum est ijs, à quibus solent apum examina vexari. Ipse siquidem, dum se in voluptates deuoluit superuacaneas, vt sunt ebrietas, vnguētorum, ac rerum odoratarum inane studium, & quod bi cuius dicatur, cuiuscunque generis sint obsequiū, ac maximæ consuetæ hominibus voluptates, dum igitur in eas se precipitat, & immergit, quasi ex septo, ad eas, à ratione, & mente excedit: atq; ita extra ete positus cupiditatibus illis agitatus, stimulatusq; lucis quidem etiam ipsis, lutis planè, ac summe pertinacibus in inimicam, ac demētiam quandam dæmoniacam conuertitur, qua etiam num pereuntis, fluxas fanas mens opiniones, aut voluptates frugales reliquas offenderit, euellit penitus, atq; abnegat. Ergo tyrannus huiusmodi. cum autem intelligo, qui præstantioris animæ partis prorsus est negligens, furioso, atq; ebrio intellectus, ac mentis oppressi supersimilis est. Ac sane in hunc modum iuuenis non tantum ad imperium hominum aspirabit, sed deorum etiam immortalium dominium, si posse, sibi acquirere conaretur. Et in hunc quidem modum (vt mihi non perperam descriptus sit: nec quæ à nobis commemorata est eius ex popularī commutatio contemnenda videtur, aut aliena, erit autem qualis à nobis descripta est, tū maxime, quando, vel natura ipsa, vel fortuna eam concurrant omnia, quæ à nobis enumerata sunt. Hæc autem vt sunt à Platone explicata, mihi quidem ita videntur, huius ipsius viri, de quo dicimus, vitæ ratio fit, qui mores, quæ cōsuetudo. Ac breuiter dicam inter voluptatum omnium abundantiam, ex qualium debeat ostēdi, ad voluptates omnia compedita, vt sunt deambulationes, porticus, balneæ, spectacula, theatra, & (ne multis) indulgere quidem cæteris quę amorem istum impudentem, venereum confirmant: qui amor in ipso maxime vigeat, habeatq; in reliquis animi partibus dominū, ac regē, vt nauem gubernator ad libitū regere queat. At vir eiusmodi talis, tanquam ad inferendi noua voluptates, ac priorib⁹ adiungendi desiderium: quin nouæ in eo quotidie libidines oriuntur, vna arboribus, quæ adhæsce mma p. ta est, ex aria gemmas. Quibus omnibus cōfici ferum pte obtemperat potenti, ac demum fit quasi opulentus, & locuples, nihilominus ouem ferat patrimonium prodiget: mox qꝫ cum ad inopiam indigeat, necesse est pecunias turpes, & sordidas ex multa ac ceteria ab alijs mendicare, quibus imperet vlterius infinitæ cupiditates inexplebiles, quæ assequi non possit, & præterea ad eas cum ingenio exercitus vigeat, qui reliquis cupiditatibus ipse imperet: eo vsq; (quemadmodum inquit Plato) vt nihil

fit,

fit, quod concupiscere ille non audeat, nec se coerceat, adeo vt & columborum educatione oblectari etiam non negligat. Qua de re vnum de duobus illi accidere necesse est, aut eum quæcunque desyderat ratione qua licuncp vsurpare, aut ingenti tristitia, immanibusqp dolo ribus affici, haud minoribus certe, quam quibus vel parturiens mulier, vel quivis ægrotus maxime cruciatur. quod si partem patrimonij cõcessam tam sibi a parentibus prodegerit, amplius et si quid superet et flagitare, & in voluptates inhonestas erogare non verebitur. quòd si minime illi assensi fuerint, ad blanditias primum, mox ad furta, postremo ad vim, ac paternæ pietatis violationem se conferet. cui impietati aliquanto obstinatius, si ei parentes oppositi fuerint, aduersus eos ipsos tyrannum, omnis officij immemor agere: vt neqp tandem, si res ita tulerit, paterna cæde abstineat netarias manus. quod genus flagitij passim nos per ciuitates nostras videmus contingere. Ad hæc, tyrannicus ille filius, si cuius non necessarij amore captus fit, ac eorum maxime, qui delinquentem eum, & adiuuare, & celare illi certe videbitur non iniquum esse eorum gratia amicos ipsos necessarios explodere, maiores scilicet suos, auos: parentesqp eorum ipsorum, qui vnicuique necessarios amat, nullum arbitrio, ac libidini subijcere. Atque ea demum eorum fortuna est, qui eas aut natura, aut moribus filios tyrannos efficiunt. Cæterum pus denique, ac profluis parentum facultatibus, cum nihil ipse tantum consequi possit, quo magnitudinem cupiditatum expleat, facta, ac templa tandem struet, imelitasqp immeritis viatoribus, quot meridie ipsi libet, prædas vndecunqp poterit agetque alemceps omni tempore proceflu magis, magisqp adaugebitur cupiditates, maximeqp imperator ille reliquarum amor venereus, inhonestus dominabitur: adeo vt, quæ vlla aliquando tempore puertitiæ, dum sub legibus paterna instituerentur, bonæ opiniones superessent, penitus euellatur. Erat autem a principio in populi institutio, ac vita educatus: nunc vero interuentu tot furiosarum libidinum talis est vigilantis, vt Plato inquit, qualis olim dormiens erat, nullius rei abstinens, nulla religione, nullo cuiusque rei timore deterritus. Quoties ergo aliquot tales in ciuitate popolari fuci, seu coorti sunt, seu alunde confluxerint, qui cæteros potentia, atq facultatibus ad voluptates præcludere reliquis tyrannis constituunt omnium, ac dominus, idqp imprudentis populi consensu, & auxilio. Sic ille constitutus, velut supremus patrem sibi, ac matrem fecerit, sic hic quoque, & patriam ac omnium maiorum suorum matrem etiam rem toto conatu subigere. Si vero pauci in ciuitate tales existant, quos pro suis quisque facultatibus repent, tunc potentissimum sibi ducem ex his aliquem constituunt, aut toto bellum gerunt, aut dominationis gratia tutorum exercent, parietes fodiunt, ad ædes ad rapinas conuertuntur. Quicunqp præterea tyrannus est, hac quidem natura est, vt nullum vere diligat, neqp ipsi inter se diligere possint. Quocirca demonstratio ipsa tyrannicæ impietatis institutissima, cum sit maxime contraria ciuitati, quæ omnium superiorum primam, atq optimam sedem nostra oratio tenet, hic plurimum, velut pestima dirae. Hæc enim est regnum omnium tetrarum beatissimum. Et certo, cum non alterentur ciuitates, nisi vna vi, aut dolo, aut vtroq; deleretur, consequens est, vt nemo non videat, qui optimo beatissimo, neque tyranno miserrimo est proximus. Et hi certum ad alium ciuitatem sed huic contrariam, qui tam vitio alterius ad alterum, ac dominatus tandem, & vtrobique vna, atque eadem corruptio est, deuenerit. Quamobrem, etiã hæc virorum comprobatione digna erit, dum quæ ciuitatis propria sunt natura, & quæ præterea accidant, cognouerimus, facile erit viri quoq; similis iudicium ferre. Atqui nihil est manifestius, quàm tyrannicam ciuitatem maxime omnium seruitute opprimi, atque à libertate abesse quamplurimum: sic quoque certissimum est tyranni ipsius animum omni seruitute atque indignitate opprimi, vtpote in quo pars ipsa vilissima, ac fœdissima dominum obtineat, reliquis, quæ præstantiores sunt, seruientibus. Serua insuper ciuitas, velut alienis iuris, minime id, quod vult, aut cupit, potest agere: aut forte, si agat id, minimum quidem, ac nullius mõmẽti esse necesse est. Tyrannorum similiter animus, velut dure, & misere seruiens, semper lamentatione, semper mœrore, semper tristitia, ac rerum omnium inopia laborat. Itenim ciuitates tyranno subditas inopes quidem esse, neque vnquam necessarijs affluentes esse contentas quoque tyrannicus animus vbique inops, vbique famelicus, atq indigẽs. & quemadmodum (vt inquit Plato) ciuitas, quæ sub tyrannide est, omnia formidat: sic tyrãnus ipse nunquam esse sibi in tuto videtur. Et quemadmodum illic frequẽtiores querimoniæ, frequentiores fletus, ac gemitus, qs vsquam gentium esse solẽt: sic nemo cupidine eius magis pernicioſe, magisqp luctuosis, quàm tyrannus afficitur. In eumq; modum Plato ciuitatibus ipsis vitiosis illarũ assimiles comparat, & quandoquidem (vt dictum est) similitudo, quæ inter optimam, & tyrannicam intercedit, apertior est, qs quæ inter similes illis vnos: obid, velut exẽplo tyrannicæ ipsius naturam, atque conditionem exposuit. Etenim coporibus illius magno in honore, & frequẽti vsu erat imperium tyrannicum: quod etiam erat poetarum carminibus decantatum, & celebratum, quasi liberum quoddam, ac legitimum dominium, iustũqs esset. Ioue quoque poetas non paucos in his nostris ciuitatibus natos cognouit, qui hoc dominij genus optimum esse putarent, & in primis requirerent, vtpote in quo suam quandam dignitatem, authoritatemqs reciperent. Dicit præterea Plato, nihil obscurum esse tyrãnum se erga ciues ita gerere, qualiter erga seruos dominum: vt scilicet opulentum quempiam esse fingamus, & in incipiis in primis eum abundare, quæ ideo non sunt formidabilia illi, quia tot sit reliquis ciuibus suis, quos duplo plures, qs seruos, eosqs liberos omnes habet. Quod si seorsum ab alijs ciuibus cum vxore, ac liberis, facultatibusqs omnibus inter tot seruos habitaret: tũc, vtpote vbi nullum a liberis hominibus auxilium præsens, promptumqs esset, illum nonne paruerit de se in primis, de vxore, de liberis timere? deqs rebus suis omnibus, tãquam omnia illa ob seruos versentur in discrimẽ? Ac tandem quid faceret aliud, nisi nonnullis ex seruis ipsis adsimularetur, ac polliceretur quamplurima, cogeretur tandem omnes, vel aliquos seruos claudere, eorumqs aliquos quandoque ipse vinculis ligare, multaqs illis necessaria parare, ac nulla apparente ratione ad id cogẽte, numerare. Et certe eo se modo gerere cogit, coqs discrimine, ac timore viuere, nisi se cum suis omnibus perire malit. Age vero, alios circumquaqs mortales proximos illi circumdemus, qui laud quaquam patiantur alterũ alteri dominari, quanto eum inopia: quanta angustia rerum, & difficultate strictum putabimus, qui, velut carcere quodam clausus est? Hęc planè conditio est ipsius tyranni, taliqs carcere perpetuo coerceri, semper fame, semper timore vexatus, nunquam sibi imperans, nunquam vsque eo compos sui, vt egredi vsquam liceat, nec respicere quidem quod placeat liberum est. Verum ita inclusus miserrimus vitam agit, quam virilem. Hæc inter cætera huius virtimala hoc minimum est, quòd, cum sibi ipsi imperare nõ queat, alios dominari cupiat. quod perinde est, ac si imbecillis quis, atq ægro corpore, suæ valetudinis,



valetudinis, & salutis negligens, alienæ sanitatis satagere incipiat. Qua de re quis omnium, quæso, grauiori seruitutis illigatus est, quàm tyrannus? cuius appetitus, atque libidines nulla industria, nullæ opes implere valeant: semper in mœrore, semper in angustia, semper in desyderio, quo ipso animus maxime inops existit: exinde inuidus, iniustus, omnis amicitiæ expers, illos siquidem affectus, cùm tam antea accepisset, tunc multo magis ex obtentu tyrãnidis adeptus est: ex quo etiam est consequens, infortunatum eum esse, & infelicem. Adde etiã, quòd qui aut fortuna, aut casu in sublime euehũtur, sæpenumero miserabili ruina in imfima recidunt: quod adeo sua sponte conspicuum est, non ratione tãtum, verum etiam sensu. Atque adeo in huius sermonis compendio, & ciuitatum superiorum ordo, & earum ipsarum felicitatis, infelicitatisqs gradus, ac series, necnon eorum, qui in his ipsis dominantur, conditio manifesta est: ita vt beatissimus omnium sit probus rex, miserrimus, ac detestatissimus tyrannus. Atque hactenus de ciuitatum illarum natura, et mutatione inter se, hominũqs etiam similium à Platone disputatum est. Potest autem aduersus ea, quæ diximus opponi, vt si verum sit, quod à Platone dictum est, scilicet harum ciuitatum eã esse rationem, vt alia alij contraria sit, quemadmodum inter se optima ciuitas, et tyrannica sunt contrariæ: quoniam inter talia contraria mediũ intercedere necesse esse, videatur velle harum ciuitatum inter sese commutationem non nisi ordine fieri. quod tamen hic non ita est, cùm non per media commutatio fiat, vt à natura fieri soleat. Natura etenim ipsa non, nisi per media, quæ intercurrunt cõtraria, aut conciliat, aut permutat. Enimuero res ipsæ, de quibus tractatur, voluptatis sunt tantum non naturę: vnde quadammodo his ipsis in ciuitatibus etiam singuli omnium, quas descripsimus naturæ cõprehenduntur, ea scilicet facultate, vt quæuis in aliam qualibet transferri possit, atque mutari. Dicimusqs hãc qualemcũqs ciuitatum trãsmutationem à Platone positam, ita non intelligendam esse, tanquam omnino necessaria sit, verum tantummodo, quòd ita frequentius accidat, cuius rei causa est, quoniam, si in ciuitate quis ab incunte vita instituatur illius ipsius ciuitatis moribus, tametsi natura ipsa sit maxime legibus illis contrarius, nihilominus tanta institutionis illius atque educationis vis est, vt imbutus ipse ciuitatis moribus à natura sua, ciuitatis illi contraria, recedat maxima ex parte: ita vt, siquid à ciuitatis moribus discrepet, non eo vsque tamen, vt non possit ad illius ciuitatis mores transferri. quæ ipsa etiam est causa, quòd nulla sit tam praua, tam peruersa hominis natura, quæ institutione non possit ad humanas virtutes formari. Nonnunquam vero, raro admodum tamẽ, id prohiberi potest: quod quidem in prima huius scientiæ parte iam probatum est, ibi ẽt comprobatum est, viam ad actuas virtutes assequendas vnam, cõsuetudinem scilicet, esse: quemadmodum ad speculatiuas scientias doctrinã ipsam, seu disciplinam. Ergo homo, si in mores alios, quàm quibus imbutus est redigetur, hoc nisi consuetudine, legibus, atq institutis variatis fieri non potest. At vero in Repub. præsertim quidem in optima illa, non statim leges, consuetudinesqs mutantur, ob vsum scilicet diutinum virtutis, moresqs ipsos optimos, confirmatosqs, in quibus sunt ciues exercitati, atque instituti: immo vero dum mutãtur, sensim id fit, nec nisi in similiores, ac propiores primum transeunt: ac ita necesse est affectus ipsos, atq; habitudines, seruato deinceps ordine subinde immutari, quousqs ad supremam corruptionem peruentum sit, in qua, velut in extremo omnium graduũ pessimi, & perditissimi mores insunt. Exemplum autem horum omnium facile est ex his moribus colligere, qui haud ita pridem apud nos cœpere, & iam annum qua dragesimum progressi, in primisqs per potentissimos quosqs. ex quo enim status ambitiosus irrepsit, in quo enutriti illi sunt, tam, etsi in paucissimis eorum, optimę ciuitatis mores, ac studia remanserint, præsertim in viro virtute institutorum legalium prædito. Deinqs cùm superiora illa Plato absoluit, cupiditates quidem ipsas inter se ita comparat, vt palam sit, quæ quęqs istorum consequatur: quæ sanè comparatio sic absolutior est, & plenior. Quibus explicatis demum ipsius de partibus huius scientiæ necessarijs sermo terminatur, quod nos declarare in animo habuimus. Itaque inquit Plato cùm vires (seu mores) animæ tribus videãtur comprehendi generibus, quot sunt etiam ciuitatum distincta inter se genera: Prima est pars animæ, qua homo sapientiam amat, & affectat: Secunda, qua finem diligit, partim moderate, vt ambitiosus: partim nimium, & in excessu, vt tyrannus: Tertia additur, quæ concupiscentiæ est, vehitatem maxime affectans: Voluptatum idcirco genera tria esse necesse est, quæ vnicuique horum correspondent: cùm nemo ambigat ipsas voluptates, veluti quandam vmbram corpus insequẽtem, eas illa insequi. Hic autem Plato ad harũ voluptatum indagationem, quæ videlicet earum eligibilior sit, vtitur argumentatione topica. Ita enim inquit, si ex istis tribus hominum generibus vnum quẽus interroges, quæ voluptas illarum trium dulcissima esset: equidem suam quisque duabus reliquis anteponet. Deinde subdit ipse insignem quendam locum, qui in secundo Topicorum libro ab Aristotele explicatus est, dictiqs in hunc modum. Delectum, atque iudicium sapientis cæterorum sententia verius esse, atque præstantius. Idqs sic probat, quòd duo præstantissima ad iudicandum, ac examinandum instrumenta penes sapientem solum sint, ea autẽ experientia, & ratio appellantur. ergo philosopho in diudicandis, deligendisqs voluptatibus, tum ratione, tum experientia credendum est. Et experientia sanè voluptatũ, quam tam inde à pueritia sumpsit, dotatus est, reliquri duo nullam omnino sapientiæ experientiam, nullam voluptatis illius sensum perceperunt: atque id de experientia. De ratione quis omnium tandẽ ratione, nisi Philosophus res impietiam? nam vulgus ipsum quo tandem modo oblectamenta maxime percipit, nisi cùm doloris aliquid cõtrarij sustinet? vt ægrotos tandem ita fame seu laudare videmus, vt nihil dulcius, nihil amabilius esse fateantur: vt sanitatis ipsius sensum, tum demum habere videantur, dum morbo aliquo laborant. Simuter opulentiæ summæ sunt in paupertate extrema laudes: & tamen nihilo magis necesse est rebus suauibus per se, vt tales sint, aliqd contrarium, atque molestum antecedere, velut palam in videndi, audiendiqs sensu, ac cæteris fieri videmus. eam multo etiam præstantiora ea delectamenta putanda sunt, quæ ipsa, vt sentiantur contrario aliquo præcedente non indigent. Hunc vero sermonem aliquanto prolixius Plato extrahit, id tantum vt probet quantum ignorãtia omnes homines, præter Philosophum, vel ipsis in voluptatibus æstimandis hallucinantur, quantumqs eam parte cæteris philosophi præstet. Verum ea ratio, qua vtitur, nihil habet cum demonstratione cõmune: obidqs est à nobis magna ex parte prætermissa, & tantum ex rationibus ipsius exponendum accepimus, quantum nobis demonstrationis speciem habere videbatur. Est enim post aliquod interualhum hac ratione vsus, sames, & sitis, quemadmodum corporalis habitudinis quędam exinanitiones sunt: ita ignorantia, atque imprudentia sunt quędam animi vacuitas, & inanitio. Neque aliter animi peritia, atq; intelligentia

telligentia replentur, quàm alimentis corpora réficiun tur. Ea autem merito præstantior, atque solidior repletio est: quæ ex eo quod præstantius est, & melius confi citur: id enim quod ita præstat, aliquanto verius, aliquanto maius esse videtur. Atque res ipsæ tanto excellentiores sunt, ac veriores, puriorésq; substantiæ, quo magis ad res appropinquat, quæ sunt æternæ, infinitę, immortalisq; veritatis, & perpetuo manent: contra de his, quæ maxime distant sentiẽdum est, qua ratione id, quo animæ defectus, & vacuum illud qualecũque est, expletur, multo verius quidẽ est, & melius, quàm id, quod corporis euacuationi summittitur. Neque id sanè iniuria, cùm anima ipsa sit æternarum rerum substantiæ multo magis cognata, multo magis propinqua, q̃ corpus, eo ipso, quod illi ad cognitionem, atque voluptatem subiectum est, æterno atque immortali. nam hic in anima repletionem sapientiam intelligimus, atque cognitionem. Ad hæc, quò quid verius est, quo præstantius, atque durabilius quid est, eo huius ipsius voluptas est optabilior, siue de intellectus delectatione intelligamus, siue de alia quauis. Iam vero aliæ omnes delectationes momentaneæ sunt, & quasi puncto temporis corrumpuntur, propterea quòd sunt contrarijs suis vbique permixtæ: intellectus voluptas nihil, quod vsquam sibi aduersetur reperit, eáq; ratione, aut æterna est, aut, si forte intereat, non ex contrario id fit, sed ex variatione quadam, ac mutatione, quæ et obortur. Hæc autem Platonis ratio omnino (ita me Deus amet) demonstratiua est. Dicit præterea voluptates ipsius intellectus ideo pro maiori parte præstantiores reddi, quia intellectus eas efficit. id vero quod est causa, vt aliquid sit præstans bonum, idipsum quidem longe præstantius erit, & melius. consequens ergo est, vt iudex (scilicet intellectus) adipiscatur, & cognoscat maxime, atq; optime omnes voluptates: hoc autem verum est. At ratio illa, qua vtitur, scilicet quid, quod est causa vt aliquid sit præstans, illud idem præstantius erit, probabilis quidẽ ratio est, & celebris, non demonstratiua, vt Galenus putabat Dialecticæ imperitia deceptus: qui has omnes Platonis rationes demonstratiuas esse asserit, cum vna tantum, quam ostendimus, demonstratiua sit inter omnes, quibus comparandis, diiudicandisq; inter se voluptatibus vtitur. Deus tibi optimus maximus vitam diu ꝓrat, ac honorem, vir præstantissime. Hæc vero est fere tarum ad scientiam huius ciuilis disciplinæ spectantium summa, earumq; necessariarum in hac parte explicanda, quam tres nostri compedia partes Platonicæ Reipublicæ attributę sunt complexę. Idq; totum, in quam potuimus breuissimam orationem contulimus, quòd nobis tempo-

Ratio demõstratiua Platonis, de animorum immortalitate, i Decimo libro.

ris quoque facultas fuit angustissima. Idq; meo iudicio sumus assequuti, verumq; Platonici sensus intellectum, vestro in primis auxilio, quorum hac in arte societas, ubicũque opus erat, fuit mihi (vt semper aliàs) peropportuna. Neq; enim hac solum in re, vestra fuit mihi opera vtilis: ne id quidẽ quicquid est, quod Dei immortalis benignitate fortitus sum humanæ, vel facultatis, vel honestatis, sine adiumento vestro, sine studio mihi vsquam constitisset. Quod autem vos intelligere velim viri præstantissimi, quorum splendorem, ac gloriam Deus quàm longissime proroget: decimus Platonis liber huic ciuili, quam tractamus disciplinæ, nihil admodum conferat. Quid Poeticæ primordia ad hanc ipsam possint conducere, quibus neque finis vllus constat, neque per ipsa veram adipiscimur scientiam: idq; alibi, & hic lucidius explicatum est. Mox paulo ille suasorias inductiones, ac rationes locis quibusdam probabilibus depromptas subdidit, quibus animam immortalẽ esse probaret. Et infert deinde fabulam, quæ designata eorũ animis loca describat, quorum in gustus, ac tactus, reliquorumq; sensuum illecebris, dum vtuntur, spectabilis fuit contimentia. Rursum vbi voluptariorum, vbi flagitiosorũ animæ, vbi fraudes, vbi scelera puniantur. Enumero tam nos antea sæpius prędiximus, istiusmodi fabulas non esse alicuius momenti. His enim quæcunque videntur virtutes comparari, aut veræ virtutes non sunt, aut si virtutes dici debent, virtutis ipsius nomen æquiuocum esse oportebit. Adde etiam, quod huiusmodi figmenta q̃m maxime à cõmuni ratione absunt: quod iam satis à nobis dictum esse arbitror, quo loco de toto imitandi genere diximus. Etenim Platonem videri eam fictam, fabulosamq; rationem ingerere, quæ tamen nihil ad humanam probitatem necessaria sit: neque vero ita vtilis, vt facilius ad virtutẽ mortalibus iter aperiat. Quippe q̃ homines non paucos cognoscimus, qui suis ipsi legibus, atque moribus freti expertes planè, & rudes istarum fictionũ, nihil virtute, nihil vitæ instituto professoribus talium historiarum concesserint. Sunt tandem hoc in genere (fateor) veteres illi inter se conflicta ti: sed in eo etiam anxie (nec mirum) & perplexe Plato versatus est. At vero, neque primo Reipublicæ libro rem, nisi localibus argumentis agit haud vnquam, nisi vbi forte accidat rationibus demonstratiuis vsus: & idem ipse facturus in secundi libri præfatione, qua de re nihil eorum prorsus attigimus.

*Paraphrasis in libros de Republica Platonis finis.*

REGISTRVM.



REGISTRVM.

* AAA BBB CCC DDD EEE FFF GGG HHH III KKK LLL MMM NNN OOO PPP QQQ RRR SSS TTT VVV XXX YYY ZZZ &&&

Omnes sunt quaterniones, præter * quinternionem.




Venetijs, apud hæredes Lucæantonij Iuntæ Florentini,
Anno Domini .M D L.